damnum, agam act. in factum: vel ſtipulabor de damno infecto pro damno futuro. Viuianus.

a *Aedibus meis.* ſeruientibus.

b *In factum.* licet enim debeā tibi ſeruitutē fiſtulæ recipiendæ: tñe læſione tamē ex culpa tua veniēte vti debes: alias tenetis actione in factū ſubſidiaria. l. Aquiliæ. cū detur damnum de nō corpore in corpus, ipſa ſcilicet geſtione fiſtularum: vt hic, & inſt. ad l. Aquil. §. fi. & j. loca. & conduc. qui domum. in fin. contra. nam ibi negat Aquil. vbi poſſum ſtipulari de dam. infec. Sed non videtur pro codē vel ſimili damno actionē in factum concurrere cum ſtipulatione dāni infecti: licet hoc innuit hic: cū actio in factū culpam coerceat: vt inſti. ad le. Aquil. §. iniuria. Stipulatio verò vitium naturale, nō per culpam factum: vt j. de dāno infec. flumi num. §. præterea ſi furni. quæ eſt contra. ad ſi. huius reſpon. & hoc eſt verum. Et ita hic dicit, diuerſis caſibus dari actionem in factū: & interponi ſtipulationem dāni infect. Item vitiū naturale nō prçſtatur ab eo cui ſeruitus debetur: vt j. tit. j. l. ſi mihi. §. ſeruitus. & ſic hęc ſtipulatio ſola nō habet locū. Reſpon. non eſt ita. nam illud naturale damnū non præſtatur ab eo cui ſeruitus debetur: quod non contingit propter vitium rei: ſed extrinſecus: vt in l. ſi mihi. ponitur exemplum. Sed id damnū, quod cōtingit propter rei vitium, & debilitatem ex defectu naturę cōtingentem, præſtatur per cautionē damni infecti: & eodē caſu confiteor non concurrere actionem in factum. nā vt illa detur, oportet culpam in cō mittendo admitti: vt ſupra de vſufructu. l. ſi cuius. §. denique.

bere. Quæ de ſtillicidio ſcripta ſunt, etiam in ceteris ſeruitutibus accipienda ſunt, ſi in contrarium nihil nominatim actum eſt.

*Damnum quod datur ex fiſtulis, venit in actione in factum, & in cautione dām infecti. h. d. Et legitur iſta lex duobus modis. Primo quòd fiſtulæ eſſent applicatæ ædibus meis iure ſeruitutis. & hoc proſequitur prima gloſſ. magna. Secundò quòd nulla ſeruitus debeatur. & hoc proſequitur. gloſſ. vlt. Bartolus.*

XVII. POMPONIVS libro decimo ad Sabinum.

SI fiſtulæ per quas aquam ducas, ædibus meis[a] applicatæ damnum mihi dent, in factum[b] actio mihi competit: ſed & damni[c] infecti ſtipulari à te potero.

*Iſta eſt lex notabilis, & quotidiana: & breuiter hoc intendit: In pariete communi non licet aliquid facere vel ei aliquid adhibere per quod paries corrumpatur, & quod ſubducto pariete ſtare non poſſet. hoc dicit tota lex.*

XVIII. PAVLVS libro ſexto ad Sabinum.

FIſtulam iunctam[d] parieti communi, quæ aut ex caſtello † aut ex cœlo aquam capit, non iure haberi Proculus ait: ſed non poſſe prohiberi vicinum quo minus balineum habeat ſecundum parietem communem, quāuis humorem capiat paries:[e] non magis quàm ſi vel in triclinio ſuo vel in cubiculo[f] aquam effunderet. Sed Neratius ait, ſi talis ſit vſus tepidarij,[g] vt adſiduum humorem habeat, & id noceat vicino, poſſe prohiberi eum. Iuxta communem parietem cameram ex figlino[h] opere factam, ſi ita retineatur[i] vt etiam ſublato pariete maneat[k], ſi modo non impediat refectionem communis parietis, iure haberi licet. Scalas[l] poſſe me ad parietem communem habere Sabinus rectè ſcribit: quia remoueri hæ* poſſunt.

*In ſeruitutibus tigni vel ſtillicidij immittendi, immiſsione facta dicitur quis habere continuam poſſeſsionem. Bartolus.*

XIX. IDEM libro quintodecimo ad Sabinum.

SEruitutes quæ in ſuperficie conſiſtunt, poſſeſsione retinentur. Nam ſi fortè ex ædibus meis in ædes tuas tignū immiſſum habuero, hoc vt immiſſum habeā, per cauſam tigni poſsideo habendi conſuetudinem[m]. Idem eueniet & ſi mœnianum[n] † in tuum immiſſum habuero, aut ſtillicidium in tuū proiecero: quia in tuo aliquid[o] vtor*, & ſi quaſi facto quodam poſsideo[p].

*Licet alicui facere id ſine quo ſeruitute vti non poteſt. Bart.*

Si domo mea altior area tua eſſet[q], tuque mihi per aream tuam in domum meam ire agere ceſsiſti, nec ex plano[r] aditus ad domum meam per aream tuam eſſet, vel gradus[s] vel cliuos[t] propius ianuam meam iure facere poſſum, dum ne quid vltra quā quod neceſſe eit itineris cauſa demoliar.

*Quantum ad iura ſeruitutum realium, ædificium deſtructum & reſtitutum idem videtur: ſecus quo ad perſonales ſeruitutes. Bartolus.*

c *Damni.* ante damnum. nam ante præſtatur: ſed & negatoria agere poſſum, ſi ſeruitutem nō debeo: vt j. ſi ſer. vin. l. fiſtulas.

F*Iſtulam.*} CASVS. Si parietem communem habueris: iuxta illum fiſtulas, id eſt inſtrumenta per quæ aquæ ducantur, iure habere non potes. Sed an Balineum poſſes habere iuxta parietem communem quæritur. Et dicit Paulus quòd ſic: nec potes prohiberi: ſicut nec prohiberis id in tuo facere. Sed Neratius diſtinguit: aut nocet, aut non. ſi nocet, potes prohiberi. ſi non nocet, non potes prohiberi. Viuianus.

d *Fiſtulam iunctam.* quaſi vnitam, vt ipſe paries corrumpatur. aliàs ſecus: vt in ſcalis: vt j. ea. l. §. fin. Et dic quòd caſtellū eſt receptaculum quod aquam publicā ſuſcipit: vt j. de aqua quoti. & æſti. l. j. §. antepe.

e *Paries.* imo videtur quòd ſic: vt j. ſi ſer. vin. l. ſi quando. §. fi. Sol. vt ibi, quia ibi in alieno: hic in ſuo.

f *In cubiculo.* id eſt camera quam habet iuxta communem parietem.

g *Tepidarij.* i. balinei: quia in eo ſæpe eſt aqua tepida.

h *Ex figlino.* id eſt lateribus non coctis, & lutoſa materia.

i *Retineatur.* ſcilicet camera.

k *Maneat.* Non ergo debet ei incumbere: vt ſupra eo. quidā Hiberus. & l. inter.

l *Scalas.* quia ſcilicet ſine læſione habetur in pariete contingenti. aliàs nulla eſſet ratio: quia etſi fiſtula remoueri poteſt, non tamen iure habetur: vt ſ. ead. l. in princip. Sic ergo not. quòd aliquid facio in re communi inuito ſocio: quod mihi prodeſt, alij non nocet. Sed quid ſi ambo volumus ponere fœnum in turrim communem? Reſpō. quod alteri nocet, poteſt prohiberi: vt infra cōmuni diui. l. Sabinus. Accurſius.

S*Eruitutes.*} CASVS. Vrbana ſeruitus poteſt retineri per poſſeſsionem. Et de hoc ponit duo exempla, in quibus ſi habeo immiſſum tignum in murum tuum, retineo ſeruitutem. {SI DOMO.} Dicit quòd ille cui ſeruitus eſt cōceſſa, poteſt facere riuos & foſſas, per quòs vel quas vtatur ſerui. ſi aliter vti non poterat: vt ſ. eod. l. ſeruitutes. {SI SVBLATVM.} Si tu debes mihi ſeruitutem ſtillicidij recipiēdi ex domo mea: & iſta domus diruatur: refici debet eadē qualitate & ſpecie. aliàs eſſet aliud ædificium. {SI SERVITVS.} Area tua debet recipere ſtillicidium domus meæ. ſi vis ædificare in illa area, non potes. Hoc eſt verum, ſi non poſſet propter ædificium hoc ſtillicidium cadere: aliàs potes ædificare vſq; ad tectum domus meę: & hoc cum §. fi. infra eo. {SI ANTEA.} Si domus tua recipiat domus meæ ſtillicidium, non poſſum mutare tectum meum: ſcilicet ſi eſt ex tegulis, facere ipſum ex tabulis. Et eſt ratio: quia leuius cadit aqua ex tegulis, quàm ex tabulis. {STILLICIDIVM.} Siue ex teſtamento, vel ſtipulatione vel quocunque alio modo domus tua recipiat ſtillicidium domus meæ, poſſum domum meam exaltare: deprimere autem non poſſum. & eſt ratio in litera. Item poſſum facere retro ſtillicidium, id eſt poſſum retro trahere ſtillicidium, id eſt quòd cadat tantum ante: ſed facere ſtillicidium plus alte non poſſum. & eſt ratio in litera. Viuianus.

m *Conſuetudinem.* ſcilicet hanc, vt immiſſum habeam, quod eſt ſupra.

n *Mœnianum.* immiſſum dicitur, quod in alia parte quieſcit: mœnianum, non: vt infra de ver. ſign. l. malum. §. j. & infra eo. l. hoc quod.

o *Aliquid.* id eſt in partibus quibuſdam.

p *Poſsideo.* idem & in ſeruitute ſtillicidij, & aliis: vt infra ſi ſerui. vin. & ſi forte. §. ſciendum. Accurſius.

q *Eſſet.* vt ſi domus in inferiori, area in ſuperiori parte montis eſſet. Azo.

r *Ex plano.* id eſt per viam planam: & ſic tempore aquæ lubrica erat via.

s *Gradus.* ſcilicet lapideos longos.

t *Cliuos.* foſſas terreſtres per gyrum. Et ſic no. quòd poteſt operari id ſine quo ſeruitus eſſe non valet: vt hic, & ſupra tit. j. ſi iter. & infra de iti. actuque pri. l. iij. & infra tit. j. l. Quintus. Secus ſi ſine eo poteſt vti: vt infra de aqua plu. arcend. l. ij. in prin. quæ eſt contra: vt hic ſubiicit.

* *hæc.*

† *Mœnianū locus eſt proiectus ac propēdens: è quo ludi ſpectarentur, qualia Romæ in foro fuiſſe notū eſt, vnde Labeo. ff. de ver. ſig. Proiecta inquit, ſunt ea, quæ ita prouehuntur, vt nūquam conquieſcant: cuiuſmodi ſunt mœniana, & ſuggrūdia. quæ vero aliquid habēt, vbi cōquieſcāt, immiſſa, nō proiecta vocantur: veluti tigna, trabes, quæ immittantur.*

* *Aliquid eſt quo vtor.*

Si ſublatum

a *Si ſublatum ſit ædificium.* dominans.
b *Intelligatur.* propter vtilitatẽ intelligitur idẽ quod non eſt idem, ſed mutatum, vel auctũ, vel deminutũ: vt hic & ĵ. de except. rei iudi. & an eadem. §. idem. & s̃. de iudi. proponebatur.
c *Interpretetur.* ſcilicet aliquis.
d *Vſuſfructus interit.* in eo cõſtitutus: vt ſupra quibus modis vſusfr. amitti. l. repeti. §. rei mutatione.
e *Pars.* & quidem maxima: vt ĵ. de ſolu. qui res. §. aream. in fine. §. ſed non eſt ita in reali ſeruitute, quæ reſtituitur: vt hic, & ĵ. eo. ſi teſtamẽto. & l. eum. & infra ſi ſer. vindi. & ſi forte. §. etiam. & ſic æquitas non trahitur ad equinum: quare ſecus.
f *Ibi ædificare.* ſ. ſic vt non recipiatur ſtillicidium: alioquin eſt contra finem huius legis.
*Flo. caſitare. & mox caſitauerit.
g *Caſitauerit.* i. frequẽter ceciderit.
h *Non poteſt.* ſi ex ea materia grauius caſitauerit.
i *Stillicidium.* i. ſeruitus ſtillicidij: vel id eſt dom' cui debetur ſeruitus ſtillicidij.
k *Quoquo modo.* inter viuos, vel in vltima voluntate. Accurſius.
l *Interdum.* quaſi dicat, non ſemper. Azo.
m *Non poteſt.* illud ædificium cui debetur ſeruitus, non poteſt demitti inferius. Azo.
n *Flumen.* recti' enim cadit. Accurſius.
o *Eadem cauſa.* id eſt eadem ratione. Nam qua ex cauſa poteſt tolli altius, quia leuior eſt ſeruitus: eadem poteſt retro trahi: vt ſubiicit. Et qua ratione non poteſt deprimi, quia ſic fit grauior: eadem non poteſt produci vltra: vt ſubiicit. Accurſius.
p *Ei conceditur.* vt s̃. e. l. §. ſi ſeruitus. cõtra. Sol. vt ibi.
q *SI domus.* Deberet. & ne &c.
r *Tolleretur.* propter lumen.
s *Conceſſero.* remittendo. Accurſius.
t *Tollere.* quia ſic remiſit: vt hic, & infra quẽ admodum ſerui. amitti. ſtillicidij. & infra ti. j. ſi mihi. Sed quid eſt econtra ſi remiſi ſeruitutem ſtillicidij nõn recipiendi? Reſpon. & illam altius non tollendi videor remiſiſſe. nam non poteſt non recipere, niſi altius tollat: vt argu. ſupra de iuriſdict. omnium iudic.
u *QVi ædificium. Luminibus.* i. feneſtris vnde lumen venit.
x *Quæ poſtea.* vt de feneſtris factis, vel faciendis. Vel dic etiam futuro ædificio: vt ĵ. l. prox. §. fin.

Si ſublatum ſit ædificium[a] ex quo ſtillicidium cadit, vt eadem ſpecie & qualitate reponatur, vtilitas exigit vt idẽ intellegatur[b]. Nã alioquin, ſi quid ſtrictius interpretetur[c], aliud eſt quod ſequenti loco ponitur: & ideo ſublato ædificio vſusfructus interit[d], quanuis area pars[e] eſt ædificij. Si ſeruit' ſtillicidij impoſita ſit, non licet domino ſeruientis areæ, ibi ædificare[f] vbi caſitare* cœpiſſet ſtillicidium.

B *Dominus domus dominantis non poteſt facere id per quod cõditio ſeruitutis fiat deterior, ſed melior. Bartolus.*

Si antea ex tegula caſitauerit[g] ſtillicidium: poſtea ex tabulato vel ex alia materia caſitare non poteſt[h]. Stillicidium[i] quoquo modo[k] adquiſitum ſit, altius tolli poteſt. leuior enim fit eo facto ſeruitus: cum quod ex alto cadet, lenius & interdum[l] direptum, nec perueniat ad locum ſeruientem. Inferius demitti non poteſt[m]: quia fit grauior ſeruitus, id eſt pro ſtillicidio flumen[n]. Eadem cauſa[o] retro duci poteſt ſtillicidium, quia in noſtro magis incipiet cadere. Produci non poteſt, ne alio loco cadat ſtillicidium, quàm in quo poſita ſeruitus eſt. Lenius facere poterimus, acrius non. Et omnino ſciendum eſt meliorem vicini conditionem fieri poſſe, deteriorem nõ poſſe: niſi aliquid nominatim in ſeruitute imponenda immutatum fuerit.

*Dominus domus ſeu prædij debentis recipere ſtillicidium, poteſt ibi ædificare, dummodo ſtillicidium ſeu ſeruitutem debitam non impediat. Bartolus.*

Qui in area in qua ſtillicidium cadit ędificat, vſque ad eum locum perducere ædificium poteſt, vnde ſtillicidiũ cadit rectè. Sed & ſi in ædificio cadit ſtillicidium, ſupra ædificare ei cõceditur[p]: dum tamen ſtillicidium rectè recipiatur.

*Quando vni competunt plura iura, vno ſublato aliud illæſum remanet. h. d. vel ſic: Quando vni competunt plura iura: ſi vnum remittit, aliud remittere non dicitur. Bartolus.*

A *SI ſeruitus.* }. Casvs. Si ex vna parte domus meæ erant feneſtræ, quæ tuæ domui debent ſeruire: ſi ex altera parte feciã feneſtras: non videor de his cauiſſe ſi ita dictum fuit, vt lumina vti nunc ſunt, ita ſint. ſi autem dixi, ne luminibus officiatur: omne lumen ſignificatur, & præſens, & futurum: & ſic ad totam domum videor lumen conſtituiſſe. & ſic ratio generalis omnia comprehendit. Viuianus.

XX. Pomponivs libro trigenſimotertio ad Sabinum.

SI domus † tua ædificiis meis vtramq; ſeruitutem deberet[q], ne alti' tolleretur[r], & vt ſtillicidium ædificiorũ meorum recipere deberet, & tibi conceſſero[s] ius eſſe inuiuito me altius tollere[t] ædificia tua: quod ad ſtillicidium meũ attinet, ſic ſtatui debebit, vt ſi altius ſublatis ædificiis tuis ſtillicidia mea cadere in ea non poſsint, ea ratione altius tibi ædificare nõ liceat. ſi non impediantur ſtillicidia mea, liceat tibi altius tollere.

*Seruitus ne luminibus officiatur, porrigitur ad lumina præſentia, vel ad futura, ſi eſt actum: & in dubio indefinita locutio æquipollet vniuerſali. Bartolus.*

XXI. Ivlianvs libro ſecundo ex Minicio.

QVi ædificium habet, poteſt ſeruitutem vicino imponere, vt non ſolũ de his luminibus[u] quæ in præſentia erunt, ſed etiam de his quæ poſtea[x] fuerint, caueat.

C XXII. Pomponivs libro trigenſimotertio ad Sabinum.

SI ſeruitus impoſita fuerit, lumina[y] quæ nunc ſunt, vt ita ſint: de futuris luminibus nihil[z] caueri videtur. Quòd ſi ita ſit cautum, ne luminibus[a] officiatur, ambigua eſt ſcriptura, vtrúmne his luminibus officiatur quæ nunc ſunt, an etiam his quæ poſtea quoque fuerint. & humanius eſt, verbo generali omne lumen ſignificari, ſiue quod in præſenti, ſiue quod poſt tempus conuentionis contigerit.

*Ædificio futuro poteſt ſeruitus imponi & adquiri. Bartolus.*

D Futuro † quoque ædificio quod nondũ eſt, vel imponi[b] vel adquiri[c] ſeruitus poteſt.

XXIII. Pavlvs libro quintodecimo ad Sabinum.

CVius ædificium iure ſuperius[d] eſt, eius eſt in infinito ſupra ſuum ædificium imponere[e]: dum inferiora ædificia non grauiore ſeruitute oneret[f], quàm pati debent.

y *Lumina.* Domus habebat duas feneſtras adminiſtrantes lumen intus: ad quas habet ſeruitutem ex domo vicina de lumine. Accurſius.
z *Nihil.* Immo cõtra videtur: vt ĵ. eo. l. eum. Solu. vt ibi. Item not. hic contra generalitatem: quia ſpecialia generalibus non inſunt: vt infra de le. iij. l. vxorem. §. codicillis. & §. felicisſimo. & §. legauerat. in fine. & C. ad Vell. iubemus. & ĵ. de auro & argen. leg. l. cum aurum. & de contrahen. emp. l. in lege. & ĵ. de verbo. oblig. ſi ſtipulatus. §. cum ſtipulamur. & de le. ij. cum pater. §. dulciſsimis. econtra pro generalitate facit. ĵ. proxi. reſpon. ibi, & humanius eſt &c. vt s̃. de in ius vocan. l. quique. §. parentes. & infra de lib. & poſthu. l. placet. & C. quę res pign. oblig. poſſ. l. fina. & C. de hered. vend. l. fi. & de leg. iij. hoc legatum. j. reſpon. & l. quæſitum. §. prædia. Sol. hoc eſt regulare, vt ſtetur generalitati: & ſi quandoque eſt contra, illud ſpeciale eſt: [a] vt infra de regu. iur. l. ſemper. Accurſius.
a *Luminibus.* nec eſt dictũ, quæ nunc ſunt, vt ita ſint. Accurſius.
b *Imponi.* vt ſeruiat.
c *Vel adquiri.* vt ſeruiatur ei: non vt ſit ſeruitus: vt infra communia pręd. l. j. ſed vt quis obligetur nomine ſeruitutis: vt infra de ver. oblig. exiſtimo. & infra ſi ſer. vind. l. fin. & infra titul. j. l. Labeo. Accurſius.
*CVius.* }. Casvs. Domus mea erat ... poſſum domum meã quantũcunq; volo altius tollere, dummodo ſi tua domus quæ meæ ſeruiat non grauetur in plus. Vi.
d *Superius.* puta verſus ripam: vt s̃. eo. l. ſeruitutes. §. ſi domo.
e *Imponere.* vt s̃. eo. l. cum eo. & l. imperatores. Accurſius.
f *Oneret.* vt s̃. eod. l. ſeruitutes. §. ſtillicidium. & infra de aqua plu. arcen. l. j. §. item ſciendum. Accurſius.

HOc quod. }. Casvs. Dictum eſt s̃. l. j. quòd licet immittere tiguum in domum vicini. i. ſeruitutem tigni immittẽdi.

Hoc

Hoc dicit eſſe verum quando habeo domum ex qua immitto in vicini domum: aliàs ſi domum non habeo, ſed immitto in alienũ ædificiũ, & cedit ſolo: non eſt ſeruitus.{S I EX TRIBVS.} Tu habebas domum ex ſuperiori parte: ego in medio domum meam habebam. Titius autem habebat inferius. ego autem conſtitui ſeruitutem ad domum tuã: & inter meam & domum Titij eſt paries communis. Titius vult altius tollere illum parietem communem. an poſsit quæritur. Et reſpondetur quòd ſic. licet ergo dominus medietatem ædiũ non poſſum altius tollere: nec ego teneor prohibere illum Titium. Viuianus.

A l *Toti.* ſic quod omnibus, non quod vni tantùm expedit: vt hic, & ĩ. pro ſocio. l. actione. §. Labeo. & in authen. de non alie. §. quia verò veriſimile. in fin. colla. ij. Item ad id quod dicit opus tolli, eſt contra. ĩ. communi diuid. Sabinus circa fi. ibi, ſed & ſi in communi &c. ſed illa ſecundum hanc. vel forte & hic eo abſente: vt & ibi.[b] Accurſius.

*Seruitus tigni immittendi poteſt deberi ei qui non habet ædificium. Bartolus.*

XXIIII. POMPONIVS libro trigenſimotertio ad Sabinum.

HOc * quod dictum[a] eſt de immiſsis, locum habet ex ædificio alio in aliud. aliter[b] enim ſupra alienum ædificium ſuperius habere nemo poteſt.

*Seruitus quæ tibi debetur à domo vicina, non impedit dominum alterius domus ædificare ſupra parietem communem. Barto.*

B Si ex tribus ædibus in loco impari poſitis ædes mediȩ ſuperioribus ſeruiant ædibus, inferiores autẽ nulli ſeruiãt, & paries[c] communis qui ſit inter ædes inferiores[d] & medias, altius à domino inferiorum ædium ſublatus ſit, iure eum altius habiturum Sabinus ait.

*In re communi non poteſt quis aliquid facere vel prohiberi iure ſeruitutis: ſed ei per communi diuidundo iudicium ſuccurritur. Bartolus.*

XXV. PAVLVS libro quintodecimo ad Sabinum.

IN re communi nemo dominorum iure ſeruitutis C neque facere quicquam inuito[e] altero poteſt[f], neq; prohibere[g] quo minus alter faciat. nulli enim res ſua ſeruit[h]. Itaque propter immenſas contentiones[i] plerumq; res ad diuiſionem peruenit: ſed per communi diuidundo actionem conſequitur ſocius quo minus opus fiat[k], aut vt id opus quod fecit, tollat*, ſi modo toti[l] ſocietati prodeſt opus tolli.

*Pro eo quod fit ex ædibus propriis in cõmunes, vel conuerſo: poteſt agi negatoria. Bartolus.*

XXVI. POMPONIVS libro trigenſimotertio ad Sabinum.

SEd ſi inter te & me communes ſint Titianæ ædes, & ex his aliquid non iure in alias ædes meas proprias B immiſſum ſit, nempe tecum mihi agere licet[m], aut rem perdere†. Idem fiet, ſi ex tuis propriis ædibus in communes meas & tuas ædes quid ſimiliter eſſet proiectum, mihi enim ſoli tecum eſt actio.

*Inuito ſocio non poteſt quis ædificare in re communi: licet ſibi permittatur à domino prædij ſeruientis. Bartolus.*

Si in area communi ædificare velis, ſocius prohibendi ius habet: quamuis tu ædificandi ius habeas à vicino cõceſſum[n]: quia inuito ſocio in iure* communi non habeas C ius ædificandi.

*Seruitus quæ non habet cauſam continuam, non poteſt adquiri tempore. & cauſam continuam non habet omnis ſeruitus ad cuius vſum factum hominis requiritur. & damnum quod ex ſeruitute non iure debita contingit, venit in actione damni infecti. hoc dicit. Diuide. Primo ponit dictum. Secundo illud limitat. Tertio illud probat per rationem. Quarto ponit tres illationes. ſecunda ibi, Hoc ita. tertia ibi. Neq; enim. quarta ibi, Et ideo. Bartolus.*

a *Hoc quod dictum.* ſ. eo. l. j. & l. ſeruitutes. in prin. Accurſius.

b *Aliter.* i. ceſſante iure immittendi, ſecundum Ir. vel dic, id eſt ſi non ex tuo in alienum, ſed cum non habeas ædificium, in alieno immittis. nam cedit domui in quam immittitur: vt C. de rei vindi. l. ſi inferiorem. Accurſius.

c *Paries.* ſiue dicas parietem communẽ pro diuiſo: & tunc quidem non dubitatur quòd poteſt ædificare inferior dominus. ſi pro indiuiſo. nõ debet teneri prohibere: quia natura earum ſeruitutum eſt ea, vt patiatur: non vt aliquid faciat: vt ſ. titu. j. quotiens. §. j. Vel dicas communis, id eſt medius erat cum eſſet inferioris tantum. Accur.

d *Inferiores.* Opponitur: Paries iſte eſt pars domus ſeruientis: & illa ſeruit: ergo paries. Reſpon. ei non potuit imponi[a] ab vno dominorum. Sed tũc opponitur: ergo dominus etiam ſeruientis poteſt ibi ȩdificare. Reſpon. nequaquam. vt infra titu. j. per fundum. Item opponitur: ergo pro parte cõſtituitur, quod non poteſt: vt ſupra titu. j. pro parte. in fin. ſed dic hic certa: vt l. ad certam. ſupra de ſeruit.

IN re.} C A S V S. Habeo tecum domum cõmunem: tu vis ſupra eleuare. quaſi in hoc tibi ſeruiat res communis. quæritur an poſsis altius tollere. Reſpondetur, non potes ipſo iure. idem econtra: nec ego te prohibere ædificare, eo iure quaſi D in hoc ſeruiat mihi res communis, vt alter me inuito non ſuperædificet: ſed alio iure idem prohibere poſſum, communi ſcilicet diuidundo, & pro ſocio, vt non fiat: & factum tollatur. ſed ſi communi expedit, poſſum, & etiam diuidere. Et coniunge l. ſeq. quæ plana eſt. Viuianus.

e *Inuito.* quia dicam in hoc mihi eam ſeruire: ſed neque prohibere, ſcilicet per confeſſoriam, ſed per negatoriam ſic: vt ĩ. ſi ſer. vin. l. an vnus. ſed opponitur, quòd in multis caſibus notatis infra communi diuid. Sabinus. ſocius facit inuito ſociò. ſed dic non iure ſeruitutis. Item not. quod commune eſt, meũ eſt: ſic infra de leg. j. ſerui electione. §. ſi.

f *Altero poteſt.* vt C. eo. l. parietem. Accurſius.

g *Prohibere.* iure ſcilicet ſeruitutis: vt ſubiicit, nulli enim &c. ſed iudicio ſocietatis, vel communi diuidundo ſic: vt ſubiicit, & infra communi diui. l. Sabinus. & infra ſi ſer. vin. l. an vnus.

h *Seruit.* vt ſupra ſi vſusfruct. peta. l. vti frui.

i *Contentiones.* quas excitat communio: vt ĩ. de leg. ij. cum pater. §. dulciſsimis. & infra de re. eo. l. qui neque. in fi.

k *Fiat.* vt ĩ. de noui ope. nun. l. in prouinciali. §. j. niſi in caſibus in quibus prohibere non poteſt: vt dices infra communi diui. Sabinus.

SEd ſi inter.} C A S V S. Hæc lex continuatur cum ſuperiori: & caſus eſt talis: Ego & tu habebam' domum communem: & ex illa domo communi proiicitur tignum ſuper domum meam: agam contra te negatoria, vt tollatur. & idem eſt ſi ex domo tua proiicitur aliquid ſupra domum communem: quòd agam vt remoueas. {SI IN AREA.} Habeo tecum aream communem. quæ debet ſeruitutem Mæuio altius non tollendi. Duplici ex cauſa eleuari non poteſt. Vna, quia ſeruitus eſt impoſita, etiam ſi à Mæuio tibi concederetur. Alia, quia ego prohibere poſſum: & licet ſeruitus remittatur, tamen aliud impedimentum ſubeſt. Viuianus.

m *Agere licet.* per negatoriam actionem: aut ſcilicet perdã ius prohibendi per prædictam actionem. i. libertatem. Nam adquiritur ſeruitus rei communi, etiam per vnum tantum de ſociis, ſcilicet tempore, vt hic: non autem alio modo: vt ĩ. titu. j. ſi vnus. Eſt tamen argum. contra: quia plus videtur poſſe fieri per conuentionem, quàm per tempus: vt infra quemadmodum ſerui. amittun. nam ſatis. §. ſed ſi is fundus. ibi, poſſunt tamen &c. Sed ibi in perdenda: hic in adquirenda. Vel dic perdere, id eſt deſtruere: & ſua auctoritate: vt infra ad leg. Aquiliam. l. quemadmodum. §. ij. Sed quod dicitur hic, me agere negatoria pro re propria contra ſocium rei communis: eſt contra. infra finium regun. l. ſed & loci. §. ſi commune. Solut. vt ibi. Et eſt ratio (vt dicunt) quòd præſcriptio per vſum inducitur, non per pactum: quia per præſcriptionem non D quærit perſona, ſed lex: ſic & retinetur ſine perſona. ſi aqua influat per ſe: vt infra quemadmod. ſeruit. amit. l. qui fundum. Vel ſi quocunque vadat: vt l. denique. in eodem. titu. Sed hæc ratio non videtur bona: quia lex non quærit ſine facto hominis poſſidentis, & præſcribentis: vt ĩ. eo. l. ſi ædes. §. libertas. Item & illæ quemadmodum ſerui. amit. in retinenda dicunt, quod eſt facilius. aliam ergo rationem quære. Sed dices per. l. infra de vſucap. l. j. & pro ſuo. l. fi. & inſtitu. de vſucap. in princip.

n *Conceſſum.* cui debebatur ſeruitus ne domus communis tolleretur. Accurſius.

FOramen.} C A S V S. Conceſsiſti mihi tale ius, vt in tuo pariete eſſet foramen quoddam, per quod traheretur aqua ad lauandum familiam domus meæ. quæritur an ſit aquæductus, & quæratur tẽpore? Et reſpon. refert manu fiat: & tunc nec flumen eſt nec aquæ ductus, nec tempore quæritur. an naturaliter fiat, vt quando pluit: & tunc quia naturaliter immittitur, licet non continue, habet quaſi perpetuam cauſam: & tunc eſt proprie ſeruitus. Secundo dicit, quòd omnes ſeruitutes debent habere perpetuam cauſam: quod non poteſt eſſe ex lacu, vel ſtagno: & ideo non poteſt ſeruitus aquæ ductus in eis concedi. Tertio dicit quòd ſtillicidij ſeruitus ita demum proprie eſt ſeruitus, & tempore quæritur, ſi natu-

*b Eo præſente. P. & Fl.*

** Quod tamen nõ cogetur tollere, ſi cum prohibere poterat ſocius hoc prætermiſerit. l. Sabinus. ĩ. commu. di. L.R.*

*† Id eſt opus demoliri ac diruere. l. quemadmodũ. §. 2. ad l. Aqui. in qua ſignificatio ne perdere à Cicerone vſurpatur.*

** vulg. in re.*

ſi naturaliter recipitur: non ſi manu per canales, vel aliud ſtillicidium immittitur. Quarto refert ſe ad primum caſum: vt ſi quidem damnum inferri timeatur rei ſeruienti, vt parieti in quo eſt foramen: habeat locum ſtipulatio damni infecti. hoc dicit cum lege ſequenti. Viuianus.

A o *Stagno*. quod temporalem, quæ tempore pluuiæ colligitur: vt j. vt in flu. pu. l. j. §. lacus. & §. ſtagnum. Sed licet ſeruitus aquæductus non poſsit ex lacu fieri, tamen ſeruitus nauigij fit: vt infra de ſerui. ruſti. prædio. l. via. §. j. Sed quæ eſt ratio? Reſpon. ſecundum Ir. quia quandoq; nauigium currit, quandoq; non aquæductus continuo. vel fauore nauigij dictum eſt. Tu dic quòd per nauigiũ nõ minuitur aqua, ſed per aquæductum ſic.

XXVII. PAVLVS libro quintodecimo ad Sabinum.

FOramen[a] * in imo pariete[b] conclauis[c] vel triclinij quod eſſet proluẽdi pauimẽti[d] cauſa, id neq; flumẽ[e] eſſe[f], neq; tẽpore adquiri placuit. Hoc ita verum eſt,[g] ſi in eum locum nihil ex cælo aquæ veniat. Neq; enim perpetuam cauſam habet, quod manu fit[h]: at quod ex cælo cadit, etſi nõ adſiduè[i] fit, ex naturali tamen cauſa fit, & ideo perpetuo[k] fieri exiſtimatur. Omnes autem ſeruitutes prediorum, perpetuas[l] cauſas habere debent[m]: & ideo neq; ex lacu[n] neque ex ſtagno[o] concedi aquæductus poteſt. Stillicidij quoque immittendi, naturalis & perpetua cauſa[p] eſſe debet.[q]

XXVIII. POMPONIVS libro trigenſimoſecundo ad Q. Mucium.

SI quid igitur[r] ex eo foramine ex quo ſeruitus nõ conſiſtit[s], dãnum * vicini[t] ſenſiſſet,[u] dicendũ eſt dãni infecti ſtipulationem locũ habere.

*Si ad aliquod prædium ſeruiens incipiat pertinere inſolidum, ſeruitus extinguitur, ſecus ſi pro parte. Bartolus.*

XXIX. PAVLVS libro quintodecimo ad Sabinum.

SI quis ædes quæ ſuis ædib' ſeruirẽt, cũ emiſſet, traditas ſibi accepit, cõfuſa ſublataq; ſeruitus[x] eſt: & ſi rurſus vendere vult, nominatim imponẽda ſeruitus eſt: alioquin liberæ veniunt. * Si partem prædij nãctus ſim, quod mihi, aut cui ego ſeruiam, non confundi ſeruitutem placet: quia pro parte ſeruitus retinetur.[y] Itaq; ſi prædia mea prædiis tuis ſeruiant, & tuorum partẽ mihi, & ego meorum partem tibi tradidero, manebit ſeruitus. Item vſuſfructus in alterutris[z] prædiis B adquiſitus, non interrumpit[a] ſeruitutem[b].

*Domus deſtructa poteſt vſque ad ſtatum priſtinum reſtaurari non obſtante ſeruitute ne luminibus officiatur. Bartolus.*

XXX. IDEM libro quadragenſimooctauo ad Edictum.

SI teſtamento damnatus heres ne officeret vicini luminibus, ſeruitutemq; preſtaret, depoſuit ædificium[c]: concedẽda erit legatario[d] vtilis[e] actio, qua prohibeatur heres ſi poſtea extollere ſupra priorem modum ædificium[f] conabitur.

*Poteſt aduerſus vnum præſcribi libertas, aduerſus alium non, ex eadem ædificatione. Bartolus.*

C XXXI. IVLIANVS libro ſeptimo Digeſtorum.

SI ædes meę † ſeruiant ædibus Lucij Titij & ædibus Publij Mæuij, ne altius ædificare mihi liceat, & à Titij precariò petierim vt altius tollerem, atque ita per ſtatutum tempus ædificatũ habuero, libertatem aduerſus Publiũ Mæuiũ vſucapiam[g].

a *Foramen*. per quod mittebatur aqua ex fonte vicini in pauimentum quibuſdam temporibus.

* Cõiunge l. ſeruitutes, de ſerui tu. Duar. Conclaue, inquit Donatus, locus eſt ſuperior, in interiorib' tectis, ſic dictus ꝙ intra eũ loca multa & cubicula clauſa ſunt adherentia triclinio.

b *Pariete*. ſeruiente.

c *Conclauis*. eſt locus qui multis clauibus firmatur: maximè inter duas domos: vt infra de damno infect. quod conclauè. ſed triclinium eſt vt dixi infra commoda. l. ſi vt certo. §. ſi de me.

d *Pauimenti*. dominantis. Accurſius.

e *Flumen*. Flumen vocat lignum excauatũ, in quo colligitur aqua pluuialis, vel alia naturalis tamen, quæ ſemper fluat.

f *Eſſe*. & ſic non eſt ſeruitus: vt j. prox.

g *Verum eſt*. quòd tẽpore non quæratur. Accurſius.

h *Fit*. vt immiſsio aquæ per prędictum foramen. aliàs fere omnis ſeruitus non haberet perpetuam cauſam: cum omnes manu fiant: vnde melius dixiſſet, quod manu fiat, id eſt vſus cuius ſeruitus manu exercetur.

* vulg. damni.

i *Adſidue*. & ſic dicitur de aqua quotidiana, quæ quotidie duci poteſt: licet quotidie non ducatur: vt infra de aqua quotidia. & ęſtiua. l. j. §. quotidiana. & §. quod autem ſcriptum eſt. Accurſius.

k *Perpetuo*. & ideo tẽpore adquiritur, ſicut aquæ ductus: tamen non aliàs niſi cõtinue ducatur aqua, adquiritur tempore: quia etſi naturaliter aqua deriuetur, tamen ſæpe euenit quòd per manu factum riuum eam ducas. porro ſi continuè plueret, continuo de ſtillicidio caſitaret. vnde aquæ ductus poteſt habere & non habere continuationem: ſed ſtillicidium ſemper habet quaſi perpetuam. propter aptitudinem.

D l *Perpetuas*. vel quaſi, vt in ſtillicidio: vt in fi. huius l. & hoc ad hoc vt poſsint præſcribi: vt dixi ſupra de ſerui. l. ſeruitutes.

m *Debent*. ad hoc vt poſsint tẽpore quæri: & ad hoc vt verè poſsit dici ſeruitus: vt j. l. prox. Sed tamen id ſolũ non ſufficit: immo oportet quòd continuè ea ſit vſus, vt in aquæ ductu dixi modo: ſaluo eo quod dicitur de ſtillicidio. vel aliter omnes habere debent perpetuas cauſas ad hoc vt perpetuo eas habeant, ex quo conſtitutæ ſunt, licet perpetuo his non vtantur. vnde neq; in lacu, neq; in ſtagno ſic concedi poteſt, vt perpetuo ſit: quia interdum immo ſæpe exareſcunt: vnde ipſo iure extinguitur ſeruitus: licet reſtituatur in priſtinum ſtatum, ſi ſtatuto tempore lacus vel ſtagnum ſit reſtitutum. Et ſecundũ hoc iter habet perpetuam cauſam. vel aliter, vt poſsit concedi, perpetuam cauſam, & continuã habere debet. Vnde nec in lacũ, nec in ſtagnum poteſt concedi: quia interdũ exareſcũt, & ſæpe. Sed tamen interim dum extat, prohiberi non debet. ſecundum hoc etiam de itinere dicit, quod habet perpetuam cauſam: ſed non ſecundum primam expoſitionem. ſed nonne & domus ſæpe diruitur? non ergo in ea ſeruitus conſtitui poteſt. Reſpon. non ſic ſæpe vt lacus & ſtagnum.

Lacus quid ſit.

n *Lacus*. lacus eſt qui perpetuam habet aquam, non tamen exinde exeuntem. Accurſius.

p *Cauſa*. vt poſsit præſcribi: non autem ſi manu aqua proiciatur.

q *Debet*. quia nec in manu cõſiſtit vſus ei': & perpetuo paratũ eſt ad ſuſcipiendã aquam: & ideo poteſt præſcribi. Accurſius.

r SI *quid igitur*. illatio ſuperioris legis.

s *Non conſiſtit*. maxime, nam & idẽ ſi conſiſtat: vt ſ. eo. l. fiſtulæ. Accurſius.

t *Vicinus*. qui credebat debere ſeruitutem ex pariete.

u *Senſiſſet*. ſcilicet ſpe: vel dic, etiam re: & tunc ſi ſtipulatio eſt interpoſita, damni infecti agitur ex ea. aliàs agitur in factum de damno dato: vt j. ad legem Aquil. ſi ſeruus ſeruum. §. ſi furnum. Quidam tamen dicunt ex ſtipulatione agi quando fuit interpoſita. ſed ſi finita fuit dies eius dum ſecundo non caueretur, tũc vtili, ac ſi eſſet interpoſita ſtipulatio: vt j. de damno infecto. l. ſi finita ſit dies ſtatuta. in prin.

SI *quis*.} CASVS. Aedes tuæ meis ſeruiebant. emi illas tuas ędes: & ſic extincta eſt ſeruitus. ſi eas poſtea alij vendo, liberæ vendi videntur: niſi ſeruitutem imponerẽ. {SI PARTEM.} Hunc caſum dic vt ſupra de ſeruitu. vt pomum. §. j.

x *Seruitus*. vt j. communia prædio. l. quicquid.

y *Retinetur*. vt j. tit. j. l. vnus ex. in princip. & ſ. de ſeruitut. vt pomum. §. ſi prædium. Accurſius.

z *In alterutris*. ſcilicet in dominante, vel ſeruiente.

a *Non interrumpit*. ſcilicet hæc perſonalis ſeruitus.

b *Seruitutem*. ſcilicet prædialem.

SI *teſtamento*.} CASVS. Heredem meum damnaui, ne domus tuæ luminibus officerẽt. ſi heres deſtruxit illam domum, ex qua debebatur ſeruitus, & poſtea reficere velit: competit tibi vtilis actio, vt heredem prohibeas altius reædificare. Viuianus.

c *Aedificium*. in quo ſeruitus legata erat: & aliud nouum ſuſtulit: vt infra colligitur.

d *Legatario*. cui ſeruitus legata erat.

e *Vtilis*. non directa: quia nõ eſt illud ædificium cui ſeruitus impoſita eſt, ſecundum Azo. vt ſ. eo. ſeruitutes. §. ſi ſublatum.

f *Aedificium*. ſcilicet nouum.

SI *ædes*.} CASVS planus eſt vſq; ad §. libertas. Si debeo ſeruitutem altius non tollendi: præſcribo libertatẽ, ſi teneam exaltatam illam domum ſeruientem. Sed pone quòd incepi poſsidere vt liberas: & poſtea cecidi à poſſeſsione. interrupta eſt vſucapio: ſed is ad quem poſt deuenit, vſucapit libertatem, ſi legitimo tempore poſſedit. Viuianus.

g *Vſucapiã*. ſi ignoraui ſeruitutẽ ad aliũ pertinere, & ſic bonã fidẽ habui: vt j. quẽad. ſer. amit. l. fi. Vel ſi ſciui, nõ tamẽ vi aut clã, vel precario: ſed qui permiſit precario, reuocabit quando

do volet: vt j.communia prædio.l.pen. Et ſic not hic ꝙ ſine A titulo apto præſcribitur libertas: vt dixi ſ. titu.j.ſeruitutes.

a *Vna ſeruitus* quod ſi eſſet, non poſſet aduerſus alterū tantū vſucapi libertas. Ir.

b *Duæ.* hic no. ꝙ vſucapio prodeſt, & non prodeſt: ſic conditio eſt conditio, & non conditio: vt j. de manu. teſta. l. ſi ita ſcriptum. & ſ. de vſufru. l. vſusfructus.

c *Argumentum rei.* ſcilicet quòd non vna ſeruitus ſit, ſed duæ. Vel dic quòd aduerſus Mæuium vſucapiam. eſt tamen huic dicto argu. contra j. quemadmod. ſer. amit. l. nam ſatis. §. ſed ſi fundus. ibi, poſſunt tamen &c.

d *Remiſiſſet.* per pactū.

e *Poſſideantur.* tanquā liberæ. Accurſius.

f *Statutū.* ad vſucapiēdam ſeruitutis libertatem, quæ eſt x. vel xx. an. vt dices j. quemad. ſer. amit. l. ſi ſic.

g *Interpellata.* naturali interruptione: vt j. de vſucap. l. naturaliter.

g *Integro.* Hoc ſi non habuit cauſam à priore: vel ſi habet: alius in medio poſſedit: alias coniunguntur tempora: vt inſtitu. de vſuca. §. inter. & infra de vſucap. pro emp. l. ij. §. penult.

i *Seruitutum.* melius dixiſſet libertatum.

k *Poſſint.* ab eo qui debet.

l *Poſſidet.* altius ædificatas: qui præſcribit & occidit alterius ſeruitutem præſcribendo: ſicut & in re corporali qui poſſidet præſcribit & occidit dominiū alterius: & ſic poſſidendo ſeruitutem, adquirit libertatem.

E *Vm.* } C A S V S. Ille qui debet ſeruitu. oneris ferendi ſuper murum ſuum: ille ſuper columnam ſuam debet reficere: & non ille cui debetur ſeruitus: ſiue ſit ita dictum: vti nunc ſunt, ita ſint: vel alio modo. & hoc dicit hæc. l.

nō enim vna ſeruitus[a] Titio & Mæuio debebat, ſed duæ.[b] Argumentum rei[c] præbet, quòd ſi alter ex his ſeruitutē mihi remiſiſſet[d], ab eo ſolo liberarer: altero nihilo minus ſeruitutem deberem.

*Niſi prædia vrbana poſſideantur continuè, eorum libertas non præſcribitur. Bart.*

Libertas ſeruitutis vſucapitur, ſi ædes poſſideantur[e]. Quare ſi is qui altius ædificatū habebat, ante ſtatutum[f] tempus ędes poſſidere deſiit, B interpellata[g] vſucapio eſt. is autem qui poſtea eaſdē ædes poſſidere cœperit, integro[h] ſtatuto tempore libertatē vſucapiet. Natura enim ſeruitutum[i] ea eſt, vt poſſideri nō poſſint[k]: ſed intellegatur poſſeſsionem earum habere qui ædes poſsidet[l].

*Nihil in hoc ſeculo poteſt eſſe perpetuum niſi per ſurrogationem. Bartolus.*

XXXII. PAVLVS libro quinto Epitomarum Alfeni Digeſtorum.

EVm debere columnā reſtituere, quæ onus vicinarum ædium ferebat, cuius C eſſent ædes quæ ſeruirēt: nō eum qui imponere vellet.[m] Nam cum in lege ædium ita ſcriptum eſſet: *Paries oneri ferundo vti nunc eſt, ita ſit*: ſatis apertè ſignificari, in perpetuum parietē[n] eſſe debere. Non enim hoc his verbis dici, vt in perpetuum idem paries æternus[o] eſſet, (quod ne fieri quidem poſſet) ſed vti eiuſdem modi[p] paries in perpetuum eſſet, qui onus ſuſtineret: queadmodum ſi quis alicui cauiſſet[q], vt ſeruitutē præberet, qui onus ſuū ſuſtineret: ſi ea res quæ ſeruit, & tuū onus ferret, periſſet, alia in locum eius dari debeat.

*Res ſuæ non poteſt quis ſeruitutem imponere: niſi in actu quo alteri tradidit. hoc dicit. cum. l. ſequen. Bartolus.*

XXXIII. IVLIANVS libro ſecundo ex Minicio.

ET qui duas[r] areas habet: alteram tradendo[s], ſeruā alteri efficere poteſt*.

XXXIIII. MARCIANVS libro tertio Regularum.

B SI binarum ædium dominus dixiſſet eas quas venderet, ſeruas fore, ſed in traditione non feciſſet mentionem ſeruitutis: vel ex vendito[t] agere poteſt, vel incertum[u] condicere, vt ſeruitus imponatur.

*Si ædes legantur, vel venduntur: videtur actum vt contignationes vti ſtant, ita ſtēt. Bartolus.*

XXXV. PAPINIANVS libro ſeptimo Quæſtionum.

BInas quis ædes habebat vna cōtignatione tectas, vtraſque diuerſis legauit[x]. Dixi, quia magis[y] placeat tignum poſſe duorum eſſe, ita vt certæ partes[z] cuiuſq; ſint C contignationis, ex regione cuiuſq; domini fore tigna: nec vllam inuicem habituros actionem, ius nō eſſe immiſſum habere. Nec intereſt, purè vtriſq; an ſub conditione alteri ædes legatæ ſint.

XXXVI. IVLIANVS libro ſeptimo Digeſtorum.

IDemque eſſe & ſi duobus ædes ceſſerint[a].

*Aedificia quæ inuicem non videntur, non poſſunt inuicem ſeruire. Bartolus.*

XXXVII. PAVLVS libro ſecundo Quæſtionum.

SI ædes meæ à tuis ædibus tantum diſtent, vt proſpici

m *Vellet.* Aliter eſt cum quis ex vetuſtate ſibi aſſerit ſeruitu D tem. tunc enim aduerſarius nō reſtituet: vt infra de aqua plu. ar. l. j. §. fi. vel hic ſpeciale.

n *Parietem.* i. hunc, vel ſimilē. ſed videtur quòd de præſenti tantū intelligatur: vt ſ. e. ſi ſeruitus. in prin. quæ eſt cōtra. Sol. hic non poſſet intelligi de præſenti columna tantum, quæ in conuentionē deuenerat. vnde etiam de futura videtur cautū: ſed ibi etiam de præſenti lumine tātum poterat intelligi. Item videtur quòd ſufficiat ſemel poſuiſſe, licet deſinat: vt argu. j. loc. l. Martius. & j. de polli. l. j. in fi. & j. vt leg. vel fideic. l. j. §. ſi is. & infra de lega. iij. l. fideicommiſſa. §. ſi decem. quę ſunt cōtra. Solu. hic fuit actum vt vti nunc eſt, in perpetuum eſſet. Et ſic expreſſe egerunt vt alius ſemper reponatur ſi præcedens deficiat. Item not. quòd hoc eſt ſpeciale in ſeruitute oneris ferendi: vt ille cuius prædium ſeruit, aliquid faciat: vt j. ſi ſerui. vind. & ſi forte. §. etiam. & l. ſicuti. §. diſtant. aliàs contra. ſ. de ſer. l. quotiens. §. ſeruitutum. Item contra. ſ. eod. ſi arborem. §. vlt. ſed hic non eſt ambiguitas.[a]

o *Aeternus.* i. ſempiternus. nam æternū dicitur, quod ſemper fuit & eſt: vt Deus. ſempiternum dicitur, quòd incepit, & non deſinet: vt anima & angelus, & hæc ſeruitus.

A p *Eiuſdem modi.* id eſt hæc vel ſimilis.

q *Cauiſſet.* His verbis quæ ſequuntur: vbi minus dubij eſt.

r ET *qui duas.* niſi ſimul tradat eidem, vel diuerſis: vt j. communia præd. ſi quis duas. §. duos autem.

s *Tradendo.* ſed quomodo poteſt apponi in traditione, cū ipſa traditione ſit dominus adhuc qui rem tradit? Reſpō. propter nimiā vicinitatēquam habet pactum cum amiſsione dominij, iā amiſſo dominio factū pactū videtur. Cōferri enim videtur pactum in id tēpus quo deſinit eſſe domus ſua: vt j. tit. j. l. fundus. in fi. Azo. & facit j. communia prædio. l. ſi quis duas. j. reſpon. ADDITIO. Dic ſecundū Bartolū hic, quòd iſtud debet intelligi quādo fuit facta traditio ex magno interuallo: vel videtur ipſum pactum in traditione ipſa repetitū: vt l. item quia. in fi. ſ. de pact.

* *Nec dici debet eires ſua ſeruire l. 26. ſ. eo. cū tradēdo alterā, eius dominium à ſe alienet. l. ſi quis duas. commu. prædio.*

S *I binarum.* } C A S V S. Si duas habui ędes, & vnam vendidi, cui impoſui ſeruitutem: & cum tradidi: nihil dixi: agetur ex vēdito vt imponatur ſeruit.: vel condictione incerti.

t *Ex vendito.* vt j. de act. emp. ſi tibi liberū. & arg. ſ. de pact. l. item quia conuentiones.

u *Incertum.* id eſt per cōdictionem incerti, quæ eſt proprium nomen actionis: vt no. j. de condict. indebi. ſed & ſi me putem. §. fi.

B *Inas.* } C A S V S. Duas domos habebam, vna tamen cōtignatione connexas: vnā vni legaui: aliam alij. Dicitur: ſi contignatio diuiſa eſt pro parte, eſt cuiuſcunq; quatenus ſcilicet domus cuiuſcunq; extenditur. & hoc ſiue vtrique pure, ſiue alteri ſub conditione legata eſt. Idem ſi inter viuos conceſsi: nec poteſt agere vnus contra alium vt remoueat. Viuianus.

D x *Legauit.* puta vnam vni, alteram alteri.

y *Magis.* quam contrarium.

z *Partes.* pro diuiſo etiam, prout regio cuiuſq; domus extenditur: vt j. pro ſoc. l. pen. & j. cōmu. diui. l. arbor. & j. de adqui. re. do. l. pro regione. Sed contra. ſ. de rei vin. Pomponius. in fi. Sol. ibi dicit de re mobili: vt equo & aſino, & ſimilibus quæ diuidi commode non poſſunt: vt inſti. de offi. iud. §. quod ſi cōmode. hic in aliis puta tigno. Vel melius nō eſt contra. nā hic non dicit ꝙ poſſit pro parte poſſideri: immo nullus poſſidet: vt j. de vſu. l. eum qui. & de adqui. poſ. l. qui vniuerſas. in prin. Sed demū eo rupto poſſidēt. ſ. pro indiuiſo: vt j. pro ſoc. l. pe. Sed dic hic pro parte dominium quæri. quarūdam enim rerū dominium quærimus, quarum nequimus quærere poſſeſsionē: vt j. de acqui. poſ. l. j. §. ſed & per eum. & j. de adqui. re. do. homo liber. §. quicquid. ADDITIO. Pro declaratione iſtius glo. dic ſecundum Bart. quæ tignum donec cohæret domui, non cenſetur res mobilis, ſed immobilis: & ideo poteſt eſſe communis pro indiuiſo. ſ. cuiuſque pro regione ſua. ſed ſi fuerit exemptum à domo, eſſet communis pro diuiſo: vt l. arbor. in fi. j. communi diui.

a IDem. *Ceſſerint.* ſcilicet inter viuos.

Si ædes.

a SI *ædes. Non poteſt.* immo videtur contra: vt infra communia prædi. ſi quis duas. in princi. Sol. vt ibi. & facit huic infra ſi ſer. vin. l. & ideo. A

EOs *qui.*} C A S V S. Habeo tecum parietem communem, quem aperis vt lumen intret ad domum tuam propriam, quam ibi iuxta habes.

non poſsint, aut medius mõs earum conſpectũ auferat, ſeruitus imponi non poteſt[a].

XXXVIII. I D E M libro primo Manualium.

NEmo enim propriis ędificiis ſeruitutem imponere poteſt: niſi & is qui cedit, & is cui ceditur, in cõſpectu habeãt ea ædificia, ita vt officere alterum alteri poſsit.

*In pariete communi non poteſt quis feneſtras facere, niſi fuerit conceſſum.* Bart. B

XXXIX. I D E M libro tertio Reſponſorum.

EOs qui ius luminis immittendi non habuerũt, aperto pariete communi, nullo iure feneſtras immiſiſſe[b] reſpondi.

*Si res legatur ad vitam, in dubio non videtur impoſita ei ſeruitus: licet duret facultas eundi.* Bartolus.

XL. S C A E V O L A libro primo Reſponſorum.

OLympico habitationẽ & horreum quod in eá domo erat, quoad viueret[c], legauit[d]. iuxta eandẽ domum hortus & cœnaculum, quod Olympico legatum nõ eſt[e], fuerunt ad hortum autem & cœnaculum ſemper per domum cuius habitatio relicta erat, aditus fuit. quæſitum eſt, an Olympicus aditũ pręſtare deberet. Reſpondi, ſeruitutem quidem non eſſe[f], ſed heredem tranſire per domum ad ea quæ commemorata ſunt, poſſe[g], dum non nóceat legatario. C

*Poteſt quis aperire ianuam verſus viam, quatenus ſe extendit ſtillicidij rigor.* Bart.

Lucius Titius aperto pariete domus ſuæ, quatenus ſtillicidij rigor[h] *, & tignorum protectus cõpetebat, ianuam in publico aperuit[i]. quæro cũ neq; luminibus Publij Mæuij[k] vicini, neq; itineri vicini officeret, neq; ſtillicidiũ ne * vicini domo cadat, an aliquam actionem Publius Mæuius vicinus ad prohibendum haberet. Reſpondi, ſecundum ea quæ proponerentur, nullam[l] habere.

Dicitur hic quòd non potes.

b *Immiſiſſe.* immitto lumen tibi, aut à me transfuſum ad te: aut ex aduerſa parte ad me transfundendum: & neutrũ fieri poteſt. & hoc dicit hæc l. Ir. & ſic duobus modis poteſt poni. & pone plane exemplum: vt ſ. eod. ſed ſi inter me. j. reſpon.

OLympico.} C A S V S talis eſt: Legaui tibi habitationem cuiuſdam domus, per quam ibam ad hortum meũ. heres meus vult per illam domum quã tibi legaui, ad prædictum hortum ire, ſicut ego ibam. quæritur an poſsit? Et reſpõ. quòd bene poteſt. eo tamen tempore quo tibi nihil noceat. {L V C I V S.} Ianuæ domus meæ aperiebãtur verſus viã: vt liqueat videre in domo Matthæi Rhegini. quæritur vtrum vicinus meus habeat contra me actionem, cũ nullũ ex hoc incõmodum patiatur? Et reſpon. quòd nõ habet: nec ego ei teneor. hoc patet. Viuianus.

c *Quoad viueret.* ſcilicet Olympicus.

d *Legauit.* ſ. teſtator.

e *Legatum non eſt.* ſcilicet expreſsim: quia non erat hortus cum domo emptus, vel ad vſum domus: alias tacite ſequitur legatum domus: vt j. de lega. iij. l. prædiis. §. pen. in fin. & l. ſi cui ędes. Accurſius. A D D I T I O. Intellige iſtam gloſſ. quòd teſtator expreſſerat, quòd hortus non veniret, vel ſeparatim emerat, ſecundum B.

* *Stillicidij rigorem hic accipe quatenus labitur aqua per protectũ antequã vergere & deorſum flecti incipiat. l. j. j. de flu. nã rigidũ flexo opponitur apud Latinos auctores hinc rigorare verbum, quo Plin. vtitur. Duarẽ. 1. diſput. ca. 32.*

f *Non eſſe.* quod eſſe non poteſt: cum dominus remanſit heres. & res ſua nemini ſeruit: vt ſ. eo. l. in re cõmuni. & ſ. ſi vſuſfruct. peta. l. vti frui. Aliter ergo ſi proprietas eſſet legata: vt j. ſi ſer. vin. l. teſtatrix. j. reſpon. quæ eſt contra. & j. de vſufruc. leg. l. damnas. §. j. Accurſius. A D D I T I O. Ideo hic non videtur ſeruitus impoſita, ſed facultas eundi: quia prædia non erãt relicta perpetuo: aliàs haberet locum quod dictum eſt in l. binas. eo. Bartolus. D

g *Poſſe.* forma enim patrisfa. ſeruanda eſt: vt j. de le. j. ſi fundum. §. qui fundum. & l. ſeruum. §. fin. de vſufru. leg. l. damnas eſto. §. j. Accurſius.

h *Rigor.* id eſt rectitudo: à rego, gis. vel dicitur à rigeo: vel dic à rigo: vt ponatur pro deguttatione aquæ. Azo.

i *Aperuit.* extra domum: vt faciunt omnes Veronenſes. Acc.

k *Mæuij.* maxime ſupra eo. l. cum eo. Azo.

l *Nullam.* ſcilicet negatoriam de ſeruitute: ſed neq; interdictum vt tollat: cum neq; ſuæ priuatæ neque vtilitati publicæ noceat: & ſibi prodeſt: neq; in via publica factum eſt: vt j. ne quid in loc. publi. l. ij. §. merito. Accurſius.

DE SERVITVTIBVS PRAEdiorum ruſticorum.

*Dixit de vrbanis ſeruitutibus in ſpecie: nunc de ruſticis eodem modo.*

SEruitutes.} C A S V S. Quatuor ſunt principales ſeruitutes, & ſunt nominatæ: & eas ponit in princip. huius l. & poſtea ponit de vnaquaque. & ſic ſunt & aliæ ſeruitutes ruſticæ innominatæ, & v. ſcilicet quas ponit in §. in prædiis. {T R A D I T I O.} Conſtituiſti mihi ſeruit. itineris, qualiter inducar in poſſeſsionem? Reſpõ. offic. iudicis: id eſt q̃ præcipiat pręſtari mihi, faciendo præſtari cautionem de præſtando in futurum. Viuianus.

## DE SERVITVTIBVS prædiorum ruſticorum.

B

### TITVLVS III.

*Iuriſconſultus nominat hic ſeruitutes ruſticorum prædiorum, inter quas gloſſ. dicit quòd ſunt quædam ſeruitutes nominatæ, quædam innominatæ. Primo ponit nominatas. Secundo innominatas. Secunda ibi, in prædiis, & hoc facit vſque ad l. item. §. qui habet. j. eo. verſi. traditio.*

I. V L P I A N V S libro ſecundo Inſtitutionum.

SEruitutes ruſticorũ prædiorũ ſunt hę: iter, actus, via, aquæductus. Iter eſt ius eũdi[m] ambulandi homini, * nõ etiam iumentum agendi.[n] Actus eſt ius agendi vel iumentũ vel vehiculum. Itaq; qui iter[o] habet, actum nõ habet: qui actum habet, & iter habet etiam ſine iumento.[p] C

Via eſt ius eundi & agendi & ambulandi. nam & iter & actum * in ſe via continet.[q]

Aquęductus † eſt ius aquam ducendi per fundum alienũ.

In ruſticis[r] cõputanda ſunt[s] aquæ hauſt[v], pecoris[t] ad aquã adpulſus, ius paſcendi, calcis coquendæ, † harenæ fodiendæ. Traditio planè &[u] patientia[x] ſeruitutium inducet officium prætoris.

m *Ius eundi.* ſolus: ſed ambulandi cum alio. Vel dic, eundi plane: ambulandi currendo. & hoc ſcilicet in omnibus prædictis ſeruitutibus: ſiue pedes, ſiue eques: vt j. eo. l. qui ſella. in prin. & l. inter. Accurſius.

n *Agendi.* id eſt ducendi ad manus, vel ante ſe.

o *Iter.* eo ipſo. & hoc quantum ad commoditatem, non quãtum ad ſeruitutem: vt j. ſi ſerui. vin. loci. §. j. nam ſi eſſent duæ ſeruitutes cõſtituto actu, poſſet vna adempta altera remanere: vt ſupra titu. j. ſi ædes. in princi. quod lex negat. nam adempto itinere, nihil amittitur: vt infra de adimen. leg. l. j. quæ eſt contra.

p *Iumento.* ſ. de ſeruit. l. ſi tam.

q *Via continet.* inſpectis his definitionibus, nihil plus reperitur in via, quàm in actu. ſed certe plus eſt: vt patet j. eodẽ. l. qui ſella. j. reſpon. & §. qui viam. Item ſi viæ latitudo non fuerit deſignata, deſignatur per legem: ſed actus non: vt infra eodem. l. viæ. & l. certo. §. latitudo.

r *In ruſticis.* id eſt ſeruitutibus ruſticis pręſdiorum.

D

s *Computanda ſunt.* ſupradictæ ſunt nominatę: hæ poſſunt innominatæ dici. & habes de his infra eod. l. ergo. §. Neratius. Sed quæritur quare hæ & ſuperiores dicuntur prædiorum? Reſpondeo: quia conſtituunt ius in re quę debet ſeruitutem, ſecundum Pla. ſed hæc ratio non eſt bona: quia & vſufructuarius habet ius in re: vtpote cum contra quemlibet poſsidentem agat: vt ſupra ſi vſusfructus peta. l. vti. §. vtrum. non tamen eſt prædialis, ſed perſonalis: vt ſ. de ſerui. l. j. Alij dicunt ideo, quia tantum in prædiis conſtituuntur: ſicut ipſum denotat nomen, quod pro immobili re accipitur: vt infra de verbor. ſignific. l. quæſtio eſt. & tantum habenti vicinum prædium conſtituuntur. licet ergo commoditas perſonæ quæratur, prædij tamen dicitur. vnde & potius ius prædij quàm perſonæ conſideratur: vt ſupra de nego. geſt. l. liberto. §. vno. & infra eodem. l. via. §. ſi fundus. Item quia fundo vltra quàm ei opus ſit conſtitui non poſſunt: vt infra eodem. l. ergo. §. Neratius.

t *Pecoris.* hoc ſi prædio debeatur. aliàs contra ſupra de vſufru. l. ſi quis binas.

u *Et.* pro id eſt. Accurſius.

x *Patientia.* quæ fieri debet: vt ſupra de vſufru. l. iij. §. dare. & de

& de publi.ſi ego.§.j.& ſ̄.de ſerui.l.quotiens.§.fi.hæc quidem patientia præſtanda inducit officium prætoris petente eo cui debetur,ad hæc duo:vt nunc & in futurū præſtetur patientia: & etiam fiat cautione deſit illa patientia:vt infra ſi ſer. vind.l. egi.& ſ̄.de ſerui.l.pen.Et ex hoc repetis plerunq; ſeruitutem dici debere, licet iam ſit tradita:vt inſt.eo.§. ideo autem. ſed in corporalibus rebus officium iudicis non proſpicit in futurum:vt j. de vſu.l.j.§.j.&de ędil. edic.l.ædiles.§. item ſciendum.Vel inducit officium ſi vindicetur ab eo cui eſt conſtituta vt abſoluatur. Vel dic traditio inducit officium prætoris inducentis vti poſsi. ſi inquietetur: vt ſ̄.de ſeruit.l.pe. vel conuerte hanc literam. i. officium prætoris inducit traditionem & patientiam.Accurſius.

R *Vſticorū.*} CASVS. Dicit ſupra l. proxi. multas eſſe ſeruitutes ruſticorū prædiorū, hic addit iuriſcon. tres ſeruitutes quę ſūt ruſticæ. {AQVAEDVCTVS.} Seruitus hauſtus & aquæ ductus poteſt pluribus concedi, ſi ſufficere poſsit. Viuianus.

a *Altius.* domunculam gratia fructuū paratā: arg.j.qui.mob.pig.tacite contrahitur.l.hoc iure.§.ſtabula.Sed nōne licet eam mihi altius tollere inuito vicini agri ſeu prætorij domino,vt ſ̄.ti.j.l.imperatores.&l.cum eo. quod ſi eſt, nulla eſt impoſitio ſeruitutis: vt ſ̄.titu.j.ſi ædes. & l. nemo? Reſpō.hic eſſe ſecus propter vtilitatē ſegetum vicini agri, ne pereāt. ideoq; licet vrbano,non tamen ſic ruſtico prædio poſſunt officere:vt ar.C.eo.l.fi.in fi.Vel dic ꝙ prius debuerat ſeruitutem:vt no.ſupra titu.j.l.j. Vel dic quòd in alieno iure ſeruitutis ſubmitto.Sed nōne eſt ſeruitus vrbana? Reſpon.hoc fieri pro prædio ruſtico : quia prætorium vel villa:vt ſupra de vſu & habi.l.plenum.

II. NERATIVS libro quarto Regularum.

RVſticorum prædiorum ſeruitutes ſunt, licere altius[a] tollere, & officere prætorio vicini: vel cloacā[b] habere licere per vicini domum[c] vel prætoriū: vel protectum[d] habere licere. Aquæductus & hauſtus aquæ per eundem locū vt ducatur, etiā pluribꝰ concedi poteſt[e], etiam vt diuerſis diebus[f] vel horis ducatur. Si aquæductus vel hauſtus aquæ ſufficiēs eſt, poteſt & pluribus per eundem locū cōcedi vt & eiſdem diebus[g] vel horis ducatur.

III. VLPIANVS libro ſeptimodecimo ad Edictum.

ITem ſic poſſunt ſeruitutes imponi, vt & boues per quos fundus colitur, in vicino agro paſcantur. quā ſeruitutem imponi poſſe Neratiꝰ libro ſecundo Membranarū ſcribit. Idem Neratius etiam vt fructus in vicini villa cogantur, coactiq; habeantur, & pedamento* ad vineam ex vicini prædio ſumantur, conſtitui poſſe ſcribit. Eodem libro ait, vicino cuius lapidicinę fundo tuo immineant[h], poſſe te cedere ius ei eſſe, terram, rudus, ſaxa * iacere, poſita habere, & vt in tuum lapides prouoluantur, ibique poſiti habeantur, indeque exportentur.

*Cui conceditur aliquid, videtur concedi id ſine quo illud eſſe non poteſt. & ſi nō valet expreſſum, non valet tacitum. h.d. notabiliter.* Bartolus.

Qui habet † hauſtum, iter quoq; habere videtur ad hauriendum[i]: & vt ait Neratius libro tertio Membranarū, ſiue ei ius hauriēdi & adeundi ceſſum ſit, vtrunq; habebit: ſiue tantū hauriēdi, ineſſe & aditū[k]: ſiue tantū adeundi ad fontē, ineſſe & hauſtum. hęc de hauſtu & * fonte priuato. Ad flumen autem publicum idem Neratius eodem libro ſcribit, iter debere cedi, hauſtum nō oportere: & ſi quis tantùm hauſtum ceſſerit, nihil eum agere[l].

*Seruitus pecoris paſcendi, & ad aquam appellendi, eſt prædialis: & poteſt finiri cum perſona, ſi hoc eſt actum.* Bartolus.

IIII. PAPINIANVS libro ſecundo Reſponſorum.

PEcoris paſcēdi ſeruitutes item ad aquā appellēdi, ſi prædij fructus maximè in pecore conſiſtat[m], prædij magis quam perſonæ videtur*. Si tamen teſtator perſonam demonſtrauit cui ſeruitutem præſtari voluit, emptori vel heredi non eadem[n] præſtabitur ſeruitus.

*Seruitus realis nō poteſt imponi niſi quatenus exigit vtilitas prædij dominantis. h.d. cum l. ſeq.* Bartolus.

V. VLPIANVS libro ſeptimodecimo ad Edictum.

b *Cloacam.* ad quam coloni agri mei propter neceſsitatē ſui corporis accedant:quod agro meo expedit:ideoq; dicitur ruſtica ſeruitus:vt j̄.l.prox.§.idem ait.Accurſius.

c *Domum.* quā habet ibi vicinus gratia fructuū:vel dic cauſa habitandi, & ſic dicitur vrbanum prædium ſeruire ruſtico.

d *Protectum.*[a] in agro vicini, vt ibi recipiantur coloni agri mei.

e *Concedi poteſt.* non tamen pro parte, ſed inſolidum quilibet dicitur habere:vt ſupra de ſeruitutibus. l. viæ. & non conueniant de vtendo, vtile redditur interdictum : vt infra de aqua quoti.& æſti.l.Lucio.Accurſius.

f *Diebus.* ſcilicet ſimul: vt infra de aqua quotidiana & æſti.l. Lucio.Et idem de itinere:vt ibidem dicit.

g *Eiſdem diebus.* id eſt ſimul, vt no.ſupra proxi.§.Accurſius.

I *Tem.*} CASVS. Si concedas mihi vt bos meus per quē fundus meus colitur, paſcatur in tuo fundo : valet ſeruitus ruſtica & conſtitui poteſt. Item poteſt conſtitui ſeruitus, vt fructus reponantur in domuncula agri tui. Item poteſt conſtitui ſeruitus, vt liceat mihi proiicere lapides in fundū tuū ex fundo meo. Viuianus.

h *Immineant.* id eſt ſint iuxta tuum agrum ex parte ſuperiori.

i *Ad hauriendum.* Sed quid ſi iui per aliam viam ad hauriendū per x.annos, non per conſtitutam, an vtrumq; ſit permiſſum? Reſpon. ſi hauſtus eſt acceſſorius itineris, quod eſſe poteſt, vt hic ſubiicit, ſic. ſi econtra, non: vt arg.C.ſi pen.app.l.iij.ſi autē vtrunq; principaliter, retinetur iter etiam per hauſtum:vt infra ſubiicit, ſiue hauriendi, &c. vt ar.C.de agri. & cenſi.l.cum ſcimus.§.fin.lib.xj.

k *Aditum.* non tamen ſeruitutem. Et de huiuſmodi acceſſione dixi ſupra de ſeruit.vrb.præd.l.binas.

l *Agere.* quia expreſſum eſt inualidum, neque valet tacitum : vt j̄. de do. inter vi.& vxo.ſi ſponſus. §. ſi maritus.& j̄.de bo.aucto. iudi.poſſ.cum vnus.& C.ſi pen.ap.l.ſi is. Sed arg.contra j̄. de leg.j. ſi fideiuſſor.& j̄.quib. mo.pig. vel hypo.ſol. l.j.§.j.& infra de here. inſtitut. qui filio. Accurſius.

m P *Ecoris paſcendi. Cōſiſtat.* Puta prædium habeo, ex quo nullum aliū mihi fructum percipere quæro, niſi vt ibi commorentur pecora mea, iaceant, recipiantur, & reducantur : acquiro ſeruitutem in vicino agro, vt in eo paſcantur pecora agri mei, cum ager meus non ferat herbam, vel minus ſufficienter. tenet ſeruitutis acquiſitio, & eſt prædialis : quia ob vtilitatem agri mei eſt impoſita : quæ aliter percipi nō poteſt, vt ſupra eodem. l. iij. §. idem ait. Idem tamen eſſet ſi aliter percipi poſſet : vt colligitur ex illo verbo, maxime, vel impinguabant agrum meū. Accurſius.

n *Nō eadem.* dic quòd ſeruitus prædialis ſemper tranſit ad heredē, & ad emptorem, ſui natura: vt j̄. eo. ſi mihi.§.fi.&l.via.§.ſi fundus. & infra quemadmo.ſer.amit.l.iij. Et fallit hoc quando in contrarium expreſſe fuit dictum: vt hic. Item ex affectione perſonæ cui relinquitur, vt filiæ:vt j̄.de ſerui.leg.l.pater.[b] Itē quando his verbis teſtator dixit:lego vſumfruc. vel vſum talis ruſticæ vel vrbanæ ſeruitutis:vt j̄.de vſumfruc.leg.l.j.His enim caſibus licet ſui natura tranſeāt, tamen per exceptionē defenditur dominus proprietatis quò minus patiatur. Sed qualis ſeruitus erit his caſibus, cum non tranſeat quo ad effectum? Reſpon.quidam perſonalis : vt infra de alimen.& cib. leg.l.Mela.§.quidam.in fin.& de lib.le.l. non ſolum.§.tale.ſed potius dicas prædialem, cum ipſo iure tranſeat : licet exceptione repellatur agens: vt arg.j̄.eod.ſi mihi.§.ſi aliàs niſi eſſet ſeruitus, non poſſet vindicari: quod tamen dicit.infra l.proxi. Nec ob illa. l. Mela. quia dicit non perſonalem, & hic dicit prædialem eſſe. Item quid ſi ille cui tales ſeruitutes concedũtur, nullum habeat prædium? Adhuc dicunt Ro.& alij, quod eſt ſeruitus perſonalis : ſed potius dicam eſſe ius perſonale, non ſeruitutem:vt ſ̄. de ſer. l. vt pomum. ſicut ſi decem mihi ſtipuler, & ſic agam ex contractu ſi patientia non præſtatur. Accurſius.

E *Rgo.*} CASVS. Primo dicit non poſſe eſſe ſerui.ruſticam, niſi prædiū habeatur in proximo. Secundo dicit quòd ad neceſſitate tantùm: non quòd ſuperfluat aliquid: vt hoc exēplo : Habeo ſeruitutē in vicino prædio vt ex fornace quæ eſt ibi habeam vaſa non ad neceſſitatem agri. non eſt ſeruitus ruſtica: ſed eſt magis vſusfructus. Idem in ſeruitutē palorum eruendorum ex vicina ſylua: vt ſi vendendus eſt vſusfruct. ſed ſi ad vineam colendam, eſt ruſtica ſeruitus. Item ſi habeo ius paſcendi pecoris, vel appellendi ad aquam, poteſt mihi concedi vt habeam tugurium in quo me recipiam propter hyemem in eodem fundo. Viuianus.

*† Cōcor. l. 1. ſ̄. de iuriſdic. om. iud. & no. eleganter ex iſto text. ꝙ cōceſſo antecedente, conceditur acceſſorium ad illud. de quo vide per Bar. plene in l. quāuis. de fideicom. C.*

** ex fonte.*

** videtur.*

*Seruitus prædialis an ſemper trāſeat ad heredem.*

*b Adde aliū caſum in l. Lucius. j̄. eo. quē exclamat ſingu. Franciſcus Cremo. in ſuis ſing. 60. ſing. aliū adde in l. ſi ſub vna. §. 1. ff. de ver. oblig.*

Ergo.

a Ergo. quia poteſt conſtitui ſeruitus etiã perſonæ, ergo &c.
b Secundum eum. ſcilicet Paulum.
c In alieno. vt ſit ſeruitus prædialis, erit tamen ius hominis: vt ſupra proxi. notatur. Accurſius.
d Habeat. ſcilicet cui ille conſtituitur.
e Opus ſit. & nõ plus: vt infra eod. l. ex meo. & l. qui duo prædia. Accurſius.

A prædium Titij eſt inter meum & tuum: non poteſt conſtitui ſeruitus, niſi prædium Titij ſeruiat.
u Qui ſella. in equo.*
x Lectica. in curru. vehiculum tamen nos ducit cum aliis re- bus: vt infra eo. inter.

* Inſcriptio monet coniungendum eſſe hoc caput cũ 3. s̃. e. vt ſenſus ſit, iter ad publicũ flumen ceſſum poſſe vindicari.

ERgo[a]* ſecũdum eum[b] & vindicari poterit. Neratius libris ex Plautio ait, nec hauſtum, nec appulſum pecoris, nec cretæ eximendæ, calciſq; coquendæ, ius poſſe in alieno[c] eſſe, niſi fundum vicinũ habeat:[d] & hoc Proculum & Atilicinũ exiſtimaſſe ait. Sed ipſe dicit, vt maximè calcis coquẽdæ, & cretæ eximendæ ſeruitus cõſtitui poſſit, non vltra poſſe, quàm quatenus ad eum ipſum fundum opus ſit[e].

VI. PAVLVS libro quintodecimo ad Plautium.

VEluti ſi figulinas[f] haberet[g], in quibus ea vaſa fierent quibus fructus eius fundi[h] exportarentur: ſicut in quibuſdam[i] fit vt amphoris vinum euehatur, aut vt dolia fiant, vel tegulæ ad villam ędificandam. Sed ſi vt vaſa venirent, figlinæ exercerẽtur[k], vſusfructus[l] erit. Item ſi longè recedit[m] ab vſufructu ius calcis coquẽdæ, & lapidis eximendi, & harenæ fodiendæ ædificandi[n] eius gratia quod in fundo eſt[o]. Item ſiluæ[p] cæduæ, vt pedamenta[q] in vineas nõ deſint. Quid ergo[r] ſi prædiorũ meliorẽ cauſam hæc faciant? Non eſt dubitandum quin ſeruitutis* ſit: & hoc & Mæcianus probat, in tantum vt & talẽ ſeruitutem conſtitui poſſe putet, vt tuguriũ mihi habere liceret in tuo: ſcilicet ſi habeam[s] paſcui ſeruitutem, aut pecoris appellendi[t]: vt ſi hyems ingruerit, habeam quò me recipiam.

VII. IDEM libro viceſimoprimo ad Edictum.

QVi ſella[u] † aut lectica[x] vehitur, ire non agere dicitur. Iumentum verò ducere non poteſt, qui iter[y] tan tùm habet. Qui actũ habet, & ploſtrũ ducere, & iumenta agere poteſt: ſed trahendi lapidem aut tignum, neutri eorum ius eſt. Quidam nec haſtam rectam ei ferre licere: quia neque eundi neque agendi gratia id faceret, & poſſent[z] fructus eo modo lædi. Qui viam habent, eundi agendique ius habent. plerique & trahendi quoque, & rectam haſtam referendi*, ſi modò fructus non B lædat.[a]*

*Medium prædium impedit ſeruitutem ruſticam, h. d. notanter. Bartolus.*

In ruſticis[b] autem prædiis impedit ſeruitutem medium prædium quod non ſeruit.

VIII. GAIVS libro ſeptimo ad Edictum Prouinciale.

VIæ latitudo ex lege duodecim tabularũ in porrectum octo pedes[c] habet: in anfractum, id eſt vbi flexum eſt, ſedecim.

IX. PAVLVS libro primo Sententiarum.

SEruitus aquæ ducendæ vel hauriendæ niſi ex capite[d] vel ex fonte conſtitui C non poteſt[e]: hodie tamen ex quocunque loco conſtitui ſolet.

X. IDEM libro quadrageſimononoad Edictum.

LAbeo ait talẽ ſeruitutem cõſtitui poſſe, vt aquam quærere, & inuentam ducere liceat. Nam ſi liceat nondum ædificato ædificio ſeruitutem conſtituere[f], quare non æquè liceat nondum inuenta aqua eandem conſtituere ſeruitutem? Et ſi vt quærere liceat, cedere poſſumus: etiam vt inuenta ducatur, cedi poteſt[g].

D *In his quæ ſunt communia pluribus vt ſingulis, requiritur conſenſus omnium, qui po teſt ſeparatim adhiberi. h. d. Vel ſic: Quando requiritur conſenſus plurium vel ſingulorum, poteſt ſeparatim adhiberi. Item licet vnius cõceſſio non trãsferat ius reale, concedentem tamen obligat perſonaliter. Bart.*

f VEluti. Figulinas. id eſt fornaces, à figulo ſic dictæ. Azo.
g Haberet. fundus ſeruiens.
h Eius fundi. cui ſeruitur.
i In quibuſdam. prouinciis, vel locis.
k Exercerentur. & poſt eſt mihi conſtitutum ius, vt habeam illas figulinas venales.
l Vſusfructus. i. vtilitas quædam fruendi: non tamen eſt vſusfructus, quia ſic haberet omnem fructũ rei quem hic non habet. non eſt ergo prædialis: quia vltra neceſsitatem prædij. Item nec perſonalis vſusfructus, vt dixi: ſed dicitur vtilitas fruendi: vt dixi: quod ideo dicitur, quia magis eſt ei ſubſtantialis quàm prædialis ſeruitus: ſed tamẽ perſonale ius eſt: vt no. in l. pecoris.
m Item ſi longe recedit. id eſt diſtat, ſcilicet quando ad neceſsitatem tantum agri mei hoc facio. nam hæc eſt prædialis ſeruitus: ſed vſusfructus perſonalis: vt ſupra de ſeruitu. l. j. Sed ſi facio ad vendendum, & alibi portandum: tunc non recedit ab vſufructu, ſed eſt vſusfructus, vt s̃. prox. reſpon. vt ibi no. Sed quidam dicũt has perſonales ſeruitutes: & ſecundum eos dic longe recedit ab vſufructu, ſcilicet magis quàm ſeruitus ruſtica. Accurſius.
n Aedificandi. ad claudendũ & muniendum ab aquis.
o In fundo eſt. ſcilicet ad neceſsitatem. Acc.
p Item ſyluæ. ſcilicet ius longe recedit ab vſufructu.
q Pedamẽta. id eſt pali quaſi apodiamenta vitis: & ſic ad neceſsitatem tantum. Accur.
r Quid ergo. q. d. ſi prędicta longe recedũt ab vſufructu, quid erit? Reſpon. ſeruitus, ſcilicet ruſtica, ſi faciant vtilitatem agri mei, aliàs non eſſet ſeruitus: cum non interſit agri: vt hic & ſupra de ſerui. l. quotiens. in prin. ſed ius aliud: vt not. in l. pecoris.
s Si habeam. ſcilicet maxime. Nam & idem ſi non habeam: vt ſi fuerit conſtituta ſeruitus propter colentes agrum meum: quatenus in tugurio agri tui recipiantur. & facit infra de ver ſigni. l. tugurium.
t Appellendi. ſcilicet habeam ſeruitutem.

* ſeruitus.

† Per iſtã l. dicit hic Bartolo. ſe conſuluiſſe in facto contingente in caſtro plebis: & incipit eius conſiliũ, Statuto caſtri plebis.

QVi ſella.} CASVS. Qui vadit ſuper equum, vel ſuper bigam, vel quadrigam: videtur habere iter & non actum. Quod poſtea ſubiicit, planum eſt. {IN RVSTICIS.} Si

y Qui iter. Et niſi aſcendat equum, tunc enim ire diceretur: vt ſtatim dixit j̃. eodẽ. l. inter.
z Et poſſent. inſpicitur quod fieri poteſt, de quo dic vt s̃. de iuriſdi. omnium iudic. ſi idem. §. fina.
a Non lædat. nam hoc facere non poſſunt: vt infra eo. l. ſi mihi. §. ſeruitus.
b In ruſticis. Idem in vrbanis ſecundũ quoſdam: vt dicunt per l. j̃. titu. j. l. in tradendis. §. interpoſitis. ibi, ita vt cõualeſcat &c. nam ad vtramque referũt. Tu dicas aliud in vrbanis: quia nihil impedit, medium prædium ruſticum ſit, vel vrbanum: vt s̃. titu. j. ſi ædes. & l. ſeq. & infra ſi ſerui. vindi. l. loci. §. fina. & l. ſequẽ. & infra eod. ſi mihi. §. penul. & infra titu. j. l. in tradẽdis. §. interpoſitis. cum illa dictio, ita, quæ ibi ponitur, referatur ad iter. Item quod dicit hic impedit, verum eſt in ipſa impoſitiõe. ſi autem poſtea, tunc non impedit vt tollat: ſed interpellat: vt infra e. tria. quæ eſt contra. & infra titu. j. in tradendis.[b] in fi. Item quod dicit, medium prædium, ſcilicet priuatum: nam publicum non impedit: dummodo non impediat publicum vſum: vt ſupra de ſerui. l. ſeruitutes. §. publico. Et nota hic quòd medium trahit duo extrema: vt hic. quandoque finis trahit ad ſe principium: vt j̃. de adimen. leg. l. iij. quandoque econtra principium trahit finem: vt j̃. de leg. iij. ſi quis. in prin.
c VIæ latitudo. Octo pedes. ſi non fuit expreſſa à concedente: vt infra eod. l. via. Accurſius.

SEruitus.} CASVS. Iure veteri ita erat, quòd ſeruitus aquæ conſtitui non poterat niſi vbi aqua naſcitur, vel ex fonte ipſo: hodie poteſt conſtitui ex quocunque loco.
d Capite. caput aquę eſt vnde aqua naſcitur: vt j̃. de aqua quoti. & æſti. l. j. §. hæc interdicta. Azo.
e Non poteſt. iure veteri, ſed nouo ſic, vt ſubiicit.
LAbeo.} CASVS. Si conſtituas mihi ſeruitutem, vt liceat mihi quærere in tuo fundo aquam, & ducere, valet talis ſeruitus. & ad hoc probandum inducit ſimile: quia in futuro ædificio poteſt ſeruitus conſtitui. Viuianus.
f Conſtituere. vt ſupra ti. j. ſi ſeruitus. §. fin.
g Poteſt. hic Labeo ſibiipſi dicit cõtra. j̃. ſi ſer. vin. l. ſi Sol. variauit quãdoq;. ſed hoc ſeruatur, ſicut aliàs facit iuriſcõſultus: vt C.

vt C.de fur.l.fina.§.ſed cum. Vel dic poteſt, vt hic, vt valeat tunc demum quandocunque erit inuenta, non prius: vt ibi.

Per fundum.} C A S V S. Plures habebant fundum commu-nem. ſi volo mihi adquirere per fundũ illum ſeruitutem: quilibet concedere debet. Alioquin ſi vnus concedit mihi: alij poſſunt me prohibere: ſed ille qui conceſsit mihi, non poteſt me prohibere: & non valet cõceſsio ab vno facta, niſi alij cedant: vnde iſta ceſsione priores ceſsiones confirmantur. Viuia.

A tur. {S I T O T V S.} Conſtituiſti mihi ſeruitu. itineris vel actus per fundum tuum. refert an conſtituiſti vt omnes partes fundi mihi ſeruiant: & tunc poſſum mutare quando velim: & tunc toto agro vti. Si verò conſtituta ſit ſeruitus ſimpliciter: tunc per certum locum terminabitur iter vel actus per iudicem: & ceteræ partes liberæ manent. {S I L O C V S.} Conſtituiſti mihi iter per partem agri tui: ſcilicet per pratum. potero eligere per quam partem prati velim, ſed ſi per totum agrum eligam, & per totum via vti volui: vel ſi velim per loca pretioſiora: iudex ſtatuet vbi vadã. Viuianus.

XI. C E L S V S libro viceſimo-ſeptimo Digeſtorum.

PEr fundũ qui pluriũ eſt, ius mihi eſſe eundi agẽdi poteſt ſeparatim cedi.[a] ergo ſubtili ratione[b] nõ aliter meũ fiet ius, quàm ſi omnes cedãt:[c] & nouiſsima demum ceſsione ſuperiores omnes confirmabuntur. Benignius tamen dicetur, & antequam nouiſsimus ceſſerit, eos qui antea ceſſerũt, vetare vti ceſſo iure non poſſe.[d]

B

XII. M O D E S T I N V S libro nono Differentiarum.

INter actũ & iter nõnulla eſt differentia. Iter eſt enim, qua quis pedes vel eques cõmeare poteſt:[e] actus verò, vbi & armenta[f] traijcere* & vehiculum ducere liceat.

*Appellatio vineæ in dubio refertur ad ſolum, non ad ſuperficiem. Bartolus.*

XIII. I A V O L E N V S libro decimo ex Caſsio.

CErto generi agrorũ adquiri ſeruitus poteſt,[g] veluti vineis: quod ea[h] ad ſolũ magis quàm ad ſuperficiem pertinet. ideo ſublatis vineis ſeruitus manebit. Sed ſi in contrahenda ſeruitute aliud actum erit,[i] doli mali exceptio erit neceſſaria.

*Seruitus reſpicit totum fundamentum, antequam certus vſus certo loco limitetur: quæ limitatio fiet per iudicem ſecundum legem, niſi aliter actum ſit. h.d. vſque ad finem.l. Bartolus.*

Si totus[k] † ager itineri aut actui ſeruit, dominus in eo agro nihil facere poteſt quo ſeruitus impediatur,[l] quæ ita diffuſa eſt, vt omnes glebæ ſeruiãt. At ſi iter[m] actúſve ſine vlla determinatione legatus eſt, B modo determinabitur: & quà primùm iter determinatũ eſt eà ſeruitus cõſiſtit:* ceteræ partes agri liberæ ſunt. Igitur arbiter dãdus eſt: qui vtroq;[n] caſu viã[o] determinare debet.[p] Latitudo actus itinerisque ea eſt, quæ demõſtrata eſt. Quòd ſi nihil dictũ eſt, hoc ab arbitro ſtatuendũ eſt. In via aliud iuris eſt. nã ſi dicta latitudo nõ eſt, legitima debetur. Si locus[q] non adiecta latitudine[r] nominatus eſt, per eũ quà liberi iri poterit. Sin autẽ prætermiſſus[s] eſt, æquè latitudine non adiecta. per totũ fun C dũ vna poterit eligi via, dũtaxat eius latitudinis quæ lege comprehẽſa eſt: pro quo ipſo, ſi dubitabitur,[t] arbi-

a Cedi. ſecundum modum qui ſequitur. Accurſius.

b Ratione. quæ eſt, ne ignorans dominus iniuriam accipiat: vt j. de aqua plu.ar.l.finautem. Vel quæ eſt quòd dominus imponat: ſed omnes ſunt domini: ergo omnes imponunt.

c Cedant. vt ſupra de ſerui. l.ij. & infra titu. j.l.fin. & j.eod. ſi vnus ex. & arg.ſ. de arbi. nõ diſtinguemus. §. cũ in plures.

d Non poſſe. immo qui ceſſit, de euictione tenetur, ſi alij non cedant: ſi modo ceſsit quaſi ſolus dominus: alias non, vt infra de euic.l.ſi quis per fundum. Et not. ex hac l. v. argu. Primum hic in fin. quòd quis contra ſuum factum venire non poſsit, licet de iure non teneat: vt infra titu.j.l.venditor, in princ. Arg. contra. C. de agri. & cenſi.l.quẽadmodum. de quo generali dicas vt dixi ſupra de adop.l.poſt mortem. Aliud collige in eo quòd dicit ceſsione nouiſsima confirmantur priores ceſsiones. vbi not. quod ab initio non valuit, tractu temporis confirmatur: vt ſupra de adop. adoptio. & C.ſi maior fac. l.iij. Sed ar. contra infra de reg. iur. l. quod ab initio. & inſti. de inuti. ſtip. §.j. Sol. ſolus tractus temporis non facit valere: vt ſicut non eſt modus tollendæ vel inducendæ obligationis, ſic nec modus dandi ei effectum: vt infra de act. & obl. obligationum fere. §. placet. & inſtitu. de lega. §. an ſeruo. & infra de ſerui. expor. ſi minor. Aliud, quia retro facta trahuntur ad præſens: vt infra titu.j.l. fin. & infra ad Maced.l.ſi filius. §. fina. & infra ad Trebel. ſed ſi ante. in fi. & infra de leg. iij.l.j.§.j. Argu. contra. C. ad Maced.l.fin. & de dona. inter virum & vxo.l.donationes. Item aliud, quòd non eſt idem iuris de parte quo ad partem, quod in toto quo ad totum. Argu. contra infra de admi.tu. ſi duo. & de hoc dic vt infra de vſur. qui ſcit. in princ. Item aliud, quòd non ſtatur D iudicio maioris partis: ſic C. de ſer. commu. ma.l.j. Sed argu. contra ſupra de pac.l.ſuum. §. fin. & l. maiorem. Accur. A D D I T I O. Dic quòd ſpeciale eſt ibi. ratio: quia ibi conſenſus maioris partis præiudicat alijs, ſicut in conſenſu vniuerſitatis ſecundum Bart. hic. Ad l. ſi duo. & l. qui ſcit. ſupra allega. reſponde breuiter, & dic quòd in indiuiduis non procedit argumentum de toto ad partem: quoniam in partem diuidi non poteſt: vt. l. pro parte. ſupra tit. ij. ita loquitur hic. In his verò quæ ſunt diuidua, bene procedit: vt quod iuris eſt de toto quo ad totum: idem de parte quo ad partem: vt l. quæ de tota. de rei vind. & d.l. qui ſcit. in princ. non autem procederet hoc argumẽtum quod iuris de toto quo ad totum &c. vt in caſu l. an pars. infra pro derelicto.

e Inter actum. Poteſt. vt ſ. eo. qui ſella. in princip.

f Armenta. alias armamenta, id eſt inſtrumenta agrorum. Accurſius.

Certo.} C A S V S. Habeo magnũ agrum, qui in parte eſt vinea: cui ager vicini debet ſeruitut. & licet vinea remoueatur, remanet ſeruitus: niſi aliud actum ſit in conſtituenda ſeruitute: videlicet vt non duret ſeruitus: ſi vinea remoueatur. Vetus.

g Poteſt. vt ſ. de ſerui. l. ad certam.

h Quòd ea. Planius legitur, ſi dicas, ideoque ſublatis vineis ſeruitus manebit, quòd, id eſt quia, ea &c.

i Actum erit. ſcilicet expreſsim, vt ſublatis vineis ſeruitus nõ duret: vel tacite: puta quia gratia fructuũ vineæ tantum erat quæſita: puta vt pedamenta in ea ſumantur: vt ſupra e. l. ergo. §. Neratius. & l. veluti. Si vero nec expreſsè, nec tacite: tunc ſublata vinea ſeruitus manet: & ideo fuit facta nominatio vineæ: vt deſignaretur cui parti fundi eſſet quæſita: non vt gratia vineæ tantum: vt in j. reſpon. huius l. ſic & infra de an. lega. l. annua. §. fina. Item ex eo quod in princip. dicit, veluti vineis: not. quòd nomẽ vineę ponitur hic pro prædio in quo ipſa plantata eſt: & ita ponitur contentum pro continente: ſicut & pactum pro paciſcente: vt C. de fer. l. fin. & econtra continens pro contento. & nomine ventris, quod eſt in ventre: vel cuſtodia, pro cuſtodita perſona: vt ſ. de offi. procon. ſolent. in prin. Item nomine vineæ continentur quandoque vites tantum: vt hic cum dicit: & ideo ſublatis vineis &c. & ſ. qui. mo. vſusfruc. amit quid tamen. §. ij. Et proficit hæc ſcire in quæſtione ruſtici, qui conuenit domino dare quartam partem fructuum vineæ: & ruſticus habeat tres. ruſticus plantauit arbores in eadem vinea: & de fructibus arborũ nil vult dare domino. nam ſi nomine fructuum vineæ, omnes fructus ſoli continentur: ergo dominus habebit quartam partem hac ratione & alia: quia quod in principali ſtatuitur, & in acceſſorijs: ar. j. de le. iij. l. nomẽ. in prin. & alia, quæ in primis, & in ſequẽtibus: vt j. de pac. do. inter ſocerum. §. cum inter. Si verò nomine vineæ cõtinentur vites tantum, ergo dominus debet habere omnes fructus arborum: colonus nihil. Acc. A D D I T I O. Pro intellectu iſtius gloſſ. dic ſecundum Bart. quòd ſic debet intelligi fructuũ vineæ, hoc eſt illius terræ vineatæ. hoc eſt vt debeantur fructus arborum: vt per iſtam legem.

*Vinea quid ſignificet.*

† *Iſte §. ſecundũ ſ. al. hic eſt allegabilis ad multa: & ideo not. bene eum, & tene menti, & concor. text. in l. hodie. & l. ſanctio legum. infra de pœ. text. in. c. de cauſis. extra de offic. & pote. iudi. deleg.*

**Flo. conſtitit.*

k Si totus. quia dictum eſt vt poſsit mutare.

l Impediatur. vt & infra. ſi ſerui. vin. loci. §. ſi quis mihi. Azo. nec econtra: vt j. eo. l. Quintus. in fi. & ſ. tit. j. l. ſeruitutes. §. ſi antea.

m Si iter, actúſue. vel alia ſimilis ſeruitus: vt ſ. de ſerui. ſi cui.

n Vtroque. id eſt in itinere, & in actu.

o Viam. id eſt iter, vel actum. vel primo loquitur cum quæritur de latitudine & loco. hic de latitudine tantum.

p Debet. vt j. eo. § fin. & l. ſi mihi conceſſeris. & l. ſeq.

q Si locus. q.d. non totus, ſed pars eius eſt tantum deſignata per quam ſit eundum: vt j. de verb. ſig. locus. Accur.

r Latitudine. actus, vel itineris.

s Prætermiſſus. quia nec pars fundi vt ſupra fuit deſignata: nec etiam latitudo viæ: vt ſubijcit.

t Dubitabitur. qua parte ſit eundum, & via eligenda.

a Officium. vt s̃.e.l.§.ſi totus.in ſin.

b PEr quem. Non potero. in vtroque caſu intellige ſi impeditur ſeruitus poſſeſſoris: aliâ poſſum vel eiſdem vel diuerſis temporibus. vt s̃.eod.l.ij.§.ſi aquęductus.& j̃.de aqua. plu.arc.l.in concedendo.& j̃.de aqua quo.& æſti.l.hoc iure. §.is cui.& l.Lucio.& l. fin. Accur.

A tri officium[a] inuocandũ eſt.

*Si vni conceditur ſeruitus vna, non poteſt alij concedi alia per quam ſeruitus primi impediatur.* Bartolus.

XIIII. POMPONIVS libro trigenſimoſecundo ad Q. Mucium.

PEr quem locum viam alij ceſſero, per eundem alij aquæductum cedere nõ potero[b]. Sed & ſi aquæductum alij conceſſero, alij iter per eundem locum vendere vel aliâs cedere non potero.

*Qui habet ius aquæductus, poteſt facere in riuo quicquid vult ſi prædij domino non noceat.* Bartolus.

XV. IDEM libro trigenſimoprimo ad Q. Mucium.

QVintus Mucius ſcribit, cum iter aquę vel quotidianæ vel æſtiuæ, vel quæ interualla longiora habeat, per alienũ fundum erit[c], licere fiſtulã ſuam vel fictilẽ vel cuiuſlibet generis[d] in riuo ponere, quę aquam latius exprimeret: & quod vellet, in riuo facere licere, dũ ne[e] domino prædij aquagiũ deterius faceret.

XVI. CALLISTRATVS libro tertio de Cognitionibus.

DIuus Pius aucupibus[f] ita reſcripſit: οὐκ ἐςιν εὔλογον, ἀκόντων τῶν δεσποτῶν ὑμᾶς ἐν ἀλλοτρίοις χωρίοις ἰξεύειν. [id eſt, Non eſt conſentaneum rationi, vt per aliena prædia inuitis dominis aucupium faciatis.]

*Aqua ex flumine publico ad irrigandos agros ſecundum menſuram diuiditur: niſi alicui aliter ſit conceſſum.* Bartolus.

XVII. PAPIRIVS IVSTVS libro primo de Conſtitutionibus.

IMperatores Antoninus et Verus Auguſti reſcripſerunt, aquam de flumine publico pro modo poſſeſsionum ad irrigandos agros diuidi oportere[g]: niſi proprio quis iure plus ſibi datum oſtenderit[h]. Item reſcripſe-

QVintus.} CASVS. Si habeo iter per fundum tuũ vel aquęductum, poſſum ibi ponere fiſtulam vel canales vt per eam ducatur aqua magis libere: dummodo non deterioretur riuus vnde aqua ducitur ex fundo tuo.

c Erit. ſ. conſtitutum.

d Generis. ſ. conſueti. de quo conſueuerunt talia fieri: non autem de inſolito, niſi hoc actum ſit, vt infra de aqua plu. ar. l. ſi prius. §. placuit. quæ eſt contra. Accur.

e Dum ne. vt hic, & j̃. tit. j. qui per certum. & j̃. de aqua quoti. & æſti. l. hoc iure. §. is qui. & l. finali.

DIuus.} CASVS. Si volo aucupari in fundo tuo cõtra tuam voluntatem, non poſſum: & ita quidam imperatores reſpõderũt. Viuianus.

f Diuus Pius aucupibus. idem in venatione. ſed cum aucupatio in alieno prohibeatur hac. l. ergo id quod capitur, non ſit accipientis: vt C. de le. & conſtit. non dubium. & ſi fiat, videtur quòd debeat reſtituere: argum. ſupra de procu. qui proprio §. procurator vt in ceteris. & de pe. here. ſi poſſeſſor ex hered. Sed tamen contradico: vt inſtitu. de re. di. §. feræ. & §. illud. & §. plane. & argum. C. de fur. l. fin. ſed cum in ſecunda. Sed an poterit venator adhuc in fundo retineri vt reddat quod ceperit? Dic quòd non, per prædic. ll. vt argu. in authen. vt nul. iu. §. quia autem. col. l. ix. & huius. l. ſed aget iniuriarum ſi intrauerit eo prohibente: vt infra de iniur. l. iniuriarum. §. ſi quis.

IMperatores.} CASVS. Plures habẽt prædia iuxta flumen publicum: quilibet poteſt inde aquam ſumere ad irriganda ſua prædia: dummodo non plus ducat, quàm neceſſe prædiũ habet: niſi per priuile. oſtendat ſibi plus licere. Item ita demum poſſum ducere, ſi ſine alterius incommodo poſſum id facere. Accurſius.

g Oportere. imò diſtinguitur an ſit nauigabile: vel per illud fiat aliud: vt tunc non poſsit ducere. aliàs ſic, vt infra de aqua plu. ar. l. ſi autem. in fin. & j̃. de flu. l. quo minus. Accur.

h Oſtenderit. ſcilicet ab eo qui ius dandi habuerit, vt princeps vel ſenatus: vt prędicta. l. quo minus. infra de flu. vel cõſuetudine cuius non extat memoria, vt infra de aqua quoti. & æſti. l. hoc iure. §. ductus aquæ.

i Duci. ex flumine publico. Accurſius.

VNa.} CASVS. Per plura prædia vnius vel pluriũ habeo viam ad fundum meum. Dicitur quòd eſt vna via vtilis, & tota amittitur non vtendo, vel tota retinetur per vnum de prædijs vtendo.

k Fundos, vel vnius vel plurium dominorum.

runt, aquam ita demum permitti duci[i], ſi ſine iniuria alterius id fiat.

*Si per plures fundos itur ad vnum, ſeruitus vna eſt: & per vſum in parte retinetur ſeruitus tota.* Bartolus.

XVIII. VLPIANVS libro quartodecimo ad Sabinum.

VNa eſt via, etſi per plures fundos[k] imponatur: cũ vna ſeruitus[l] ſit. Denique quæritur, an ſi per vnum fundum iero, per aliũ

B nõ, per tantũ tempus quanto ſeruitus amittitur: an retineã ſeruitutem. Et magis eſt vt aut tota amittatur, aut tota retineatur. Ideoq; ſi nullo vſus ſum, tota amittitur: ſi vel vno, tota ſeruatur.[m]

*Seruitus non poteſt adquiri pro parte, ſed per plures poteſt adquiri, & per vnum poteſt peruenire ad plures.* Bartolus.

XIX. PAVLVS libro ſexto ad Sabinum.

SI vnus ex ſocijs ſtipuletur[n] iter ad communem fundum, inutilis eſt ſtipulatio: quia nec dari ei poteſt. Sed ſi omnes ſtipulentur, ſiue cõmunis ſeruus[o], ſinguli ex ſo-

C cijs ſibi dari oportere petere poſsũt: quia ita dari eis poteſt à te: ne ſi ſtipulator viæ plures heredes reliquerit, inutilis[p] ſtipulatio fiat.

*Qui habet duo iura remittendo vnũ nõ videtur remittere aliud.* Bartolus.

XX. POMPONIVS libro trigenſimotertio ad Sabinum.

SI mihi eodẽ tẽpore conceſſeris & ire agere per tuũ locũ, & vti frui eo ius eſſe, deinde ego tibi cõceſſero ius mihi vti frui nõ eſſe: non aliter eo loco vtêris fruêris, quàm vt ire agere mihi rectè liceat. Item ſi & ducere per tuum fundum aquam iure potuero, & in eo tibi edi-

D ficare inuito me ius nõ fuerit[q]: ſi tibi cõceſſero[r] ius eſſe ædificare, nihilominus hanc ſeruitutẽ mihi præſtare debebis, ne aliter ædifices, q̃

l Vna ſeruitus ſit. imò & plures poſſunt eſſe: vt plene dices. infra quemadmo. ſer. amit. nã ſatis. §. ſed ſi is fundus. & §. ceterum. Acc. ADDITIO. Dic quòd hic ſunt plura prædia ſeruientia, & vnum dominans: ibi plura prædia dominantia: vt per Bart. in d. l. nam ſatis.

m Seruatur. vt j̃. ſi ſer. vin. l. ſi eo. §. fi. & quẽ. ad. ſer. amitt. ſi ſtillicidij. §. fina. in fine.

SI vnus.} CASVS. Si ego & tu fundum communem habemus, & ego viam ad illum fundum ſtipulor, non valet ſtipulatio. ſed ſi ego & tu ſtipulemur ſeruitutem pro fundo communi, valet ſtipulatio. ſi de ſeruitute communis noſter ſeruus ſtipuletur, qui ſtipulari poteſt, idẽ eſt. {SI STIPVLATOR.} Si ſtipulor viam per fundum tuum, & decedã pluribus heredib⁹ relictis, vtilis erit ſtipulatio. Viuia.

n Stipuletur. vt j̃. tit. j. l. proprium. in fine.

o Communis ſeruus. nã per ſeruum talis ſeruitus adquiritur, vt infra de ſtipul. ſer. l. ſi communis ſeruus meus. Sed contra infra de ſeruit. leg. l. & ſi maxime. in fin. Solu. ſecundum R. ibi in vltima voluntate: hic in ſtipulatione quę ſit inter viuos.

p Inutilis. Si habes in litera, vtilis, dic fiet, id eſt remanebit: vt j̃. de verb. obli. pluribus. §. & ſi placeat. ſic ponitur fieri, id eſt remanere. s̃. de iud. l. Iulianus. ij. & vnuſquiſque inſolidum hic aget: vt infra famil. erciſcun. heredes. §. an ea. & s̃. de ſeruitutibus. l. vit. Si verò habes inutilis, dic ſcilicet donec de loco conſentiant: vt infra eodem. l. itinere. Accurſius.

SI mihi.} CASVS planus eſt vſq; ad §. ſeruitus. Debebatur mihi ius per prędium tuum. feci aquæductũ manu, poſtea naturaliter creuit aqua ex vicinis prædijs: vel ex fonte ibi nato. non teneor domino ſeruientis prædij. {SI FVNDO.} Quidã fons erat in agro Titij: ex quo fonte aquam per fundum Seij ad fundũ meum ducebã. poſtea acquiſiui fundũ Seianũ. an remaneat ſeruitus in fundo Titij? Et reſpond. quòd ſic. {HAVRIENDI.} Ex prædio meo ad vicinum prædium quæſiui ſeruitutem aquæ hauriendæ, vt biberẽt coloni agri mei. prædialis ſeruitus eſt, non perſonalis. Viuia.

q Non fuerit. quia antea conſtituta fuerat ſeruitus altius nõ tollendi.

r Cõceſſero. & ſic vna remiſſa, altera remanet: vt hic, & ſupra tit. j.

1005 titu.j.l.ſi domus.Sed contra infra quemadmo.ſer.amitt.ſi ſtil licidij.Sed certe ibi vna ſeruitus tantum debebatur: hic autem duæ. Accur.

a Secundum. id eſt iuxta. & ſic nota quód ſuſtinetur quòd naturaliter fit:ſic infra de aqua plu.arcen. l.j. item ſciendum. Sed ar. cõtra infra eo. tit. l.ij.§. apud manumiſſam. Sed ibi de æquitate, quæ præualet:vt C.de iudi. l.placuit.

b Fuerit.ſcilicet in tertio prædio, quod poſt erat Titij: & adquiſiui ſeruitutem per Seianum, aliàs nec in fundo vbi eſt fons poſſet eſſe ſeruitus: vt ſupra eod.qui ſella §.fin.

c Sed prædij.id eſt prędialis. hoc tamen niſi actum eſt vt ſit perſonalis,ſecundum quoſdam:quod nob placet: vt dixi ſ.eo.pecoris.in fin.Accur.

d SI mihi. facit ſupra eo.l.certo.§. ſi totus.& §. ſi locus. & ſupra de ſer. ſi cui. & infra eod. l.ſi via.

e Seruiet.de iure. Accurſius.

f SEd quæ.Seruient. de iure & de facto.

VIa.} Casvs. Hæc lex reſpicit illam quæ eſt ſ.eo. viæ.& dicit quòd certa debet eſſe viæ latitudo. id verum eſt quando non eſt actũ:niſi aliud fuit dictum. aliàs minor & maior quam ibi ducatur poſſet conſtitui:vt hic dicit. {Si lacvs.} Lacum perpetuum habes in tuo fundo.ſi concedas mihi ſeruitutem quòd ego poſsim ire ad fundum meum per illum lacum, valet ſeruitus: & poteſt talis ſeruitus imponi.§.ſequens planus eſt.{Qvaecvnqve.} Per fundum tuum mihi conſtituiſti ſeruitutem pro fundo meo, quòd proximus tuo fundo erat. ſi vendo iſtum meũ fundũ particulatim, quilibet emptor prædictam ſeruitutem habebit: & agere etiam poteſt.& ſi vnus habet vnam partem mei fundi iuxta tuum fundum ſeruiẽtem, & alter nõ, ſed remotam habet à tuo fundo: poterit venire ad fundum tuum, ſi iſti alij qui habent proximas partes fundo tuo,patiantur:aliàs non.

g Non via. ſic not. quòd licet intendam viam conſtituere, erit tamen iter. & ſic quod non valet vt ago, valet vt valere poteſt:vt ſ.de ſer. l.ſi tam anguſti. Sed arg.contra.j.de iure codicil. l.j.

h Lacus perpetuus.maximè.

i Nauigandi. quia nauigiũ nõ minuit aquã. ſed aquæ ductus ſic:& ideo conſtitui non poteſt:vt ſ.tit.j.l.foramen.

k Sua conditione.ſequitur ſeruitus fundum:vt hic,& j.eod.l.cum fundo.& j.titu.j.cum fundus.& ſupra quibus mo.vſuſfruct.amit.l.neq;.C.de ſerui.& aqua.l.& in prouinciali.hoc fallit in tribus caſibus:vt ſ.eo.l.pecoris.dixi:& quælibet alia ff. Vetus.

A

vt ductus aquæ meus maneat.totiuſq; eius rei conditio talis eſſe debet,qualis eſſet ſi vna duntaxat initio cõceſsio facta eſſet.

*Pro læſione ex ſeruitute naturaliter contingente non tenetur dominus. Bar.*

Seruitus naturaliter,nõ manufacto, lædere poteſt fundum ſeruientẽ:quemadmodũ ſi imbribus creſcat aqua in riuo,aut ex agris in eũ cõfluat, aut aquæ fons ſecundum [a] riuum vel in eo ipſo inuentus poſtea fuerit.

*Licet fundum medium redimam,non extinguitur ſeruitus quæ à tertio fundo debetur.Bartolus.*

Si fundo Seiano confinis fons fuerit, [b] ex quo fonte per fundum Seianum aquã iure ducebã:meo facto fundo Seiano manet ſeruitus. Hauriendi ius,non hominis ſed prædij [c] eſt.

*Licet totus fundus debeat ſeruitutem, tamen debet quis vti per eam partem quæ minus læditur.Bartolus.*

XXI. Pavlvs libro quintodecimo ad Sabinum.

SI mihi [d] conceſſeris iter aquæ per fundum tuum, non deſtinata parte per quã ducerem,totus fundus tuus ſeruiet.[e]

XXII. Pomponivs libro trigenſimotertio ad Sabinum.

SEd quæ loca eius † fundi tunc cũ ea fieret ceſsio, ædificijs, arboribus, vineis vacua fuerint,ea ſola eo nomine ſeruient.[f]

XXIII. Pavlvs libro quintodecimo ad Sabinum.

VIa conſtitui vel latior octo pedibus vel anguſtior poteſt: vt tamẽ eam latitudinem habeat, qua vehiculum ire poteſt:alioquin iter erit,non via [g].

*Per lacum perpetuum poteſt conſtitui ſeruitus nauigandi. Bartolus.*

Si lacus perpetuus [h] in fũdo tuo eſt,nauigãdi [i] quoq; ſeruitus vt perueniatur ad fundum vicinũ, imponi poteſt.

eius conditio:vt j.de adqui.rer.do.l.traditio.& j.de contrahen.empt.l.alienatio.& ſ.de vſufruct. hactenus.& C. de diſtract.pig.ſi debitor.

l Venierit.pro diuiſo & indiuiſo, ſcilicet fundus dominans.

m Sequitur.ſic & infra ſi ſerui.vin.l.ij.in fin.& l.iij.

*Si fundus publicetur, non extinguitur ſeruitus.Bartolus.*

Si fundus ſeruiens,† vel is cui ſeruitus debetur, publicaretur, vtroque caſu durãt ſeruitutes:quia cum ſua cõditione [k] quiſq; fundus publicaretur.

*Ius ſeruitutis totum eſt in toto, & totũ eſt in qualibet parte totius: niſi vſum eius aliquid impediat. Bartolus.*

B Quæcunque ſeruitus fundo debetur, omnibus eius partibus debetur: & ideo quãuis particulatim venierit, [l] omnes partes ſeruitus ſequitur, [m] & ita,vt ſinguli rectè agat ius ſibi eſſe fundi. Si tamen fundus cui ſeruitus debetur, certis regionibus inter plures dominos diuiſus [n] eſt:quãuis omnibus partibus ſeruitus debeatur,tamẽ opus eſt vt hi qui non proximas partes ſeruienti fundo habebunt, tranſitum per reliquas partes fundi diuiſi iure [o] habeant: aut ſi proximi patiantur,tranſeant.

*Non poteſt quis cõcedere aquam ex ſuo aquæductu quem habet ex fundo alieno. Bartolus.*

C XXIIII. Pomponivs libro trigenſimotertio ad Sabinum.

EX meo aquæductu Labeo ſcribit cuilibet poſſe me vicino meo cõmodare:Proculus contra:vt ne in meã partẽ fundi aliã quàm ad quam ſeruitus adquiſita ſit,vti ea poſsit.[p] Proculi ſententia verior eſt.

*Diuiſio aquæ fit ad menſuram prædij dominantis,non inſpecta partium bonitate vel neceſsitate. Bartolus.*

XXV. Idem libro trigenſimoquarto ad Sabinum.

D SI partem fundi mei [q] certam tibi vẽdidero,aquęductus [r] ius etiam ſi alterius [s] partis cauſa plerumque ducatur, te quoque ſequetur: neque ibi aut bonitatis [t] agri,aut vſus [u] eius aquæ ratio habenda eſt, ita vt eam ſolã partem fundi quæ pre-

n Diuiſus eſt.ſicque vna ſeruitus fient duæ: vt infra quemad. ſerui.amit. nam ſatis.§. ſi ego. & ibi plene dices.

*† Adde l. 3. & quod ibi no. Bal. C. de ſeruitu. in princ. & iſte tex. allegatur per Ang. in §. fin. inſti. e. vbi ipſe decidit vnam pulchrã & mẽti tenendam quæſtionẽ: quã vide.*

o Iure. hoc eſt quòd ſit ei cõſtituta, non quod teneantur niſi velint conſtituere: vt hic, & infra quemadmo. ſer. amit. l.ſi quis ex. Sed argum. contra infra de leg. j. ſi fundum ſub conditione. §.iij. Sed ibi tenetur conſtituere ex voluntate teſtatoris qui legauerat fũdum excepta domo.

EX meo.} Casvs. Si habeo aquæductũ in fundo tuo,cuicunque volo poſſum concedere vicino. & hoc dicit Labeo,& male: quia corrigitur per Proculum per ſimile. Pone ergo quòd conſtituiſti certæ parti fundi mei prædictam ſeruitutem: nunquid ad aliam partem fundi mei poſsim ducere? Et reſpond. quòd non. ergo multo fortius nec alij concedere poſſum.

p Poſsit.nõ enim modus &c. vt C. eo. non modus. & ſupra eo. l. ergo. §. Neratius. in fin.& infra eod. l.cum eſſent. in fin. Et hoc eſt verum antequam ingreſſa ſit eam partẽ cui ſeruitus eſt ſtatuta. poſtquam autem ingreſſa eſt, ad alias partes duci poterit: niſi nocitura ſit ei fundo cui inducitur: vt infra de aqua quoti.& æſti.l.j.§.illud.quæ eſt contra.

SI partem.} Casvs. Prædio totali ſeruitus aquæ ducendę debebatur.ſi poſtea vendam dimidiam huius fundi mei, an illo aquæductu vtar in ſolidum: an iſta ſeruitus ſequatur emptorem? Et reſpon.quòd ſequitur emptorem. vnde aqua inter me & emptorem diuiditur: ſed ad eam partem ad quã vtitur, vbi bene potero:nec refert magis ſit neceſſaria vni quàm alteri. Item nec refert quæ ſit pretioſior, retenta, vel vendita pars. facit.ſ. e. viæ.§.quæcunque.

q Fundi mei. ſcilicet dominantis.

r Aquæductus. ſcilicet toti fundo conſtitutus.

s Alterius.quæ apud me remanſit.

t Bonitatis. aliàs inſpicitur bonitas rei:vt argu.contra.infra de adquirendo rerum dominio.l.quicquid. Additio.Dic quòd quando vna res non poteſt accedere duobus, accedet pretioſiori: vt ibi. ſed hic poteſt accedere duobus: ideo pretioſitas non inſpicitur ſecundum Bar.

u Vſus.aliàs inſpicitur vſus patrisfa.vt ar.cõtra infra de fun. inſtru.

inſtru.lega.Seiæ.§.Tyrannæ.Additio.Dic ſecundũ Bart. hic quod iſtud eſt ius reale competens prædio magis quàm perſonæ:vt l.ſi mihi.in fine.ſ.eo.& l.qui in aliena. de negot. geſtis.& ideo vſus patrisfami.non inſpicitur.preterea vſus ſi fiat pro parte,reſpicit totum:vt l.vna eſt via: ſ.eod.ideo vſus partis non inſpicitur.

A ſeruitus:vt j.eo.l.vnus.§.j. ſic ergo vnius vel vtriuſque communicatio nunquam extinguit ſeruitutem: vnius redēptio & alterius cõmunicatio extinguit: & ecõuerſo.Itē extinguit vtriuſque redēptio. Io. ſic diligēter proſequitur quãdo tuus meo,quãdo nõ tuus ſed alienus meo.& quãdo alienus alieno debet ſeruitutē.Acc.

tioſiſsima ſit, aut maximè vſum eius aquæ deſideret,ius eius ducendæ ſequatur: ſed pro modo [a] agri detenti aut alienati fiat eius aquæ diuiſio. [b]

*Heres poteſt eligere per quam partem fundi viam conſtituat ſine captione legatarij.Bartolus.*

XXVI. Pavlvs libro quadrageſimoſeptimo ad Edictum.

SI via,iter,actus,aquæductus legetur ſimpliciter per fundum,facultas eſt heredi[c] per quam partem fundi

B velit cõſtituere ſeruitutem, ſi modò nulla captio legatario in ſeruitute fit.

*Si à ſocijs fundi dominantis emitur communiter fundus ſeruiēs, ſeruitus extinguitur:ſecus ſi fundus dominantibus non poteſt eſſe communis.Bartolus.*

XXVII. Ivlianvs libro ſeptimo Digeſtorum.

SI communi fundo meo & tuo ſeruiat fundus Sempronianus,& eundem in cõmune redemerimus:ſeruitus extinguitur,[d] quia par vtriuſque domini ius in vtroque [e] fundo eſſe incipit. At ſi pro-

C prio meo & proprio tuo idem [f] ſeruiat, manebit ſeruitus: quia proprio fundo per communem ſeruitus deberi poteſt.[g]

*Niſi plures domini de loco itineris conſentiant,ſeruitus effectualiter non adquiritur. Bartolus.*

XXVIII. Idem libro trigenſimoquarto Digeſtorum.

ITinere ad prædium commune duorum legato,niſi vterque de loco itineris conſentiat: ſeruitus neque adquiritur,[h] neque deperit.

*Seruitus aquæ immittendæ intelligitur de ea quæ in fundo colligitur.Bartol.*

XXIX. Pavlvs libro ſecundo Epitomarum Alfeni Digeſtorum.

IS qui duo * † prædia confinia habuerat, ſuperiorem fundum vendiderat: in lege [i] ita dixerat, vt aquam ſulco aperto emptori educe-

B re in fundum inferiorem recte liceat. Si emptor ex alio fundo aquam acciperet, & eam in inferiorem ducere vellet, quæſitum eſt an poſſit id ſuo iure facere, necne. Reſpondi, nihil [k] amplius quàm quòd ipſius fundi ſiccandi cauſa deriuaret, vicinum inferiorē recipere debere.

*Quòd ſeruituti accedit, iure ſeruitutis accedit.Bartolus.*

XXX. Idem libro quarto Epitomarum Alfeni Digeſtorum.

QVi* duo prædia habebat,in vnius venditio-

C ne aquam [l] quæ in fundo [m] naſcebatur, & circa eã aquã latè decem pedes exceperat. quæſitum eſt, vtrum dominium loci ad eũ pertineat:an vt per eum locum accedere poſsit. Reſpondit, ſi ita[n] recepiſſet,[o] *circa eam aquam latè pedes decem*: iter duntaxat [p] videri venditoris eſſe.

*Redemptione partium etiam pro indiuiſo,ſeruitus non extinguitur,niſi omnes redimantur.Bartolus.*

a *Pro modo*. id eſt pro quantitate.

b *Diuiſio*. Sic ergo diuiditur ſeruitus prædialis. Sed contra. ſupra de ſerui. l. viæ. & infra ad legem Falcidiam.l.j.§.ſi vſusfruct. Solu.ſpeciale in aquęductu, ſecundũ quoſdam. Tu dic quòd nõ ſeruitus ſed aquæ cõmoditas diuiditur.

SI via.} Casvs. Si teſtator ſimpliciter ſeruitu. legauit, heredi datur electio vt conſtituat ſeruit. vnde velit:dum tamē malitioſe non conſtituat heres.

c *Heredi*. & ſic datur electio heredi. Sed cõtra ſupra de ſer. ſi cui. Solu. ſemper à principio habet heres electionem: ſed ſi non eligat, tranſit res in legatarium.argum.infra de ſolu.l.prima,ſecunda, & tertia. & C. de dona.l.ſancimus.§. ne autem. ij. reſpon. Vel melius eſt electio ipſius legatarij, vt in legatis in genere relictis:vt inſtit. de leg.§. ſed generaliter. Quod autem hic dicitur, obſeruatur quando nulla electa via legatarius per quamlibet partem incedit. & ſi inter eos dubium oriatur, arbiter eligitur: vt ſupra eod. certo. §.j. & §. finali.

SI communi.} Casvs. Ego & tu habemus fundum communem,cui fundo cõmuni ſeruiebat vicinum prædium. ſi emamus illum fundum,ſeruitus extinguitur. ſed ſi non habemus fundum communē, ſed ego proprium meum & tu tuum, & poſtea emamus cõmunem fundum ſeruientem, non extinguitur ſeruitus.

d *Extinguitur*. aliter ſi duorum duo prædia fuerunt communicata.tunc enim ſeruitus remanet:vt infra eo.l.vnus.§.j. Et eſt ratio, vt ibi dicam.

e *In vtroque*. id eſt in ſeruiente, & cui ſeruitur.

f *Idem*.ſ.fundus Sempronianus,quē in cõmune redemimus.

g *Deberi poteſt*. quæ tamē non fuit cõmunis tempore ſeruitutis conſtitutæ.alias non poteſt:vt j.tit.j.l.ſi quis.§.itē ſi duo. in fi.& Et vt plene circa hãc l.videas, dic ſecundum Io.debet proprius tuus fundus meo proprio ſeruitutem.cõmunicatur alteruter,nõ extinguitur ſeruitus:vt ſ.de ſerui.l. vt pomum. §.ſi prædium.communicatur vterque ſimul,vel diuerſis temporibus,non extinguitur ſeruitus:vt ſ.de ſerui. vrb.prædi.ſi quis ædes.§.ſi partem.& infra eo.l.vnus.§.j. Item debet alienus meo proprio ſeruitutem. in commune alienum redimimus:non extinguitur ſeruitus.multo magis ſi meum dominantem tibi communicauero,non extinguitur:argu.huius l. in fi Item redimimus prius ſeruitutem: poſt meum communicaui tibi:extinguitur ſeruitus. Itē communicaui tibi meũ, poſt in cõmune redimimus ſeruitutē: extinguitur ſeruitus: vt arg.huius l.j.reſpon. & j.e.vnus.§.j. Item fundus Mæuij ſeruitutem debet fundo Titij.redimimus vnum: non extinguitur ſeruit⁹:vt ſ.e.l.via.§.ſi fund⁹.& §.fi.& C.e l.& in prouinciali.redimimus alterũ, vel vtrunque ſimul: extinguitur

ITinere.} Casvs. Prędio cõmuni meo & tuo Titius ſimpliciter ſeruitutem legauit. ſi non cõſentiamus de loco itineris: non adquiremus ſeruitutem. Viuianus.

h *Adquiritur*. propter diſſenſum nõ adquiritur:vt hic,& ſ. de vſu.fru.l.quotiens.ſed hodie vel forte conſentiunt.vt C. communia de le.l.fi.in princi.Vel alio modo iudex imminet vt faciat eos cõſentire:vt infra de leg.j.l. huiuſmodi.§.fina. quæ eſt contra. Item quod dicit, non deperit:ideo eſt,quia quod non eſt, deperire non poteſt.vt j. quēad. ſer. amit. ſi partē.j.reſpon. & ſ. quibus mo. vſuſfr.amit.l.j. circa principium.Accur.

IS qui duo.} Casvs. Duos fundos habebam, vnum verſus mõtem, alium magis inferius:confines tamen erant.vēdidi illum fundũ qui erat verſus mõtem:id eſt ſuperiorem fundum.conſtitui tibi ſeruitutem vt ſulco aperto ſuperioris fundi aquam tibi liceat immittere in agrum inferiorem. non licet tibi recipere aquam vicinorum.Viuianus.

i *In lege*. id eſt in pacto conuentionis.

k *Nihil*.non enim modus &c.vt C. eodem l. non modus. & ſupra eod.l.ergo.§.fina.& l. ex meo.

QVi duo.} Casvs. Habebã duo prędia confinia, & in vno naſcebatur aqua:& ea vtebar ad aliud prædium. vēdidi prædium in quo aqua naſcebatur. ego excepi aquam pro fundo retento:& etiam circa eã aquam decē pedes ex eo, quòd poſſem purgare riuum vbi illa aqua naſcebatur. Dicitur hic ꝙ ſeruitutem itineris tantum videor excepiſſe. Viuianus.

D l *Aquam*.id eſt ſeruitutem aquæ.

m *In fundo*.vendito.

n *Si ita*.ſi,id eſt quamuis.

o *Recepiſſet* id eſt excepiſſet.ſic j.tit.iiij. l.v.aliàs tamen legitur excepiſſet.

p *Iter duntaxat*.nõ dominiũ:vt j.ſi ſer.vin.loci. Sed ar.cõtra j.de aur.& ar.leg.ſpecies.& ſ.de vſufr. ea.re.quę vſu cõſu.l. fi.& j.de le.j.l.ſi fundus ſub cõditione.§.iij. His enim legib⁹ appellatione vſusfru. & vſus,& ædificij & ſoli proprietas intelligitur.Additio. Dicit Dy.ꝙ hic.x.pedes fuerũt excepti propter ſeruitutē aquę:ideo iure ſeruitutis vidētur excepti:ibi ſec⁹.& hoc innuit gloſſa.j.quę exponit aquã, id eſt ſeruitutē aquæ. Nec intelligas ꝙ iſti decem pedes debeãtur iure ſeruitutis ad aquã:quia ſic eſſet ſeruitus ſeruitutis:quod eſſe non poteſt:ſed illi decem pedes ſeruiunt ipſi prędio dominanti cui debetur ſeruitus aquæ, ſecundum Bartolum.

TRia.} Casvs. Ego & tu & Titi⁹ habebam⁹ tria prędia. tuũ erat ſuperius: prædiũ Titij erat mediũ: prædiũ meũ erat inferius.adquiſiui ſeruitutē aquę ducēdę ex agro tuo ſuperiori:& per fundũ Titij ad fundum meũ:poſtea emi fundũ tuũ ſuperiorē.nũc quæritur ſi vendo prędium meũ inferius:

an ſeruitus quam habebam, ſequatur emptorem? Et reſpõ. ꝙ ſic. videbatur quòd ſeruitus ſit amiſſa: quia vtraque prædia vnius facta fuerunt: ſed dicit auctor huius. l. quòd non eſt amiſſa: & probat hoc modo: quia ego ducere aquam non potuiſſem, niſi prædium Titij quod medium erat, ſeruitutẽ deberet. ſic ergo poſtquam acquiſiui, nõ poteſt amitti ſeruitus: niſi deſinam habere per fundum Titij.

LXXI. IVLIANVS libro ſecundo ex Minicio.

TRia prædia continua triũ dominorum[a] adiecta[b] *erant. imi[c] prædij dominꝰ ex ſummo[d] fũdo imo[e] fundo ſeruitutẽ aquæ adquiſierat, & per medium fundũ domino concedente[f] in ſuũ agrum ducebat. poſtea idẽ[g] ſummum fundum emit: deinde imum fundum in quẽ aquam induxerat, vendidit. quæſitum eſt, num imus fundus id ius aquæ amiſiſſet:[h] quia cum vtraque prædia eiuſdem domini facta eſſent, ipſa ſibi ſeruire non potuiſſent. Negauit amiſiſſe ſeruitutem: quia prædium per quod[i] aqua ducebatur, alterius[k] fuiſſet. Et quemadmodum ſeruitus ſummo fundo, vt in imum fundũ aqua veniret, imponi aliter non potuiſſet, quàm vt per medium quoque fundũ duceretur: ſic eadem ſeruitus eiuſdem fundi amitti aliter non poſſet, niſi eodem tẽpore etiam per medium fundum aqua duci deſiſſet,[l] aut omnium tria ſimul prædia vnius domini facta eſſent.

*In conceſſione partis facta ſocio, poteſt cõcedens fundum proprium ſeruitutem facere. Bartolus.*

XXXII. AFRICANVS libro ſexto Quæſtionum.

FVndus mihi tecũ cõmunis[m] eſt: partẽ[n] tuã mihi tradidiſti, & ad eundem viã per vicinũ tuum propriũ.[o] Rectè eo modo ſeruitutem cõſtitutam ait[p]: neque quod dici ſoleat, per partes nec adquiri nec imponi ſeruitutes poſſe, iſto caſu locum habere. Hic enim non per partem ſeruitutem adquiri: vtpote cum in id tempus[q] adquiratur, quo propriꝰ meus[r] fundus futurus ſit.

a *Trium dominorum.* ita ꝙ quilibet ſuũ habet.
b *Obiecta.* id eſt ſimul cõiuncta. alias adiecta.
c *Imi.* id eſt inferioris.
d *Summo.* i. ſuperiori.
e *Imo.* i. inferiori.
f *Concedente.* ſcilicet ſeruitutem. nam aliàs non poſſet: vt s̃. eo. qui ſella. §. fina.
g *Idem.* ſcilicet dominus inferioris. Accur.
h *Amiſiſſet.* videtur ꝙ ſic. Accur.
i *Per quod.* ſ. medium.
k *Alterius.* ſecus ſi eiuſdem cui ſeruitus debebatur: vt infra titu. j. l. in tradendis. §. interpoſitis. & l. quicquid. lo. & infra quemadmodum ſer. amitt. l. ſi cum ſeruitus.
l *Duci deſiſſet.* ſcilicet tempore. Et ſic not. ꝙ ſi aliqua ſunt neceſſaria in adquiſitiõe, quælibet eorum contraria ſunt neceſſaria in amiſſione. ſic infra de regulis iuris. l. nihil. & de verb. obligatio. inter ſtipulantem. §. ſacram. & de adqui. poſ. quemadmodum. & l. quamuis.

F*Vndus.*} CASVS. Ego & tu communem fundum habebamus pro indiuiſo: poſtea egimus diuiſorio iudicio: & mihi tua pars adiudicata fuit: & ego tuam partem emi. poſtea prædicto fundo ſeruitutem adquiſiui per prædium tuũ, bene poſſum talem ſeruitutẽ adquirere. Nec obſtat quod dicitur, ꝙ ſeruitus pro parte adquiri non poteſt: quia nunc ſum dominus totius fundi: & ideo poſſum adquirere per partes, ſcilicet indiuiſas: vt ſupra de ſeruitu. l. pro parte. infra tit. j. l. ſi quis duas. §. ſi quis partem. Viuianus.
m *Communis.* pro diuiſo.
n *Partem tuam.* quam pro indiuiſo habes.
o *Proprium.* ſcilicet fundum. & repete, tradidiſti.
p *Ait.* ſcilicet Africanus.
q *In id tempus.* ſic & contra, vt j. de vſufructu. l. Titio cum.
r *Meus.* totus. Accur.

C*Vm eſſent.*} CASVS. §. per pluriũ. talis eſt: Ego habebam fundum meum in quadam valle. & iuxta meum habebas tuum magis ſuperius: & Titius etiam habebat ſuum magis ſuperius quàm tuus eſſet. adquiſiui ſerui. aquæ ducendæ per omnia illa prædia ad fundum meum: poſtea volo concedere: an poſsim, quæritur. Et diſtinguitur: quia multum refert aut ab initio, id eſt tempore conſtitutæ ſeruitut. actum fuit vt mihi alij concedere liceret, & concedere potero. aut non fuit actum, & nõ poſſum. facit ad hunc. §. ſupra eod. ex meo. Viuianus.

A s *In diuiſione.* repete, & cum &c.
t *Maxime.* nam idem ſi ſtipulatio non fit: vt s̃. de pactis. l. in traditionibus.
u *Ducis.* ſi habes ducis, planum eſt: vt dicit Ioan. ſi duci, quaſi dicat, impoſita hac ſeruitute aquam duci.

*Tempore diuiſionis poteſt agi vt fundus qui obuenit vni, ſeruiat fundo qui obuenit alteri. Bartol.*

XXXIII. IDEM libro nono Quæſtionum.

CVm eſſent mihi & tibi fundi duo communes Titianus & Seianus, & in diuiſione[s] cõueniſſet vt mihi Titianus, tibi Seianus cederet, inuicem partes eorum
B tradidimus: & in tradendo dictum eſt vt alteri per alterum aquam ducere liceret. rectè eſſe ſeruitutem impoſitam ait, maximè[t] ſi pacto ſtipulatio ſubdita ſit.

*Qui habet ſeruitutem aquæductus, non poteſt concedere hauſtum aquæ ex riuo, niſi hoc pepigerit cum domino fundi ſeruientis. Bartolus.*

Per pluriũ † prædia aquã ducis[u]. quoquo modo[x] impoſita ſeruitute, niſi pactum vel ſtipulatio etiam de hoc[y] ſubſecuta eſt, neque eorum[z] cuiuis, neque alij vicino poteris hauſtum ex riuo cedere.
C Pacto enim vel ſtipulatione interuenientibus & hoc concedi ſolet:[a] quãuis nullum prædium ipſum ſibi ſeruire, neque ſeruitutis fructus conſtitui poteſt.

*Vnus ex ſocijs non poteſt fundum communem ſeruum facere: nec ei libertatem adquirere à ſocio, vel extraneo. h. d. Primo ponit vnum dictum. Secundo vnam illationem. Tertio reſpondet cuidam argumento contrario. Secunda ibi, & ideo. tertia ibi, quamuis.*

XXXIIII. PAPINIANVS libro ſeptimo Quæſtionum.

VNus ex ſocijs fundi cõmunis permittendo[b] ius eſſe ire agere, nihil agit.[c] Et ideo ſi duo prædia quæ
D mutuò ſeruiebant, inter eoſdem fuerint communicata,

x *Quoquo modo.* ſiue in vltima voluntate: ſiue inter viuos.
y *De hoc.* ſ. vt liceat tibi cedere alij. Azo.
z *Neque eorum.* id eſt alicui eorũ, per quorũ prædia aquam ducis.
a *Solet.* Not. ex vi pacti hoc fieri poſſe: vt hic. & j. de riuis. Labeo. in fin. Sed duplici ratione videtur cõtra. Prima, quia ſi cedo illi per cuius prædium aquã duco: in id quod mihi ſeruiebat, ſeruiet ſibi: quod eſt abſurdũ, vt ſubiicit: cũ nec etiã ſuo domino poſsit ſeruire, vel alteri rei eiuſdem domino, nedũ ſibijpſi: vt s̃. ſi vſuſf. pet. l. vti. Secunda, quia in ſeruitute mea conſtituo alij ſeruitutem, quod eſſe non poteſt: vt hic ſubijcit, & infra de vſufr. leg. l. j. quæ eſt cõtra. Solu. ad vtramque: quia hic nec ipſum ſibi ſeruiet: nec erit ſeruitus ſeruitutis, ſed prædium in quo aqua naſcebatur, hanc ſeruitutem præſtabit: quã ego poſſum cõſtituere, licet non ſim dominus: quia facio domini voluntate: vnde dominus facere videtur: vt ſupra de publici. l. ſi quis prohibuit[a]. Pacto autem non appoſito nõ potero hoc facere, niſi poſtquam agrum meum fuerit aqua ingreſſa: vt infra de aqua quotidiana & æſti. l. j. §. illud. Et not. ar. quòd poſſum facere procuratorem ad faciendum procuratorẽ. Accurſius.

† *Lud. Ro. in ſuis ſin. ſing. 469. ibi meminit de iſto tex. & allegat eũ pro ſing. tamen ſi ſubtiliter videatur, non vult id ad quod põderatur per Ludo. Ro. vide quæ dicũtur hic in nouis interpre. Bolog.*

*a Alias incipit, Papi. li. 6. quæſt. ſcribit.*

*Procurator procuratorem facere poteſt.*

V*Nus.*} CASVS. Plures ſunt domini vnius fundi. vnꝰ eorum non poteſt ſeruitu. imponere fundo communi: & ideo nec remittere ei debitam: vt in hoc exemplo: Habeo meum prædium proprium, tuum mihi ſeruit, puta in via: meum tibi ſeruit, vt in aquæductu. poſtea communicamus ego tibi meum, & tu mihi tuum. quæritur an ſeruitus remittatur hincinde? Et dicit quòd non. nam ſeruitus quæ debebatur tuo fundo ad meum primum, remanet ei debita etiam poſtquam communicaſti mihi tuum: licet in parte ſeruitus fiat mea, & ſic videatur extingui: quia ſic vnus ſociorum remitteret: quod eſſe non poteſt. {SI FONS.} Ex fonte qui erat in fundo tuo, aquæductum habebam: qui fons fuit poſtea deſiccatus, vnde ſteti per. x. vel. xx. an. quòd vſus non fui prædicta ſeruitute. ſi poſtea redeat ad venam ſuam ille fons, & aqua ibi ſit: ſum in integr. reſtituendus, vt iterũ vtar. & hoc dicit cum l. ſequen. quæ continuatur.
b *Permittendo.* vicino. Accurſius.
c *Nihil agit.* vt ſupra de ſerui. l. ij. niſi alij poſtea cedant: vt infra eodem. l. per fundum. ſed ſecus in perſonali ſeruitute, quæ ab vno cedi poteſt: vt ſupra de vſufructu. quemad. ca. l. antepenult.

a *Placet.* ſi enim tu mihi tuum, & ego tibi meũ communicauimus, ſeruitutes retinentur quę inuicẽ debebantur, ſiue eodem tempore hanc communicationem faciamus, vt hic: ſiue diuerſis temporibus, vt s̃. tit. j. l. ſi quis ædes. §. fin. Sed an inſolidum an verò pro parte detinentur, pro qua remanet dominus prædij cui ſeruitur? Quidam dicunt inſolidum, & hanc literam ſic legunt, quoniam ſeruitutes retineri placet: ſcilicet inſolidum, per partes. ſ. fundi. q. d. occaſione partis fundi totaliter ſeruitus retinetur. Argum. pro eis. infra de in diem addic. quòd ſi vno. §. fina. Sed tu dic pro parte tantum retineri, vt hic dicit. & aperte habes. s̃. de ſerui. l. vt pomum. §. j. Si autem quæris cur non poſſit ſeruitus remitti, vt hic ſubijcit, cum pro parte tantum indiuiſa debeatur? Reſpõ. ipſa lex, quia non poteſt vnus ſolus imponere: vt in prin. huius l. vnde ſequitur ꝙ nec liberare. nam quæ ſunt neceſſaria in adquirenda ſeruitute, & in ea amittenda: vt ſupra eo. l. tria. eſt & alia ratio naturalis, quia licet ꝑ parte tua quam habes in prædio dominanti, debeatur: verum eſt tamen communi prędio deberi & ideo quia vel mihi ſoli poſſet totus fundus adiudicari: ſicq́ue ad me trãſiret ſeruitus ſi prius prædiũ meum alienaſſem, dicitur ſeruitutẽ nõ poſſe remitti, habito reſpectu ad id quod fieri poteſt: vt s̃. de iuriſd. om. iudi. ſi idem. §. fin. & facit s̃. tit. j. l. ſi quis ædes. & infra titu. j. l. quicquid. Sed opponitur, quare extinguitur, quando prius erat communis fundus cui ſeruiebatur: & poſtea ſeruiens emitur in cõmune: vt s̃. e. ſi communi. quæ eſt contra. & non eſt hic quando ambo ſimul communicantur? Reſpond. ſecundum quoſdam: quia ibi cœperat par ius eſſe vtrique: quia & prior erat communis, & ſeruiens factus eſt communis. hic autem neuter erat cõmunis, & in vtroque erat ſeruitus: ideoq́; retinetur in vtroque. Vel dici poteſt ꝙ facilius in retento prædio ſeruiente retinetur ſeruitus quàm in adquiſito. Tu dic differentiam eſſe inter redemptionem, vt ibi: & communicationem, vt hic. nam in redemptione vendens & emens loco vnius habentur: vt j̃. de cõtrahen. empt. dolia. §. eum qui. & plures ementes loco vnius ſunt: vt j̃. de condi. & demon. l. cui fundus. vnde ſicut vno redimente fundum ſibi ſeruientem extinguitur ſeruitus: vt s̃. titu. j. ſi quis ædes. in prin. ita hic. ſed hoc non poteſt dici in cõmunicatione, vt vice vnius fungãtur. quis enim ille eſt cuius vice illi ambo fungantur? verum eſt tamen hunc pro parte vice alterius & ecõtra fungi ratione communicationis. Accur.

A quoniã ſeruitutes pro parte retineri placet, [a] ab altero ſeruitus alteri remitti nõ poteſt. Quãuis enim vnuſquiſque ſociorum ſolus ſit cui ſeruitus debetur, [b] tamen quoniam non perſonæ, ſed prædio [c] deberent *: neque adquiri libertas, neque remitti ſeruitus per partem poterit.

*prædio debetur.

*Qui non vtitur iuſto impedimento congruo tempore ſeruitutem amittit: ſed ei reſtituitur ex clauſula generali. hoc dicit cum l. ſequenti.*

B Si fõs exaruerit, ex quo ductum aquæ habeo, iſq; poſt conſtitutũ [d] tẽpus ad ſuas venas redierit: an aquæductus amiſſus erit, quæritur. [e]

XXXV. Pavlvs libro quintodecimo ad Plautium.

ET Atilicinus ait Cæſarẽ Statilio Tauro reſcripſiſſe [f] in hæc verba. Hi qui ex fundo Sutrino aquam ducere ſoliti ſunt, adierũt me, propoſueruntq́; aquã qua per aliquot annos vſi ſunt ex fonte qui eſt in fundo Sutrino, ducere non potuiſſe, quòd [g] fons exaruiſſet [h]: & poſtea ex eo fõte aquã fluere cœpiſſe: petieruntq́; à me, vt ius quod nõ neglegentia aut culpa ſua amiſerant, ſed quia ducere nõ poterant, his reſtitueretur. Quorũ mihi poſtulatio cũ non iniqua viſa ſit, ſuccurrẽdum his putaui. itaq; quod ius habuerunt tunc cum primum [i] ea aqua peruenire ad eos nõ potuit, id eis reſtitui [k] placet.

*Stipulatio pœnalis ad perſonam relata, non facit præſum ſeruitutem impoſitam. Bartolus.*

XXXVI. Idem libro ſecundo Reſponſorum.

CVm fundo quẽ ex duobus retinuit [l] venditor, aquæ ducendæ ſeruitus impoſita ſit, empto prædio quæſita ſeruitus diſtractũ [m] denuo prædium ſequitur. Nec ad rem pertinet, quòd ſtipulatio qua pœnam promitti placuit, ad perſonam emptoris, ſi ei forte frui non licuiſſet, relata eſt. [n]

*Ex indeterminata conceſſione reſpectu fundi dominantis, præſumitur conceſſio perſonalis. hoc dicit. quam l. nota. cum l. ſequent.*

XXXVII. Idem libro tertio Reſponſorum.

Λούκιος Τίτιος Γαΐῳ Ξεΐῳ τῷ ἀδελφῷ πλεῖστα χαίρειν. Ὕδατος τοῦ ῥέοντος εἰς τὴν κρήνην τὴν κατασκευασθεῖσαν ἐν ἰσθμῷ ὑπὸ τοῦ πατρός μου, δίδωμι καὶ χαρίζομαί σοι δάκτυλον εἰς τὴν οἰκίαν σου τὴν ἐν τῷ ἰσθμῷ, ἢ ὅπου δ᾽ ἂν βούλει.

[id eſt, Lucius Titius Gaio C Seio fratri ſuo S.P. De aqua fluente in fontem quem pater meus in Iſthmo [o] inſtruxit, do cõcedoque tibi gratuitò digitum, [p] ſiue ad domum, quã in Iſthmo tenes, ſiue quocunque [q] tandem volueris.] Quæro an ex hac ſcriptura [r] vſus aquæ etiã ad heredes Gaij Seij pertineat. Paulus reſpondit vſum [s] aquæ perſonalem ad heredẽ Seij quaſi vſuarij tranſmitti non oportere.

b *Debetur.* q. d. huic pro ſua parte.
c *Prædio.* communi.
d *Conſtitutum tempus.* ad amittendam ſeruitutem.
e *Quæritur.* & ſol ſtatim. l. ſequen.
f ET *Atilicinus. Reſcripſiſſe.* ad quæſtionem s̃. proxi. factam, dando etiam exemplum de facto. Accur.
g *Quòd.* id eſt quia. Accur.
h *Exaruiſſet.* id eſt deſiccatus fuiſſet. Accur.

i *Cum primum.* id eſt quando. ſic s̃. de mino. l. fin.
k *Reſtitui.* non ipſo iure: vt j̃. quemadmo. ſer. amit. l. ſi locus. & l. ſi quis alia. ſed ex illa generali clauſula. s̃. ex qui. cau. ma. l. j. §. fi. & ſic amittitur, licet reſtituatur. Sed videtur nõ amitti, cum ea vti non potuerunt: vt C. de anna. except. l. j. fina. cum cõtra deſides tantũ præſcriptiones ſint inductæ: vt infra eod. titu. l. penult. in fi. quæ ſimiliter eſt cõtra. hic autem non fuit deſes. Solu. aliud in præſcriptione ſeruitutum, q̃ in poſſeſsione rerum corporalium, in quibus exigitur bona fides & titulus: & poſſeſſionem ab alio detentam, & à ſe neglectam. ſed in his incorporalibus ſufficit quòd non petijt ſeruitutem, & ſic non fuit ea vſus vſque ad x. ann. vt infra quemadmo. ſer. amitt. ſi partem. §. ſi per fundum. Itẽ no. hic quòd reſtituta re in priſtinũ ſtatum, & priſtina iura reſtituenda ſunt: vt ſupra de rerum diuiſione. l. in tantum. & infra ſi ſer. vin. & ſi forte. §. etiam. & l. ſicut. §. diſtant. & ſupra titu. j. l. eum. & infra de ſolu. quæ res. §. aream. in fine. ibi, diuerſum dicemus &c. & infra qui. modis pignus vel hypo. ſol. l. voluntate. & j. quemad. ſer. amit. l. ſi locus.

CVm fundo. } Casvs. Habebã prędia: vnum tibi vendidi, & conſtitui tibi ſeruitut. aquæ ducendæ per retẽtum certè rectè ſeruitus conſtituta eſt: vnde ſi poſtea Titio vendis prædiũ, quod tibi vendidi, ſequitur Titium emptorem ſeruitus. Nec obſtat quòd tibi ſoli pœnam promiſi ſi faceres contra ſeruitutem impoſitam. Viuia.

l *Retinuit.* nam cum duos haberet fũdos, & vnum venderet, dixit vt retentus alienato ſeruiret.
m *Diſtractum.* ab eo qui emit.
n *Relata eſt.* hoc faciebat quæſtionẽ. nam quia pœnæ ſtipu-
D latio interpoſita erat in perſona emptoris primi, videbatur ſeruitus perſonalis: & ideo non tranſire debere ad ſecũdum emptorem: vt infra l. proxi. quę eſt contra. ſed tamen non eſt ita: quia mens fuit vt prædio quæreretur, quæ in pactis inſpicitur: vt s̃. de pact. l. iuriſgentium. §. vtrum. & facit infra de prob. l. ſi pactum.

ΛΟύκιος. } Casvs. Si concedo tibi ducere ratam aquam de fonte meo, quantum poteſt per riuum duci, vel exire: iſta ſeruitus eſt perſonalis, & ideo ad heredes tuos non tranſmittitur. & hoc dicit cum l. ſequen. quæ continuatur, & dic vt in ea & in apparatu ſequenti.
o *In Iſthmo.* id eſt terra quæ eſt inter duo maria. Azo.
p *Digitum.* id eſt quantum fluit per digitum ſtatuæ vel imaginis per cuius foramen ſtillat aqua, quãdoque enim per roſtrum, quandoque per digitum fluit.
q *Quocunque.* ex hoc apparet quòd eſt perſonale ius: quia non alicuius prædij contemplatione fuit tradita, & ſic non eſt contra. ſupra l. proxi. quia ibi ad certum prædium conſtituebatur. Accurſius.
r *Scriptura.* ſupradicta Græca, quæ eſt tranſlata in Latinum.
s *Vſum.* id eſt poteſtatem. Accur.

*Flumine.*

*A flumine quod tranſitur ponte vel vado, poteſt incipere ſeruitus viæ: ſecus ſi pontonibus vel nauiculis tranſeatur: licet tale flumen ſeruitutem itineris aliàs cœptam non interrumpit. Bartolus.*

XXXVIII. IDEM libro primo Manualium.

FLumine[a] interueniente, via cõſtitui poteſt, ſi aut vado[b] tranſiri poteſt: aut põtem habeat. diuerſum, ſi põtonibus[c]* traiiciatur. Hæc ita,[d] ſi per vnius[e] prædia flumen currat. alioquin ſi tua prædia mihi[f] vicina ſint, deinde flumen: deinde Titij prædia: deinde via publica, in quã iter mihi adquiri volo: diſpiciamus ne[g] nihil vetet, à te mihi viã dari vſq; ad flumen, deinde à Titio vſq; ad viã publicã.[h] Sed videamus, num & ſi tu eorũ prędiorũ dominus ſis, quæ trãs flumen[i] intra viam publicã ſint, idem iuris[k] ſit[l]: quia via conſummari ſolet vel ciuitate tenus, vel vſque ad viã publicam, vel vſque ad flumen in quo pontonibus traiiciatur,[m] vel vſque ad proprium[n] aliud eiuſdem domini prædium. Quod ſi eſt,[o] non videtur interrumpi ſeruitus, quamuis inter eiuſdẽ domini prædia flumen publicum intercedat.

## COMMVNIA PRAEdiorum tam vrbanorum quàm ruſticorum.

### TITVLVS IIII.

*Hic ponitur quæ dicantur ædificia ruſtica, & quæ vrbana. Bartolus.*

I. VLPIANVS libro ſecundo Inſtitutionum.

AEdificia† vrbana quidẽ prędia appellam[p]: ceterũ[p] & ſi in villa[q] ædificia ſint, æquè ſeruitutes vrbanorum prædiorum conſtitui poſſunt. Ideo autem hę ſeruitutes prædiorum appellantur, quoniam ſine prædijs conſtitui non poſſunt.[r] Nemo enim poteſt ſeruitutem adquirere vel vrbani vel ruſtici prædij, niſi qui habet prædium.[s]*

*Ius hauriendi vel ducendi aquam ex flumine per caſtellum, non eſt ſeruitus proprie: ſed in hoc iure quis tanquam in ſeruitute defendetur.*

II. IDEM libro ſeptimodecimo ad Edictum.

DE aqua[t] per rotã tollenda ex flumine vel hauriẽda, vel ſi quis ſeruitutem caſtello impoſuerit, quidam dubitauerunt ne[u] hæ ſeruitutes non eſſent. Sed reſcripto imperatoris Antonini ad Tullianũ adijcitur, licet ſeruitus iure nõ valuit, ſi tamẽ hac lege cõparauit[x], ſeu alio quocunque legitimo modo ſibi hoc ius adquiſiuit, tuendum eſſe eũ qui hoc ius poſſedit.[y]

III. GAIVS libro ſeptimo ad Edictum Prouinciale.

a *Flumine.* Pone caſum vt diſtinguas, aut mihi conſtituis ſeruitutem in prædium quod habes vltra flumen: per quod volo ad Eccleſiã forte ire. quo caſu poteſt fieri ſi flumen in quo quaſi incipit ſeruitus, tranſeatur.

b *Vado.* per gradus quoſdã lapideos, ſiue põte. ſ. lapideo vel ligneo. Accur.

c *Si pontonibus.* id eſt lignis vel nauiculis traiiciatur. ſi autem ex hac & ex illa prædium habeas: vel ex hac tantum: ſed ex illa habet alius. tunc quocunque modo flumen tranſeatur etiam pontonibus, poteſt conſtitui ſeruitus: & ſecundum hũc proſequere literam vſque in finem. Alij dicunt quòd hæc diſtinctio quæ fit in princi. tranſeatur vado ſiue ponte, an verò pontonibus, tollitur in fin. l. ibi, quod ſi eſt &c. & ſecundum hoc legitur ſuſpẽſiue litera vſque ibi. & quod dicit, ſi per vnius, id eſt iuxta: ſed ſecundum quod prius expoſui, placet.

d *Hoc ita.* i. viam conſtitui non poſſe ſi põtonibus traiiciatur.

e *Si per vnius.* i. iuxta vnius prædia: puta ab vna parte tantum, non vtraque. hoc enim ſtatim ponetur. & hoc ſecundum primum modum ponendi caſum. vel ſecundum alium dices hoc ita. ſ. viam cõſtitui poſſe indubitanter ſi per vnius: id eſt inter vnius præ. &c. quia habes ex vtraque parte tua prædia. ideo dixi indubitãter: quia & ſi alterius ſint ex altera parte, idem eſt: vt infra ſtatim ſubijcit. Accur.

f *Mihi.* i. prædio meo dominaturo, in quo coloni mei ſtare nolunt, niſi acquirã eis viã ad eccleſiã, vel ciuitatẽ.

g *Ne.* id eſt an.

h *Ad viam publicam.* Et certè non eſt vetandum quin à pluribus ita conſtitui poſſit. Accur.

i *Trans flumen.* id eſt vltra.

k *Idem iuris.* vt via conſtitui poſſit. Et reſpon. quòd ſic: vt in fi. ſoluitur, vbi dicit, quod ſi eſt &c. & continua hic: bene dixi quòd ad viam publicam mihi ſeruitutem quærebam: vt ſ. proxi. nam vltra non eſt opus viam extendi: quia finitur ab eo loco quo incipit via publica vel ciuitas: vt ſubijcit: & j. de lo. & iti. pu. l. fin. & ad vtranque expoſitionem conuenit: & hic tacitæ obiectioni reſpondit ſic: & caue quia non eſt hæc via ſeruitus prædialis.

l *Sit.* vt hoc caſu poſſit conſtitui: licet pontonibus traiiciatur: vel dic, vt & hic non poſſit conſtitui, licet vado vel ponte poſſit tranſiri.

m *Traiiciatur.* cum loquatur hic quando priuſquam perueniretur ad flumẽ, inceperat ſeruitus, quare finitur ſiue traiiciatur pontonibus, vel alio modo? Reſpond. non ob hoc dicit hoc, vt vltra conſtitui non poſſit: ſed ſi conſueuit fieri. nam & publica via interueniente vltra poteſt conſtitui: vt ſupra de ſerui. l. ſeruitutes. §. publico. & tamen hic dicit ibi finiri.

n *Ad proprium.* cui debetur ſeruitus.

o *Quod ſi eſt.* ſcilicet vt prædia trãs flumen ſint eiuſdẽ: & ſic reſpõdet tantũ illi quæſtioni quę fit ibi: ſed videamus &c. & quod ſubiicit, quãuis, ſic cõſtrue: quãuis flumẽ publicũ intercedat inter prædiũ &c. & quod flumen trãſeatur vado vel pontonibus vel quocunq; modo, hoc ſecundũ primũ caſum, & quod dicit, quamuis &c. ergo multo magis nõ interrumpitur ſi prædia ſunt diuerſorũ. ſecundũ aliũ dic, quod ſi eſt &c. & corrigit diſtinctionem in prin. l. factam. Sed & ſecundum ſecundã poſitionem ſunt duo caſus tantum: quia deeſt primus de prima poſitione: ſecundum primam ſunt tres.

*COMMVNIA prædiorum tam vrbanorum quàm ruſticorum.*

*Poſtquã ſpecialia ſeruitu. vrbanorũ & ruſticorũ dixit, nunc dicit quæ ſunt cõmunia. ſic facit. C. cõmunia vtri. iud. Sed in quo differt huius tractatus ab illo ſupra de ſer? Reſpon. ibi magis intendit aliqua regulariter dicere. hic autem in caſibus quibuſdam communionem deſignare.*

† *Poſſumus hic no. vnã regulam ex ſ. tex. nemi nem poſſe ſeruitutem adquirere vel conſtituere aut imponere, niſi ſit dominus etiã: vt volunt doc. hic in ſolidum. cõcor. tex. & ibi Ang. in §. ideo autẽ. inſti. de ſerui.*

AEdificia.] CASVS. Prædiorũ alia ſunt vrbana, & alia ruſtica. vrbana ſũt quæ ſunt in ciuitate, vel in villa: ſi ibi ſunt domus. nihilominus eſt vrbanum: aliud eſt ruſticum. Secundo dicit quòd nullus poteſt acquirere ſeruitut. niſi qui habet proximum prædium. Item nullus concedere poteſt, niſi habeat prædium: de quo dic vt in apparatu. Accur.

* *In quibuſdam, exemplarib. additur, nec quiſquam debere niſi qui habet prædium.*

p *Ceterũ.* id eſt certe.

q *Villa.* vt C. de præ. mino. l. ſi prædiũ. Sed oppone. ſ. tit. j. lege ij. Solutio, ibi gratia fructuum, hic habitandi.

r *Non poſſunt.* vt hic & inſti. e. §. ideo. & j. e. l. ſi quis duas. §. j. & hoc intellige quantum ad præſentem exiſtentiã, vt ſint, promitti tamẽ poſſunt vt ſint debitæ per ſtipulationem, vel pactum aliud etiã ab eo & ei qui non habet prædium, & ſic loquũtur contraria: vt j. fami. erciſ. heredes. §. an ea. & ſ. tit. j. l. Labeo. & l. ſeruitutes. §. futuro. & j. de euic. fundum. §. ſi per alienum. quæ ſunt contra.

s *Habet prædiũ.* vel quaſi habet: vt ſeruus, filiusfa. tutor, curator, adminiſtratores Eccleſiarũ vel vniuerſitatũ, & qui habet ius inferẽdi ad ſepulchrũ: vt inſti. de ſtipul. ſer. §. ſed cum factum. & j. tit. j. l. j. §. ſepulchra. & ſ. de ſeruit. non dubito.

t *DE aqua.* Pone caſum in flumine publico, vel caſtello publico, ex quibus ſeruitus iure non valet, cũ ſint publica: vt j. de aqua. quo. & æſti. l. j. §. antepe. qualiter ergo defenditur priuato concedente: cum ſolus princeps poſſit concedere, vt d. §. dicitur? Reſpon. non defenditur niſi contra cedentem: vt ſ. tit. j. per fundum. & j. e. l. venditor. & ſecundum hoc tuebimur eum tam actione quàm exceptione: vt in fin. huius legis. & j. de acquir. re. do. ſtatuas. Vel pone ſecundo caſum in flumine & caſtello priuato: quia qui ceſſit, non tradidit per patientiam: ſed eo ſciente accepit: vt j. titu. j. l. ſi à te emero. ſed hic contra omnes defenditur, tam per actionem, quàm per exceptionem. Vel tertio dic, in flumine & caſtello priuato, ſed non perenni: vt ſ. tit. ij. l. foramen. §. omnes. & ideo tenet ex æquitate & tuitione prætoris: ſicut & aliàs aliquid de iure non valet, ſed æquitate prætoris ſic: vt infra quod fal. tu. au. l. j. §. pe. Vel dic, ideo iure non valet, quia non cohæret ſolo tota. & dic quòd aqua trahebatur ab inferiori parte ad ſuperiora. Accur.

u *Ne.* pro an.

x *Cõparauit.* ſcilicet ſeruitutẽ, vt poſſit vti prædictis modis.

y *Poſſedit.* id eſt, quaſi poſſedit. nã verè non poſſidentur huiuſmodi ſeruitutes: vt dixi ſ. de ſeruitu. l. ſeruitutes. Accur.

DVorum prædiorum [a] dominus ſi alterum ea lege tibi dederit, vt id prædium quod datur, ſeruiat ei quod ipſe retinet, vel contra, iure impoſita ſeruit[9] intellegitur.

*Poſt monumētū cōſtructū nō poteſt limitari mēſura vel numerus ſepeliēdorū. Bar.*

IIII. IAVOLENVS libro decimo ex Caſsio.

CAueri vt ad certam altitudinem monumentum [b] ædificetur, nō poteſt: quia id quod humani iuris eſſe deſijt, ſeruitutem nō recipit[c]: ſicut ne illa quidē ſeruitus cōſiſtere poteſt, vt certus numerus hominum in vno loco [d] humetur.

*In contractibus eſt locus iuri non decreſcendi. Bartolus.*

V. IDEM libro ſecundo Epiſtularum.

PRoprium* ſolum vendēdo, an ſeruitutē talē iniūgere poſsim, vt mihi et vicino ſeruiat? Similiter ſi cōmune ſolū vēdo, vt mihi & ſocio ſeruiat, an cōſequi poſſim? Reſpōdi[e] ſeruitutē recipere [f]* niſi ſibi nemo poteſt. Adiectio itaq; vicini, pro ſuperuacuo habenda eſt: ita vt tota ſeruitus ad eū qui receperit, pertineat [g]. Solum autem cōmune vendendo, vt mihi & ſocio ſeruiat efficere non poſſum: quia per vnū ſocium[h] communi ſolo ſeruitus adquiri non poteſt.[i]

*In tradendo poteſt quis facere vt prædiū quod traditur, ſeruiat ei quod retinetur, vel econuerſo. Bartolus.*

VI. VLPIANVS libro vicenſimooctauo ad Sabinum.

SI quis duas ædes habeat, & alteras tradat, poteſt [k] legem traditioni dicere, vt vel iſtæ quæ non tradūtur, ſeruæ ſint his quæ traduntur, vel contra vt traditę retentis ædibus ſeruiant. Paruique refert, vicinæ ſint ambæ[l] ædes, an non. Idem erit & in prædiis ruſticis. Nam & ſi quis duos fundos habeat: alium alij poteſt ſeruū facere tradendo [m].

*Diuerſas res ſimul tradēdo diuerſis, non poteſt quis inuicem ſeruas facere. Bartol.*

Duas autem ædes ſimul tradendo non poteſt[n] efficere alteras alteris ſeruas: quia neq; adquirere alienis ædibus ſeruitutem neque imponere poteſt[o].

*Tradendo partem pro diuiſo, poteſt vnā partem alterius ſeruam facere. Bartolus.*

Si quis partem[p] ædium tradet, vel partem fundi, non poteſt ſeruitutem imponere: quia per partes [q] ſeruitus imponi non poteſt, ſed nec adquiri.[r] Planè ſi diuiſit fundum regionibus, & ſic partē tradidit pro diuiſo, poteſt alterutri ſeruitutem imponere[s]: quia non eſt pars fundi, ſed fundus[t]. Quod & in ædibus poteſt dici, ſi dominus pariete medio[u] ædificato, vnam domum in duas diuiſerit, vt plerique faciunt. Nam & hic pro duabus domibus accipi debet.[x]

*Plures tradendo ſimul vel ſeparatim, id efficere poſſunt, quòd vnus ſolus inſolidum ſit dominus: ſecus ſi pro parte dominus fuerit. Bartolus.*

Item ſi duo homines binas ædes cōmunes habeamus, ſimul tradendo idē efficere [y] poſſumus: ac ſi ego ſolus proprias binas ædes haberem. Sed & ſi ſeparatim tradiderimus, idem fiet, ſic tamen, vt nouiſsima traditio efficiat etiam præcedentem

A DVorum.} CASVS. Habebam duo prædia: vnum vendidi eo pacto vt ſeruiat: retenta valet ſeruitus. Viuianus.

a *Duorū prædiorū.* cōcordat. ȷ̄.e.l. ſi quis duas. & s̄.ti.ij.l. & qui.

CAueri.} CASVS. Si conſtituas mihi talem ſeruitu. vt non liceat tibi ſepulchrū altius exaltare: vel ſi cōſtituas talē ſeruitu. vt tantum certi homines ſepeliantur: non valet vtroque caſu prædictis modis ſeruitus cōſtituta. Viuianus.

*Monumentum, & ſepulchrum, differunt.* b *Monumentum.* monumentum dicitur locus purus ad ſepulchrum paratus: ſed ſepulchrum, vbi eſt aliquis iā ſepultus: vt C. quæ res pi. ob. poſ. l. ſi monumento. ſed hic impropriè ponitur, ſcilicet monumentū pro ſepulchro, vt probatur ibi, quia id quod &c. Sic impropriè ponitur. C. de relig. l. ſi ſepulchrum. Accur.

c *Non recipit.* recipit tamen ad ſe: vt ȷ̄. tit. j. l. j. §. j.

d *Loco.* paciſci verò poteſt quis per ſtipulationē, vt locus prophanus certum numerum perſonarum recipiat: vt infra de reli. l. quòd ſi locus. nec mirum, quia priuatus eſt adhuc.

*Coniunge l. funtius uele. de con. empt.*

PRoprium.} CASVS. Duo dicit. primū: Habebā duo prædia: vnum vendidi: & dixi quòd ſeruiret meo retento prædio: & etiā tuo. non valet talis ſeruitus quo ad te: ſed quo ad me bene valet, & mihi tota acquiritur. Secundo dicit, pone: ego & tu habebamus duo prædia communia, & vendidi vnum, & aliud retinui. an poſsim illi prædio retento communi acquirere ſeruit. per illud quod vendidi? Et reſpon. quod non. Viuianus.

**Recipere, exceptū facere, vt ait Nonius.*

e *Reſpondi.* ſol. hæc eſt primæ quæſtionis.

f *Recipere.* aliàs excipere. & primo reſpon. primæ quæſtioni, ſecundo ſecundæ.

g *Pertineat.* ſic infra de contrahen. empt. l. fundus. Sed hæc eſt ratio: quia alieno prædio &c. vt s̄. l. j. ſed ibi eſt ratio ne venditor grauetur.

h *Socium.* ergo duo erant prædia cōmunia: vnū vendebatur, alterū retinebatur: quid ergo ſi ſuo tantū excepit de cōmuni vēdito? Reſpon. idem: quia nō erat dominus totius venditi.

i *Non poteſt.* vt s̄. tit. j. l. ſi vnus. & ȷ̄. e. ſi quis duas. §. duas autem. fallit tamen in caſu: vt s̄. titu. ij. l. ſed & ſi inter te. ſed ibi tempore fit: hic pacto fieri negatur. Item not. per hanc. l. ꝙ adiectio ſocij vitiat ſtipulationem: ſed adiectio extranei, pro ſuperuacua habetur. Accurſius.

*Socij adiectio, ſtipulationem vitiat.*

SI quis.} CASVS. Habebā duas domos. vnā vendebam eo pacto vt ſeruiret. valet talis conſtitutio ſeruitu. Secūdo dicit ꝙ non refert vicinæ ſunt ambæ iſtæ domus. ſ. vendita, & retenta: vel non ſunt. Tertio dicit ꝙ idem eſt in ruſticis prędijs: vt ſi habeo duo prædia, & vnum vēdo: poſſum imponere ſeruitutem retento, vt ſeruiat vendito. vel econtra: vt s̄. e. duorum. Quarto dicit, ꝙ ſi habeo duas domos, & ambas vēdo, nō poſſum per pactum ei facere vt vna alij ſeruiat. ratio: quia neque &c. {SI QVIS.} Si alieno partē domus pro indiuiſo, nō poſſum ei acquirere ſerui. nec etiā imponere ſocijs. Si vendidi fundi partem pro diuiſo: quia tunc bene poſſum imponere ſeruit. vēditæ, vel retētę. Secūdo dicit ꝙ idē eſt in domo pro diuiſo alienata pariete medio. ad quod facit. ȷ̄. in fi. reg. l. iij. §. fi. in prin. {ITEM SI.} Si ego & Titi[9] habebamus duas domos cōmunes, & alterā vēdidimus eo pacto vt ſeruiat retentę: bene poſſumus, ac ſi ego ſolus habebā duas domos, & alterā venderem prędicto pacto. s̄. ea. l. in princ. Secundo dicit ꝙ ego vnus ex dominis primo vēdo partē quam in via habeo, ſub pacto prædicto. ſecundo vendidit ſocius meus ſuam partem quam habet in prædicta eadem. idem eſt, quòd vt pactū ſeruitu. valeat. Viuia.

k *Poteſt legē.* vt s̄. eod. l. duorum. & s̄. tit. ij. l. & qui duas. & s̄. de vſufruc. Proculus.

l *Ambæ ædes.* dū tamen in conſpectu ſint: aliàs nō: vt s̄. titu. ij. ſi ædes. & l. nemo. ſed in ruſtica etiam ſi non ſint in conſpectu: vt ȷ̄. e. l. in tradendis. Accur.

m *Tradendo.* diuerſis.

n *Non poteſt.* & eſt ratio: quia nō poteſt dici ꝙ teneat impoſitio ſeruitutis poſtquā tradidit, vel ante: poſt nō: quia deſijt eſſe dominus eius rei in qua imponere ſeruitutem voluit: & eius cui voluit acquirere. ante non: quia ſuæ rei ab alia re ſua nō poteſt ſeruitus deberi: vt ȷ̄. eo. quicquid. & hoc ſi ſimul tradam: vt hic. ſecus ſi ſeparatim: vt ȷ̄. eo. ſi cū duas.

o *Poteſt.* vt dixi. s̄. eo. l. j. Accur.

p *Si quis partem.* quotam pro indiuiſo.

q *Per partes.* ſ. quotas: vt dixi. Accur.

r *Sed nec acquiri.* vt s̄. de ſerui. l. pro parte. & l. vt pomum. in fi.

s *Imponere.* vt s̄. de ſerui. l. ad certam.

t *Sed fundus.* not. quòd fundus cōſtituitur ad arbitrium patrisfamilias: vt hic, & ȷ̄. de leg. j. quod in rerum. §. ſi quis poſt. & ȷ̄. de verb. ſig. l. rectè. in fi. & l. locus. & ȷ̄. cōmuni diui. l. communi diuidundo. §. j. Idemque in domibus, ſi tamen paries medius ponatur: vt hic ſubijcit. Accur.

u *Medio.* vt ȷ̄. finium regundorum. l. iiij. §. penult.

x *Accipi debet.* plus facti in domo diuidenda quàm fundo eſt opus: & hac occaſione dic quòd refert legetur vel promittatur homo, vel domus, vel fundus: primo tenet indiſtinctè: quia certis finibus circumſcribitur, qui mutari non poſſunt: vt ȷ̄. de le. ij. Mæuius. §. duobus. In tertio indiſtinctè non tenet: quia deriſorium, cum facile nullum poſsit conſtitui, vel quaſi vt vnus digitus terræ. In domo diſtinguitur an habeat teſtator domum, & valet: an non: vt ȷ̄. de le. j. ſi domus. & no. hoc infra de iur. do. cum poſt. §. gener.

y *Idem efficere.* vt quæramus ſeruitutem communi prædio vel domui retentæ. Sed quomodo potuimus ſimul tradere? ſi enim dicas ſimul. i. eodem momento. ſtare non poteſt: quia natura non permittit: vt s̄. de ſta. ho. l. Arethuſa. & ȷ̄. de verb. obli.

obli. continuis. j. reſpon. Si dicas fieri ſimul etiam quod fit parum poſt traditionē, maximè inter traditionē vnius & alterius: dici poteſt, ar. j̄. ſi cer. pe. lecta. Sed ſine ſcrupulo poteſt dici ſimul, quando tradimus ambo poſſeſsionem per viſum: vt j̄. de acqui. poſ. l. quod meo. §. ſi per venditorem.

traditionem[a] efficacem. Si tamen alteræ vnius propriæ ſint ædes, alteræ communes: neutris[b] ſeruitutem vel adquirere vel imponere me * poſſe, Pōponius libro octauo ex Sabino ſcripſit.

*Si aliquis dixerit rem ſibi venditam eſſe ſeruam ſimpliciter, poteſt quam vult ſeruitutem imponere: ſecus in reſpectu certæ perſonæ. Item ſecus ſi hoc dixerit dubitans de ſeruitute iam conſtituta.* Bartolus.

B Si in venditione[c] quis dixerit ſeruas fore ædes[d] quas vendidit, neceſſe non habet liberas tradere. Quare vel ſuis ædibus eas ſeruas facere poteſt[e], vel vicino concedere ſeruitutem, ſcilicet[f] ante traditionem. Plane ſi Titio ſeruas fore dixit[g]: ſi quidem Titio ſeruitutem conceſſerit, abſolutū eſt. ſi verò alij[h] cōceſſerit[i], ex empto tenebitur[k]. A quo non abhorret quod Marcellus libro ſexto digeſtorum ſcribit, ſi quis in tradēdo dixerit fundum Titio ſeruire, cum ei non ſeruiret, eſſet autem obligatus venditor Titio ad ſeruitutē præſtandam: an agere poſsit[l] ex vendito, vt emptor ſeruitutem imponi patiatur prædio quod mercatus eſt. Magisque putat permittendum agere. Idemque ait & ſi poſſit venditor Titio ſeruitutē vendere, æquè agere[m] permittendum. Hæc ita demum[n], ſi recipiendæ ſeruitutis gratia id in traditione expreſſum eſt. Ceterum ſi quis (inquit) veritus[o] ne ſeruitus Titio debeatur, ideo hoc excepit, non erit ex vendito actio, ſi nullam ſeruitutem promiſit[p].

*Qui vult ſeruitutem excipere: debet eā certam excipere.*

VII. PAVLVS libro quinto ad Sabinum.

IN tradendis vnis[q] ædibus ab eo qui binas habet[r], ſpecies ſeruitutis[s] exprimēda eſt: ne ſi generaliter ſeruire dictum erit, aut nihil valeat, quia incertum ſit quæ ſeruitus excepta ſit: aut omnis ſeruitus imponi debeat.[t]

*Domus vel prædium medium non impedit ſeruitutē cōſtitui ſi poſtea per medium adquiratur. & ſi per medium deſinit, ſeruitus non extinguitur, ſed interpellatur.*

C Interpoſitis quoque alienis ædibus imponi poteſt[u], veluti vt altius tollere vel non tollere liceat: vel etiam ſi iter debeatur, vt ita conualeſcat, ſi medijs ædi-

a *Traditionem.* i. legem ſiue pactum ſeruitutis in traditione appoſitū. alias primum pactū non valet: vt ſ. e. l. proprium. in ſi.

b *Neutris.* no. rem proprium cōmuni non ſeruire, & econtra. ſed cōtra ſ. tit. j. l. ſi communi. in ſi. Sol. ibi ſeruit⁹ acquiſita fuit antequā res eſſet communis. quare licet poſtea fiat communis, nihilominus retinetur. hic autē dicit à principio non poſſe imponi. quod verum eſt. Item contra. ſ. de ſer. vrba. præd. ſed & ſi inter te & me. in prin. vbi etiam conſtitui dicit: ſed illud fit tempore, non autem pacto, vel vltima volūtate: vt hic. Accur.

*Si in venditione.* CASVS. Hic. §. quinque dicit. primo vendo tibi, & dixi quòd non vendebam caſam liberam: non teneor tradere liberam, immo poſſum eam facere ſeruam dupliciter. i. vt mihi vel alij ſeruiat. Secundò dicit quòd ſi dixi me excipere ſeruitutē pro Titio: non teneor ſi Titio conceſsi. ſi autē alij conceſsi, teneor tibi ad intereſſe. Tertiò dicit quòd ſi tibi domum vendidi: & cum tibi traderem eam, dixi quòd debet ſeruitu. Titio: poſſum agere ex vendito, vt ſeruitus Titio conſtituatur. & hæc vera ſunt. ſi eram Titio obligatus: vt quia Titio vendidi ſeruitutem: agā ſimiliter ex vēdito vt ſeruitus conſtituatur. Quinto dicit, & hæc vera ſunt ſi eo animo ſeruitutem excepi, vt Titio debeatur. ſi autem timebam ne ſeruitus deberetur Titio, & ideo excepi, dicit quòd ego venditor nō poſſum ex vendito agere vt ſeruitus conſtituatur.

c *Si in venditione.* aliàs incipit hic lex: & aliàs §.

d *Aedes.* id eſt, dixit ſe nolle liberas præſtare.

e *Facere poteſt.* poſt traditionem: non ante. Sed nonne fuit hic pactum obſcurum? ſed dic vt j̄. l. prox.

f *Scilicet.* proximum tantum reſtringit.

g *Dixit.* id eſt dixit ſe velle ſeruitutem Titio excipere.

h *Si verò alij.* puta Mæuio.

i *Conceſſerit.* ante traditionem.

k *Tenebitur.* ad intereſſe. ſic j̄. de act. empt. l. qui per colluſionem. forte enim grauiore ſeruitute oneratur Mæuius, q̄ Titius: vt quia ſuus fundus magis indiget ſeruitute. Ob aliud enim non videtur agi poſſe: vt j̄. de ac. emp. l. fundum. & j̄. de euic. minor. §. fin. Accur.

l *Poßit.* maximè. Azo nā ſi non poteſt Titio vēdere, vt quia non habeat prædiū ſibi proximum: tamē ſibi poterit retinere: vt d. l. j̄. de act. em. fundum. vel ibi in vſufructu. Accur.

m *Agere.* contra emptorem. q. d. ſicut poteſt retinere, ita traditam repetere condictione vel actione ex vendito: vt ſ. tit. ij. ſi binarū. Vel dic quod dixi ſupra ſi ſeruitus excepta erat Titio conſtituta, vel creditor obligatus ad conſtituendum, idem ſi neutrum eorum erat: ſed poterat Titio conſtitui ex venditione facienda: vel alio modo. cū venditor domus exciperet ſeruitutem pro Titio. Accur.

n *Hoc ita demum.* indubitanter.

o *Veritus.* id eſt timens. & no. cauſam verborum & mentem contrahentium inſpiciendam: & non tantum verborum ſignificationem.

p *Promiſit.* ſcilicet Titio.

A IN *tradendis.* CASVS. Habebam duas domos, aliàs iiij. vendidi vnam de duabus, vel duas de iiij. hoc prædicto, vt vēdita ſeruiret retentæ, debeo exprimere quę ſeruitus retineatur. alias nulla videtur imponi, vel omnes: vel nihil valeat quod actum eſt. {INTERPOSITIS.} Sex dicit. Primò, ꝙ vna domus poteſt alteri ſeruire in ſeruitu. altius non tollendi, etiam ſi quędam domus ſit in medio quæ non ſeruiat. Secundo, habeo prædium: & ibi iuxta domum Titij eſt prædiū Seij, per quod volo quærere ſeruitutem itineris ad meum prædium, licet Titij domus ſit in medio. poſſum, quamdiu per eam domum ſeruitus quæratur. aliàs non. Tertiò dicit idem ſi ruſticum ſit prædium Titij, quod eſt in medio. Quarto, habeo tria prædia continua, prædium primum: mediū: extremum vendo tibi: vel tradidi tibi ex venditione puta. bene poſſum vendito tradito imponere ſeruitutem, vt ſeruiat retentis: vel econtra vt retenta ſeruiant tradito inuito. Quinto adijcit hoc eſſe verum, vt traditum poſsim facere ſeruum retento mihi proximo: quia mediū prędium quod eſt domini dominantis prædij, non impedit ſeruitutem. Sexto ſequitur, quòd ſi alieno vltimū, id eſt mihi proximum, cui acquiſita fuit ſeruitus, ceſſat ſeruitus: quia medium ei non ſeruit. i. emptori: vel ſi medium vendo, idem erit, quia medium iam venditum mihi non ſeruit, donec medio imponatur. Viuianus.

q *Vnis.* aliàs binis: & aliàs vnis. Accur.

r *Habet.* id eſt retinet, ſi habeas. ſ. binis: & ſic dices quòd quatuor domos habet. ſi autem habes vnis, propriè ſtat verbum habet: & ſic dices quòd habet duas domos.

s *Species ſeruitutis.* quam velit retentæ domui quærere, ſiue altius non tollendi, ſiue tigni, vel ſimilis.

t *Debeat.* ſed quod erit horū, quādo nō fuit ſpecificata? quidā ꝙ ſit nulla. probāt hoc arg. j̄. de teſta. tu. l. duo. & j̄. de manu. teſta. cū ex plurib⁹. & j̄. de acqui. here. ſi quis mihi. §. ſed vtrū. & de iure fiſ. ita fidei. in ſi. & j̄. ad le. Cor. de Fal. diuus. §. j. & §. nec generaliter. & ſ. de proc. Pomp. Quidam hoc, ꝙ omnis videtur excepta, ſcilicet habilis. probatur. C. de an. D excep. l. ſi. & j̄. pro ſoc. l. actione. §. renuntiare. & in hanc partem inclino: vt ſ. l. proxi. in prin. Nec obſt. quod poſſet dici ꝙ ſit obſcurū, & ideo cōtra venditorem interpretandū: quia illud, quādo aliquid remanet: hic autem nil remaneret: vt ar. j̄. de re. du. l. quotiens. & hoc quādo fuit ſic dictū, eas ſeruire vel ſeruas fore. ſed quid ſi in numero ſingulari fuit dictum, ſeruitutē debere? Videtur ꝙ nulla ſit excepta: vt ar. j̄. de lib. & poſthu. l. ij. maxime quia libertas fauorabilis eſt: vt j̄. de re. iur. l. libertas. & l. quotiens dubia. ſed dico contra, ne res pereat: vt dixi ſupra per l. de re. du. l. quotiens. Accurſius.

u *Imponi poteſt.* hic no. duas regulas. Prima, in vrbanis ſeruitutibus mediū prædiū, quod non ſeruit. nō impedit ſeruitutem: vt hic, & j̄. ti. j. & ideo. & l. & ſi forte. & ſ. e. ſi quis duas. §. parui. & ſ. tit. ij. ſi ædes. & l. nemo. Secunda eſt, in prædijs ruſticis medium prædiū quod non ſeruit, impedit ſeruitutē: vt hic ſubijcit: vt ita demum cōualeſcat. ſ. iter. nam ad ruſticā tantum refertur: vt ſ. de ſer. ru. præ. qui ſella. §. ſi. nec mireris ſi ruſtica ſeruitus debetur per prædiū vrbanū: quia hoc eſſe poteſt: vt j̄. e. l. iter. ſicut ſi aliud ruſticū eſſet in medio quod ſeruiret: vt hic ſubijcit. Alij dicunt ꝙ tā in ruſticis quàm in vrbanis habet locū hæc regula, vt mediū prędiū impediat, & ſecundum

*Seruitus ruſtica quandoque per prædium vrbanū debetur.*

ſecundũ hãc literã, vt ita &c.referũt ad vtraque ſeruitutẽ:& omnia iura quæ dicũt φ in remota domo poteſt cõſtitui ſeruitus,intelligũt quãdo etiam mediũ ſeruit.quod non placet: vt j.tit.j.& ſi forte.vel etiã loquitur hic in ſeruitute ruſtica.

a *Aedibus*. ergo & circũcirca erãt ædes. ſed dic in medijs,id eſt in ædibus quę mediæ inter duo prædia erãt.Vel dic quòd erãt ædes gratia ruſticorũ.

b *Vel tuo*. id eſt quod tibi trado.

c *Meis*. id eſt retentis ambobus, vt differat à ſequenti.

d *Quod retineã*.ſcilicet ſeruitutem excipiã, & non medio. tamen nõ impedit. vt dicit:quia per eum ibo non iure ſeruitutis: ſed qa meũ eſt, vt j. quemad. ſer. amit.ſi cum ſeruitus.

e *Interpellari*. ſed non finiri:vt ſ.tit.j.l.tria.& eſt ratio: quia ſi alienaui mediũ,remanet mihi ſeruit⁹ in extremo: qua tamen vti nõ poſſum:quia mediũ prædiũ, quod eſt alterius, impedit:& ecõtra ſi alienaui mihi proximũ, emptor qui habet à me, nõ poterit vti per medium quod non eſt ſuũ: nec ſibi ſeruitutẽ debet. ſed nõne trãſit vel medium vel mihi proximũ cũ ſua cauſa: vt ſ.tit.j.l.via.§.ſi fundus.ergo vt prius vtebar medio, & nunc vtroq;? Reſpõ.nulla cauſa erat in medio, cum ſuum prædium ſibi ſeruire non potuit: vt j. eo.quicquid.

* *tam.*

f *Imponatur* vel recuperetur alienatus.

SI *cum*.) C a s v s. Habebã duas domos: vnam tibi,aliam Titio vendidi. ſi impoſui ſeruit. vt aliena ſeruiat alij alienatæ domui:valet.ſi vtraq; ſimul, non poſſum: neq; valet ſeruitus. ſi diuerſis temporibus, vt quia prius vẽdidi vnam Titio: & ei impoſui vt alij rẽtẽtę ſeruiret:& illam retentam poſtea tibi vẽdidi: tranſibit ad te cũ ſua cauſa: & valet ſeruitus, & imponi poteſt.Vel dic, quòd eodem momento tibi & Titio tradidi vendidique: ſed ſimul vtrique non tradidi ſed diuerſis temporibus. & impoſui ſeruitutem alij quam prius tradidi.valet ſeruitus.immo & ſimul ſi vendiderit & tradiderit, valet ſeruitus:& ratio probatur in litera.

**Hæc verba ſignificant & vt eſt,quæ minus percepta fecerunt vt varijs modis caput hoc inſcriptũ ſit. Ant.Aug.li. 3.cap.6.*

g *Eodem momento*. primo vnam vni:mox alteram alteri:& ſic videtur fieri eodem momento : quia ſic fit incontinenti : ſecundum Io. & ſic valet. Vel dic vt dixi ſ. eod. ſi quis duas. §. item ſi duo. ſcilicet quando iuſte ſimul tradidi, & non valet: hoc placet: & ſic vtroque caſu non valet: vt in prædicta. l. ſi quis duas. §. duas autem.

h *Quia*. & videtur quòd non.

i *Peractam*.quia vna tantum erat tradita:altera non. Vel in ipſa traditione vnius,non dico vtriuſque:vt ſ.eod.l.iij.

SI *ei*.) C a s v s.Prædium tuum meo ſeruiebat, deceſsiſti me hered.inſtituto.ſeruit⁹ eſt extincta.ſed ſi hãc hereditatem poſtea vendidi, debet pati ille emptor hereditatem eſ... de nouo conſtitui. ſimile per omnia vt habetur in legatario ſupra de ſeruitu.l.Papinianus.& infra de le.j. l.legatum eſt.§. fin.& j.de here.ven.l.ij.§.pe.

k *Agitur*. tacite.ſic j.de here.ven.l.ij.§.pe.& ſ.de ſer.l.Papin.

A ...bus[a] ſeruitus poſtea impoſita fuerit : ſicuti per plurium prædia ſeruitus imponi etiã diuerſis temporibus poteſt. Quanquã dici poteſt, ſi tria prædia continua habeam,& extremũ tibi tradã, vel tuo[b] vel meis[c] prædijs ſeruitutem adquiri poſſe. ſi verò extremo quod retineam[d],quia & medium meum ſit,ſeruitutẽ conſiſtere. Sed ſi rurſus aut id cui adquiſita ſit ſeruitus, aut medium alienauero. interpellari[e] eũ,*donec medio prędio ſeruitus imponatur.[f]

*Si duobus eodẽ momento diuerſarũ rerum fiat traditio, non valet ſeruitus alteri impoſita:ſecus ſi ſeparatim tradãtur.Bart.*

VIII. Pomponivs libro octauo ad Sabinum.

SI cum duas habere inſulas,duobus eodẽ momẽto[g] tradidero,videndum eſt an ſeruitus alterutris impoſita valeat:quia[h] alienis quidẽ ædibus nec imponi nec adquiri ſeruitus poteſt.Sed ante traditionem peractam[i] ſuis magis adquirit vel imponit is qui tradit, ideoque valebit ſeruitus.

*Vendita hereditate ſeruitutes confuſa aditione debent reſtitui.Bartol.*

IX. Idem libro decimo ad Sabinum.

SI ei cuius prædium mihi ſeruiebat, heres extiti,& eam hereditatẽ tibi vendidi, reſtitui in priſtinum ſtatum ſeruitus debet : quia id agitur[k], vt quaſi tu heres videaris extitiſſe.

*Venditor rei venditæ debet nominatim ſeruitutem imponere : nec valeat exceptio generalis. Bartolus.*

X. Vlpianvs libro decimo ad Sabinum.

QVicquid venditor ſeruitutis nomine ſibi recipere vult,nominatim recipi oportet[l].Nam illa generalis receptio, *Quibus eſt ſeruitus,vtique eſt*, * ad extraneos[m] pertinet: ipſi nihil proſpicit venditori ad iura eius cõſeruanda. nulla enim habuit : quia nemo ipſe ſibi ſeruitutem debet.[n] Quinimmo & ſi debita fuit ſeruitus, deinde dominiũ rei ſeruientis[o] peruenit ad me, conſequenter dicitur extingui ſeruitutem.

*Conceſſa ſeruitute videntur conceſſa omnia ſine quibus quis ſeruitute vti non poteſt: & ſi quis non poteſt facere contra ſeruitutem, ita nec contra ea quæ ei tacite accedunt. Bartolus.* B

XI. Pomponivs libro trigenſimotertio ad Sabinum.

REfectionis gratia accedendi ad ea loca quæ nõ ſeruiunt[p], facultas tributa eſt his quibus ſeruitus debetur : quã tamen accedere eis ſit neceſſe, niſi in ceſsione ſeruitutis nominatim prę finitũ ſit quã accederetur[q]. Et ideo nec ſecundum[r] riuũ, nec ſupra eũ,ſi fortè ſub terra aqua ducatur,locum religioſum dominus ſoli facere poteſt : ne ſeruitus intereat. & id verum eſt. Sed & C depreſſurum vel adleuaturum[s] riuum,per quem aquam iure duci[t] poteſtatem[u] habes. niſi ſi ne id faceres cautũ ſit. Si prope * tuum fundum eſt mihi ius aquam riuo ducere, tacita hæc iura ſequuntur[x], vt reficere mihi riuũ liceat, vt adire quã * proximè poſſim ad reficiendum eũ ego, fabrique mei: itẽ vt ſpatium relinquat mihi dominus fundi, quo dextra & ſiniſtra ad riuum adeam : & quo terrã, limum, lapidem, harenam, calcem iacere poſsim.

XII. Pavlvs libro quintodecimo ad Sabinum.

D CVm fund⁹ fũdo[y] ſeruit, vẽdito quoq; fundo ſeruitutes ſequuntur. Aedificia quoq; fundis,& fundi ædificijs eadẽ cõditione ſeruiũt[z].

QVidquid.) Casvs. Habeo duas domos vna ab alia ſuſtentatur,alteram pura ſuſtentantẽ vẽdo hoc pacto, vt ſeruitus ſit. certe nihil videor excipere: quia vna non ſeruiebat alteri iure ſeruitutis: cũ & ſi ante eſſet diuerſorum, cum alteri iure ſeruitutis ſeruiſſet, tamen cum incipiũt eſſe vnius extinguitur ſeruitus. ideo nominatim oportet imponi ſeruit.Vi...

l *Oportet*.ſic j.de ver. obl l.quicquid.Accur.

m *Ad extraneos*.ſed videtur φ nec ad extraneos: vt ſ.de ſer.vrb. prædi.l.ſi arborẽ.§.ſi.ſed hoc ſciuit emptor vel per ſe:vel quia venditor dixit ei. vel dic vt ibi.

n *Debet*.vt ſ.titu.j.l.in re communi.

o *Seruientis rei*.ſ.tot⁹.alias ſec⁹: vt ſ. de ſer.r. pomũ.§.fi.& ſi per plurium prędia debeatur,oportet oia effici mea: vt ſ.tit.j.l.tria in fin.

REfectionis.) Casvs.Per prędium vicini debetur mihi ſeruitus aquæ ducẽdæ: quæritur ſi velim iter aquæ reficere, vt poſſim ire quatenus opus eſt pro reficiendo? Et dicit quòd poſſum.

p *Quæ non ſeruiũt*.quæ tamen ſunt contigua ſeruientium.

q *Qua accederetur*.& nõ vltra:etiam cauſa refectionis.

r *Secundum*.i.iuxta riuum.

s *Adleuaturum*. id eſt adleuando in altum,& deprimendo hoc.

t *Duci*.alias duci:alias ducis. Sed videtur φ hæc poteſtas nõ datur huic cui debetur ſeruitus:vt j. de riuis.l.j. §.fin.& j.de iti. actuq; priu.l.iij.§.pe.quę ſunt contra.Sol.præſumam ſemper actũ vt liceat, vt hic,niſi contra probetur : & ſic intellige quod hic ſubijcitur.j. de iur. do. l. ſed ni... Vel dic, poteſt ſi domino non noceat,vt hic:nõ autem alias,vt ibi.arg.j.de riuis. l.pe.§.j. Vel dic,poteſt facere ſi ſibi ſunt hæc neceſſaria: non alias:vt eo.tit.de riuis.prædicta.l.pen.§.fi. & ſ.proxi.

u *Poteſtatẽ*.aliud ſi habes ducis.ſi autẽ duci,tunc ppriẽ. Acc.

x *Sequuntur*.no.cui aliquid conceditur,& ea ſine quibus eſſe non poteſt id:vt in ſimili caſu. j. de iti. actuque priu.l. veteres.& j.tit.j.l.loci.§.ſi quis mihi.& ſ.in prin.huius.l.& dic ſ.de iuriſd.om. iu.l.ij.

CVm fundus.) Casvs. Fundus tuus ſeruiebat meo ruſtico, vel dom⁹ tua ſeruiebat fundo meo:vel econtra. ſiue ego vendã,ſiue tu tuũ,ſemper ſeruitus emptorem ſequitur. Vi...

y *Fundo*. ſeruiente,vel dominante.

z *Seruiunt*. vt ſ.tit.j.l.via.§.ſi fundus.Accur.

Venditor

Potest quis ſe & ſuos heredes obligare ne in certa parte maris piſcari liceat, non tamen erit ſeruitus realis. Bartolus.

XIII. VLPIANVS libro ſexto Opinionum.

VEnditor fundi Geroniani fundo Botroiano quẽ retinebat, legẽ dederat, ne contra eũ[a] piſcatio thynnaria[b] † exerceatur[c]. Quãuis mari, (quod natura omnib[us] patet) ſeruitus imponi priuata[d] lege nõ poteſt: quia tamẽ bona fides cõtractus legem B ſeruari vẽditionis expoſcit, perſonæ poſsidentium, aut in ius eorũ ſuccedentium[e], per ſtipulationis vel venditionis legem obligantur.

*Id quod noſtrum eſt, abſque facto noſtro à nobis auferri non poteſt, niſi in contrariũ ſit conſuetudo. Bartolus.*

Si conſtat † in tuo agro lapidicinas eſſe, inuito te nec priuato nec publico nomine quiſquam lapides cædere poteſt, cui id faciendi ius non eſt[f]: niſi talis conſuetudo[g] in illis lapidicinis cõſiſtat, vt ſi quis voluerit ex his cędere[h], non aliter hoc faciat[i] niſi prius ſolitum ſalarium[k] * pro C hoc domino præſtet. Ita tamen lapides cædere debet poſtquam ſatisfecerit domino, vt neque vſus neceſſarij lapidis intercludatur[l], neque commoditas rei iure[m] domino adimatur.

XIIII. IVLIANVS libro quadrageſimo Digeſtorum.

ITer[n] nihil prohibet ſic cõſtitui, vt quis interdiu dũtaxat eat. quod ferè circa prædia vrbana etiam neceſſarium[o] eſt.

*Per eundem locum poteſt ſeruitus pluribus conſtitui. Bartolus.*

XV. PAVLVS libro primo Epitomarum Alfeni Digeſtorum.

QVi * per certum * locum iter aut actũ alicui ceſſiſſet, eum pluribus per eundẽ locum vel iter vel actum cedere poſſe[p] verũ eſt: quẽadmodum ſi quis vicino ſuas ædes ſeruas feciſſet, nihilominus alijs quot vellet multis eas ædes ſeruas facere poteſt.

*Seruitus ruſtica & vrbana poteſt ex teſtamento conſtitui. h. d.*

XVI. GAIVS libro ſecundo Rerum Cottidianarum ſiue Aureorum.

POteſt etiã in teſtamento heredem ſuũ quis damnare, ne altius ædes ſuas tollat ne luminibus ædium vicinarum officiat, vel vt patiatur eũ tignũ in parietem immittere, vel ſtillicidia aduerſus eum habere, vel vt patiatur vicinum per fundum ſuũ vel heredis[q] ire agere, aquãue ex eo ducere.

*De eo quod quis precario habet in loco tuo, nõ eſt locus interdicto de precario: nec ſeruitus videtur impoſita. de eo verò quòd precario habet in ſuo loco ſeruiẽte, habet locum interdictum de precario: & ſi donata fuerit ſeruitus, videtur remiſſa. Bartolus.*

XVII. PAPINIANVS libro ſeptimo Quæſtionum.

SI precariò[r] vicin[us] in tuo[s] maceriam duxerit, interdicto quod precario habet, agi non poterit[t]: nec maceria poſita donatio ſeruitutis perfecta intellegetur[u]: nec vtiliter intendetur ius ſibi eſſe inuito te[x] ædificatum habere: cum ædificium ſoli conditionem ſecutum[y]

---

A VEnditor.} CASVS. Duo prædia habebam iuxta mare. vnum vendo eo pacto appoſito, vt emptor non exerceat piſcationem circa fontem retenti: quæritur an valeat ſeruitus? Et dicitur quòd non: quia mare non poteſt ſeruitu. debere: ſed tamẽ iure pacti, vel ſtipulatione, ſi interceſsit, tenẽtur paciſcentes obſeruare, & valet pactum.

{SI CONSTAT.} In agro tuo erat lapidicina: quæritur, an aliquis te inuito poſsit inde cedere? Et dicitur quod non, niſi alicui talis ſeruitus debeatur, vel taliter ſit conſuetum, quæ in hoc ſeruetur tam in cædẽdo, quàm ſalario tibi præſtando à quolibet cędente, & ſi de hoc ſit conſuetudo. non ergo excluditur cędere volens: nec domino aufertur vtilitas ſalarij. Viuia.

a *Contra eum.* ſcilicet Botroianũ, id eſt fontem eius, cum eſſet iuxta mare. Accur.

b *Thynnaria.* à piſciũ genere ſic dicta: vel quia per tigna quædã ſic exercebatur: & tũc dicit tignaria. Alij habent tertiam literam ſcilicet triariam: & dic ſimiliter à genere piſcium. Accur.

c *Exerceatur.* ab emptore: vel dic, à venditore.

d *Priuata.* ſed princeps poteſt: vt ſupra de ſeruitutibus. l. ſeruitutes. §. publico.

e *Succedentium.* noli ita legere, perſonæ ſuccedentium, ſcilicet per l. ſtipulationis vel venditionis obligatur &cet. quia ſingulares ſucceſſores perſonali obligatione non adſtringuntur. infra ad Treb. l. j. §. ſi heres. & C. de here. inſti. l. quotiens. Sed dicas, obligantur perſonę in ius, ſcilicet hereditarium iure ſuccedẽtium, obligantur quidem per legem vẽditionis, vel per legem ſtipulationis: & collige ex hac. l. quia ſi concedam tibi ſeruitutem, diſtingue an talem per quam publicus vſus non impeditur: & tunc ſaltem ego vel mei heredes non debe- D mus contrauenire: vt ſupra titu. j. l. per fundum. an per quam impediatur: & tunc etiam ego potero contrauenire: vt ſupra de pactis. l. iuriſgentium. §. ſi paciſcar. Item not. hic ꝙ non debet quis contra factum ſuum venire, etiam ſi de iure non tenet: vt ſupra de adop. poſt mortem. & ſupra titu. j. l. per fundum.

f *Ius non eſt.* ſcilicet ſeruitutis. aliàs nulla eſſet exceptio quę ſequitur. Accurſius.

g *Conſuetudo.* lex eſt vt nulli dominorum ius ſuũ auferatur: vt ſ. l. prox. & ſupra de his qui ſui vel alieni iu. ſunt. l. ij. §. dominorum. & C. de pac. l. ſi in ſi. cui derogatur: vt hic. ſic derogatur & alibi, vt ſupra quod cuiuſque vniuerſi. l. itẽ. j. reſpon. Sed arg. cont. a. C. quæ ſit lon. conſue. l. conſuetudinis. ſed de his dixi ſ. de legi. & ſenatuſcon. l. de quibus. in fin.

h *Cedere.* ſcilicet cedat.

i *Non aliter hoc faciat.* id eſt cedat, niſi &c.

k *Salarium.* aliàs ſolarium. & aliàs ſolatium, quod eſt decima domino: & decima fiſco: vt C. de metal. l. cuncti. lib. xj. Et no. hic argu. quòd à principio ſalarium dãdum aduocato. ſic C. de iudi. properandum. §. pen. Accur.

l *Intercludatur.* ſcilicet ſedentibus.

m *Iure.* id eſt occaſione iuris conſuetudinarij.

ITer.} CASVS. Volebas quòd ſeruitu. itineris tibi concederem per domum meam ad tuam: conceſsi vt de die vadas, non de nocte: & dicit quod bene eſt modus & conſuetudo vt hoc modo ſeruitus conſtituatur: ideoque valebit hoc caſu. Viuianus.

n *Iter.* aliàs item: & aliàs iter: id eſt ſeruitutem nihil &c. vt hic: & ſ. de ſeruit. l. iiij. §. fina. & ſupra eod. in tradendis. §. interpoſitis.

o *Neceſſarium.* per quæ nõ decet ire de nocte.

QVi per certũ.} CASVS. Conſtitui tibi ſeruitutem per agrum meum. poſſum alij & pluribus concedere ſi volo idem in domo. Viuianus.

p *Poſſe.* ita tamen, vt potior ſit cauſa prioris, vt non impediatur à poſterioribus: vt j. de aqua quo. & æſti. l. Lucio. & ſupra titu. j. l. per quem. & l. ij. §. fin. Accur.

q POteſt etiam. *Vel heredis.* ſic & inſtitu. eod. §. fina. ſiue credat ſuam ſiue ſciat heredis: licet ſecus in re aliena non heredis. ſunt enim &c. vt infra de lega. ij. l. vnum ex. §. ſi rem. & de manu teſta. ſi quis ita. §. j. Accurſius.

SI.} CASVS. Tres ponit caſus hæc l. Primo conceſsi vt ad præſens quoſdam lapides poneres in area mea. nunc volo vt remoueas. quæritur an ad hæc poſsim te cogere. Et dicit quòd nõ habeo interdictum de precario, quia habet locum quando conceſsi precario. Item nec videor conſtituiſſe ſeruitut. Item nec poteſt ille cui conceſsi, ædificare me inuito: ſed mea auctoritate eum deijciam. Secũdus eſt: conceſsi tibi ponere lapides in loco mihi ſeruiente: an videor ſeruitu. remittere? Et dicitur quòd non. & agam interdicto de precario, vt remoueas. Tertio & retento eodem caſu: ſi conceſsi animo donandi ſerui. ſeruitus tollitur, nec interdicto nec alio iure agam vt tollas.

r *Si precario.* tres ponit caſus hæc lex. Primus, quando in tuo precario conceſsiſti vicino habere maceriam. Secundus, quando in ſuo loco tamen qui tibi ſeruiebat, non autem animo remittendæ ſeruitutis. Tertio, quando animo remittendæ. Accurſius.

s *In tuo.* ſcilicet ſolo: cum nullã debeat ſeruitutem. ſed nec ob hoc videris conceſsiſſe: vt ſubijcit, nec maceriam &c. Et eſt maceria paries vel murus de lapidibus ſine cæmento, vt infra de verb. ſignifi. l. paries. *Maceria quid eſt.*

t *Agi non poteſt.* vt maceria remoueatur. & eſt ratio: quia ipſe qui ꝓponit interdictũ, habet penes ſe quod precario dedit: non autem habet qui rogauit. quod eſt neceſſe vt hoc interdictum locũ habeat: vt j. de preca. l. quæſitum. §. j. ibi, attamẽ &c. Quid ergo poterit facere? Reſpon. ſua auctoritate remouere poteſt, vt j. ad l. Aquil. quemadmodum. §. ij.

u *Intelligitur.* id eſt cõſtitutio ſeruitutis ex cauſa donationis.

x *Inuito te.* ſi ex maceria in tuo ædificat.

y *Secutũ.* vt C. dę ędi. pri. l. ſi is cõtra quẽ. & C. de rei vin. l. ij.

* Coniũge. l. Lucio. de aqua quotid.

* Flo. certũ.

Faciat,

a *Faciat intentionem.* vtranq; .ſ. domini proponẽtis interdictũ: & huius qui precario poſuit maceriã, confeſſoriã intentãtis.
b *Precario.* cũ tamẽ nolles remittere ſeruitutẽ. quod patet eo ipſo ꝙ precario dabas. ſecus ſi non hoc patet: quia remittere videris: vt ĵ. queãd. ſer. am. l. ſi ſtillicidij. in prin. quæ eſt cõtra.
c *Vſucapietur.* quia malam fidem vel ſcientiã ſeruitutis habet: vt infra quemad. ſer. amit. l. fi. & C. de præſcr. lon. temp. quæ pro li. l. ij.
d *Permiſeris.* ſcilicet ponere maceriã in loco ſeruiente.

R *Eceptum.* ℣. Casvs. Ponit regulam, quòd ſi duo vel plures ſumus domini alicuius prædij, & volumus ei imponere ſeruit. quod poſſumus etiam ſi diuerſis temporibus imponatur: & poſtea valet ſeruitutis impoſitio, vt vltima cõfirmet primam vel plures. idem contra ſi volumus prædio communi quærere ſeruitutem, diuerſis tẽporibus imponere poſſumus, vt per acquiſitionem vltimi confirmetur prima. Secundo, deceſsi: heredes reliqui: vel etiam vendidi partem mei fundi: quæritur an ceſsio ſocij confirmetur? Et dicit quòd nõ: quoniam quia tantum prima ad vltimam trahitur: & non inuenitur hic prima quæ poſſit cõfirmari tũc quã do fit vltima: ideo pendebit donec nouus ſocius ceſſerit. Tertio ponit quòd adquiſiui ſeruit. prædio communi: & antequam ſocius quærat, deceſſit, vel etiam ſuam partem vendidit. certè expectatur acquiſitio coheredis eius vel emptoris. Quarto econtra, ſi ego impoſui ſeruitutem prædio communi: & antequã ſocius meus imponat (& ſic confirmet meam impoſitionem) decedit: vel etiam partem vendidit. Et dicitur quòd expectatur quòd coheres vel emptor cedat: vt mea confirmetur ceſsio: hæc enim eſt conceſſa impoſitione ſeruitutis: vel acquiſitione ſeruitutis communis cõmuni prædio: vt ſic in diuerſis temporibus poſsit fieri: non autem vt altera ceſsio trahatur ad primam, ſed prima ad vltimam. Quinto dicit idem eſſe vbi prima ad vltimam trahitur: etiam in hoc caſu. Item ſi cõceſſi, deinde ſocius meus leget ſeruitu. ex communi prædio diuerſis temporibus. quæritur an per vltimam confirmetur prima. Et diſting aut eodẽ tempore aditur hereditas, & nihilominus valet aut non: & tũc non valet. & redditur ratio: quia actus &c. Viuianus.

inutilẽ faciat intentionem[a]. Ceterùm ſi in ſuo maceriã precario[b] qui ſeruitutẽ tibi debuit, duxerit, neq; libertas vſucapietur:[c] & interdicto quod precario habet, vtiliter cũ eo agetur. Quod ſi donatiõis cauſa ꝑmiſeris[d], hoc interdicto agere nõ poteris, & ſeruit⁹ donatiõe tollitur.

*Si plures domini ſeparatim ſeruitutem conſtituunt, nouiſsima conſtitutione ſeruitus confirmatur niſi mutatio contigerit in perſona conſtituentis, vel adquirentis, vel alterius ex ſocijs. Bartolus.*

XXVIII. Pavlvs libro primo Manualium.

R Eceptũ eſt[e], vt plures domini & non pariter cedẽtes, ſeruitutes imponãt vel adquirãt: vt tamẽ ex nouiſsimo actu etiã ſuperiores confirmentur, perindeq; ſit atque ſi eodẽ tempore[f] omnes ceſsiſſent. Et ideo ſi is qui primus ceſsit, vel defunctus ſit, vel alio genere vel alio modo partẽ ſuã alienauerit, poſt deinde ſocius ceſſerit, nihil agetur[g]. Cum enim poſtremus cedat, non retro adquiri ſeruitus videtur, ſed perinde habetur atque ſi pòſt cũ poſtremus cedat, omnes ceſsiſſent[h]. Igitur rurſus hic actus pẽdebit, donec nouus ſocius[i] cedat. Idem iuris eſt[k] & ſi vni ex dominis cedatur: deinde in perſona ſocij aliquid horũ acciderit[l]. Ergo & ex diuerſo, ſi ei qui non ceſsit[m], aliquid tale eorũ cõtigerit, ex integro omnes cedere debebunt. Tantum enim[n] tẽpus B eis remiſſum eſt, quo dare facere poſſunt[o], vel[p] diuerſis temporibus poſsint: et ideo[q] non poteſt vni[r] vel vnus[s] cedere. Idemque dicẽdum[t] eſt & ſi alter cedat[u], alter leget ſeruitutes[x]. Nam ſi omnes ſocij legẽt ſeruitutes, & pariter eorũ adeatur hereditas, poteſt dici vtile eſſe legatũ: ſi diuerſis temporibus, inutiliter dies legati cedit: nec enim ſicut viuentium[y], ita & defunctorum,[z] actus ſuſpendi receptum[a] eſt.

## SI SERVITVS VINDICETVR, vel ad aliud pertinere negetur.

C TITVLVS V.

I. Vlpianvs libro quartodecimo ad Edictum.

Et ex eo quod dicit hic, ergo & ex diuerſo &c. not. argu. aliquid in aliquo ſtatuitur: & idẽ in eo quod ei eſt ſimile, ſtatuendum eſt. ſic ĵ. de noxa. electio. §. ſi is quẽ. & ĵ. de præſcr. ver. naturalis. §. ſed ſi facio. & ĵ. depo. l. j. §. in conducto.
n *Tantum enim.* duobus modis expone. vel tantum tempus id eſt ſufficiens vt vel ſimul vel diuerſis temporibus fiat ceſsio: & ſic plana. Secundo, tantum tempus, id eſt ſolum hoc eſt cõceſſum à iure vt ſimul vel diuerſis temporibus poſſit fieri ceſsio, non autem vt vltima trahatur ad primam. & ſecundũ primum dictio tãtum, eſt adiectiuum. ſecundum alium, ſubſtantiuum.
o *Facere poſſunt.* id eſt ſeruitutem conſtituere per patientiam.
p *Vel.* pro etiam.
q *Et ideo.* quia non valet ceſsio, niſi per vltimam confirmetur: ideo &c.
r *Vni.* hoc in acquirendo.
s *Vel vnus.* in opponendo.
t *Idémque dicendum.* ſcilicet vt non valeat prior ceſsio niſi omnes heredes legantis de nouo conſentiant. nam qui nõ ceſsit, ſed legauit: morte deſijt eſſe dominus. Alij dicunt idem, ſcilicet vt valeat: quia legando videtur cedere: licet ſeruitus nõ ſit adhuc: ſed demum hereditate adita. nam ſi non fingeretur ſic ceſsiſſe, oporteret eius heredẽ de nouo cedere: vt ſ. ea. l. j. reſpon. Secus autem ſi prius legauit, cum poſtea ceditur, ſcilicet poſt aditam hereditatem. nec enim actus &c. vt ſubijcit in ſimili caſu.
u *Cedat.* ſcilicet prius, qui & viuit.
x *Seruitutes.* eidem.
y *Viuentiũ.* actus viuorũ ſuſpẽdi poſſunt, vt multis patet exẽplis. Primo. ſ. de ſerui. ruſti. prẽd. per fundũ. & ſ. hac. l. in prin. Itẽ inſti. qui. mo. ius pa. po. ſol. §. ſi ab hoſtibus. & ĵ. de vulg. ſub. l. lex Cornelia. Item in qualibet conditionali obligatione. ſed nõ ſic in iudicio: vt ſ. de iudi. l. non quemadmodum.
z *Defunctorum.* immo econtra videtur plus ſuſpẽdi actus defunctorum: nam nec ſeruitus valet ante aditam hereditatem: vt ĵ. de ſeru. le. l. iij. quare quod hic dicitur, intellige ex quo ceſsit legatum: nam aut ſtatim valet, aut non: vt ĵ. de leg. ij. cũ filius. §. ſeruus. Azo. & eodem modo reſpõ. ĵ. de do. cau. mor. l. ij. in fi. quia ibi ſtatim valet donatio, licet dominij tranſlatio differatur: vt ibi dicit.

e *Receptum eſt.* ſcilicet à iure: vt ſ. tit. j. per fundum.
f *Eodem tempore.* id eſt eo tempore quo poſtremus cedit: vt ſ. de offic. procon. l. iiij. § fi. Et ſic præteritum trahitur ad præſens: vt arg. ĵ. de mil. teſta. l. tribunus. §. cum aliquis. & plene dixi ſ. tit. j. l. per fundum. Accur.

*Præteritum quandoque ad præſens trahitur.*

g *Nihil agetur.* ſed ſi mortuus eſt cedens, nonne heres eius tenetur habere ratum quod fecit defunctus: vt ſ. eod. venditor? Reſpon. ſic: ſed ob hoc non confirmatur ceſsio prima, vt ſit ſeruitus: licet prohiberi non valeat. Accur.
h *Ceſſiſſent.* ſ. priores domini. ſed ipſi nunc cedere non poſſunt, vel quia alienauerunt partes vendendo: vel quia mortui ſunt. ergo eorum ceſsiones inutiles factæ ſunt.
i *Socius.* ſcilicet emptor vel heres eius.
k *Idem iuris eſt.* vt prima ad vltimam trahatur, & ponit caſum econtra.
l *Acciderit.* vt quia is cui facta ceſsio non eſt, deſijt eſſe dominus. pendet enim facta ceſsione, donec dominis nouis cedatur. Et quod dicit aliquid horum: dic, vt quia moriatur, vel vendat.
m *Non ceſſit.* & qui hodie viuit: ſed omnes de nouo facti domini: vt dixi in ſimili caſu. ſ. prox. ibi, donec ſoci⁹ nouus &c.

D a *Receptum.* refert ergo an cedant omnes inter viuos vel acquirant etiam diuerſis temporibus: & tunc valent, & primæ ſuſpẽduntur vſque ad vltimũ. an omnes cõſortes cedãt in vltima volũtate: & tũc ſi omniũ ſimul adeatur hereditas: valet. ſi verò diuerſis tẽporibus: nõ. & eſt ratio: quia actus morientiũ &c. Cum vero vnus cõſortũ cedat inter viuos, alius in vltima volũtate: refert quis pri⁹. nã ſi ceſsio inter viuos fiat prius, cõfirmatur per ſequentẽ: & ſuſpẽditur ſiue expectatur ea. ſi pri⁹ ꝑ vltimã volũtatẽ, & poſt aditã hereditatẽ legãtis ali⁹ cedat inter viuos, nõ valet: quia pri⁹ nõ poteſt ſuſpẽdi: nec expectare ſequẽtem. & eſt ratio: quia actus morientium &c. Frã.

SI SERVITVS VINDICETVR, VEL ad alium pertinere negetur.

*Dictũ eſt ſupra de prædialibus ſeruitutibus. ſed quia parum eſſet ſeruitutẽ habere, niſi eius nomine poſſet inſtitui actio: ideo de actionibus nomine ſeruitutum, vel occaſione ſeruitutũ cõpetentibus videamus: ſcilicet quæ cõpetant. quod dic vt ĵ. eo. l. ij. in prin. & §. Põp. & §. hoc interdicto. & l. ſicuti. §. Ariſto. & de itine. actuq; pri. l. j. in princ. Quibus & in quos dentur, & quanto tempore durent, dic vt not. in ſumma C. de vſufr. Itẽ quid veniat, & quod ſit in eis iudi. offic. dic vt ſ. eo. l. ſed. §. in confeſſoria. & l. & l. ſi forte. §. fin. & l. harum. & l. egi. Accurſius.*

Actiones.

A Ctiones.} CAſvs. Actio cõpetit ꝓ ſeruitute ei q dominus eſt prædij cui ſeruitus debetur. etiam nõ domino datur, quãdo ad ſepulchrũ debetur, neq; alienũ prædium eſt. nã ſepulchrũ in bonis nullius eſt, & ideo nullius eſt: & tamẽ actio datur pro ſeruitute. Viu.

a *Prædia ſunt*. quibus ſeruitur.

b *Atquin*. i. ſed tamen.

c *Vindicare*. in ſe tamẽ. nõ recipit ſeruitutes: vt ſ̄. tit. j. l. iiij. Accur.

D *E ſeruitutibus*.} CAſvs. Dico me habere ſeruitutẽ ex prædio tuo ad meũ, pro illa ſeruitute petẽda habeo actionem confeſſoriam. Item ſi tu negas ſeruitutẽ mihi debere, cõpetit tibi negatoria actio. Hæc autem confeſſoria competit ſoli domino prędij dominantis, & nulli alij. Sed pone ꝙ legaſti mihi vſumfruct. certè oportet quòd habeã iter per aliud prędium ibi iuxta poſitũ. & iſtud iter non eſt vt ſeruitus, ſed commoditas quædam. ſed ſi prædio in quo habeo vſumfru. debetur, vtar pro ſeruitute in prædio tuo, quaſi debeatur: nõ quaſi mihi debita ſit. {Pomponivs.} Habeo vſumfr. in fundo: & vſus ſum itinere gratia vſusfruct. xxx. vicibus agere potero de itinere actuq; priuato. nã ſufficit me probare ſatis de facto. xxx. vicib⁹ iuiſſe. Sed ſi volo agere cõfeſſoria, oporteret me probare ſeruitutẽ de iure mihi competere. ſed probat ꝙ fructuario cõpetit interdictũ, vt dixi: quia ſi teſtator mihi legauit vſumfr. & vſus ſum itinere pro fundo xxx. vicibus, cõpetit mihi legatario. Itẽ ſi vẽditor fundi fuit vſus, cõpetit emptori: ſiue totũ ſiue partẽ fundi emerit. ergo multò magis competit fructuario pro ſuo proprio vſu. Viuia.

d *Vſumfructũ*. patet ergo ꝙ primo circa vſumfr. huiuſmodi actiões inuẽtę ſunt, q̃ circa has ſeruitutes: vt ſ̄. ſi vſuſfr. pe. l. j.

e *Qui negat*. & eſt officiũ iudicis in cõfeſſoria. ſ. vt poſſeſſor iubeatur præſtare patientiã actori, vt ſeruitute vtatur: & de hoc ipſo etiã cautio exponitur. & econtra in negatoria eſt eius officium vt iubeat ne ille inquietetur ratione ſeruitutis qui in negatoria obtinet, & de hoc ipſo cautio exponitur: vt j. l. harũ. & l. egi. Item quare dicitur confeſſoria, & quare negatoria? Reſp. ſecundũ. P. quia prima affirmatiuis, ſecũda negatiuis verbis proponitur. quod falſum eſt: vt patet in ſeruitute altius non tollendi: vt inſt. de act. §. æquè. Sed magis ſenſu inſpecto hæc nomina ſunt impoſita. Item not. quod dixit idẽ Placen. ꝙ negatoria nõ habet locũ niſi ſeruitus quãdoq; cõpetijt: & poſtea eſt amiſſa remiſsione, vel tẽpore interueniẽte. Sed nos cõtra. nã licet publico loco interueniẽte, ſeruitus aquęductus eſſe nõ poſsit: vt ſ̄. de ſer. l. ſeruitutes. §. publico. tamẽ cõpetit negatoria, vt j̄. e. fiſtulas. & l. ſicut. j. reſpon. Item generaliter dicit hæc lex, neganti negatoriã dari: generaliter ergo intelligatur: vt ſ̄. de ſer. vrb. prædio. l. ſi ſeruitus.

f *Fundi*. dominantis.

g *Vindicare poteſt*. ſ. iure directo, ſed vtili ſic. datur enim vtilis etiã creditori: vt ſ̄. de ſeruit. l. ei qui. Item vſufructuario: vt j̄. de remiſ. l. j. §. idem Iul. Item ſuperficiario. vt j̄. de ſuperfi. l. j. §. ſi. Item bo. fid. emptori: vt argu. j̄. de pig. l. ſi ab eo. cui fructuario etiã Publiciana datur, vt arg. ſ̄. de Publi. l. ſi ego. §. j.

h *Rectè conſtitueret*. ſ. coactus poſt conceſsionem vſusfruct. Vel dic, id eſt prout ipſe paterfamil. pro ſe conſtituebat, vt ſ̄. de ſer. vrba. prædi. l. Olympico. & hic non vt ſeruitus, ſed acceſsio. & hoc ſubijcit: namque &c. Accur.

i *Præſtatur*. ſcilicet nunquam hoc vel alio caſu.

A Ctiones * de ſeruitibus ruſticis ſiue vrbanis, eorũ ſunt quorũ prædia ſunt [a]. Sepulchra autẽ noſtri dominij nõ ſunt: atquin [b] viam ad ſepulchrũ poſſumus vindicare. [c]

*Confeſſoria, & negatoria competit domino, non alij. Bartolus.*

II. Idem libro ſeptimodecimo ad Edictum.

B DE ſeruitutibus in rem actiones competũt nobis ad exemplum earum quę ad vſumfructum [d] pertinent, tam confeſſoria, quàm negatoria: confeſſoria ei, qui ſeruitutes ſibi competere cõtendit: negatoria, domino qui negat [e]. Hæc autem in rẽ actio confeſſoria nulli alij quàm domino fundi [f] competit. Seruitutem enim nemo vindicare poteſt, [g] quàm is qui dominium in fundo vicino habet, cui ſeruitutem dicit deberi.

C *Fructuarius habet facultatem eundi per fundum domini per quem ibat dominus nõ iure ſeruitutis. Bartolus.*

Rectè Neratius ſcribit, ſi medij loci vſusfructus legetur, iter quoq; ſequi: per ea ſcilicet loca fundi, per quæ qui vſumfructũ ceſsit, cõſtitueret, [h] quatenus eſt ad fruendũ neceſſariũ. Nãq; ſciendũ eſt, iter quod fruendi gratia fructuario prę̃ſtatur [i], nõ eſſe ſeruitutẽ. Neq; enim poteſt ſoli fructuario ſeruit⁹ deberi: ſed ſi fundo debeatur, & ipſe fructuarius ea vtetur. [k]

*Fructuario competit iudicium poſſeſſorium pro ſeruitute, ſicut domino. Bart.*

B Pomponius dicit, fructuariũ interdicto [l] de itinere vti poſſe, ſi hoc anno vſus [m] eſt. alibi enim de iure [n], id eſt in confeſſoria actione, alibi de facto, vt in hoc interdicto, [o] quæritur. quod & Iulianus libro quadragẽſimooctauo Digeſtorũ ſcribit. Pro ſententia Iuliani [p] facit quod Labeo ſcribit, etiam ſi teſtator vſus ſit qui legauit vſumfructum, debere vtile interdictum fructuario dari: quẽadmodum heredi vel emptori competunt hæc interdicta. [q]

III. Idem libro ſeptuagenſimo ad Edictum.

C SEd & ſi partem fundi quis emerit, idem dicendum eſt. [r]

IIII. Idem libro ſeptimodecimo ad Edictum.

k *Vtetur*. non tamen ſeruitutem vindicare poteſt directo: ſed vtiliter poteſt: vt ſ̄. ſi vſu. pe. l. j. & l. pe. & diximus ſ̄. prox. Vel dic vt dic vt d. l. j.

l *Interdicto*. ſcilicet primo. duo enim ſunt, vt ſtatim dices.

m *Vſus*. ſcilicet triginta diebus: vt ſtatim dices.

n *De iure*. ſ. an ei qui agit debeatur ſeruit⁹. vel eius fundo, quæ ſoli domino debetur: vt ſ̄. eo. §. hæc autem. ſed cum vtile interdictum detur, vt hic ſubiicit, & vtilis actio pro ſeruitute: quid refert de iure vel de facto agatur? Reſpon. pro facto ſuo habes directũ interdictũ pro facto auctoris vtile: vt hic ſubiicit. Vel dic, ibi vtile, id eſt efficax.

o *Interdicto*. ſcilicet primo de itinere actuque priua. Sunt enim duo eius capita: primum, quo quæritur ſolum an eo anno fuerit vſus modico tempore, id eſt triginta diebus: vt j̄. de iti. actuq; pri. l. j. in prin. & §. hoc interdicto. ſecundo agitur de itinere reficiendo: & differt à primo: quia in ſecundo duo debet probare actor, ſcilicet ſeruitutẽ ſibi cõpetere: & ſe vſum: vt dictũ eſt, vt j̄. de iti. actuque priua. l. iij. §. hoc autem. an autem hoc ſecũdum interdictum fructuario detur? Reſpon. vtile vt confeſſoria.

p *Pro ſententia Iuliani*. vt fructuarius habeat interdictum.

q *Interdicta*. de itine. actuque pri. & ex ſecundo capite, ſi vſus fuit teſtator vel venditor. Accurſius.

r S*Ed & ſi. Dicendũ eſt*. vt emptor vtile habeat interdictũ. nã & ſeruitus fundo debita competit etiam partis emptori: vt ſ̄. de ſerui. ruſti. præd. l. via. §. quæcunque. vnde non mirũ ſi detur fructuario, cum vſusfructus ſit pars dominij.

LOci. Casvs. Si aliquis concedat mihi ſeruitu. ſiue ruſticam, ſiue vrbanam, non propter hoc dominium loci ſeruientis tranſit ad me: ſed ego cui ſeruitus eundi debetur, habeo ius eundi. {Qvi iter.} Si habeo iter, vel actum tantum, vel iter tantum: quia ita fuit actum in ſeruitute conſtituenda, habeo act. confeſſoriam: & vti potero confeſſoria. {In confessoria.} In confeſſoria veniunt fructus intereſſe illius cui ſeruit⁹ debetur. Itẽ in act. ſimiliter veniũt fructus intereſſe qui negat ſeruitutem deberi. {Si fvndvs.} D Plures ſumus domini prædij dominantis. cuique noſtrum datur inſolidum actio confeſſoria: & vnius lucrum alteri nõ prodeſt: licet victoria proſit in ſeruitute obtinenda. ſed per pactum non poteſt acquiri per vnum, niſi & alij acquiratur. veruntamen licet ad ſeruitutem inſolidũ agamus: ſi tamen ſeruitus non præſtatur, ad intereſſe agitur: niſi plus quàm cuiuſque intereſt, aliquis noſtrum conſequitur. Idem ecõtra ſi fundi pluriũ dicuntur ſeruire: quia contra quẽlibet inſolidum cuilibet cõfeſſoria inſolidũ datur. {Si qvis.} Viam mihi debebas per agrum tuum. licet non prohibebas me ire per agrum tuum, ſed reficere, potero agere act. cõfeſſoria ad reficiendum. idem ſi volo reficere, & non permittas: ago ex interdicto de itin. actuq; pri. ex ſecundo capite, ſi in eo loco volo reficere. ſi verò quis ſtatuere velit quod non licet: niſi actum fuiſſet in imponendo ſeruitutem, non ago impeditus. {Competit.} Domus mea debet ſeruitu. altius non tollendi duabus alijs domibus: & ab vna liberata eſt. volo domum meam altius tollere. ille impedit me cui ſeruitutẽ non debeo, id eſt à quo liberata eſt domus mea. alter verò cui debet, non impedit me. agam quidem negatoria contra illum qui me impedit: & à quo liberata eſt domus mea. Viuia.

a *Corpus.* quod ſcilicet ſeruit.
b *Eundi habet.* vt ſ. de ſerui. ruſti. prædio. l. qui duo.
c *Itinere.* quod eſt ſeruitus. nam iter & actus ſunt diuerſæ ſeruitutes: nec vna eſt alia: vt j. de adi. leg. l. j. qui tamen habet actum, habet commoditatem itineris: vt ſupra de ſerui. ruſt. præ. l. j. & de ſerui. vr. præd. l. fin. Vel dicas hic habere vnũ ſine alio indubitanter, etiam quo ad commodum: vt quia ſic in cõſtituẽda ſeruitute fuit actum: vt vel ſolus tantum iret: vel tantum cum ſocio: vel cum equo vel vehiculo tantum. Adeo autem ſunt diuerſæ ſeruitutes iter & actus, vt ſi primo petij iter & amiſi, nihilominus petam actum: vt infra de exce. rei iu. l. ſi mater. §. ſi quis iter. Accur.

LOci corpus[a] † non eſt dominij ipſius cui ſeruitus debetur: ſed ius eundi habet.[b] Qui iter ſine actu, vel actum ſine itinere[c] habet, actione de ſeruitute vtetur.

*In confeſſoria & negatoria habetur ratio intereſſe agentis. Bartol.*

In cõfeſſoria actione que de ſeruitute mouetur, fruct⁹ etiam veniunt[d]. Sed videamus qui eſſe fructus ſeruitu- B tis poſſunt. Et eſt verius id demum fructuum nomine computandum ſi quid ſit quod interſit agentis ſeruitute nõ prohiberi.[e] Sed et in negatoria actione (vt Labeo ait) fructus cõputantur, quãti intereſt petitoris non vti[f] fundi ſui itinere aduerſariũ. Et hanc ſententiam & Põponius[g] probat.

*Hæ actiones competunt cuilibet contra quemlibet ex dominis inſolidũ ſed ſi deuenitur ad intereſſe, habetur reſpectus ad intereſſe agentis. Bartolus.*

Si fundus cui iter debetur, plurium ſit, vnicuique inſolidum competit actio. & ita C & Pomponius libro quadrageſimoprimo ſcribit. ſed in æſtimatione[h] id quod intereſt veniet. ſcilicet quod eius intereſt qui experietur. Itaq; de iure[i] quidem ipſo ſinguli experiẽtur:[k] & victoria & * alijs proderit:[l] æſtimatio autem ad id quod eius intereſt reuocabitur: quamuis per vnũ adquiri ſeruitus non poſſit[m]. Sed & ſi duorum fundus ſit qui ſeruit, aduerſus vnumquemque poterit ita agi.[n] & (vt Pomponius libro eodem ſcribit) quiſquis defendit, ſolidum debet reſtituere: quia diuiſionem hæc D res non recipit.

*Confeſſoria competit contra eum qui refectionem impedit: ſicut contra eũ qui ſeruitutem denegat. Bar.*

Si quis mihi itineris vel actus vel viȩ cõtrouerſiã non faciat, ſed reficere, ſternere nõ patiatur, Pomponius libro eodem ſcribit, cõfeſſoria actione mihi vtendũ. Nã & ſi arborem impendẽtem[o] habeat vicinus, qua * viam vel iter inuium vel inhabile facit, Marcellus quoque apud Iulianum notat iter petendum[p] vel viam vindicandam. Sed de refectione viæ & interdicto vti poſſumus quod de itinere[q] actuque reficiendo competit: non tamen[r] ſi ſilice quis ſternere velit: niſi nominatim id cõuenit.[s] Sed & de hauſtu quia ſeruitus eſt, competũt nobis in rem actiones.

B *Non poteſt quis excipere de iure tertij, quod non eſt excluſiuum iuris agentis. Bartolus.*

Competit autẽ de ſeruitute actio domino ædificij neganti ſeruitutẽ ſe vicino debere, cuius ædes[t] non in totũ liberæ ſunt, ſed ei cum quo agitur ſeruitutẽ nõ debent. verbi gratia: habeo ȩdes quibus ſunt vicinæ Seianæ & Sempronianæ. Sempronianis ſeruitutem debeo. aduerſus dominum Seianarũ volo experiri altius me tollere prohibentem, in rem actione[u] experiar. licet enim ſeruiant ædes meæ,[x] ei tamen C cũ quo agitur, nõ ſeruiunt. Hoc igitur intendo, habere me ius altius[y] tollendi inuito eo cum quo ago. quantũ enim ad eum pertinet, liberas ædes habeo.[z]

*Media domus depreſſa non impedit ſeruitutem deberi: ſed media eleuata, ſeruitus interpellatur quoad eleuata ſteterit. Bart.*

Si cui omnino altius tollere non liceat[a], aduerſus eũ rectè agetur[b] ius ei non eſſe tollere. Hæc ſeruitus[c] & ei qui vlteriores ædes habet, deberi poterit.

V. PAVLVS libro vicenſimoprimo ad Edictum.

ET ideo ſi inter meas & D Titij ædes tuȩ[d] ædes intercedãt, poſſum Titij[e] ædibus ſeruitutẽ imponere, ne liceat ei altius tollere: licet tuis[f] non imponatur: quia donec tu non extollis,[g] eſt vtilitas ſeruitutis.

VI. VLPIANVS libro ſeptimodecimo ad Edictum.

ET ſi fortè qui medius eſt, quia ſeruitutem non debebat, altius extulerit ædificia ſua, vt iam ego[h] non videar luminibus tuis obſtatur⁹ ſi ædificauero: fru

d *Veniunt.* ſic & in ea quæ pro vſufructu: vt ſupra ſi vſusfruct. peta. l. vti frui. §. in his. & § penul. & §. fin. & not. fructus, & non vſumfructum debet: ne ſit contra infra de vſufructu leg. l. j. & ſupra tit. ij. l. cum eſſent. Item not. quòd non poſsidet qui agit: alias non venirent fructus: vt ſupra. ſi vſusfru. peta. l. penul.

e *Non prohiberi.* not. intereſſe pro fructu computari, quia alias æſtimari non poteſt: vt j. de vſur. l. videamus an in omnibus. in fine legis.

f *Non vti.* id eſt non fuiſſe vſum. Azo.

g *Et Pomponius.* non ſolum Labeo.

h *In æſtimationem.* id eſt dum æſtimatur intereſſe qđ mihi præſtatur cum eſſet conſtituta. vel id eſt fructus: quia nõ fuit præſtita. & facit infra de aqua pluu. arc. l. ſupra. §. quòd ſi is. & §. item ſi opus.

i *De iure.* id eſt de ſeruitute. Azo.

k *Experientur.* ſcilicet inſolidum.

l *Proderit.* ſed non nocet. quod eſt mirabile: vt infra eodem. ſed ſi de communi. vel poteſt dici nocere: vt ibidem no. Azo. Item no. quod ſtatuitur in vno, & in eius ſimili: vt C. de diuer. reſcri. ſi libellum.

m *Non poſsit.* no. vindicat aliquis inſolidũ, licet per vnum non quæratur pluribus: vt ſupra communia prædio. l. finali.

n *Ita agi.* ſcilicet inſolidum, argu. infra de aqua plu. arcen. l. ſupra iter. §. Caſsius. Sed contra infra eodem. & ſi forte. §. ſi ædes. Solu. dicas ibi ſpeciale in ea ſeruitute: vel dicas referri ad id quod dixe- A rat de vſufructu.

o *Impendentem.* id eſt valde pendentem.

p *Petendum.* ſcilicet confeſſoria. ſic & ſi habet actum qui ſeruitutem inhabilem faciat: vt infra de aqua plu. arcen. l. ſupra iter. in princip.

q *De itinere.* ſcilicet ſecundo capite, quod eſt infra de itine. actuque pri. l. iij. §. ait prætor. & not. quòd in iſto interdicto duo probari oportet: vt ibi dicit: in confeſſoria vnum ſufficit, ſcilicet ſeruitutem debitam, vt hic: & ſic habet naturam proprietatis: vt & quȩdam alia: vt infra de interdi. l. ij. §. quædam. Item non impedit vſum ſeruitutis qui reficere prohibet: vt infra de acqu. poſ. l. pen. §. j. & infra de vi & vi ar. l. vim facit. & ideo refectio eſt permittenda, vt hic, & ſupra de ſeruit. ruſt. præd. l. certo. §. ſi totus. & l. Quintus. & ſupra titu. j. l. refectionis.

r *Non tamen.* ſcilicet proponetur interdictum, vel confeſſoria.

s *Conuenit.* nam ſic nõ debet quis reficere locũ ſeruientem: vt infra de aqua plu. arcen. l. ſi prius. §. j.

t *Cuius ædes.* etiam ei cuius ædes non in totum liberæ ſunt. Azo.

u *In rem actione.* id eſt negatoria.

x *Aedes meæ.* ſcilicet Sempronianis ȩdibus.

y *Altius.* ſicut minus tribuit, qui nihil tribuit: vt infra de trib. illud videbatur enim ꝙ poſſet alte: quia prohibitum fuit hoc tantum ne altius tolleret. Azo. hic no. quòd quo ad certam perſonam agere prohibetur. ſic & infra qui po. in pig. ha. l. ſi prior. §. ſed ſimpliciter. & C. res inter ali. &c. argu. contra infra de excep. do. l. ij. §. plane.

z *Aedes habeo.* ar. C. de rei vindi. l. res alienas. Accur.

a *Non liceat.* quia teſtator prohibuerat gratia vicinorum omniũ.

b *Agetur.* à quocunq; cuius intereſt.

c *Hæc ſeruitus.* altius non tollendi, de qua modo ſupra proxi. dixit.

d ET *ideo.* *Tuæ.* Id eſt mediæ. Azo.

e *Aedibus.* vlterioribus.

f *Tuis.* id eſt medijs.

g *Non extollis.* medias. Azo. vt ſupra titu. j. l. in tradendis. §. interpoſitis.

h ET *ſi forte.* *Vt iam ego.* qui debeo ſeruitutem. & ſic mutat perſonas. Accur.

† *Limita hãc l. ſecũdum Baldũ dum vult illũ non habere dominiũ qui habet ſeruitutem. dic hoc verũ habita relatione ad corpus: ſed ad ipſum iusbene habet dominiũ ſui iuris. facit. l. 3. ſi vſuſfru. peta. ſupra.*

* *Victoria vnius alijs.*

* *quæ.*

ſtra intendes ius mihi non eſſe ita ædificatũ habere inuito te. ſed ſi intra tempus ſtatutũ[a] rurſus depoſuerit ædificium ſuum vicinus, renaſcetur[b] tibi vindicatio.

*Iſtæ actiones competunt etiam quaſi poſſidenti ſeruitutem: & quaſi poſſeſſio dicitur, ſi domus detinetur depreſſa: ſecus ſi fuerit eleuata. Bartolus.*

Sciendũ tamẽ in his ſeruitutibus poſſeſſorẽ eſſe eum iuris[c], & petitorem. & ſi fortè non habeã ædificatũ altius in meo, aduerſarius meus poſſeſſor eſt.[d] nam cum nihil ſit innouatum, ille poſſidet: & ædificantẽ me prohibere poteſt & ciuili actione[e], & interdicto quod vi aut clam.[f] Idem & ſi lapillis[g] iactu impedierit. Sed & ſi patiente eo ædificauero, ego poſſeſſor ero effectus[h].

*Hic iuriſconſultus vſque ad l. ſicuti. §. Ariſto. loquitur de ſeruitute oneris ferendi, & tigni immittendi. & breuiter hoc intendit: Pro ſeruitute oneris ferendi competit hæc actio etiam vt reficiatur paries qui debet ſuſtinere onus, quæ actio eſt in rem, & competit cuilibet ex dominis inſolidũ. ſicut in alijs ſeruitutibus. Bartolus.*

Etiã de ſeruitute quæ oneris ferendi cauſa impoſita erit, actio nobis cõpetit: vt & onera ferat, & ædificia reficiat ad eum modum qui ſeruitute impoſita comprehenſus eſt. & Gallus putat non poſſe ita ſeruitutem imponi, vt quis facere aliquid cogeretur: ſed ne[i] me facere prohiberet. Nã in omnibus ſeruitutibus refectio ad eũ pertinet, qui ſibi ſeruitutem adſerit:[k] non ad eum cuius res ſeruit. Sed eualuit * Seruij ſententia in propoſita ſpecie[l], vt poſsit quis defendere ius ſibi eſſe cogere aduerſarium reficere parietem ad onera ſua ſuſtenda. Labeo autem hanc ſeruitutem nõ hominem debere, ſed rem, denique licere domino rẽ derelinquere[m] ſcribit.[n] Hæc autem actio[o] in rem magis eſt quàm in perſonam: & nõ alij competit,[p] quàm domino ædium, & aduerſus dominum[q]: ſicuti cæterarum ſeruitutium intentio.[r] Si ædes[s] plurium dominorum ſint, an inſolidum agatur[t], Papinianus libro tertio quæſtionum tractat: & ait ſingulos dominos inſolidum[u] agere: ſicuti de ceteris ſeruitutibus, excepto vſufructu[x].

B ſed non idem reſpondendũ inquit,[y] ſi communes ædes eſſent quæ onera vicini ſuſtinerent. Modus autem refectionis,[z] in hac actione[a] ad eum modum pertinet, qui in ſeruitute impoſita cõtinetur: fortè vt reficiat lapide quadrato,[b] vel lapide ſtructili, vel quouis alio opere quod in ſeruitute dictum[c] eſt.

*In hac actione veniunt fructus. item paries poteſt effici melior, non deterior. Bartolus.*

Veniunt & fructus in hac actione, id eſt commodum quod haberet ſi onera ædiũ

C eius vicinus ſuſtineret. Parietem autem meliorẽ quidem quàm in ſeruitute impoſitum eſt. facere licet: deteriorem ſi facit, aut per hanc actionem, aut per operis noui nuntiationem prohibetur.[d]

*In hac actione per officium iudicis fit reſtitutio rei, & præſtatur cautio: & cõtra non reſtituentem iuratur in litem. Bart.*

VII. PAVLVS libro vicenſimoprimo ad Edictum.

HArum[e] actionum[f] † euentus hic eſt, vt victori officio iudicis[g] aut[h] res præſtetur, aut cautio. Res ipſa hæc eſt, vt iubeat[i] aduer-

D ſarium iudex emẽdare vitiũ parietis, & idoneum præſtare. Cautio hæc eſt, vt eum iubeat de reficiendo pariete cauere, neque ſe neque ſucceſſores ſuos prohibituros altius[k] tollere[l], ſublatumq; habere. Et ſi cauerit,

a *Statutum.* ad amittendam ſeruitutem. x. vel. xx. an. vt ſ. de vſufruc. ſi in area. Sed quid ſi poſt? Reſpond. adhuc erit reſtituenda: quod dic vt dixi ſ. de ſer. ruſt. præd. l. & Atilicinus.

b *Renaſcetur.* quo ad effectum: nec enim perijt ipſo iure: vt ſupra titu. j. in tradendis. in fin. ſed ſi poſt, tunc renouatur: vt infra titu. j. l. ſi locus. Item vbi intra tempus verè amittitur, vt per flumen: ita reſtaurata ipſo iure reſtituitur. ſed ſi poſt tempus reſtauratur, tunc per officium iudicis renouatur: vt d. l. ſi locus. & ſupra qui. mo. vſusfru. amit. l. repeti. & l. niſi ſublato.

c *Iuris.* id eſt ſeruitutis. & de hoc ponit exemplũ. & ſi forte &c. & adde quod eſt ſupra ſi vſusfru. pe. l. pe. ſicut.

d *Poſſeſſor eſt.* id eſt quaſi poſſeſſor ſeruitutis. nec enim eſt vera poſſeſsio in incorporalibus: vt j. de acquir. po. do. l. ſeruus. §. incorporales. Accur.

e *Et ciuili actione.* confeſſoria. Azo. & quod vi aut clam, vt ſubijcit, quod non domino ratione iuris datur: vt infra quod vi aut clã. l. denique. in prin.

f *Quod vi aut clam.* id eſt per metum interdicti futuri. nam pro opere facto tantũ cõpetit: vt j. de oper. no. nun. l. j. §. j. habet autẽ locum ſiue præceſsit nuntiatio, ſiue non: ſi modo clam fecit: vt j. quod vi aut clam. l. ſeruitus. & l. prohibere. §. fin.

g *Lapillis.* vt retineat poſſeſ. iactus enim lapilli poſſeſsionem retinere, non autem amittere facit: vt infra de ope. noui. nun. l. de pupillo. §. meminiſſe. Itẽ per vſum: vt ſupra l. proxi. & ſupra de ſeruit. vrba. præd. ſeruitutes quæ in ſuperficie. in fin. Sed videtur quòd pro ſeruitute nõ fiat nuntiatio: vt infra de ope. no. nun. l. qui viam quæ eſt contra. Sol. hic in vrbica ſeruitute loquitur, in qua aliud eſt quam in ruſtica: vt ſ. de ſerui. vrba. præ. l. inter ſeruitutes. §. fin. vel vt ibi.

h *Effectus.* ſic ergo patientia præiudicat. vt C. ad Vell. l. ſi ſine. §. quòd ſi patientiam. & infra de aqua plu. arcen. l. Sabinus. in principio.

i *Sed ne.* id eſt ſic imponi poteſt, ne &c. nam hæc eſt ſeruitutum natura: vt ſ. de ſeruit. quotiens.

k *Adſerit.* vt j. eo. l. j. in ſi. Accurſius.

l *Propoſita ſpecie.* ſecus in alijs ſpeciebus, vt dixi modo. per l. ſ. de ſer. quotiens. & ſic in hac ſpeciale: vt hic. & infra eo. l. prox. & l. ſicut. j. reſp. & §. diſtant. & ſupra de ſer. vrba. prædi. l. eum debere.

m *Derelinquere.* idem in vſufruct. vt ſ. de vſufruct. l. cũ fructuarius. & l. ſed cum. Azo.

A n *Scribit.* & ſic no. reficere, quod nõ liceret ſi pſona eſſet obligata. Sed ob. in cauſa noxali, vbi eſt obligatio perſonalis: & tamen poteſt rem relinquere. ſed & ibi in rẽ ſcripta eſt. Acc.

o *Hæc autem actio.* confeſſoria quæ proponitur pro ſeruitute oneris ferendi.

p *Competit.* directa, ſed vtilis ſic. vt. no. ſ. e. l. j.

q *Et aduerſus dominum.* noli repetere, non: ſed dicas quòd aduerſus quemlibet qui ſeruitutem impedit, datur confeſſoria: vt j. eo. l. ſi quis diuturno. §. fi.

r *Intentio.* i. actio.

s *Si ædes.* quibus ſeruitur.

t *Agatur.* pro ſeruitute oneris ferendi.

u *Inſolidum.* licet æſtimatio ad id qđ intereſt reuocetur: vt ſ. e. l. loci. § ſi fundus. Acc.

x *Excepto vſufructu.* qui eſt diuiduus, ideoq; p partibus petitur: ſed aliæ ſeruitutes ſunt indiuiduæ, vt j. ad l. fal. l. j. §. ſi vſusfru. & ſ. de vſufruct. vſusfructus & ab initio. Accur.

y *Inquit.* quod ſupra dictũ eſt in vſufructu, ſi communes ædes. idẽ tamen quod in ceteris ſeruitutibus, vt ſ. e. l. loci. §. ſed ſi dominorum. quæ eſt contra. vel vt ibi.

z *Refectionis.* parietis pro onere ferẽdo. Acc.

a *Actione.* qua agitur pro hac ſeruitute, vel opere vt fiat. Accur.

b *Lapide quadrato.* [a] aliàs lapide quadrato. & aliàs lapide manu ſtrato.

*a De lapide quadrato pulchrè Bu. l. ſicut. infra eod.*

c *Dictũ.* ſeruatur ergo dictũ, vt hic, & ſ. eo. loci. §. ſi quis mihi. ſi nihil eſt dictũ, ſeruatur conſuetudo: vt j. de aqua plu. arcen. l. ſi prius. §. placuit.

d *Prohibetur.* & hæc nũtiatio habet cauſam impoſitiuã: vt j. de ope. noui nun. l. de pupillo. §. & bellè Sextus. ſecus in ruſtica: vt j. de ope. no. nũ. l. qui viã. Accur.

*† Glo. 2. in c. duo ſimul. extra de offi. iud. ordi. adducit hanc l. in arg. quòd qui eſt in poſſeſ. alicuius rei, debet in ea defendi. üsq lo.*

HArum. ⁊ CASVS. Debes mihi onus ferendi ſeruitutem. teneris quidẽ ad duo: vt reficias parietẽ, & patientiã. Item vt caueas de tenendo in futuro, & patiendo: ſed ſi non præſtes, iurabo in litẽ.

e *Harũ.* adhuc ſuperiorem materiam proſequitur.

f *Actionũ.* quibus agitur de pariete faciendo. & quibus agitur de patientia præſtanda.

g *Officio iudicis.* hoc poſt litem conte. ſecus ſi ante, vbi tantũ cautio interponitur: vt j. de ope. no. nun. ſi prius. Accur.

h *Aut.* pro &.

i *Iubeat.* ſ. pciſe, vt ſ. l. pxi. §. etiã. & ſ. de rei vin. l. q reſtituere.

k *Altius tollere.* ſcilicet parietem, etiã imponere ei, & ibi tenere onera: vt j. l. proxi. §. ij. vel altius tollere ædificium cui debetur ſeruitus, niſi plus grauet: vt ſ. de ſerui. vrba. præd. l. ſeruitutes. §. ſi ſublatum.

l *Tollere.* ſimilis cautio eſt ſupra de vſufruct. l. cuiuſcũq; §. ſi fun-

fundus.ſed an hic vtraque ſimul preſtet.ſ.de reficiẽdo, & q; nõ prohibeat: Reſpon.ſimul vtramque à prin præſtat:licet à principio non venerit dies reficiendi: vt arg.ſ.vſuſfruc. quẽadm.ca.l.j.j.reſpon.& §.an autem.& ſ.de iud.in l.omnibus.

a *Abſoluetur.* ſententia interlocutoria à cautione,vnde omne iudiciũ abſolutorium dicitur,ſi ante ſententiam diffinitiuam cauerit:vt inſti.de perpe. & temp.act.§.fi.

b *Condemnet.* ſcilicet iudex: idem dicas etiã ſi cautio præſtetur:res autem nõ ſupereſt. eſt enim in rem actio pro ſeruitute, in qua iuratur in litem: vt infra de in lit.iur.l.j.& l. in actionibus. Sed quid econtra ſi res, non cautio præſtatur, an propter cautionem iuretur in litem? Reſpon. non:ſed captis pignoribus coërcebitur ad cautionem iudicis officio: vt inſt. de ſatiſd. tuto.§.ſciendum. non enim iurari poteſt in litem: quia ad cautionem neque act. bo. fi. neque in rem agi poteſt:ſed iudicis officio tantum.

*d Collige ex iſta glo. ſecundum Bal. quòd abſolutoria ab obſeruatione iudicij, eſt interlocutoria. ad hoc ſemper alle gatur. et ſa cit infra de accuſa.l.cũ Titia.*

S *Icuti.* CASVS. Debes mihi ſeruitutẽ oneris ferendi. ſicuti debes reficere: ſic interim dum reficis parietem, debeo prouidere mihi ne ruat domus mea:& contra me ages vt interim non te impediam, cogendo te ad fulturam: vel ages contraria, ne te de ſeruitute tali inquietem dũ reficis. COMPETIT. Conſtituiſti mihi ſeruitutẽ vt in pariete tuo apponerem tigna, ſupra quibus facerem porticum coopertam ſuper columnis. bene valet. & agere contra te potero, ſi ego meis ſumptibus hoc faciam, licet in ſuperiori ſeruitute,id eſt oneris ferendi,ſit ſecus:quia reficit qui debet onera ſuſtinere. §. ſequens planus eſt. ARISTO. Neque dominus inferioris domus fumum, neque dominus ſuperioris aquam in domum inferiorem poteſt immittere iure ſeruitutis, niſi conſtituta ſit: neque fragmenta lapidum. Si ergo aliquis ædem ſuperiorem conduxit: quaſi liceat iure ſeruitutis ei immittere fumum. agit cõtra locatorem ad intereſſe. & fumum immittere prohibetur actione negatoria.ſicut & ſi debetur,confeſſoria agitur cõtra ſuperiorem, niſi patiatur immitti.Item ſi quis ſit in poſ.ta lis ſeruitutis,ſcilicet immittendi: agit vti poſſidetis: vt qui melius probabit ſe poſſidere, ille obtineat. APVD POMPO. Si conuenerit inter me & Titium per pactum, vt in meo, de quo ſua non intereſt, liceat facere fumum: non valet ſeruitus. ſicut ſi conceſſi vt liceat ſedere vel lauare mihi in meo: vel non liceat. ſed contra hoc valet, vt per fundum tuum viam habeam: vel cuniculum, id eſt riuum coopertum. Viuianus.

*† Columnæ ſtructiles ſunt, quæ aut lapide quadrato aut latericulis extructæ ſunt, quæ pilæ etiam dicuntur. Bud. hic.*

abſoluetur[a].ſi verò neque rẽ præſtat, neque cautionem, tanti condemnet,[b]quanti actor in litem iurauerit.

*Quando paries ſeruiens reficitur,fultura ne domus dominans corruat, ad dominum eius pertinet.h.d.et eſt notabilis caſus.Bar.*

VIII. VLPIANVS libro octauodecimo ad Edictum.

Sicut autem refectio parietis ad vicinum [c] pertinet, ita fultura ædificiorum vicini cui ſeruitus debetur, quandiu paries reficietur,ad inferiorem vicinum nõ debet pertinere [d]. Nam ſi non vult ſuperior fulcire, deponat: & reſtituet [e] cum paries fuerit reſtitutus. Et hic quoque ſicut in ceteris ſeruitutibus actio contraria dabitur:hoc eſt, ius tibi non eſſe me cogere [f].

*Iuriſconſultus hic aliqualiter mutat materiam:& breuiter hoc intendit: Actio confeſſoria competit pro ſeruitute tigni immittendi: in qua dominus non cogitur reficere pariete. & in hoc differt à ſeruitute oneris ferendi. Bartolus.*

Competit mihi actio[g] aduerſus eum qui ceſſit mihi talem ſeruitutẽ, vt in parietem [h] eius tigna immittere mihi liceat:ſupraq; ea tigna verbi gratia porticum ambulatoriam facere:ſuperque eũ parietem columnas ſtructiles † imponere: quæ tectum porticus ambulatoriæ ſuſtineant. Diſtant autem hæ actiones[i] inter ſe, quòd ſuperior quidem locũ habet etiã ad compellendum vicinum reficere parietem meum: [k] hæc verò locum habet ad hoc ſolũ vt tigna ſuſcipiat: quod non eſt contra genera ſeruitutium.[l]

*Si tigna ſunt immiſſa,dicitur quis eſſe in quaſi poſſeſſione ſeruitutis:ſin autem,dicitur eſſe aduerſarius in quaſi poſſeſſione libertatis. Bartolus.*

Sed ſi quæritur, quis poſſeſſoris[m],quis petitoris partes ſuſtineat:ſciendũ eſt: poſſeſſoris partes ſuſtinere, ſi quidem tigna immiſſa ſint, eum qui ſeruitutem ſibi deberi ait.ſi verò non ſunt immiſſa, eum qui negat. Et ſi quidem is obtinuerit qui ſeruitutem[n] ſibi defendit,[o] non debet ei ſeruitus cedi: ſiue rectè pronũtiatum eſt, quia habet: ſiue perperam, quia per ſententiam non debet ſeruitus conſtitui, ſed quæ eſt declarari.[p] Planè ſi non vtendo amiſit [q] dolo malo domini ædium poſt litem cõteſtatam,reſtitui ei oportet, quemadmodum placet in domino ædium.[r]

*Dominus partis inferioris nõ poteſt in ſuperiores iure ſeruitutis fumum immittere. & dominus partis ſuperioris non poteſt in inferiores immittere aquam:niſi aliud actũ ſit. & pro his competunt hæ actiones, & etiam interdicta poſſeſſoria. Bartolus.*

Ariſto Cerellio Vitali reſpõdit, nõ putare ſe ex taberna caſearia [s] fumũ in ſuperiora ædificia iure[t] immitti[u] poſſe:

c *Ad vicinum.* qui debet ſeruitutem: vt ſupra eod.& ſi forte. §. etiam.

d *Pertinere.* non ergo dabit ei columnam ad fulciendam interim domum ſuam. Accur.

e *Et reſtituet.* id eſt reficiet. Et not. quòd ironicum conſiliũ dare videtur. Accur.

f *Cogere.* id eſt fulcimenta præſtare ad ſuſtinendum. Accur.

g *Competit mihi actio.* ſcilicet confeſſoria. Accur.

h *Parietem.* id eſt in quem tignum immiſi.

i *Hæ actiones.* id eſt cõfeſſoria de ædificio vel onere ſuſtinẽdo in pariete tuo:vt ſ.in princ.huius l.& l.ſi forte.§.etiam & confeſſoria de tigno immittendo in parietem vel ædificium tuum. nam licet vtrobique ſuſtineatur onus, tamen quia prima ſpecialiter de onere ferendo dicitur, non in ſecunda: quia in prima ſeruitutem reficere, in ſecunda pati immiſſionem ſi ædificatum habet cogitur. Azo.

k *Meum.* id eſt ſeruientem. & ita quid dicitur meum. hic infra eo. quod cũ eo. l.j.in prin. Accur.

l *Seruitutum.* id eſt generalitatem, vel regulam:ſed prima ſic, vt de ſerui.l.quotiens.& ſ.eo.& ſi forte.§.etiam.

SI *ſic.*} CASVS. Cōceſsiſti mihi vt ex fundo tuo liceat mihi aquam æſtate ducere: vel vno mēſe tantum anni. quæritur quanto tēpore perdā nō vtendo? Et dicit duplicato: vt pro x. an. xx. ponantur inter præſentes, & ꝓ xx. an. xl. ponantur inter abſentes. ſec⁹ eſt ſi modicū interuallū: puta ſi alternis dieb⁹, vel horis. tunc enim non duplicatur: ſed x. an. inter præſentes, & xx. inter abſentes ſufficiant. Viuia.

r *Et ſi.* ex hac copula &, colligo ſic reſponderi ad quæſtionem præmiſſam, ſicut ad ſimiles ſtatim reſpondetur: vt ſcilicet tempus duplicetur.

s *Conſtituto.* i. vicennio inter præſentes, & abſentes quoq;: vt hic, & C. eo. l. ſi. nam nulla præter hypothecariā extenditur ad xl. ann. ſecundum Ioan. alij in vtroq; caſu dicunt duplicari tempus.

t *Die.* q. d. non nocte.

u *Vna ſeruitus eſt.* melior eſſet ratio, quia interualla breuiora habet: vnde maior negligentia fuit petentis, quàm ibi vbi ſunt longiora interualla: vtrobiq; tamen vna ſeruitus, eſt: vt hic, & j̄. de vſufr. leg. l. cū vſusfructus. Sed contra. j̄. de aqua pluuia. arcen. l. ſi prius. in prin. vbi dicitur quod altera eſt ſeruitus aquæ æſtiuæ, & altera hymalis. Solut. ibi diuerſæ fuerunt conceſsiones: hic vna, & vno tempore. Item quod hic dicit, vnam præſcriptionem ſufficere, eſt ſecus in vſufru. vt s̄. quib. mod. D vſusfr. amit. l. j. §. vſq;. Sed illud ideo, quia poteſt conſtitui ex tēpore, & ad tempus: & ſic ſunt plures vſusf. vt s̄. de vſufru. l. iiij. aliæ ſeruitutes non: vt s̄. de ſeruit. l. ſeruitutes. & ideo quaſi puta ſit continua, currit pręſcriptio. Nec diſtinguo, an ille cui debetur via, ſciuerit vel neſciuerit viam ſibi debitam, vel non: vt j̄. eod. partem. §. j. vnde patet quòd amittitur etiam ſi non poſsit alicui imputari negligentia: licet de æquitate forte per reſtitutionem ſubueniatur: vt s̄. de ſer. ruſt. præd. l. & Atilicinus. Item hoc in ruſticis ſeruitutibus. In vrbanis autem non, ſufficit me non vſum: ſed te præſtare impedimentum: vt s̄. de ſer. ruſt. præd. l. hoc autem. Accurſius.

x *Hora quotidie.* Sed quid ſi in ſeptimana? Reſpon. potius idē, quod in menſe, quàm in die: quia odia reſtringenda ſunt: vt infra de lib. & poſthu. l. cum quidam.

SI *ſtillicidij.*} CASVS. Ius ſtillicidij recipiendi in area tua, vel ius eundi per fundum tuum mihi permiſiſti. ſi ædificas in area, vel in fundo me volente & permittente, ſeruitutem amitto tacite: & remittere videor: ſecus eſt ſi parte itineris vtor: quia totum ius retineo. Viuianus.

y *Permiſero.* animo donandi: vt s̄. commu. præd. l. ſi precario.

z *Amitto ius.* ſola conceſsione. Sed contra, s̄. de ſer. vrb. prædio. ſi domus. Sol. vt ibi. Accurſius.

*Itineris;*

1045

Is qui per partē itineris it[a], totum ius vſurpare[b] videtur.

IX. IAVOLENVS libro tertio ex Plautio.

AQua* ſi in partē[c] aquagij * influxit, etiā ſi non ad vltima loca peruenit: omnibus tamen partibus vſurpantur.[d] *

*In diuiduis retinet quis per ſocium quod per ſe non poteſt. Bartolus.*

X. PAVLVS libro quintodecimo ad Plautium.

B

SI communem fundū ego & pupillus haberemus, licet vterque[e] non vteretur, tamen propter pupillum & ego[f] viam retineo.

*Qui vtitur alio tempore quàm quo ſibi debetur ſeruitus, ſeruitutem non vtendo amittit. Bartolus.*

Si is qui nocturnam aquā habet, interdiu[g] per conſtitutum ad amiſsionem tempus vſus fuerit, amiſit nocturnā[h] ſeruitutem, qua vſus nō eſt. Idem eſt in eo qui certis horis aquæ ductum habens, aliis vſus fuerit, nec vlla[i] parte earum horarum.

*Qui vtitur ſeruitute plus debito ſeruitutem retinet. Bartolus.*

C

XI. MARCELLVS libro quarto Digeſtorum.

IS cui* via vel actus debebatur, vt vehiculi certo genere[k] vteretur, alio genere fuerat vſus. videamus ne amiſerit ſeruitutem[l], & alia ſit eius conditio, qui amplius oneris quā licuit vexerit. magisq́;[m] hic plus quàm[n] aliud egiſſe videatur, ſicuti [ſi] latiore itinere vſus eſſet, aut ſi plura iumenta egerit quàm licuit, aut aquæ admiſcuerit aliam. ideoq́; in omnibus iſtis quæſtionibus[o] ſeruitus quidem non amittitur: non autē conceditur plus quàm pactum eſt in ſeruitute habere.

*Reſolutio iure concedentis, reſoluitur ius ſeruitutis conceſſæ ab eo. Bartolus.*

Heres, cum legatus eſſet fundus ſub conditione, impoſuit ei ſeruitutes[p]. extinguentur[q] ſi legati conditio exiſtat. Videamus an adquiſitæ ſequantur legatarium. Et magis dicendum eſt vt ſequantur.

*Seruitus retinetur per quemcunq́; vtentem, & etiam per aquam naturalem currentem. Bartolus.*

XII. CELSVS libro viceſimotertio Digeſtorum.

QVi fundum † alienum bona fide emit, itinere quod ei fundo debetur, vſus eſt. retinetur[r] id ius itineris: atque[s] etiam ſi precario, aut vi deiecto domino poſsidet. Fundus enim qualiter* ſe habens,[t] ita cum in ſuo habitu[u] poſſeſſus eſt, ius non deperit: neque refert, iuſtè nécne poſſideat qui talem eum poſsidet. Quare fortius, & ſi aqua per riuum ſua ſponte perfluxit, ius aquæ ducendæ retinetur[x]. quod & Sabino rectè placuit, vt apud Neratium libro quarto Membranarum ſcriptum eſt.

*Medius locus non ſeruiens, ſeruitutem interpellat, non extinguit: & ideo ante finitū tempus præſcriptionis poteſt reſtaurari. Bartolus.*

XIII. MARCELLVS libro ſeptimodecimo Digeſtorum.

SI quis ex fundo cui[y] viam vicinus deberet, vendidiſſet locum proximum ſeruienti fundo non impoſita ſeruitute[z], & intra legitimum tempus quo ſeruitutes pereunt, rurſus eum locum adquiſiſſet, habiturus eſt ſeruitutem quam vicinus debuiſſet[a].

D

*Si fundo flumine occupato alluuione ſeruitus extinguatur, ſeruitus reſtituitur. Bart.*

XIIII. IAVOLENVS libro decimo ex Caſsio.

SI locus per quē via aut iter aut act[us] debebatur, impetu

a *Itineris it.* id eſt vadit.

b *Vſurpare.* i. retinere. hoc autem verum, ſi vnus eſt dominus viæ. idem ſi plures pro indiuiſo: ſed pro diuiſo diſtinguitur: vt ſupra e. l. nam ſatis. §. ſed ſi fundus.

SI *in partem.*} CASVS. Adquiſiui totali fundo meo ſeruitutem aquæ ductus: quāuis in aliqua parte agri fluxit illa aqua: nihilominus aliis partibus, quibus ſeruitus debebatur, retinetur ius aquæ ducendæ.

c *Si in partem agri.* non diuiſa: alioquin cōtra. ſ. l. nam ſatis.

d *Vſurpatur.* id eſt vſu retinetur. & hoc quo ad ſeruitutem, vel quo ad cōfeſſoriam: vt hic & ſupra l. proxi. in fine. Et arg. j. de adquiren. poſ. l. iij. §. j. non autem quo ad poſſeſſorium iudiciū, quod pro ſeruitute datur: vt j. de itin. actuque pri. l. j. §. Iulianus ait. quæ eſt contra.

SI *communem.*} CASVS. Ego & pupillus habemus fundum communem. nemo noſtrum vtitur hoc propter ætatē. non perdit non vtendo. certe & eius auxilio non perdam non vtendo. {SI IS.} Aliquis forte conſtituit talem ſeruitutem, vt liceret ei ducere aquam tantum in nocte. ille vſus fuit per x. an. in die, non in nocte: amittit ſeruitutem. Viuianus.

e *Vterque.* id eſt neuter. Azo.

f *Et ego.* quia indiuiduum eſt: ideoque aut tota retinetur, aut tota amittitur: vt hic, & ſupra de ſerui. ruſti. præ. l. vna. Pars enim pupilli eſt inuſucapibilis: vt j. de adquirē. re. do. l. bo. fid. Item not. hic quòd non poſſum per me, poſſum per alium: vt infra quæ res pign. ob. poſ. l. Ariſto. Accurſius.

g *Interdiu.* i. in die.

h *Amiſit nocturnā.* nec ſibi tempore quæſiuit ſeruitutem diurnam: quia non habet perpetuam cauſam. ſed videtur quòd nec amittat: vt infra de aqua quotj. & æſti. l. cum conſtet. §. inter duos. Sed aliud in vno, vt hic: aliud in pluribus quorum quilibet vtitur pro alio eius voluntate. nam ille videtur vti, cum pro eo alius vtatur: vt arg. j. eo. l. vſu.

i *Nec illa.* vt j. eo. ſi quis alia. ſi autem illa eadem, tunc retinet: vt infra l. proxi. Accurſius.

SI *is cui.*} CASVS. Certo modo habebam ſeruitutis actum per agrum tuum, puta biga: ſed decēnio vſus fui quadriga. an perdam non vtendo, quia decennio non fui vſus biga? Et dicit quòd non: quia fui vſus plus, non alia ſeruitute: & addit ſimilia. {HERES.} Deceſsiſti, & me heredem inſtituiſti: & tuum fundum ſub conditione legaſti. an poſsim illi fundo ſub conditione legato ſeruitutem imponere: quæritur. Et reſpon. quòd non, quin extinguatur conditione adueniente. ſecus eſt contra: quia bene poſſum ſeruitutem illi adquirere fundo ſub conditione legato: & conditione exiſtente ſequi-

ff. Vetus.

k *Certo genere.* puta biga vel triga. & hoc pertinet ad modum conſtituendæ ſeruitutis: vt ſ. de ſeruitu. l. iij. §. modum. & §. fi.

l *Seruitutem.* reſpon. ſic, vt ſ. l. proxi. Accurſius.

m *Magiſq́ue hic.* qui amplius quàm licuerit oneris vexit.

n *Plus quàm.* No. ergo quòd cū ſit plus quàm fieri debet, videtur etiā ipſum fieri qđ eſt faciēdum: vt hic & infra de re iu. ſi ſe. §. ſed & ſi pignori. & ſ. de ſtatu ho. l. non ſunt liberi. & ſ. de ſer. vr. prę di. ſi arborem. §. per cōtrarium. & j. de aqua quoti. & æſti. l. j. §. item quæritur. & l. cum cōſtet. Sed argu. contra. j. manda. l. diligenter. in princ.

o *Quæſtionibus.* quibus plus facit, non aliud. Accurſius.

p *Impoſuit ei ſeruitutes.* nā & alienare & obligare poteſt iure veteri: vt j. de pig. greg. §. j. & j. de fideicō. liber. l. generaliter. in fi.

q *Extinguentur.* quaſi olim facto domino legatario: vt j. de peri. & commo. rei vend. l. neceſſario. §. quòd ſi pendente. & facit j. de condic. & demon. l. ſi fundum à te.

QVi *fundum.*} CASVS. Poſsideo fundum dominantem, & vtor ſeruitute. non quidem perditur non vtendo: ſiue ſim dominus fundi dominantis, ſiue bona fid. poſſeſ. ſiue mala fid. poſſ. nam & ſi erat ſeruitus aquæ, vt interfluat per ſe, ſemper retinetur. Viuianus.

r *Retinetur.* per bon. fid. poſſ. iſtum: vt ſ. eo. ſeruitus. nam & per malæ fid. retinetur, vt ſubiicit, & j. eod. l. penul. Accurſius.

s *Atque.* ſ. verum eſt vt retineatur.

t *Qualiter ſe habens.* i. qualitercunq́; poſsideatur: vel qualitercūque ſit ei cōſtituta ſeruitus. Azo. vel, id eſt, qualitate ſeruitutis habens ſe qualem. nam ſeruitus facit fundum qualem.

u *In ſuo habitu.* i. ſua habitudine, id eſt ſeruitutis qualitate.

x *Retinetur.* vt j. de aqua quoti. & æſti. l. j. §. quæſitum. Accur.

SI *quis.*} CASVS. Vendidi vnum iugerum de fundo meo quod erat proximum ſeruienti: & non impoſui ei iugero ſeruitutem. Certe non poſſum vti ſeruitute quin medium quod non ſeruit impediat ſeruitutem. ſed ſi rem iterum emi antequam labatur decēnium, reuertitur ſeruitus in priſtinum ſtatum.

y *Cui.* ſcilicet fundo.

z *Seruitute.* ei parti quam vendidit. Azo. & ſic non potuit vti interim ſeruitute: vt ſ. de ſerui. vrba. prædi. l. qui ſella. §. fin. & de ſerui. ruſti. prædi. l. via. §. fi. Accurſius.

a *Debuiſſet.* ceſſauit enim ſeruitus: non fuit extincta: vt ſupra de ſerui. ruſti. præd. l. tria. & ſ. tit. j. & ſi forte. circa princip. Sed quid ſi poſt tempus? Reſpon. non reſtituitur, quia ſua culpa aliàs ſecus: vt infra l. proxi.

† *Ad intellectū iſtius l. vide Bar. in l. cū ſeruus. in fin. j. de verbo obl. & quod no. per eum dē in l. 1. §. ſi tibi fundū. j. de itine. act. priuato.*

* *Qualiter ſe habens. ſic j. de ver. ſignific. l. quid aliud.*

a SI *locus*. *Reſtituitur*. ipſo iure: vt & ſ.quib.mo.vſusfru.amit. l.cum vſumfruct.& l.ſi ager cuius.Azo.
b *Cogendus eſt*. ſcilicet ille cui adcreuit.& hoc per reſtitutionem in integrum:vt ſ.de ſeruit.ruſt.præd.& Atilicinus.in fin. & j.de iti.actuque pri.l.j.§.ſi quis.

fluminis occupatus eſſet, & intra tempus quod ad amittendam ſeruitutem ſufficit, alluuione facta reſtitutus eſt: ſeruitus quoq; in priſtinum ſtatum reſtituitur[a]. Quòd ſi id tempus præterierit, vt ſeruitus amittatur, renouare eam cogendus eſt[b]. Cum via publica vel fluminis impetu vel ruina amiſſa eſt, vicinus proximus viam præſtare debet[c].

*Redemptione vnius ex fundis ſeruientibus, non extinguitur ſeruitus debita per alios*.B.

XV. IDEM libro ſecundo Epiſtularum.

SI cum ſeruitus[d] mihi per plures fundos deberetur, medium fundum adquiſiui, manere ſeruitutẽ puto: quia totiens ſeruitus confunditur, quotiens vti ea is ad quẽ pertineat, non poteſt. Medio autem fundo adquiſito poteſt conſiſtere vt per primum & vltimum iter debeatur.

*Si per eundem riuum aqua ad plura prædia ducitur, plures ſeruitutes ſunt, & poteſt vna amitti altera remanente: & quod vnus perdit, alteri non adcreſcit*.Bartolus.

XVI. PROCVLVS libro primo Epiſtularum.

AQuam quæ oriebatur in fundo vicini, plures per eundem riuũ[e] iure ducere ſoliti ſunt, ita vt ſuo quiſque die à capite duceret: primo per eundem riuũ, eumq; communem: deinde vt quiſque inferior erat, ſuo quiſq; proprio riuo[f] & vnus ſtatuto tẽpore quo ſeruitus amittitur, non duxit. Exiſtimo eum ius ducendæ aquæ amiſiſſe: nec per ceteros qui duxerunt eius ius vſurpatum eſſe[g]. proprium enim cuiuſque eorum ius fuit: neque per aliũ vſurpari potuit. Quòd ſi plurium fundo iter aquæ debitum eſſet, per vnum eorũ omnibus his inter quos is fundus communis fuiſſet, vſurpari potuiſſet. Item ſi quis eorum quibus aquæ ductus ſeruit⁹ debebatur, & per eundem riuum[h] aquam ducebant, ius aquæ[i] ducendæ non ducendo eam amiſit, nihil iuris eo nomine ceteris qui riuo vtebantur, adcreuit. Idq; commodum eius eſt, per cuius fundum id iter aquæ * quod non vtendo pro parte vnius amiſſum eſt. B libertate enim huius partis[k] ſeruitutis fruitur.

*Qui perdit principale, perdit acceſſorium*. Bartolus.

XVII. POMPONIVS libro vndecimo ex Variis lectionibus.

LAbeo ait, ſi is qui hauſtũ habet, per tẽpus quo ſeruitus amittitur, ierit[l] ad fontem, nec aquam hauſerit: iter quoque eum amiſiſſe.

XVIII. PAVLVS libro quintodecimo ad Sabinum.

SI quis alia aqua[m] vſus fuerit quàm de qua in ſeruitute imponenda actum eſt, ſeruitus amittitur.

*Tempus negligentiæ auctoris, coniungitur cum negligentia ſucceſſoris*.Bartolus.

C Tempus quo non eſt vſus præcedens fundi dominus cui ſeruitus debetur, imputatur ei qui in eius loco ſucceſsit.[n]

*Non præſcribitur libertas in vrbanis ſeruitutibus, niſi factum domini prædij ſeruientis interuenerit*.Bartolus.

Si cum ius haberes immittendi, vicinus ſtatuto tempore ædificatum non habuerit, ideoq; nec tu immittere poteris, non ideo magis ſeruitutem amittes: quia non poteſt videri vſucepiſſe vicinus tuus libertatem ædium ſuarum, qui ius tuum non interpellauit[o]. D

*Actio perſonalis pro ſeruitute, non tollitur tempore quo amittitur ſeruitus conſtituta. Item ſola promiſſione inter viuos, ſeruitus non conſtituitur: ſed legato ſic, aditione ſecuta, nec poteſt repudiari ſi ad alium tranſitum fecerit*.Bartolus.

c *Præſtare debet*. cuilibet de populo: vt in foſſatis huius ciuitatis fit. ſecundum Azo. Sed an dato pretio à fiſco? Videtur quòd ſic: vt C. de ſeruis qui pro præmio. lib. acc. l.ij. contra tamen obſeruatur.

SI *cum*.} CASVS. Quatuor erãt prædia continua quatuor dominorum, quorum vnum erat meum: per alia tria ſeruitutem eundi ad meum vltimum habebam. emi medium illorum triũ: & ſic ſeruitus medij eſt extincta. quæritur an impediar in aliis quæ non emi, quò minus non habeam? Et reſpon. quòd non eſt extincta ſeruitus. Videbatur cõtra: quia medium prædiũ quod non ſeruit, impedit ſeruitutem. ſupra de ſerui. vrban. prædior. qui ſella.§.fin.& ſupra communia prædio. l. in tradendis. Sed verius videtur id quod non eſt: vt dixi. Viuianus.

d *Si cum ſeruitus*. quatuor pone prædia, tria aliena, & vltimũ meũ cui debetur ſeruitus. & ego emi medium de tribus: licet non ſeruiat iure ſeruitutis, tamen ſeruitutem non impedit. & facit ſupra de ſerui.ruſti. prædio. tria. & infra de aqua. pluuia arcen. ſi prius. §.fin.

AQ*uam*.} CASVS. Tres eramus qui habebamus aquam ex fundo vicini: & quilibet ad ſuum prædium trahebat. quæritur an ſi vnus non vtatur aliis vtentibus retineat ſeruitutem? Et reſpõd. quòd non: ſed bene amittit non vtendo. Sed cui acceſsit, nunquid aliis ſociis vtentibus adcreſcit? Et reſpondetur quòd non: ſed adcreſcit domino prædij ſeruientis. Viuianus.

e *Per eundem riuum*. id eſt in principio aquæ. Accurſius.
f *Proprio riuo*. ſcilicet ducebat aquam.
g *Vſurpatum eſſe*. id eſt vſu retentum eſſe.
h *Riuum*. id eſt ſi quis eorum qui per eundem riuum &c.
i *Ius aquæ*. ſcilicet debebatur.& facit infra de bo.lib.l.communi liberto.argu.contra. Sed nunquid habet locum ius adcreſcẽdi inter eos quibus idem aquæ ductus eſt relictus? Reſpon. eſſe ius adcreſcendi: quia in C. de cad. tol. generaliter dicitur in §. vbi autem: eſſe ius adcreſcendi inter collegatarios.& aliud eſt hic: quia dominus proprietatis præſcipſerat ſibi libertatem, ſecundum Azo. Item illud ab initio: hic poſtea: vt ſupra de vſufruct.adcre.l.j. in fine. ibi, non vt pro- A prietas, &c.

k *Partis*. reſpectu aliarum: ſed tamen integræ remanent.

L*Abeo*.} CASVS. Conceſsiſti ius hauriendi aquam in fundo tuo: & ea vſus non fui tanto tempore quanto ſeruitus amittitur: nunquid & iter videor amiſiſſe? Et reſpon. quòd ſic.

l *Non ierit*. aliàs eſt non ierit: & aliàs non eſt nõ: & tũc dic quod iuit tantum, ſed aquam non hauſit.

SI *quis*.} CASVS. Mihi cõceſsiſti ius aquæductus: & non illa, ſed alia vſus ſum. an videar ſeruitutem amiſiſſe? Et certe ſic. {TEMPVS.} Conceſſiſti ſeruitutem fundo meo per fundum tuũ: ſteti per v. annos quòd vſus non fui ea ſeruitute: & intra illud tempus vendidi: & ille emptor ſtetit per alios quinque quod non fuit vſus ea. quæritur an obſit eidem tempus quo vſus non fuit. Et reſpond. quòd ſic: quia computatur meũ quinquennium cum illo alio quinquennio: & ſic ſeruitutem amittit emptor. {SI CVM.} Titius ſeruitutem tigni immittendi in parietem ſuum mihi conſtituit. & ſteti per tempus quòd non immiſi: quia non potui: quia ille non ædificauit: an videor amiſiſſe ſeruit. & ille eam vſucepiſſe, quæritur? Et reſpon. quòd non. Viuianus.

m *Aqua*. vt ſupra eodem.l. ſi communem. §.j. & facit. infra de aqua quoti. & æſti.l.j. §.illud autem. Accurſius.

n *Succeſsit*. vt inſtitu. de vſucap.§. inter emptorem. Accurſius.

o *Interpellauit*. ſcilicet ædificando. hoc enim eſt neceſſe in vrbanis ſeruitutibus: vt hic, & ſupra de ſeruitu. vrbano. prædio. hæc autem iura. ſecus in ruſticis, vbi ſufficit ſolum quòd non vtatur: vt ſupra eodem.l.ſi locus. Accurſius.

SI *partem*.} CASVS. Titius cõceſsit ſeruitutem per fundum ſuum meo: & partem mei fundi dominantis iunctam fundo qui mihi ſeruitutem debet, vendidi eo pacto vt mihi aquam ducerem ad meum fundum per partem ei venditam pòſt de fundo Titij. ſteti per ſtatutum tempus à lege quòd riuum non feci, & ita aquam non duxi: quæritur an amittere videar ſeruitutem per partem venditam ei? Reſpon. quòd non: & hæc vera ſunt quando nondum riuum feceram. ſed ſi feciſſem, & eo vſus non eſſem: tunc bene amiſiſſem. Vel potes ita de plano ponere hic caſum: quia vendidi prædium eo pacto, vt ſeruiret meo prædio retenta diſtinct. vt ſupra in proxim. alio caſu. {SI PER FVNDVM.} Titius aliquem heredem inſtituit, & mihi ignoranti ſeruitutem viæ legauit adita hereditate per heredem, ſteti per ſtatutum tempus quòd non fui vſus via: an amittam ſerui-

ſeruitutem? Et reſpon. quòd bene amitto. Secundo dicit: A
pone quòd intra illud tempus vendidi meum fundum, cui e-
rat legata via: & hoc ignorabam: & emptor vſus fuit reliquo
tempore via: an ad emptorem via pertinet, quæritur? Et re-
ſpon. quòd ſic. Viuianus.

a *Si partem*. ſcilicet venditam.

b *Quia nullum*. bona ratio: non enim deſinit quod non fuit: vt ſupra quibus modis vſusfruc. amit. l. j. §. fina. & ſupra de ſeruitu. ruſtic. prædio. l. itinere. Sed argument. contra infra de condi. & demonſtra. l. ſi quis ita.

c *Ius*. id eſt actio perſonalis ex vẽdito: quæ tanto tempore, ſcilicet decem vel viginti an. non tollitur, ſed viginti tantum: vt C. de conſtitut. pec. l. ij. §. j. Sed videtur etiam perſonalem actionem perire, ſicut ſeruitus: vt C. de vſufruc. l. corruptionem. quæ eſt contra. ſolut. ibi loquitur quando iam cœperat ſeruitus vſusfr. hic non.

d *Non vtendo*. ſed reſtitueris in integrum: vt ſ. de ſeruitu. ruſtic. prędio. l. & Atilicinus. Accurſius.

e *Cœperat*. ſic ergo legatum ignoranti adquiritur: vt hic, & C. quando di. leg. ce. l. fi. & infra de ac. & obl. l. ſi à furioſo. §. idemq;. & infra de lega. ij. l. cum pater. §. ſurdo. & infra de teſta. filiusfamilias. in fine. & l. qui in domini. Item no. dominium in legatis etiam ſine poſſeſsione quæri: vt infra de fur. l. à Titio. & infra de pecu. l. ſed & ſi damnum. §. ij. & dixi ſupra de rei vindic. l. ſi ager. Accurſius.

Dominium in legatis ſine poſſeſ. quæritur.

XIX. POMPONIVS libro trigeſimoſecundo ad Sabinum.

SI partẽ[a] fundi vendendo, lege cauerim, vti per eã partem in reliquũ fundũ meum aquã ducere, & ſtatutũ tempus interceſſerit antequã riuũ facere, nihil iuris amitto, quia nullũ[b] iter aquæ fuerit: ſed manet mihi ius[c] integrũ: quod ſi feciſſem iter, neque vſus eſſem, amittam. Si per fundum meum viã tibi legauero, & adita mea hereditate, per cõſtitutum tẽpus ad amittendam ſeruitutem ignoraueris eam tibi legatã eſſe, amittes viam non vtendo[d]. B Quòd ſi intra idẽ tempus antequã reſcires tibi legatã ſeruitutem, tuum fundum vendideris, ad emptorẽ via pertinebit, ſi reliquo tẽpore ea vſus fuerit, quia ſcilicet tua eſſe cœperat[e]: vt iam nec ius repudiandi legatum tibi poſſit contingere, cum ad te fundus non pertineat.

*Per quemcunque nomine fundi vtentem ſeruitus retinetur. Bartolus.*

XX. SCAEVOLA libro primo Regularum.

C VSu retinetur ſeruitus, cùm ipſe cui debetur, vtitur, quive in poſſeſsionẽ eius eſt[f], aut mercenarius, aut hoſpes, aut medicus[g], quive ad viſitandum dominum venit, vel colonus, aut fructuarius[h]:

VSu retinetur.} CASVS. Per fundum Titij mihi ſeruitus eſt relicta vnde ſiue ego cui ſeruitus debetur vadam, ſiue alius meo nomine vel mei occaſione vad., retineo ſeruitutẽ. Et multas perſonas enumerat per quas ſeruitus poteſt retineri: vt patet in l. ſequenti vſque ad l. fin. quæ continuatur cũ iſta. Viuianus.

f *Eius eſt*. vt & de vſufruct. dicitur: vt ſupra quibus modis vſusfruct. amit. l. ſi mulieri. & infra de iti. actuque pri. l. j. §. is cuius. & §. penultimo.

g *Medicus*. alias amicus.

h *Fructuarius*. ſcilicet retinetur.

i LIcet *ſuo nomine*. ſcilicet vtatur, ratione iuris quod habet.

k SIue *ad fundum*. ſcilicet eundo. Azo.

l *Ex fundo*. ſcilicet recedendo. Io.

SEruitute.} CASVS. Si vſus fui per fundum via Titij ad meũ per decem vel viginti an. an præſcripſerim ſeruitutẽ, quæritur? Et diſtinguitur an vtebar vt mihi debita: & tunc præſcribo. an non vt debita, ſed quia credens viam publicam: & tunc non præſcribo. Viuianus.

m *Credidit*. inſpicitur ergo opinio vtentis. ſic & j. quod vi aut clam. l. ſi opus. §. ſi iuſſero. & de aqua quo. & æſti. l. j. §. Ariſto. & j. pro empt. l. ſecunda. §. Celſus. Et quod dicit ſuo iure, dic, i. debito fundo. & ſic eſt plana. Vel dic ſuo iure, i. quod competat vtenti: & tunc reſtringes vtroque caſu quantum ad adquirendam ſeruitutem. Retineri autem poteſt etiam ſi ille qui vtitur, non vtatur nomine eius cui competit, ſed ſuo: vt quia ſit ſocius vel fructuarius, vel ſimiles qui ſuo nomine vtuntur: & bonæ fidei poſſeſſ. vt ſ. eod. l. ſeruitus. & l. nam ſatis.

A in prin. & ſupra l. proxi. vſu cum ſequentibus. ad eam autem quærendam bona fides eſt neceſſaria. vt dictum eſt. & habes infra de iti. actu: priua. l. j. §. pen.[a] in fin. vbi de vſuca. ſer. dicit. Et econtra præſcribenti libertatem bona fides eſt neceſſaria: tum ex eo quod dicitur in vſucapione rerũ corporalium: vt inſtitutio. de vſucapio. §. nouiſsime. in fi. §. quibus æquiparantur hæc incorporalia: vt C. de præſcri. long. temp. l. fina. in fi. tum ex eo quod expreſſe dicitur ſupra communia prædi. l. ſi precario. §. ceterum. Item facit pro hoc quòd bona fides ſit neceſſaria. C. de præſcriptio. long. tempo. quæ pro libe. l. j. & ij. Item facit bene infra de itine. actuque priua. l. j. §. ſi quis autem. Et hoc in præſcriptione libertatis vrbanæ ſeruitutis: In præſcribenda autem libertate ſeruitutis ruſticæ forte aliud eſt: quia in ea non exigitur vt quis aliquid faciat: vt ſupra de ſeruit. vrbanorum prædiorum. l. hæc autem iura.

n *Nec interdictum*. vt infra de itine. actuque priua. l. fin. Accurſius.

o *Vtiliter*. id eſt efficaciter.

a *Concor. & bene facit. l. ſi quis diuturno. ſ. ſi ſer. vin. no. per glo. iunct. text. in l. 1. §. hæc interdicta. de aqu. quo. et æſti. concor. etiã l. fi. de iti. ac. priua. infra.*

* *vulg. incipit, Licet ſuo no.*

XXI. PAVLVS libro quinto Sententiarum.

FRuctuarius licet* ſuo nomine[i],

XXII. SCAEVOLA libro primo Regularum.

DEnique quicunq; quaſi debita via vſus fuerit,

XXIII. PAVLVS libro quinto Sententiarum.

SIue ad fundum[k] noſtrum facit, vel ex fundo[l]:

XXIIII. SCAEVOLA libro primo Regularum.

B LIcet malæ fidei poſſeſſor ſit, retinebitur ſeruitus.

*In præſcribenda ſeruitute requiritur quòd bona fide quis vtatur iure ſeruitutis: Bartolus.*

XXV. PAVLVS libro quinto Sententiarum.

SEruitute vſus non videtur niſi is qui ſuo iure vti ſe credidit[m]: ideoque ſi quis pro via publica vel pro alterius ſeruitute vſus ſit, nec interdictum[n] nec actio vtiliter[o] competit.

# Digeſtorum ſeu Pandectarum liber nonus.

## C SI* QVADRVPES PAVperiem feciſſe dicatur.

### TITVLVS I.

*Actio de pauperie competit, ſi animal nocuit non culpa hominis, & contra naturam ſui generis. ſed ſi culpa hominis, habet locum actio l. Aquil. ſed ſi ſecundum naturalem feritatem ſine culpa hominis, omnis actio ceſſat. hoc dicit vſque ad §. cum arietes. Bartolus.*

SI QVADRVPES *pauperiem feciſſe dicatur.*

*Dictum eſt de actione in rem: ſequitur de his quæ naturam realium imitantur, licet ſint perſonales. Sed quia de pauperie eſt antiquior, quia ex lege 12. tabul. vt infra eodem. in prin. ideo de ea dicit prius: vt inſtit. de re. di. §. ſingulorum. non autem hic de maleficiis generaliter tractabit: quia ſpecialiter ponitur liber de eis infra de priua. deli.*

* Ad hoc edictũ pertinet cap. 21. Exodi circa finẽ.

SI *quadrupes*.} CASVS. Equus tuus dedit mihi damnum: quia ſeruum meum percuiſsit: equum vel eius æſtimationem præſtare debes. Secundo dicit, quòd noxia eſt ipſum delictum. vnde verſus: Noxia delictum delinquens noxa vocatur. Tertio dicit quòd hæc actio quæ eſt in factum, aduerſus quadrupedes pertinet, ſi damnum dederunt. {AIT PRAETOR.} Primo vult exponere quid ſit pauperies. Secundo dicit quòd ad hoc quòd detur hæc actio directa de pauperie, oportet quòd tria D interueniant: ſcilicet vt ſit quadrupes: & quòd fecerit contra naturam ſui generis: & quòd hominis culpa non interueniat, ſi autem hominis culpa interueniat, ceſſat hæc actio: ſed tantum ille act. in factum ſiue. l. Aquil. tenetur. Qualiter hominis culpa fiat, ponit exempla: de quibus vide vt in litera. Poſtea exponit quid ſit pauperies: & dicit quòd eſt damnum datum ſine culpa facientis. nec enim animal irrationale committit culpam. & ponit exemplum. quid autem ſi culpa in homine deprehenditur: vt quia per loca aſpera ducebat mulos, vel nimis onerauit? & dicit quòd non agitur ex hoc edicto: ſed habet locum Aquil. Simile exemplum ponit de cane. & ibi culpa in homine, ſiue infirmus fuerit: ſiue per eum locum ducere non debuit: ſiue inſtigauit. Et aliud exemplum addit, vbi culpa eſt: vt in homine qui equum inſtigauit. ſed ſi ſuus equus meum concitauit: & ita percuſsit bouem meum: & ita damnum mihi dedit: quis teneatur, quęritur. Et reſpond. quòd Titius, id eſt dominus illius beſtiæ quæ aliam concitauit. {SIVE.} Titius bouem habebat. mihi damnum dedit. cuius eſt bos, mihi tenetur hac actio. ſiue ille bos mihi damnum directo dedit ſua propria perſona: ſiue tetigit aliquid, & id quod tetigit, damnum dedit: vt ecce

Noxia.

ſi bos

ſi bos plauſtrum euertit, & aliquod damnum dedit, & cetera. {IN BESTIIS.} In hoc §. quæritur ſi fera beſtia dederit mihi damnum: an hæc actio locum habeat quæritur. Et reſpon. quòd non: vt ecce ſi, & cetera. {CVM ARIETES.} Titius bouem, vel berbitam habebat: ego ſimiliter bouem, vel berbitam. boues iſti fecerunt luctam, vel pugnam adinuicem, cum cornibus: & ſic bos Titij meum occidit: quæritur an mihi teneatur hac act. Et certe eſt diſtinguẽdum: an qui mortuus eſt primo inceperit: an qui ſupereſt. ſi ille qui ſupereſt, dominus eſt viuentis animalis. {ET CVM.} Equus Titij mihi damnum dedit: & alterius tactus eſt: quæritur quis eum debeat habere. Et dicitur, quòd ille cuius intereſt: quoniam noxa caput ſequitur. {PLANE.} Equus alicuius mihi damnum dedit, & antequam agam, mortuus eſt equus: an hæc actio ſit extincta, quęritur. Et reſpon. quòd ſic. {SI COMMVNE.} Plures animal habebant: dedit damnum: an quilibet inſolidum teneatur, quæritur. Et reſpondetur, quòd ſic. {INTERDVM.} Regula eſt quæ dicit, quòd ille cuius animal damnum dedit, poteſt illud dare pro noxa, ſi vult. quæ regula in hoc caſu fallit: vt ecce, animal alicuius dedit mihi damnum: agebam noxaliter contra eum: ipſe inficiatus fuit animal eſſe ſuum, cum interrogaui eum apparuit poſtea eius eſſe an poſsit ſe liberare dando poſtea animal pro noxa, quæritur. Et reſpond. quòd non: immo inſolidum tenetur. {SI POST LIT. CONTEST.} Equus tuus mihi damnum dedit. ago contra te ex hoc edicto. & lite. conteſta. & pendente lite quidam occidit equum prædictum. Dicit quòd tu agis Aquilia, & venit totum tuum damnum, quod eſt in eo: quia nunc teneris præciſe emendare damnum: vel liberaris tu cedendo actio. {HANC.} Animal tuum meum occidit. deceſsi. an hæc actio competat heredi meo, quæritur. Et reſpond. quòd ſic. ſi autem tu deceſsiſti: an econtra contra heredes meos detur hæc actio. Et reſpondetur, quòd ſic, ſi animal ad eos peruenit: & ſic habent facultatem dandi animal pro noxa: non autem ex eo tenentur, quòd heredes ſint: ſed quòd domini. Viuianus.

I. VLPIANVS libro octauodecimo ad Edictum.

SI quadrupes pauperiẽ feciſſe dicetur[a], actio [b] ex lege duodecim tabularũ deſcendit: quæ lex voluit aut dari id quod nocuit, id eſt animal quod noxiam commiſit: aut æſtimationem noxiæ offerre.[c] Noxia autem eſt ipſum delictum[d]. Quæ actio ad omnes quadrupedes pertinet. Ait prætor: *Pauperiem feciſſe*. Pauperies eſt damnum ſine iniuria[e] facientis datum. Nec enim poteſt animal iniuria feciſſe, quod ſenſu caret[f]. Itaque (vt Seruius ſcribit) tũc hæc actio locum habet, cum commota feritate[g] nocuit quadrupes: puta ſi equus calcitroſus[h] calce percuſſerit: aut bos cornu petere ſolitus petierit: aut mulæ propter nimiam ferociam[i]. Quòd ſi propter loci iniquitatem[k], aut propter culpam mulionis, aut ſi plus iuſto onerata quadrupes in aliquem onus euerterit, hæc actio ceſſabit, damnique iniuriæ[l] agetur.

Sed & ſi canis cum duceretur ab aliquo[m], aſperitate ſua euaſerit, & alicui damnum dederit: ſi contineri firmius ab alio[n] poterit, vel ſi per eum locum induci non debuit, hæc actio ceſſabit: & tenebitur qui canẽ tenebat.[o] Sed & ſi inſtigatu alterius fera damnum dederit, ceſſabit hæc actio[p]. Et generaliter hæc actio locum habet quotiens contra naturã[q] fera mota pauperiem dedit. Ideoque ſi equus dolore concitatus[r] calce petierit, ceſſare iſtam actionem. ſed eum qui equũ percuſſerit[s] aut vulnerauerit,[t] in factum magis quàm lege Aquilia teneri: vtiq; ideo, quia non ipſe ſuo corpore[u] damnum dedit. At ſi cum equum permulſiſſet[x] quis, vel palpatus eſſet, calce eum percuſſerit, erit actioni locus. Et ſi alia quadrupes aliam concitauit, vt damnũ daret, eius quæ concitauit nomine agendum erit.[y] Siue autem † corpore ſuo pauperiem quadrupes dedit, ſiue per aliam rem quam tetigit quadrupes, hęc actio locum habebit: vtputa ſi plauſtro bos obtriuit aliquem, vel alia re deiecta. In beſtiis autem propter naturalem feritatem hæc actio locum non habet.[z] & ideo ſi vrſus fugit, & ſic nocuit, non poteſt quondam dominus conueniri: quia deſinit dominus eſſe vbi fera euaſit. & ideo etſi eum occidi, meum corpus eſt.

Cum arietes † vel boues commiſiſſent[a], & alter alte-

a *Dicatur*. & verum ſit. ſic & ſupra de dolo. l. j. §. j.

b *Actio*. ſcilicet in factum: vel actio de pauperie dicatur: quæ actio, pro quadrupede directa, vtilis pro bipede datur: vt infra eod. l. penult. ceſſat tamen vtraque in feris: vt infra eadem. l. §. in beſtiis. quæ eſt contra.

c *Offerre*. damnum tamen tantum eſt in obligatione: ſicut & in ſeruis delinquentibus dicitur: vt infra de re. iud. l. miles. §. primo. licet vbi ſub alternatione aliquid debetur, eſt in obligatione vtrunque: vt dixi infra de cõſtit. pecu. l. illud. Item ex eo quod dicit, ex l. duodecim tabul. collige quòd ſit ciuilis: licet prætor ſuper ea tractauerit: vt infra proxi. §. Item ex eodem not. ſecundum Azo. quòd non eſt ex ma. fid. vel quaſi: vel ex contractu, vel quaſi: ſed datiua à lege propter pauperiem.

*Actio de pauperie, datiua.*

d *Ipſum delictum*. noxa autem animal delinquens: vt inſtitut. de noxa. §. j. vnde verſus: Noxia delictum, delinquens noxa vocatur. Azo.

e *Iniuria*. id eſt culpa. & ſic bene ſequitur, itaque: quia in fine dicit quando culpa fuit in homine.

f *Caret*. naturaliter: vt in brutis. & pro talibus habet locum hæc actio. Ceterum ſi caſu vel imbecillitate careat ſenſu, nõ habet locum: vt in furioſo, & in pupillo: vt j. ad l. Corn. de ſi. l. infans. in fi. Quandoq; tamẽ res inanimata dicitur cõmittere iniuriam, ſiue culpam: vt j. commoda. ſi vt certo. §. plane. Accurſius.

g *Feritate*. id eſt crudelitate contra naturã ſui generis: vt ſubiicit in exemplis. ceterum ſi ſecundum naturam eſt crudele animal: ceſſat hæc actio, & habet locum vtilis: vt inſti. e. §. j. & §. fin. & j. titu. j. Quintus. & de præſcri. ver. qui ſeruandarum. §. fin. & C. ad leg. Aquil. l. fi. Accur.

h *Calcitroſus*. ſubaudi etiam propria ſua natura: ſed equorum genus manſuetum eſt. & idem in boue dicas & mulis.

i *Nimiam ferociam*. id eſt propriam crudelitatem. & ſubaudi etiam. nam multo magis hæc actio habet locum ſi etiã propria natura ſit manſueta. Accurſius.

k *Iniquitatem*. id eſt aſperitatem, & duritiam, & ſic culpa hominis ducentis.

l *Iniuriæ*. i. in factum, vel vtili Aquilia contra mulionem, vel eũ cuius culpa damnum eſt datum. qui enim occaſionem &c. vt j. titu. j. l. qui occidit. §. in hac. & l. qua actione. §. ſi quis plus iuſto. Azo.

m *Ab aliquo*. qui neque fortis eſſet, neque nimium debilis: arg. j. de leg. j. legat ~ generaliter.

n *Ab alio*. & ſic eſt culpa in homine.

o *Tenebat*. cuius debilitas vel prouiſio deficiens interuenit. & ſic in actione ſubſidiaria legis Aquil. vel vtili Aquiliæ.

p *Hæc actio*. & datur Aquil. vel in factum: vt infra titu. j. item Mela. §. item & cum eo. Sed videtur de dolo danda: vt ſupra de dolo. l. & eleganter. §. ſi quadrupes. quæ eſt contra. Solu. vt ibi.

q *Naturam*. ſcilicet ſui generis: à ſe tamen commota, non ab alio culpabiliter: vt ſubiicit.

r *Concitatus*. ab aliquo alio.

s *Percuſſerit*. & ſic culpa eſt in homine.

t *Vulnerauerit*. propter quod alij dedit damnum.

u *Suo corpore*. & ideo datur in factum: vt hic, & inſtitu. ad leg. Aquiliam. §. fin.

x *Permulſiſſet quis vel palpatus eſſet*. hæc non eſt culpa. Accur.

y *Erit*. etiam directa. ſed ſecus ſi ab homine: vbi altero caſu directa, altero Aquil. vtilis vel in factum datur: vt not. ſ. ea. l. §. ſed & ſi inſtigatu.

z *Locum non habet*. vt inſtit. eo. §. j. ſed contra inſtit. eo. §. fin. Sol. ibi vtilis datur, non directa: vt hic. vel poteſt dari directa in cane, ſi commotus fuerat contra communem naturam ſui generis: & conuenietur ædil. edic. ſimiliter: vt ibidem dicitur: & j. de ædil. edict. l. hi enim. §. deinde. in ceteris autem animalibus aliud eſt: vt hic. Sed prima verior eſt. Vel hic fugerat animal, vt ſubiicit: ibi non.

a *Commiſiſſent*. cornua.

a *Eum.* cuius bos aggrediens. Accurſius.
b *Sibi.* domino bouis ab alio aggreſsi. ſimilis diſtinctio eſt. j̄. titulo primo. l. ſi ex plagis. §. tabernarius. Sed quid ſi non apparet quis fuerit aggreſſus? Reſpon. neuter alteri tenetur: argu. infra ad legem Aquil. l. ſcientiam. §. cum ſtramenta.

A rore magiſtratus qui eum ſequebatur, fugit, & intrauit locum quendam vbi canis erat. qui canis illum momordit: quæritur an hæc actio illius canis nomine competat? Et diſtinguitur, an erat ligatus, vel non. primo caſu non poteſt agere: ſecundo poteſt agere. Viuianus.

rum occidit, Quintus Muci[us] diſtinxit, vt ſi quidē is periſſet qui adgreſſus erat, ceſſaret actio. ſi is qui non prouocauerat, competeret actio. Quamobrem eum [a] ſibi [b] aut noxam ſarcire, aut in noxam [c] dedere oportere.

*Noxales actiones ſequuntur poſſeſſorem: & animal debet dari pro noxa viuum: & ratione mendácij perditur beneficium.* Bal.

Et cum etiam in quadrupedibus noxa caput ſequitur, B aduerſus dominū hæc actio datur, nō cuius fuerit quadrupes cum noceret, ſed cuius nunc [d] eſt. Planè ſi ante litē conteſtatam [e] deceſſerit animal, extincta [f] erit actio. Noxæ autem dedere, eſt animal tradere viuum. [g] Demum ſi commune pluriū ſit animal, aduerſus ſingulos erit inſolidum [h] noxalis actio, ſicuti in homine. Interdum autem dominus in hoc non conuenietur, vt noxæ dedat, ſed etiam inſolidum: vt puta ſi in iure interrogatus an ſua quadrupes eſſet, [i] reſponderit nō C eſſe ſuam. [k] nam ſi conſtiterit eſſe eius, inſolidum condemnabitur.

*Interitus animalis pro quo eſt in alium regreſſus, non liberat dominum ab actione de pauperie: ſed tenetur cedere iura. h. d. vel ſic: Interitus ſpeciei quæ non eſt in obligatione, ſed in beneficio ſoluendi, non liberat debitorem poſt litem conteſtatam. hoc dicit cum gloſſa, & eſt § notabilis, ideo ſummaui.* Baldus.

Si poſt litem [l] conteſtatā ab alio ſit animal occiſum: quia domino legis Aquiliæ actio cōpetit, ratio in iudicio [m] habebitur legis Aquiliæ: quia dominus noxæ dedēdæ facultatem amiſerit. ergo ex iudicio propoſito [n] litis æſtimationē offeret, niſi paratus fuerit actionē mandare [o] aduerſus eū qui occidit. Hanc actionem nemo dubitauerit D

heredi dari, ceteriſq; ſucceſſoribus. Item aduerſus heredes, ceteroſque non iure [p] ſucceſſionis, ſed eo iure quo domini ſint, competit.

II. Paulus libro vicenſimoſecundo ad Edictum.

Hæc actio nō ſolùm domino, ſed etiam ei cuius intereſt, competit: veluti ei cui res commodata [q] eſt: item fulloni: quia eo quòd tenentur, damnum videntur pati. Si quis aliquem euitans, magiſtratum fortè, in taberna proxima ſe immiſiſſet, ibiq; à cane feroce læſus eſſet, non poſſe agi canis nomine quidam putant: [r] at ſi ſolutus fuiſſet contra.

III. Gaius libro ſeptimo ad Edictum Prouinciale.

Ex hac lege iam non dubitatur, etiam liberarū perſonarum nomine agi poſſe: fortè ſi patremfamilias aut filiumfamiliàs vulnerauerit quadrupes: ſcilicet vt nō deformitatis ratio habeatur, cū liberum corpus æſtimationē non recipiat: [s] ſed impenſarum [t] in curationem factarum, & operarum amiſſarū, quaſque amiſſurus quis eſſet inutilis factus.

IIII. Paulus libro vicenſimo-ſecundo ad Edictum.

Hæc actio vtilis competit & ſi non quadrupes, ſed aliud animal [u] pauperiem fecit.

V. Alphenus libro ſecundo Digeſtorum.

Agaſo [x] cum in tabernā equum deduceret, mulam equus olfecit. [y] mula calcem reiecit, & crus agaſoni fregit. conſulebatur, poſſetne cum domino mulæ agi, [z] quòd ea pauperiem feciſſet. Reſpondi poſſe.

c *Aut in noxam.* i. delictum ſeu delicti æſtimationem.
d *Nunc.* ſic & in ſeruo delinquente: vt inſtit. de noxa. §. omnis autem. Accurſius.
e *Ante lit. conteſt.* ſecus ſi poſt: quia tunc non liberatur: vt j̄. de noxa. l. ſi plurium. §. fina. ibi, & mortuo quoque ſeruo &c. Et maxime quando ex eius morte habet contra alium actionem. l. Aquil. vt infra eadem. l. §. ſi poſt.
f *Extincta.* hoc intellige cum non fuit in mora: vel ſine dolo eius periit: vt infra de nox. electio. §. ſi is quem. & ſupra §. proxi.
g *Viuum.* alioquin ſi mortuum ſit, aut nullo modo agitur: aut ſi agitur, dedi non expedit.
h *Inſolidum.* vt j̄. fami. herciſcū. l. heredes. §. ſi vnus.
i *Eſſet.* ad hanc quæſtionem debet reſponderi vt infra de inter. ac. l. ſi quis in iure. & ſi falſum dixerit, tenetur inſolidum: vt hic ſubiicit, & j̄. de interroga. ac. l. ſi ſeruus. ſic ergo ex ſuo mendacio punitur: vt infra de re iudi. ſed hoc ita. & ſupra de rei vind. l. in rem.
k *Non eſſe ſuam.* ſi nō poſsidet, videtur quærendū an velit defendere. aliàs enim nō tenetur: vt j̄. de noxa. quotiens. §. in poteſtate. & de dam. infect. l. prętor. §. ſecundo. Accurſius.
l *Si poſt litem.* ſecus ſi ante: quia tunc liberat[us] eſt interitu ſpeciei: vt ſ. §. plane. & infra de noxa. l. electio. §. ſi is quem.
m *Ratio in iudicio.* q. d. in iudicio. l. Aquil. habetur ratio dāni quod dedit quadrupes, vt in tantum condemnetur conuentus Aquil. in quantum tenetur actor alij à quo conuenitur de pauperie.
n *Propoſito.* ſcilicet de pauperie.
o *Mandare.* tunc enim liberatur cedendo: vt & j̄. de pecu. l. quod debetur. in fin. & in hac actione. l. Aquil. non ad corpus mortuum fit æſtimatio tantum: ſed ad damnum quod intulit quadrupes: vt infra tit. j. l. liber homo. §. j.
p *Non iure.* vt infra de noxa. l. penult. §. fi. ſic in actione in rē: & ad exhibendum: vt infra ad exhib. l. de eo. §. fi.

Hæc actio.} Casvs. Hæc lex generaliter loquitur primo: ſecundo deſcendit ad ſpeciem. Primo dicit, quòd non ſolum domino hæc actio competit, ſed etiam ei cuius intereſt: vt ecce ſi aliquid commodaui: vel fullo veſtimenta mea perdat: an danda ſit hæc actio contra illum cuius eſt animal quod damnum dedit? Et reſpon. quòd ſic. {Si qvis.} Aliquis ter

q *Commodata.* aliud eſt in actione legis Aqui. vt j̄. tit. j. l. item Mela. §. eū cui. qa illa ſoli domino: vt in e. l. §. legis. Vel dic vtilis datur, vt hic: nō directa, vt ibi. ſed prima verior eſt.
r *Putant.* & bene. & eſt ratio quia licet ſic publice tenere canem in taberna. Vel illa eſt ratio: quia non videtur feciſſe canis cōtra naturā cū eſt ligatus. eſt enim tunc ipſa natura ferocior, quàm ſi eſſet ſolutus: vt hic. puto tamen agi vtili actione: quia & pro vrſo ligato agitur: vt inſt. eo. §. fi.

Ex hac.} Casvs. Titius animal habebat, quod aliquē liberum hominē vulnerauit. quæritur an ille poſsit agere hac actione. Videbatur quòd non: quia liberum corpus non recipit æſtimationem: ſed poteſt agere non pro æſtimatione perſonæ, ſed ratione expenſarum amiſſarum. Viuia.

s *Non recipiat.* vt j̄. de iis qui deiec. vel effu. l. fin. & inſtit. de ob. ex quaſi delic. §. ob hominē. Sed quid ſi eſt mortuus à quadrupede? Reſpon. idē quod in vulnerato, vt ſui corporis nō fiat æſtimatio, &c. ar. j̄. tit. j. l. qua actiōe. §. ſi quis in colluctatione. & l. liber homo. in princip.
t *Impenſarum.* hæ reddūtur: vt j̄. tit. j. qua actione. j. reſp. Operarum autē amittendarū fit computatio ſecundum legem j̄. ad leg. Fal. l. hereditatum.

Hæc actio.} Casvs. Gallina aliqua intrauit domum alicuius ſcholaris. aſcendit librum illi[us] ſcholaris: & eum in decem deteriorauit. quæritur an ſcholaris poſsit hac actione agere? Et reſp. quòd ſic: vt aut ille cuius eſt gallina, det ei gallinam: vel damnum emendet à gallina datum. Vel pone in vna gallina, quæ aliam interfecit: vel anſere, qui alium interfecit. & idem eſt quod ſ. Viuianus.

u *Animal.* vt bipes.

Agaſo.} Casvs. Titius mulio equum ducebat: intrauit domum aliquam in qua erant iumenta: equus poſuit naſum ad caudam alterius iumenti: & ipſum reiecit pedem, & percuſſit illum Titium: & fregit ei crus: an cum domino agi poſsit? Et reſpon. quòd ſic. Viuianus.

x *Agaſo.* id eſt mulio, ſic dictus. quia agit, id eſt ducit mulos, ſeu alia animalia.
y *Olfecit.* id eſt naſum ad culum poſuit.
z *Agi.* ſ. ab agaſone: vel eius domino, ſi ſeruus eſt.

AD LEGEM AQVILIAM.

*Habito tractatu actionis in factum de pauperie, ſupponit de lege Aquil.*

*quil.non quia naturam actionis in factum ſortiatur: ſed quia damnum proſequitur, vt ſuperior.* Accurſius.

L Ex Aquilia.} C A S V S. Multæ leges de damno dato tractauerunt: ſed omnibus derogauit. l. Aquil. id eſt ſui tractatꝰ. quæ lex Aquilia eſt plebiſcitũ. lex autẽ Aqui. tria habet capita, vt hic innuit: & inſti. e. in prin. & §. caput. primum & tertium eſt in vſu: ſecundũ non. in primo continetur quòd ſi aliquis ſeruum vel ancillã meam occidit: quòd tenetur quanto pluris fuit in anno retro. Itẽ datur aduerſus inficiãtem hæc actio in duplum: vt hic, & j. eod. inde Neratius. §. hæc actio. Secundo dicit, quòd ita pro ſeruis noſtris occiſis agitur ex primo capite, ſicut pro quadrupede agitur Aquil. ex primo capite. hoc eſt verũ ſi contineantur appellatione pecudis. & quæ contineantur, vel non, dicit plane. Viuianus.

† *Iuxta hãc legẽ eſt* ꝙ *Hippodamus Mileſiorũ legiſlator de tribus iudiciũ dabat, d. i. no, iniuria, cæde. Ariſt. li. 2. Polit. cap. 6.*

a *Damno.* ſ. dato.

b *Derogauit.* ſui tractatus excellentia.

c *A plebe.* interrogauit enim plebem, an ei placeret: vt hic & inſt. eodẽ. §. ceterum. & ſic ponitur. ſ. de adopt. l. ſecunda. §. fina.

* *vt, vacat, & in Pãd. Fl. obelo trãſfigitur.*

d L *Ege Aquilia capite primo.* Olim tria erant capita ſiue capitula huius legis, hodie ſunt duo tãtũ, ſcilicet primũ, & tertium. Secundum autem in deſuetudinem abiit, tertio in eius loco poſito: vt inſti. eo. in prin. & §. caput. & §. capite. & de primo capite agitur hic: de ſecundo & tertio agitur. infra eodem. l. ſi ſeruus ſeruum. §. huius legis. Ioan.

*Legis Aquiliæ tria ſunt capita.*

e *Vel pecudem.* vel pro id eſt: vt probatur hic, & j. eo. quẽadmodum. §. hac actione.

f *Anno.* ſed quæ eſt ratio, quòd ex primo capite fit cõputatio retro per annum, ex tertio intra triginta dies tantum: vt j. eo. l. ſi ſeruus. §. tertio? Reſpon. ſecundum Io. ſoluat Apollo. ſed certe immo poteſt ſolui, ſecundũ Azo. quia acrius eſt puniendus, qui magis delinquit: vt ſ. de offic. præto. diuus. Conſtat autem quòd magis delinquit, & magis dat damnum, is qui occidit, quàm is qui duntaxat vulnerat: & ideo maioris fit temporis repetitio, ſecundum Azo.

g *Et infra.* id eſt in inferiori parte primi capitis. Azo.

h *In duplum.* vt & C. eo. l. cõtra negantẽ. & infra de ſer. cor. l. doli. §. hęc actio. & duplatur quicquid erat ſimplandũ: vt & ſupra quod metus cauſa. l. ſi cum ex. §. j. Probatio autẽ habet fieri per teſtes, non per iuſiurandum: vt in duplum teneatur inficians: vt infra de iureiur. l. eum qui. in principio.

i *Inter pecudes.* & ideo nec primo capite continetur: vt infra eod. quemadmodum. §. hac actione.

k *Longe magis.* longe intelligas magis, quàm canis.

l *Iumentorum.* quod nomen ſtrictius quàm pecudũ accipitur: vt infra de ædil. edicto. l. ædiles. §. iumentorum.

m *Et ideo.* quia iumentorum præſtant operam.

n *Primo capite.* præualente natura benigniore. Ir. eſt tamẽ argu. contra ſ. de poſtu. l. j. §. beſtias. immo eſt ſic. Accurſius.

## AD LEGEM Aquiliam. †

## TITVLVS II.

*Nota quòd lex poſterior derogat legibus prioribus.* Baldus.

I. VLPIANVS libro octauodecimo ad Edictum.

A L Ex Aquilia omnibus legibus quæ ante ſe de damno[a] iniuria locutæ ſunt, derogauit[b] ſiue duodecim tabulis, ſiue alia quæ fuit: quas leges nunc referre nõ eſt neceſſe. B quæ lex Aquilia plebiſcitum eſt, cum eam Aquilius tribunus plebis à plebe[c] rogauerit.

*Nota quòd quando alternatiua ponitur inter genus & ſpeciem, exponitur pro id eſt: & ſic ponitur reſtrictiue.* Baldus.

II. GAIVS libro ſeptimo ad Edictum Prouinciale.

LEge Aquilia capite primo[d] cauetur, vt* *Qui ſeruum ſeruámve alienũ alienámve, quadrupedẽ vel pecudem[e] iniuria occiderit: quãti id in eo anno[f] plurimi fuit, tantum æs dare domino dãnas eſto.* Et infra[g] deinde cauetur, vt aduerſus inficiãtem in duplũ actio[h] eſſet. C Vt igitur apparet, ſeruis noſtris exæquat quadrupedes quæ pecudũ numero ſunt, & gregatim habẽtur, veluti oues, capræ, boues, æqui, muli, aſini. Sed an ſues pecudũ appellatione cõtinentur, quæritur. & rectè Labeoni placet cõtineri. Sed canis inter pecudes[i] nõ eſt. Lõgè magis[k] beſtiæ in eo numero non ſunt: veluti vrſi, leones, pãtherę. Elephãti autẽ & cameli quaſi mixti ſunt. nã & iumentorum[l] operam præſtant, & natura eorũ D fera eſt: & ideo[m] primo capite[n] contineri eas oportet.

III. VLPIANVS libro octauodecimo ad Edictum.

SI ſeruus ſeruáve † iniuria[o] occiſus occiſáve fuerit, lex Aquilia locum habet. Iniuria occiſum eſſe, merito adiicitur. non enim ſufficit occiſum, ſed oportet iniuria id eſſe factum.

IIII. GAIVS libro ſeptimo ad Edictum Prouinciale.

B ITaque † ſi ſeruũ tuũ latronem inſidiantẽ[p] mihi occidero, ſecurus ero. Nam aduerſus periculũ naturalis ratio[q] permittit[r] ſe defendere[s]. Lex duodecim tabularum furem noctu † deprehenſum occidere permittit:[t] vt tamen[u] idipſum[x] cum clamore teſtificetur. Interdiu[y] autem deprehenſum ita permittit occidere,[z] ſi is ſe telo[a] defendat: vt tamen æquè cum clamore teſtificetur.

*Nota quòd furem nocturnum licet occidere, & etiam diurnum, ſi ſe telo defendat.* Bartolus.

V. VLPIANVS libro octauodecimo ad Edictum.

C SEd & ſi quemcunq; alium ferro ſe petentem[b] quis occiderit, nõ videbitur iniuria occidiſſe.[c] Et ſi metu quis mortis furem[d] occiderit, non dubitabitur quin lege Aquilia non teneatur. Sin autem cum poſſet adprehendere, maluit occidere, magis eſt vt iniuria[e] feciſſe videatur. ergo & Cornelia tenebitur. Iniuriam autem hic accipere nos oportet, non quẽadmodum circa iniuriarum actionem cõtumeliam[f] quandam:

A o S *I ſeruus. Iniuria.* id eſt non iure: vt inſtitu. eodẽ. §. iniuria. & infra eo. l. ſi quis fumo. §. j. Accurſius.

I *Taque.*} C A S V S. Hæc lex ex ſuperioribus pẽdet. Pone ergo ꝙ ſeruus tuus mihi inſidiabatur diurnus latro. ſi eum occidi, non teneor. ſed lex diſtinguit hic: aut fuit nocturnus fur, aut diurnus. ſi nocturnus eſt, ſufficit quòd clamet: & ſufficit quocunque modo ſe defendit. ſi diurnus, oportet quòd ſe telo defendat, ſed cum clamore. Viuianus.

p *Latronẽ inſidiantem.* & ſic in perſona. idem in rebus: vt not. ſ. de iuſtit. & iur. l. vt vim.

q *Naturalis ratio.* id eſt ius gentium: vt & ponitur. ſ. de inſtit. & iur. l. omnes. §. quod vero. permittit enim ius gentium cuilibet ſui defenſionem: vt ſ. de iuſtitia & iure. l. iij. & C. vt vnicui. li. l. j.

r *Permittit ſe.* id eſt quemlibet cui periculum imminet. Accur.

s *Defendere.* id eſt deprehendere & occidere.

t *Permittit.* ſi eſt talis, cui ſine periculo parcere non potuit: ſiue telo, ſiue alio modo ſe tueatur: aliàs non: vt j. eod. l. ſi ex plagis. §. tabernarius. in fine. §. & j. ad legem Corneliam de ſic. l. furẽ. quæ ſunt contrariæ. vel plenius vt in l. furem nocturnum.

r Delicta. vt & infra de priua. deli. l. nũquã. §. j.

s De occiſo. Not. quòd propter continuationem vnum eſt delictum, licet plura vulnera. nam econtrario quandoque vnum eſt factum, & tamen plura delicta: vt furtum, rapina, damnum, iniuria: vt infra de priua. deli. l. nunquam. §. j. & facit infra de iniu. l. prætor. §. ſi plures.

t SI ſeruum. Tuum. mutat perſonas.

u Fungi. id eſt æſtimari faciẽdo æſtimationem, ſecundum eũ locum vbi quis cogitur reſpondere. ſunt enim varia pretia rerum: vt infra de eo quod cer. loc. ideo. & infra de actio. emp. ratio. §. fin. & infra ad l. Falc. l. pretia rerum. & l. in lege Falcidia. & l. iij. §. fi.

x Redempturus fuit. qđ ergo dicitur: res tantum valet, quantum vẽdi poteſt: intellige cõmuniter: vt j̃. de iure fiſ. non intelligitur. §. diui fratres: & j̃. ad l. Falc. l. iij. in princ. & l. quærebatur. & j̃. ad Treb. l. j. §. ſi heres.

y Damnum. id eſt damni æſtimationem.

z Potuimus. ſ. communiter. Et ſic not. in l. Aquilia lucrum venire. ſic j̃. ne quid in lo. pu. l. ij. §. merito. & j̃. rem ra. hab. ſi commiſſa. & s̃. e. inde Neratius. in prin. Sed ar. cõtra j̃. de aqua plu. arc. l. j. §. ſicut. & j̃. quæ in fraudem creditorum. l. patrem. & l. qui autẽ. in princ. & j̃. de furt. ſi is. §. fina.

a Cogimur. vt impenſas vulnerato ſeruo. Accurſius.

b Lege Aquilia. ſcilicet directa, vel vtili: vt j̃. de præſcript. verb. l.

verbo.l.quia.& hoc ſi æquitas ſuadeat actionẽ dari.alioquin cõtra,vt ſ.eo.quemadmodũ.§.ſed & ſi tanta. Accur.

a Q*Via retro adcreuiſſe.* id eſt non deminutum eſſe. Accur.

b N*Am ſicut repudiante legatario.* qui ſolus eſt. Io.

c *Non eſſet.* repudiatum ergo legatum pro non legato eſt: vt hic & infra ſi certum pet. proinde. §. j. in fin. & ſupra eod. l. ſi dominus. §. j. & infra de le j. ſeruum filij. §. j. in fine. & l. ſi tibi homo. §. cum ſeruus. & l. legatarius. §. ſi legatũ. Accurſius.

A

XXXIIII. MARCELLVS libro viceſimoprimo Digeſtorum.

TItio & Seio Stichum legauit: deliberante * Seio, cum Titius vindicaſſet legatum, Stichus occiſus eſt: deinde Seius repudiauit legatum. Perinde Titius agere poſsit, ac ſi ſoli legatus eſſet:

*Ius adcreſcendi fingit retro, ſicut aditio hereditatis etiam ſuper re perempta.* Bald.

XXXV. VLPIANVS libro octauo decimo ad Edictum.

B

QVia retro adcreuiſſe [a] dominiũ ei videretur.

XXXVI. MARCELLVS libro viceſimoprimo Digeſtorum.

NAm ſicut repudiãte legatario [b] legatum, heredis eſt actio perinde ac ſi legatus non eſſet: [c] ita huius actio eſt, ac ſi ſoli legatus eſſet.

*Heres nõ poteſt agere actione legis Aquiliæ pro teſtatore occiſo. nã actio impoſsibilis teſtatori, eſt impoſsibilis heredi.* Baldus.

Si dominus ſeruum quem Titius mortiferè vulnerauerat, liberum & heredem eſſe iuſſerit, eique [d] poſtea Mæuius extiterit heres, non habebit Mæuius cum Titio legis Aquiliæ actionem, ſcilicet ſecundum Sabini opinionem, qui putabat ad heredem actionem non tranſmitti, quæ defuncto competere non potuit [e]. Nam ſanè abſurdum accidet [f], vt heres pretium quaſi occiſi conſequatur eius cuius heres extitit. Quòd ſi ex parte eum dominus heredem cum libertate eſſe iuſſerit, coheres eius mortuo eo aget lege Aquilia. [g]

C

*Obedientia debita vel promiſſa excuſat à delicto.* Baldus.

XXXVII. IAVOLENVS libro quartodecimo ex Caſsio.

D

LIber homo ſi iuſſu alterius manu iniuriam dedit, actio legis Aquiliæ cum eo eſt qui iuſsit [h], ſi modo ius imperandi habuit: quod ſi non habuit, cum eo agendum eſt qui fecit.

*In lege Aquilia venit intereſſe in rem. & caſus ſuperueniens poſt lit. conteſtatam in re quæ erat in facultate ſoluẽdi, nõ excuſat debitorem.* Baldus.

Si quadrupes cuius nomine actio eſſet [i] cum domino ꝙ pauperiem feciſſet, ab alio occiſa eſt, & cum eo lege Aquilia agitur [k]: æſtimatio nõ ad corpus [l] quadrupedis, ſed ad cauſam [m] eius [n] in quo [o] de pauperie actio eſt, referri debet: & tãti dãnandus eſt is qui occidit, iudicio legis Aquiliæ, quãti actoris intereſt noxę potius deditiõe defungi, quàm litis æſtimatione.

XXXVIII. IDEM libro nono Epiſtularum.

SI eo tempore quo tibi meus ſeruus quem bona fide emiſti, ſeruiebat, ipſe à ſeruo [p] tuo vulneratus eſt, placuit omnimodo me tecum rectè [q] lege Aquilia experiri.

XXXIX. POMPONIVS libro ſeptimodecimo ad Q. Mucium.

QVintus Mucius † ſcribit: Equa cum in alieno paſceretur, in cogendo [r], quod * prægnas erat eiecit [s]. Quærebatur, dominus eius poſſétne cum eo qui coëgiſſet, lege Aquilia agere, quia equam iniiciendo * ruperat. Si percuſsiſſet, aut conſulto vehementius egiſſet, viſum eſt agere poſſe [t]. Pomponius: Quamuis [u] alienum pecus in agro ſuo quis deprehendiſſet, ſic illud expellere debet, quomodo ſi ſuum [x]

† Huc ſpectat Exod. ca. 22. 23. Deut. 22.

* quo.

* eijciendo.

d *Eiq;.* ſcilicet ſeruo inſtituto: at nunc liberto. Accur.

e *Competere non potuit.* quomodo enim viuẽs æſtimationem ſui vt mortui petet? & ſic eſt iuris impoſsibilitas. Accurſius.

f *Accidet.* vt ſupra eo. l. huic. §. fina. & l. quia. & facit infra de his qui deic. vel effu. ſi vero. §. hæc autem actio. in fine.

g *Aquilia.* pro hereditaria portione qua heres eſt. nec obſt. ſupra. eod. l. inde Neratius. quia ibi ſubſtitutus, hic coheres. Accurſius.

L*iber homo.* } CASVS. Libero homini iuſsi vt alicui dãnum daret. ſi habeo ius imperandi, ego teneor. ſi non habui ius imperandi, ille homo tenetur qui fecit. {SI QVADRVPES.} Hũc §. habuimus ſupra titu. j. §. ſi poſt limitem. Viuianus.

h *Cum eo eſt qui iuſsit.* & nihilominus cũ eo qui paruit, ſecundum quoſdã: vt j. de actio. & obligatio. l. ſeruus. ſed ſecundum nos nõ tenetur obediens: vt infra de regul. iur. l. ad ea. Et vt hoc plene videas, quæro qualiter tenetur obediens, ſi habuit ius imperandi: cũ ſecũdum hoc iure fiat non iniuria, ſi in ea re imperandi ius habuerit: vt quia ſeruum alienum cum ſua vxore inuenerit: vt ſupra. l. iiij. & l. qui occidit. aut ſi habuerit ius imperãdi aliud, non hoc, vterque debet teneri: non ſolus qui iuſsit: cum ei in dãno dãdo ſicut in piratica facienda parere nõ teneatur: vt d. l. j. de obligatio. & actio. l. ſeruus. nã cum ſeruus non teneatur domino in talibus parere: ergo nec ciuis magiſtratui, vel filius patri: vt ſ. de arb. ſi cum dies. §. in compromiſſo. vnde ſi paruit magis quàm ſeruus debet teneri. Rurſus ſi ius imperandi nõ habet, cur non tenetur: vt j. quod vi aut clã. aut qui. §. ſi quid. maximè cùm aliàs facturus non erat: vt j. de iniur. nõ ſolum. §. Proculus. idem ſi aliàs facturus erat: quia nõ oportet eius malitiã augeri mãdando: vt j. de ſer. cor. l. j. §. perſuadere. & ſic huius l. diſtinctio nulla eſſe videtur. Solu: ad prædicta. hic pater vel magiſtratus ius imperandi aliàs habebat, non in ea re quam iuſsit fieri. obedienti autem ideo ſuccurritur, quia non erat atrox delictũ. nec enim occidere hominem vel liberum vel ſeruum alienũ iuſsit: vel furtum facere magnæ rei: vel rapinã. Eſt enim grauius delictum rapina, quàm damnum datum iniuria: cũ ex ea quis criminaliter accuſetur, itẽ pecuniariter in quadruplũ. Item ex furto in duplũ, vel quadruplũ: ſed ex damno ab initio in ſimplũ tantũ eſt actio. Item ex furto, vel rapina, vel iniuria, nõ agitur, niſi dolus intercedat. hic verò ſecus: vt ſ. eo. illud. huius autẽ, qui paruit, dolus nõ adfuit, nec culpa: vnde nõ tenetur: vt hic & j. de reg. iur. l. non videtur. §. qui iuſſu. & l. is dãnum. & j. quod vi aut clam. l. is qui in puteum. §. ſi tutoris. Item ex pretio rei, minus vel maius videtur delictum: vt j. de incend. rui. nau. l. Pedius. §. j. Sciendum eſt ergo ꝙ quædã ſunt in quibus omnino parere debet filius patri, vel ſeruus domino: vt ea in quibus nullum delictum verſatur. alia ſunt in quibus nõ cogitur parere filius vel ſeruus, vel ciuis magiſtratui: ſi tamen pareant, excuſantur: vt in actione. l. Aquiliæ. & interdicto quod vi aut clam. alia ſunt in quibus omnino parere nõ debẽt: vt in atrociorib⁹, in quibus ſi pareãt, vterque tenetur. Itẽ ꝙ ſubiicit, ꝙ ſi non habuit ius imperãdi, ꝙ tenetur qui fecit: ſupple & nihilominus qui iuſsit: vt j. de iniur. non ſolum. §. proculus. & j. de aqua plu. arcẽ. ſi colonus. in fi. & j. de dam. infec. l. dãni. §. ſi mandato. quę ſunt contra. & de reg. iur. l. ad ea. & l. nõ videtur. §. qui iuſſu.

*Filius & ſeruus non ſemper tenẽtur parere patri vel domino.*

i *Actio eſſet.* ſcilicet conteſtata. Accur.

k *Agitur.* à domino quadrupedis: & dic, poſt litem conteſtatã ſuper pauperie, fuit occiſa: vt ſupra tit. j. l. j. §. ſi poſt.

l *Ad corpus.* ſ. tantum.

m *Ad cauſam.* id eſt ad vtilitatem.

n *Eius.* pecudis.

o *In quo.* id eſt propter quod.

S*I eo.* } CASVS. Si ſeruum meum, quẽ bona fide poſsides, tuus proprius interficiat: an Aquil. mihi teneris? Et reſpon. quòd ſic. Viuianus.

p *A ſeruo.* quid ſi à te? Reſpon. vt ſ. de rei vindi. ſi homo.

q *Rectè.* ſecus in petitione hereditatis: vt ſ. de peti. here. ſed & ſi lege. §. conſuluit. & in ſer. cor. vt j. de ſer. cor. l. j. §. qui bona. Accur.

Q*Vintus.* } CASVS. Si conſulto equam meã prægnantem, vt eijceret pullum, coëgiſti, Aquil. mihi teneris. Viuia.

r *In cogendo.* id eſt dum cogeretur in quadam ſtrictura.

s *Eiecit.* ſcilicet illud.

t *Poſſe.* ſcilicet Aquilia directa: vt inſti. eo. §. ceterum. ſi autẽ non tetigit, tunc in factum: vt j. eo. l. ſi boues. & l. fi.

*Quamuis.* } CASVS. Si inuenias animal alterius in agro tuo: ipſum occidere non debes, ſed expellere debes extra: vel denuntiare domino, vt recipiat animal. Viuianus.

u *Quamuis.* aliàs incipit lex, quamuis: aliàs nõ: ſed. §. Pomponius quamuis &c.

x *Si ſuum.* Not. in re aliena debere quem facere vt in ſua: vt infra de ſol. l. j.

Cepit.

a Cepit.id eſt paſſus fuit.
b Actiones. ſcilicet de paſtu pecoris: vt & ĩ.de præſcr.ver. qui ſeruandarum.in fine.
c Includit.animo celandi.
d Abigere .id eſt deducere.

IN lege.} C A S V S. Titius debebat mihi.c. ſub conditione ſi nauis ex Aſia veniret:vel ad decennium. & hoc debitum probare poteram per inſtrumentum. venit Seius, & deleuit inſtrumentum ita quòd non poteſt legi. quæritur an ſtatim poſsim conuenire Titium l. Aquil. ad tantã pecuniam quanta per inſtrumentum probari poterat? Et dicit ꝙ ſi poſſum ꝓbare tria, duo.ſ.plene, vnum ſemiplene, potero agere & vincere: ſed exactio ſeu executio ſententiæ differtur: & aut exiſtet cõditio primæ obligatiõis: & fiet executio. aut non exiſtet conditio: & tunc non fiet executio. Tria pręƒdicta ſunt ob deletionem talis inſtrumenti, in quo ſic cõtineretur. Itẽ ob contractum primum, qualiter fuit factus. Tertium, ꝙ teſtes inſtrumenti per quos poſſum nunc probare cõtractum, timetur nõ ſupereſſe tẽpore quo ſperatur exiſtere conditio: vt quia ſenes, vel regreſſuri, vel morituri. Sed hoc tertiũ probabit ſummatim.

*Flo. & agro.*

*† Iſta lex eſt valde ſingu. et habet tres lecturas ſecundũ Bar. hic.*

deprehendiſſet: quoniam ſi quid ex ea re damnũ cepit [a], habet proprias actiones [b]. Itaq; qui pecus alienum in* agro ſuo deprehenderit, nõ iure id includit [c]: nec agere illud aliter debet, quàm (vt ſupra diximus) quaſi ſuum: ſed vel abigere [d] debet ſine damno, vel admonere dominum vt ſuum recipiat.

XL. P A V L V S libro tertio ad Edictum.

IN lege [e] † Aquilia ſi deletũ chirographũ mihi eſſe dicam, in quo ſub conditione mihi pecunia debita fuerit, & interim teſtibus quoque [f] id probare poſsim, qui teſtes [g] poſſunt non eſſe eo tẽpore quo conditio extitit, et ſi ſummatim re expoſita ad ſuſpicionem iudicem adducam, debeam vincere [h]. ſed tunc condemnationis exactio [i] competit, cum debiti conditio extiterit. quòd ſi defecerit [k], cõdemnatio nullas vires habebit.

e In lege.id eſt in actione.l. Aquiliæ, ſecundum Azo.
f Quoque.id eſt quòd pecunia ſub conditione fuerit debita: quia promiſsioni interfuerunt.q.d. non tantum probare poſſum deletionem, & quod ita erat ibi ſcriptum, ſed etiã hoc. i.principale debitum. ſi enim ita eſſet ibi ſcriptum: & deletionem tantum poſſem probare: ſine dubio non ageretur Aquil. quia non ſequitur ſi ita probo deletũ, & ita prius ſcriptum, quod ita fuerit debitum: quia quaſi exemplum eſt: ar. ĩ.de fid.inſtru.quicunque.& C.de eden.aut ſi quis in aliquo documento. Sed contra. C.de prob.ſi de poſſeſsione. ſed ibi aduerſario ſurripuerat, & quia de ipſa promiſsione cõditionali habebã teſtes, videbatur me nõ poſſe Aquilia agere. Sed contra eſt, ſi tamen præſumatur à iudice eos nõ eſſe futuros exiſtente conditione, vt ſubijcit.
g Qui teſtes. id eſt quos veriſimile eſt quòd non ſint eo tempore verbi gratia: ſi ſint ſenes vel aduenę cito receſſuri: vt ĩ. ad Car.l.iij.§.duæ.& hoc ſummatim debet exponi [a]: & ſi non petatur calumnioſe, condemnabitur reus. nam ſi veriſimile eſt quòd per teſtes tẽpore exiſtentis conditionis poſſet probare, non ageret. Illud autem ſummatim non probatur, ſed plene ſit pecunia debita ſub conditione eo chirographo, vel non. Et not. de ſummaria cognitione ſimilia: vt dices infra ad exhib.l.iij.§.ſciendum eſt. regulariter autem contra: vt C. de iud.l.iudices. A D D I T I O. Dic ſecundum Barto. quòd regulariter de omni caſu plenarie cognoſcitur. fallit in caſibus in l.iij.§.heredum. infra ad exhibend.

*a Bart. hic in pe.col. in verſic. quæro quid faciat iudex. dicit hanc glo. not. & ſingu. et vide remiſſiones quæ traduntur hic in nouis interpreta. Bolo.*

h Debeam vincere. immo videtur ꝙ non, tribus rationibus. Prima, quia ſi tẽpore cõditionis exiſtentis iam ſuperſint teſtes, non agã tunc Aquilia, quia probationes alias habeo: vt ĩ.de fur.l.qui tabulas §.inde poteſt.& §.apoca. & ſ̃. de eden. l.argentarius.§.cum autem.& ſ̃.e. l. qui occidit. §.j. ſi autem non ſuperſint, nec tunc agã, quia potueram petere eos publicari ad æternam rei memoriam: vt in auth.de teſti.§.pen.col. vij.& ĩ.de teſti.l.curent. quæ ſunt contra. vnde non videor pati damnum hac ratione: & ſi pendente conditione agã, ſimiliter videor excludi, cũ habeam aliud auxilium: quia poſſum petere publicari teſtes. Sed reſpon. ꝙ hic loquitur quãdo pendente cõditione agitur Aquil. quod poteſt: licet probationes alias habeat, ſi veriſimile eſt ꝙ non ſuperſint exiſtente conditione: quod ſummatim iudex perpendet habita cognitione. nec deletor poteſt obijcere agenti ꝙ nõ poſsint publicari teſtes propter delictũ ſuum: vt dicitur ĩ.e.l. antep. & ibidẽ notaui. vel hoc auxilium publicãdi habet actor ſuo quodã extraordinario iure. Quidam tamen dicunt ꝙ nihilominus exiſtẽte cõditione aget Aquilia, licet alias probationes habeat. minus tamẽ cõſequitur agendo: quia minus damnũ eſt quàm ſi nullas alias haberet. & quod dicitur ibi in d.§.apocha.in fi.ibi, nihil mihi videtur intereſſe. ita exponũt. i.nõ videtur differentia eſſe ſi ſint etiã aliæ probationes &c. Sed hoc nõ valet: quia quare tũc differretur exactio? certè immo nõ differtur: vt & ĩ.de condic.fur. l.ſi ſeruus.§.q; ſi pendẽte. & ĩ.de tab.exhi. locũ. §.condemnatio. Prima ergo verior eſt: & ſic exactio differatur: & eſt ſpeciale, ne cõtradicant duæ modo dictæ. ll. Secunda eſt ratio quare nõ videar debere vincere: quia quomodo vincam, cũ ante conditionẽ nihil ago: vt ſ̃.quando di.v ſusfr. leg. ce.l.j.in fi? Sed dic agi hic propter præſens damnũ: vt & ſtatim dices in ſolutione contrarij. Item tertia eſt ratio quòd nõ vincam: quia iudiciũ non eſt de futuris: vt ſ̃. de iudi.l. nõ quemadmodum. quæ eſt contra. Sol. hic præſens damnũ, & præſens obligatio, & præſens actio eſt, & præſens cauſa.i. factum: & præſens ſententia, ſed non exactio vel executio. Vel dic ꝙ eſt mirabile & ſpeciale & notabile in Aquilia. ſunt & alia, vt pœna inficiationis, & ſolutũ indebitum ex ea cauſa. Item quòd veniat culpa leuiſsima. Tertia poſitio: quidam tamen dicunt quòd hic inducuntur teſtes vt publicentur: quod non placet Azoni, quia ſic ſe actor excluderet ab Aquilia, parãdo ſibi alias perpetuas probationes: vt & modo notaui. ſed ipſi dicũt non agi hic Aquilia: nec hoc hic dicitur. & quod dicit in fin. condemnationis & condemnatio, ſcilicet faciendæ & facienda. & in prin. l. in l. Aquilia. non dices, id eſt in actione, ſed in tractatu Aquil. & eſt plana hæc lectura: & debeo vincere in eo quod peto. peto autem fieri probationem: & ſic fertur interlocutoria ſuper hoc. Ex prædictis patet tribus modis intelligi hanc. l. vt ex hac gloſ. colligitur. Accur.

*Pro teſtamento deleto non cõpetit actio legis Aquiliæ teſtatori, ſed heredi vel legatario Baldus.*

XLI. V L P I A N V S libro quadrageſimoprimo ad Sabinum.

SI quis teſtamentũ deleuerit, an dãni iniuriæ actio cõpetat, videamus. Et Marcellus libro quinto Digeſtorũ dubitans negat cõpetere. Quemadmodum enim, inquit, æſtimatio inibitur [l]? † Ego apud eũ notaui, in teſtatore quidẽ hoc eſſe verũ: quia quod intereſt [m] eius, æſtimari non poteſt: veruntamen in herede vel legatarijs diuerſum [n], quibus teſtamenta pene chirographa [o] ſunt. Ibidẽ Marcellus ſcribit, chirographo deleto cõpetere legis Aquiliæ actionem.

*Secretarius tenetur ad intereſſe ſi reuelat ſecretũ.h.d. & ad hoc allegatur iſte §. Baldus.*

Sed & ſi quis tabulas teſtamenti apud ſe depoſitas deleuerit [p], vel pluribus præſentibus legerit, vtilius eſt in factum & iniuriarum agi, ſi

i Exactio. Not. mirabile, ſcilicet actionem in factum re iudi. vltra quadrimeſtre vel bimeſtre tempus extendi: aliàs cõtra: vt C.de vſu.rei iu.l.ij.& ĩ.de re iud.l.debitoribus.& facit ſ̃.de peti.hered.l.quod ſi in diem. Accur.
k Defecerit.ſcilicet conditio. Accur.

SI quis.} C A S V S. Quidam deleuit teſtamentum alterius. Aqui. non tenetur quo ad teſtatorem: ſed heredes & legatarij agere poſſunt Aqui. Cetera plana ſunt vſque ad l. ob id. Viuianus.

l Inibitur. aliàs habebitur. aliàs habetur. & aliàs inhibetur. Accurſius.
m Intereſt. quod dicitur nõ intereſſe teſtatoris: verũ eſt propter relicta. ſed nonne poteſt intereſſe propter linũ & cerã, filum & ſimilia? Reſpon. ſic: propter quæ agitur Aquilia.
n Diuerſum. ideo diuerſum, quia eorũ intereſt: non tamen apperit ꝙ Aquilia detur. eſt tamen verum ꝙ datur hereditate adita: ſed prius facta deletione datur de dolo: vt ĩ.eo. l.qui tabulas.in fi.& ſ̃.de dolo.l.ſi quis tabulas in fi. Accur.
o Pene chirographa. non vere. nã chirographum dicitur ſcriptura quã quis ſua manu emittit in ſuum præiudicium: quod teſtator non facit. Vel largius accipe chirographũ pro quolibet inſtrumento. & dic quòd pene dicit, quia heres neminem habet obligatum: magis autem ipſe obligatur: creditor verò habet. Item quia in chirographo vertitur lucrum tantum, in teſtamento & onus, ſecundum Azo. & ſecũdum hoc dictio quibus, ad heredes tantum refertur. Accur.
p Deleuerit. poſt aditam hereditatem.

Publicauit.

iniuriæ faciendæ: cauſa ſecreta iudiciorum publicauit.[a] Interdum euenire Pomponius eleganter ait, vt quis tabulas delendo, furti non teneatur, ſed tantum damni[b] iniuriæ: vt puta ſi non animo furti faciendi, ſed tantum damni dandi deleuit. nã furti non tenebitur, cum facto[c] enim etiam animum furis furtum exigit.[d]

B XLII. IVLIANVS libro quadrageſimooctauo Digeſtorum.

QVi tabulas teſtamenti depoſitas, aut alicuius rei inſtrumentum ita deleuit, vt legi non poſsit, depoſiti actione, & ad exhibẽdum[e] tenetur: quia corruptã rem reſtituerit, aut exhibuerit. Legis quoque Aquiliæ actio[f] ex eadem cauſa competit. Corrupiſſe enim tabulas rectè dicitur & qui eas interleuerit.

*In lege Aquilia venit damnum datum etiam hereditate iacente. Bartolus.*

XLIII. POMPONIVS libro nonodecimo ad Sabinum.

C OB id quòd antequam hereditatem adires, dãnum admiſſum in res hereditarias eſt[g], legis Aquiliæ actionem habes, quòd poſt mortem eius cui heres ſis, acciderit. Dominum enim lex Aquilia appellat[h] non vtiq;[i] eum qui tunc fuerit cũ damnum daretur. Nam iſto modo[k] ne ab eo quidẽ cui heres quis erit, tranſire ad eum[l] ea actio poterit[m]: neque ob id[n] quod tum commiſſum fuerit cum in hoſtiũ poteſtate eſſes, agere poſtliminio reuerſus poteris. & hoc aliter[o] cõſtitui ſine magna captio- D ne poſtumorum liberorum qui parentibus heredes erũt, nõ poterit. Eadem dicemus, & de arboribus eodem tempore furtim cęſis. Puto eadẽ dici poſſe etiã de hac actione quod vi aut clam: ſi modo quis aut prohibitus fecerit, aut apparuerit eũ intellegere debuiſſe[p], ab eis ad quos ea hereditas pertineret, ſi reſciſſent, prohibitum iri.

XLIIII. VLPIANVS libro quadrageſimoſecundo ad Sabinum.

IN lege Aquilia & leuiſsima[q] culpa venit. Quotiens ſciente domino ſeruus vulnerat vel occidit, Aquilia B dominum teneri[r] dubium non eſt.

XLV. PAVLVS libro decimo ad Sabinum.

SCientiam hic pro patientia accipimus: vt qui prohibere potuit[s], teneatur ſi non fecerit.

*Not. quòd licet vulneratus ſit liberatus, tamen poteſt agi de vulnere. quod not. & tene menti. Baldus.*

Lege Aquilia agi poteſt & ſanato vulnerato ſeruo.[t] Si meũ ſeruum cum liberũ[u] putares occideris, lege Aquilia teneberis. Cum ſtramenta ardentia tranſilirent, duo[x] cõcurrerunt, amboq; ceciderunt, C & alter flãma conſumptus eſt. nihil eo nomine poteſt agi, ſi non intellegitur vter ab vtro euerſus ſit[y].

*Quod ſit ad defenſam, pœnam non meretur. Baldus.*

Qui cũ aliter tueri ſe nõ poſſent, dãni culpam dederint, innoxij ſunt. Vim enim vi[z] defendere† omnes leges omniaq; iura permittunt[a]. Sed ſi defendendi mei cauſa lapidẽ in aduerſarium miſero, ſed non eũ ſed prætereũtem percuſſero, tenebor[b] lege Aquilia. Illũ enim ſolum qui vim infert, ferire cõceditur: D & hoc ſi tuendi duntaxat, non etiam vlciſcendi[c] cauſa factum ſit. Qui idoneum parietem ſuſtulit, damni iniuria domino eius tenetur.

XLVI. VLPIANVS libro quinquageſimo ad Sabinum.

a *Publicauit.* paupertatem teſtatoris manifeſtãdo: vt C. quãdo & quibus quarta pars. l. ij. §. ſed vbi. Azo. & le. Cor. de falſis tenetur: vt j. de pœnis. ſi quis aliquid. §. qui viui. & etiam iniuriarum: vt j. depoſi. l. j. §. ſi quis tabulas.

b *Damni.* ſed & ſi non habuit animum damni dãdi, tenetur: vt ſupra e. ſed & ſi. §. iniuriam, & l. ſi ſeruus ſeruũ. §. ſi fornacarius. & in puero: vt in §. & ſi puerũ. in l. ſi ſeruus ſeruum.

c *Cum facto.* id eſt cũ contrectatione.

d *Exigit.* ſcilicet vt ſit furtum: cum furtũ ſine affec. &c. vt inſtitu. de ob. ex deli. §. placet. vt quia erat debitor qui ſurripuit.

e QVi tabulas. Ad exhibendum. Hac actione videtur non teneri, primo per l. C. ad exhiben. l. exhibitionis. quæ eſt contra. Solut. ibi non erat mutata forma rei: hic ſic. ar. infra ad exhiben. l. Iulianus ſcribit. §. ſed & ſi quis. Secũdo, quia alibi dicitur dari de dolo: quòd non eſſet ſi hic daretur: vt ſupra de dolo. l. ſi quis tabulas. quæ eſt contra. Sol. hic depoſitæ erant vt heredi reſtituerentur: ibi vt perpetuo eſſent apud depoſitariũ. vel hic tabularum dominus, ibi non: vel hic hereditatem adijt, ibi nõ. vel ſolue vt ibi.

f *Aquiliæ actio.* ſcilicet vtilis, vel in factum: vt ſupra. l. prox. §. penult.

OB id. } CASVS. Titi⁹ inſtituit me heredem: & antequam adirem, Seius dedit damnum in her. poſtea obijt. quæritur an competat mihi. l. Aquil. act? Et dicitur quòd ſic: cum ſim dominus illarum rerum in quibus fuit damnũ illatum: licet tunc non eram. ſi aliter dicas, tria ſequerentur incõuenientia. Primo, quia ſi de her. ad heredem act. non tranſiret: eadem ratione nec de eo cui cœpit competere ad here. trãſiret, quod eſt falſum: quia tranſit. Item ſecundo, quia ſi damnum daretur in rebus capti ab hoſtibus, non daretur ei actio reuerſo: quod iniquum eſſet. Tertio, quia ſi daretur damnum in rebus Titij quondam, antequam poſthumus futurus her. adiret: poſthumo poſtea nato act. l. Aquil. non daretur: quod eſſet iniquum. igitur oportet vt ad heredem tranſeat hæc actio. hoc duobus probat exemplis. vnum eſt in actione arborum furtim cæſarum. aliud eſt in actione ſeu interdicto quod vi aut clam: quæ competit hered. pro eo quod iacente here. factum eſt. Viuianus.

g *Eſt.* id eſt ob id damnum quod &c. Azo. Sed videtur non dari occaſione talis rei heredi actio furti: vt infra de furtis. l. hereditariæ. quæ eſt contra. Sol. aliud in actione furti, vt ibi, & aliud in actione iſta.

h *Appellat.* vt & ſ. eod. item Mela. §. legis.

A i *Non vtique.* ſcilicet tantum Iohã.

k *Modo.* ſi præſentem dominum tantum appellaret.

l *Ad eum.* ſcilicet heredem. Iohan.

m *Poterit.* eſt enim hæc actio perſonalis: vnde ad vniuerſalem non ſpecialem ſucceſſorem tranſit: ſicut nec aliæ præter duas: id eſt actionem quæ oritur ex interdicto de itin. actuque priua. vt j. de itin. actuque priua. l. iij. §. hoc interdictum. & §. ſed & ſi quis. Et pręter illam quę oritur ex interdicto quod vi aut clam: vt j. quod vi aut clam. l. is qui in puteũ. §. ſed & ſi poſtea. ſecũdum Azo.

n *Ob id.* ſ. damnum.

o *Et hoc aliter.* ſcilicet quàm diximus. Accurſius.

p *Debuiſſe.* ne melioris conditionis, &c. vt infra quod vi aut clã. l. ſeruus.

IN lege. } CASVS. Propter leuiſsimam culpam quis hac act. tenetur, ſi dãnum det. Cetera plana ſunt vſque ad l. ita vulneratus. Viuia.

q *Leuiſsima.* niſi in duobus caſibus: vt ſupra e. ſi putator. & infra de adqui. re. domi. homo liber. §. j. Accurſius.

r *Teneri.* & inſolidum.

s SCientiam. Potuit. vt & C. de noxa. ſi ſeruus igno. & hoc ſiue de iure, ſiue de facto potuit prohiberi: vt j. de noxa. l. in omnibus ſecundum Azonem.

t *Vulnerato ſeruo.* ſ. ratione expenſarum & operarum: vt ſupra eo. ſi ſeruus ſeruum. §. rupiſſe.

u *Cum liberum putares.* forte idem facturus ſi ſciſſes: vt in iniuria: vt j. de iniur. item apud. §. interdum.

x *Duo.* ſcilicet homines.

y *Euerſus ſit.* Arg. contra. ſupra. eo. item Mela. §. ſed ſi plures. & j. tit. j. l. j. in fi. & l. ij. Accurſius.

z *Vim enim vi.* vt ſupra de iuſt. & iure. l. vt vi. vt ſupra. quod me. cau. l. ſed & partus. §. j.

a *Permittunt.* eo ipſo quòd non prohibent: vt ſupra. ex quib. cauſa ma. l. necnon. §. ſed quod eis. Azo.

b *Tenebor.* veritate inſpecta potius quàm meo cogitatu: vt j. de iniur. l. eum qui. §. ſi iniuria. & j. quod vi aut clam. l. aut. §. & ſi quis dum. & j. de ſer. corrup. l. doli mali. §. ſi quis dolo. Sed ar. contra j. de iniu. item apud. §. interdum. & l. ſi cũ ſeruo. ſed illud in illa actione iniuriarũ: ſecus in iſta. vel dic vt not. in d. §. ſi iniuria. Item argu. contra infra de his quæ in teſ. delen. l. ij. ibi. non magis quàm ſi &c. Accur.

c *Vlciſcendi.* Not. ꝙ incontinenti licet vim vi repellere, & eodem modo. Item non ad vltionẽ, ſed ad defenſionẽ: vt hic & j. eod. ſi ex plagis. §. j. & C. vnde vi. l. j. & ſ. eo. ſed & ſi quẽcunque. circa prin. Sed videtur etiam ad vltionem permitti: vt C. de metat. l. deuotum. quæ eſt cõtra. Sed certè nomẽ vltionis,

† *Hic habes text. optimum: & adde Ange. in l. 1. j. ad leg. Cor. de ſic. & concor. tex. in c. quia. 64. diſt.*

tionis ponitur ibi ꝓ defenſione, ſicut in Pſalterio ponitur in quibuſdã libris, defenſorẽ: & in alijs vltorẽ: & ponitur ita in Eſaia. & ſic etiã in C. quãdo li. vnicuiq; ſe vin. l. j. in fi. ibi, noſtrã &c. ſecundũ Io. Itẽ ad idem cõtra. ĩ. de bo. lib. l. qui cum maior. §. ſi libertus. in fi. §. ſed ibi ciuiliter. ſ. corã iudice recõueniendo eum ſe vlciſcebatur. Accur.

a SI *vulnerato*. *Actum ſit*. de vulnerato. Accur.

b SEd *ſi priore*. *Egiſſet*. ſic infra de actione emp. l. ex empto. §. etiam. in fin. §. & infra de euic. l. quia dicitur. Accur.

c SI *ſeruus*. *Dederit*. dolo, vel lata culpa, de quo ſolo tenetur liber factus actione in factum in duplũ poſtquam fuerit liber factus: vt ĩ. ſi quis teſt. lib. eſſe iuſ. fue. l. j. in prin. & §. j. ex alio autẽ facto tenetur. l. Aquil. vt ſubijcit.

d *Tenebitur*. de culpa leuiſsima.

e *Alterius*. primum enim parit actionẽ in factum. vt dixi: ſecundũ actionem. l. Aquiliæ.

f *Hæ res*. ſ. actiones.

g SI *quis fumo*. quod dicitur perſequi, in vim paſsiui. Accur.

h *Videatur*. id eſt pręſumatur.

i *Iniuria*. id eſt nõ iure. Accur.

k *Adtulerit*. id eſt vt dãnum datũ hoc ipſo ꝙ non eſt iure datum, videatur, id eſt præſumatur, quòd attulit iniuriam, id eſt culpam cum ipſo dãno, ſecundũ Io. & ſic culpa præſumitur. Vel dic ſecundum Azo. planius, ſed in idem recidit, hoc ipſo quòd eſt damnum datum, pręſumatur nõ iure datum, niſi contra probetur: vt in exemplo quod ſubijcit: niſi magna &c. & ſic culpa præſumitur: & fallit quod dicitur, qui culpam dicit &c.

l *Extinctus*. immo videtur teneri ſi ante extinguatur: vt infra quod vi aut clam. ſi alius. §. eſt & alia. quæ eſt contra. Sol. hic erat iuſtus metus, ibi nõ: vt ar. ĩ. loc. l. habitatores. in fin. & ĩ. de incẽ. rui. nau. l. iij. §. pen. erat enim hic iam ortum incendium, & ſic putabatur illuc peruenturum. vnde verſus:

*Nã res tua agitur, paries cum proximus ardet.*
*Et neglecta ſolẽt incendia ſumere vires.*

Item facit ad hũc. §. ſ. eod. l. qui occidit. §. in hac. & C. eod. l. j. Acc.

m QVi *domum*. *Præter naturale ius*. ſcilicet quo ædificium cedit ſolo.

SI vulnerato ſeruo lege Aquilia actum ſit,[a] poſtea mortuo ex eo vulnere agi lege Aquilia nihilominus poteſt.

XLVII. IVLIANVS libro octageſimoſexto Digeſtorum.

SEd ſi priore iudicio æſtimatione facta, poſtea mortuo ſeruo de occiſo agere domin⁹ inſtituerit: exceptione doli mali oppoſita compelletur, vt ex vtroque iudicio nihil amplius conſequatur, quàm conſequi deberet ſi initio de occiſo homine egiſſet.[b]

*Diuerſitas factorum exigit diuerſitatẽ pœnarum.* Baldus.

XLVIII. PAVLVS libro trigeſimonono ad Edictum

SI ſeruus ante aditam hereditatem damnum in re hereditaria dederit,[c] et liber factus in ea re damnum det, vtraque actione tenebitur[d]: quia alterius[e] et alterius facti hæ res[f] ſunt.

XLIX. VLPIANVS libro nono Diſputationum.

SI quis fumo facto apes alienas fugauerit, vel etiã necauerit, magis cauſam mortis præſtitiſſe videtur q̃ occidiſſe: & ideo in factum actione tenebitur.

*No. quòd quis poteſt deſtruere alienũ ne deſtruatur ſuũ: quia hoc videtur facere magis cauſa defenſionis, quàm offenſiõis.* Bar.

Quod dicitur dãnum iniuria datũ Aquilia perſequi[g], ſic erit accipiendum, vt videatur[h] damnum iniuria[i] datum, quod cum dãno iniuriã attulerit:[k] niſi magna vi cogente fuerit factũ: vt Celſus ſcribit circa eũ qui incendij arcendi gratia vicinas ædes intercidit. Nã hic ſcribit ceſſare legis Aquiliç actionem. Iuſto enim metu ductus, ne ad ſe ignis perueniret, vicinas ædes intercidit. & ſiue peruenit ignis, ſiue ante extinctus[l] eſt, exiſtimat legis Aquiliæ actionem ceſſare.

L. IDEM libro ſexto Opinionum.

QVi domũ alienã inuito domino demolit, et eo loco balneas extruxit prẹter naturale ius[m] quod ſuperficies ad dominum ſoli pertinet, etiã dãni dati nomine actioni ſubijcitur.[n]

A n *Subijcitur*. pro domo deſtructa. Accur.

ITa *vulneratus*. } CASVS. Vnus ſeruum meum vulnerauit, & alius poſtea occidit. ambo tenentur de occiſo. Litera eſt plana vſque ad fin. l. Viuianus.

o *Ictus*. id eſt percuſſus. Accur.

LI. IVLIANVS libro octageſimoſexto Digeſtorum.

ITa vulneratus eſt ſeruus, vt eo ictu certũ eſſet moriturum. medio deinde tẽpore heres inſtitutus eſt, & poſtea ab alio ictus[o] deceſsit. quæro an cum vtroq; de occiſo lege Aquilia agi poſsit. Reſpondit[p]: Occidiſſe dicitur vulgo quidã qui mortis cauſam quolibet[q] modo pręB buit: ſed lege Aquilia[r] is demũ teneri viſus[s] eſt, qui adhibita vi et quaſi manu cauſam mortis prębuiſſet: tracta videlicet interpretatione vocis à cædẽdo, & à cæde. Rurſus Aquilia lege teneri[t] exiſtimati ſunt† non ſolùm qui ita vulneraſſent, vt cõfeſtim vita priuarẽt: ſed etiã hi quorũ ex vulnere certũ eſſet aliquẽ vita exceſſurum. Igitur ſi quis ſeruo mortiferũ vulnus inflixerit, eundemq; alius ex interuallo ita percuſſerit, vt maturius interficeretur, quàm ex priore vulneC re moriturus fuerat: ſtatuendum eſt vtrumq; eorum lege Aquilia teneri. Idque eſt cõſequens auctoritati veterum, qui cùm à pluribus idẽ ſeruus ita vulneratus eſſet, vt nõ appareret cuius ictu periſſet, omnes lege Aquilia teneri iudicauerũt[u]. Aeſtimatio autem perempti non eadẽ in vtriuſq; perſona fiet. Nam qui prior vulnerauit, tãtum pręſtabit quãto in anno proximo homo plurimi fuerit, repetitis ex die vulneris trecentũ*[x] ſexagintaquinque diebus. poſterior in id teD nebitur, quãti homo plurimi venire[y] poterit in anno proximo quo vita exceſsit: in quo pretiũ[z] quoq; hereditatis erit. Eiuſdẽ ergo ſerui occiſi nomine alius maiorẽ, alius minorẽ ęſtimationẽ præſtabit. nec mirũ: cũ verque eorũ ex diuerſa cauſa & diuerſis tẽporibus occidiſſe hominẽ intellegitur. Quòd ſi quis abſurdè[a] à nobis hæc cõſtitui putauerit, cogitet lõgè abſurdius conſtitui, neutrũ lege Aquilia teneri, aut alterum potius[b]: cum neque impunita[c] † maleficia eſſe

p *Reſpondit*. non reſpõdet quæſtioni modo: ſed altius exorditur.

q *Quolibet*. manibus vel corpore: vel ſine manibus & ſine corpore, præbita aliter occaſione mortis. Accurſius.

r *Aquilia*. ſcilicet directa. alius autem tenetur in factum, qui non ſuo corpore fecit.

s *Viſus*. ex primo capite.

t *Teneri*. vt de occiſo. nã vterq; tenetur quãti plurimi in anno proximo fuerit à tempore ſui vulneris: vt hic ſubiicit, æſtimatio autem &c. & ĩ. de dam. infe. fluminũ. § idẽ Seruius. in fi. & ſ. eod. l. ait lex. de vulnerato autem fieret æſtimatio intra xxx. dies ex tertio capite. nec eſt contra. ſ. e. l. huic. §. ſi ſeruus. & l. item Mela §. Celſus. vbi dicit primũ vt de vulnerato teneri, licet eſſet vulnus mortiferũ: quia non erat certũ ex eo vulnere moriturum.

u *Iudicauerunt*. ita ergo & in propoſito: vt infra tit. j. l. j. in fin. & l. ij. & ſupra eo. itẽ Mela. §. ſed ſi plures. Sed ar. contra. ſ. de rei vindic. l. ſi frumentum. in fi.

x *Trecentis*. nã tot dies habet annus: vt hic, & ĩ. de ſta. li. cum heres. §. Stichus.

y *Venire*. i. vẽdi. Acc.

z *Pretium quoque hereditatis*. & ſic lucrum venit: vt ĩ. de eo quod cer. loc. l. ij. in fin.

a *Abſurde*. ex eo. ſ. ꝙ pro homine quondã præſumpto mortuo, nũc quaſi mortuus teneatur: & ſic bis videtur mortuus, & diuerſis temporibus, quod videtur abſurdum: ſed eius contrarium eſſet abſurdius, vt ſubijcit. Accur.

b *Alterum potius*. ſcilicet quàm alium.

c *Impunita*. not maleficia non eſſe impunita dimittenda: vt hic, & ſ. de iudi. ſi lõgius. §. j. & infra de noxa. l. iiij. §. cum dominus. & ĩ. de fideiuſ. ſi à reo. §. fin. & C. de pœnis. l. ſi operis. & ĩ. de ſo. Stichum aut Pam. in fi. j. j. reſpon. & §. de interrog. ac. l. qui ſeruum. in ſi. j. reſpon. & C. de defen. ciui. l. per omnes,

Diſputandi.

a *Diſputandi.* id eſt cō tra rigorem iuris. nam de rigore iuris neuter tenetur. prior nō: quia non occidit. ſecundus non: quia & ſine eius vulnere eſſet mortuus.
b *Vnum interim.* ſcilicet exemplum.
c *Exiſtimantur.* tot autem ſunt maleficia, quot perſonæ: vt infra de iniur. l. ſi plures. & omnes inſolidum tenentur: vt infra de fur. vulgaris. §. penult. Sed ar. contra. ſupra. quod cuiuſque vniuerſitatis. ſi municipes. & infra de dam. infec. damni. in ſi. ij. reſpon.
d SI *ex plagis.* De occiſo. ſi enim negligentia perijſſet, nō ageretur de occiſo: vt ſupra eod. l. qui occidit. §. ſi. Azo.
e *In ſemita.* id eſt in via.
f *Inerat.* no. quod dolor dicitur ineſſe flagello, ex eo quod alij infert dolorem.
g *Niſi data ad hoc opera.* id eſt ad vindictam. & ſic ex quo incontinenti fecit, præſumitur quòd ad ſui defenſionem fecerit: vt aggreſſor interim eum non inuadat: niſi contra probetur: vt hic, & ſupra ſi quadrupes pauperiem feciſſe dicatur. l. j. §. cum arietes. ſecūdum quoſdam. Et ſic poteſt contra probare: vt hic ſecundum Iohannem. licet quidam contra. & adde quod not. C. vnde vi. l. j.
h *Vapulaſſet.* i. verberatus eſſet.
i *Vellet.* per quod vides quod incepit tabernarius rixam: ergo non licet ob tutelam rerum mearū inferre vim? Reſpond. hoc quia nō fuit cum moderamine. Accurſius.
k *Rixatus eſſet.* & ſic cum prius percuſſerit. collige ergo hic, & ex ſuperiori reſpon. argu. quòd non debes aliquem percutere ad defendēdum, niſi prius te feriat. Sed contra eſt: vt infra de vi & vi ar. l. iij. §. eum igitur. & hic ſic euenit de facto.
l *In cliuo.* Cliuus locus eſt quidam.
m *Ducebant.* aſcendendo. Azo.
n *Prioris.* id eſt ſuperioris. Accur.
o *Muliones.* quorū tamen mulæ non erant. Accurſius.

oporteat: nec facilè conſtitui poſsit, vter potius lege teneatur. Multa autem iure ciuili contra rationē diſputandi[a] pro vtilitate communi recepta eſſe, innumerabilibus rebus probari poteſt: Vnum interim[b] poſuiſſe cōtētus ero. Cum plures trabē alienam furandi cauſa ſuſtulerint, quam ſinguli ferre nō poſſent, furti actione omnes teneri exiſtimantur:[c] quamuis ſubtili ratione dici poſſit, neminem eorum teneri: quia neminem verum ſit eā ſuſtuliſſe.

*Imperitia medici, vel negligentia infirmi, non imputatur percuſſori: nec auget delictum. Baldus.*

LII. ALFENVS libro ſecundo Digeſtorum.

SI ex plagis ſeru⁹ mortuus eſſet, neque id medici inſcientia, aut domini neglegētia accidiſſet, rectè de iniuria occiſo[d] eo agitur.

*Ille qui immediate percutit percuſſorem ſuum, videtur facere ad defenſam. Bald.*

Tabernarius in ſemita[e] noctu ſupra lapidē lucernā poſuerat: quidam præteriēs eam ſuſtulerat. tabernarius eum conſecutus, lucernā repoſcebat & fugientem retinebat. ille flagello quod in manu habebat, in quo dolor inerat[f], verberare tabernariū cœperat vt ſe mitteret. ex eo maiore rixa facta, tabernari⁹ ei qui lucernā ſuſtulerat, oculū effoderat. conſulebat nū damnū iniuria non videtur dediſſe, quoniā prior flagello percuſſus eſſet. Reſpondi niſi data opera[g] effodiſſet oculum, non videri dānum iniuria feciſſe. culpā enim penes eū qui prior flagello percuſsit, reddere: ſed ſi ab eo non prior vapulaſſet[h], ſed cū ei lucernam eripere vellet,[i] rixatus eſſet,[k] tabernarij culpa factū videri.

*Not. quòd ius ex facto oritur, & ius eſt implicitum facto. h.d. Bartolus.*

In cliuo[l] Capitolino duo ploſtra onuſta mulæ ducebāt[m] prioris[n] ploſtri muliones[o] cōuerſum ploſtrū ſubleuabant, quò[p] facilè mulæ ducerēt. interim ſuperius[q] ploſtrum ceſsim[r] ire cœpit: & cū muliones[s] qui inter duo ploſtra fuerunt, è medio exiſſent, poſterius[t] ploſtrum à priore[u] percuſſum retro redierāt, & puerum cuiuſdam obtriuerat. dominus pueri cōſulebat, cum quo[x] ſe agere oporteret. Reſpondi in cauſa[y] ius eſſe poſitum. nā ſi muliones qui ſuperiùs ploſtrum ſuſtinuiſſent, ſua ſpōte ſe ſubduxiſſent, & ideo factū eſſet vt mulæ ploſtrū retinere non poſſent, atque onere ipſo retraherentur, cū domino[z] mularū nullā eſſe actionē: ſed cū hominibus[a] qui conuerſum[b] ploſtrū ſuſtinuiſſent, lege Aquilia agi poſſe. Nam nihilominus eū damnū dare, qui quod ſuſtineret, mitteret ſua volūtate[c], vt id[d] aliquē feriret: veluti ſi quis aſellum cum agitaſſet, non retinuiſſet. Aequè ſi quis ex manu telū aut aliud quid immiſiſſet[e], damnū iniuria daret. Sed ſi mulæ quia aliquid reformidaſſent[f], & muliōes timore permoti ne opprimerentur, ploſtrū reliquiſſent, cū hominib⁹ actionē nullā eſſe, cum domino[g] mularum eſſe. Quòd ſi neq; mulæ neq; homines in cauſa eſſent, ſed mulę retinere on⁹ nequiſſent, aut cū cōniterentur[h], lapſæ concidiſſent, & ideo ploſtrū ceſsim rediſſet, atq; hi quo conuerſum fuiſſet on⁹ ſuſtinere nequiſſent: neq; cū domino mularum, neq; cū hominib⁹[i] eſſe actionem. Illud quidē certè quoquo[k] modo res ſe haberet, cū domino poſteriorū mularū agi nō poſſe: quoniā nō ſua ſpōte, ſed percuſſę retro rediſſent[l]†. Quidā boues vēdidit ea lege, vti daret experiundos: poſtea dedit experiūdos. emptoris ſeru⁹ in experiūdo percuſſus ab altero boue cornu eſt. quærebatur nū vēditor emptori dānum præſtare deberet. Reſpōdi, ſi emptor boues emptos haberet, nō debere[m] pręſtare. ſed ſi nō haberet ēptos, tū ſi culpa hominis factum eſſet vt à boue feriret, nō debere pręſtari: ſi vitio bouis, debere.

*Si ludētes adinuicē ſe ſpingāt, et ſpinctus in terram percutit caput, vel crus frangit: ſpingens nō tenetur niſi ſtudioſe feciſſet, et extra naturā ludi. h.d. tex. cum glo. Bald.*

Cū pila cōplures luderent, quidā ex his ſeruulum[n] cum pilā percipere conaretur impulit: ſeruus cecidit, & crus fregit, quærebatur an dominus ſeruuli lege Aquilia cū eo cuius impulſu ceciderat, agere poteſt. Reſpondi, non poſſe, cum caſu[o] magis quàm culpa videretur factū.

p *Quo.* pro vt. Azo.
q *Superius.* id eſt prius. Azo.
r *Ceſsim.* id eſt retro.
s *Muliones.* ſuperioris ploſtri.
t *Poſterius.* poſt quod nullum erat.
u *A priore.* id eſt ſuperiore. Azo.
x *Cum quo.* vel cū domino mularum: vel cū plauſtrarijs.
y *In cauſa.* id eſt dicere, vt ille teneatur qui cauſam mortis præbuit. vel cauſam dicit factum ipſum cum quo ius eſt implicitū. facti ergo potius eſt quæſtio quàm iuris. Accur.
z *Cum domino.* inferioris vel ſuperioris ploſtri.
a *Cum hominibus.* i. cū mulionibus.
b *Conuerſum.* ſcilicet nunc. Accur.
c *Sua voluntate.* nō iuſta neceſsitate. Ir.
d *Vt id.* ſcilicet conſecutiue: vt duobus probat exemplis.
e *Immiſiſſet.* etiam ſine voluntate. vt ſupra eo. ſcientiam. §. ſed ſi defendendi. Azo.
f *Reformidaſſent.* ſcilicet ſine cauſa.
g *Cum domino.* ſuperioris ploſtri.
h *Conniterentur.* aliàs conarentur. & aliàs corruerent.
i *Neque cum hominibus.* ob hoc quòd de medio exiuerint: ſed ex eo quòd nimis onerauerunt tenentur: vel ſi per malum locum duxerint: vt ſupra. eod. qua actione. §. ſed ſi quis plus.
k *Quoquo.* ſiue culpa mulionum, vel alteri⁹ damnum acciderit: vel vitio ſuperiorum mularum.
l *Retro rediſſent.* argu. contra infra de dam. infec. l. qui bona. §. cum inter. ſed ibi melius poterat ſibi caueri ab alio: & ideo mihi cauet.
m *Debere.* cùm enim venditor bouem recipit, omnia retroaguntur: ſi tamen vellet, poſſet pro noxia dimittere: vt ſupra de alie. iudi. l. quia redhibito. & infra de ædi. edic. l. quòd ſi nolit. in prin.
n *Seruulum.* cum alijs ludentem. Accurſius.
o *Cum caſu magis.* non data opera id fecit: vt ſupra. e. item Mela. in princip. eſt enim de naturali ludi vnum alium impellere. Accurſius.

*† Iſte tex. eſt not. ſecundū Bal. ꝙ non eſt culpa in percuſſo, ſi retrocedit: ſecus in percuſſore.*

Si boues,

a B *Oues*. id eſt vaccas alienas : vt bene conueniat quod ſequitur. Accur. A

b *In factum actio*. vt & inſtit. eo. §. ſi. Accur.

L *Egis Aquiliæ.* } C A S V S. Si promiſiſti mihi animal: & ipſum ante morā occidi, vel vulneraui: an Aquilia tenear, quæritur. Et reſpon. ꝙ ſic. ſed ſi poſt moram occidi, non teneor.

c *Vulnerauit*. & ſic lucro moritur debitoris: vt j. de le. j. filiusfamil. §. fin. ſed cōtra id quod dicit hic dari Aqui. eſt ſupra de dolo. l. arbitrio. §. fin. Sol. hoc ſub conditione promiſit, vel in diem incertam: vbi conditione vel die incerta deficiente, apud promiſſorem maneret. ſupra verò pure promiſerat, vel in diē certam. Vel dic illā determinari per iſtā. vel ibi occidit alius vt daret damnū creditori, hic non: & hoc ſecundum Ir. ſed ar. contra huic ſo. s. eo. l. in lege. §. fin. Azo.

d *Sibi potius*. ſic infra de l. Rho. de ia. l. nauis. in fi. & j. ſo. ma. l. ex diuerſo. §. licet.

S *Tichum.* } C A S V S. Promiſi Titio Stichum, aut Pamphilū, alternatiue. Pamphil⁹ xx. valebat, & Stichus x. deinde ſtipulator occidit Stichum ante morā, vel etiā extraneꝰ aliquis occidit ante moram debitoris: & ſic competit actio. l. Aquil. tria hic quęro. Primo, nunquid cōpetat in pręmiſſo caſu vel in pretium Stichi occiſi, vel in pretiū Pamphili. Secundo, moritur Pamphilus ſua morte: & ſic liberatur pro interitu vtriuſque: an actio. l. Aquil. nata intereat in pretiū Pamphili? & dicit ꝙ non interijt, cùm ſemel victus fuit. nā ſufficit ſemel interfuiſſe tēpore dāni dati, vel retro intra annum. Tertiò, quod ex ſecundo naſcitur, tale pone ꝙ Pamphilus ſua morte deceſsit ab anno citra: nunc occiditur Stichus vilior. quæritur & an & inquantū agatur Aquil. & dicit agi in pretium Pamphili ac ſi Stichus retro fuiſſet occiſus ab anno ſcilicet citra à morte.

*Vulg. incipit, Si boues alienos.

LIII. N E R A T I V S libro primo Membranarum.

B Oues [a] alienos* in anguſtum locū coēgiſti, eoq; effectum eſt, vt deiicerentur. datur in te ad exemplum legis Aquiliæ in factū actio [b].

*De iniuria quam quis facit ſibi, nemo agit. ad hoc allegatur iſta lex.* Baldus.

LIIII. P A P I N I A N V S libro trigenſimoſeptimo Quæſtionum.

L Egis Aquiliæ debitori competit actio cum reus B ſtipulandi ante moram promiſſum animal vulnerauit. [c] Idem eſt & ſi occiderit animal. Quòd ſi poſt moram promiſſoris, qui ſtipulatus fuerat occidit, debitor quidem liberatur: lege autem Aquilia hoc caſu non rectè experietur. nam creditor ipſe ſibi potius [d] quàm alij iniuriam feciſſe videtur.

*Not. quòd in actione. l. Aquil. licet minuatur intereſſe, tamen nō minuitur actio: quia habet oculos retro, & non eſt mere perſecutoria.* Baldus.

LV. P A V L V S libro vicenſimoſecundo Quæſtionum.

S Tichum aut Pamphilū promiſi Titio, cum Stichus eſſet [e] decē millium, Pāphilus viginti, ſtipulator Stichum ante moram occidit. C quæſitū eſt de actione legis Aquiliæ [f]. Reſpondi, cū viliorē occidiſſe proponitur, in hunc tractatum nihilū differt ab extraneo [g] creditor. Quāti igitur fiet æſtimatio? vtrum decem milium, quanti fuit occiſus: an quanti eſt, quem neceſſe habeo dare [h], id eſt quanti mea intereſt [i]? Et quid dicemus ſi & Pamphilus deceſſerit ſine mora [k]? Iam [l] pretium Stichi minuetur, quoniā liberatꝰ [m] eſt D promiſſor? Et ſufficiet fuiſſe pluris cū occideretur, vel [n] intra annum. [o] Hac quidē ratione etiā ſi poſt mortē Pamphili intra annū occidatur [p], pluris videbitur fuiſſe. [q]

LVI. I D E M libro ſecundo Sententiarum.

M Vlier ſi in rē viri damnū dederit, pro tenore legis Aquilię [r] cōuenitur.

*Not. quòd cōmodatarius equi non tenetur, ſi ille equus eſt ab alio equo percuſſus ſine culpa ſua. quod not.* Baldus.

LVII. I A V O L E N V S libro ſexto ex Poſterioribus Labeonis.

B E Quum tibi cōmodaui. in eo tu cū equitares, & vnà [s] cum plures equitarent, vnus ex his irruit in equum, teq; deiecit. & eo caſu crura equi [t] fracta ſunt. Labeo negat tecum vllam actionem eſſe. ſed ſi equitis [u] culpa factum eſſet, cum equite ſanè, non cum equi domino agi poſſe [x], verum puto.

DE HIS QVI EFFVDERINT vel deiecerint.

TITVLVS III.

*Not. quòd ſi quis proijcit lauaturam ſuper pannos tuos, debet tibi emendare in duplum.* Baldus.

I. V L P I A N V S libro vicenſimotertio ad Edictum.

C P Rætor ait de his qui deiecerint vel effuderint [y]: *Vnde in eum locū quo vulgo* [z] *iter fiet, vel in quo conſiſtetur, deiectum vel effuſum, quid erit: quantum ex ea re damnum datum factúmve* [a] *erit, in eum qui ibi habitauerit, in duplum* [b] *iudicium dabo. ſi eo ictu homo liber periſſe dicetur, quinquaginta aureorum iudicium dabo. ſi viuet, nocitúmque ei eſſe dicetur: quantum ob eam rem æquum iudici videbitur* [c] *eum cum* D *quo agetur condēnari, tanti iudicium dabo. Si ſeruus* [d] *inſciente domino feciſſe dicetur, in iudicio*

e *Eſſet*. id eſt valeret: & ſic in ſequenti.

f *Aquiliæ*. inquantū detur. certum eſt enim dari: vt s. l. proxi.

g *Ab extraneo*. interfectore.

h *Habeo dare*. innuit me ad viuum præciſe teneri : quod eſt verum vt infra de ſo. Stichum aut Pamphilum. in princ. Sed contra infra de leg. j. cum res. §. ſed ſi Stichus. vbi permittit dari pretium mortui. Sol. hic delinquens ſtipulator promiſſori propter delictum ſuum obiicere non poteſt quòd ſoluere poteſt mortui æſtimationem, quo minus ſoluat Pamphili æſtimationem conuentus l. Aquil. ſi velit debitor. vel verius, ibi eſt forſan, quod eſt philoſophicum temperamentum, ſecundum Azo.

i *Quanti mea intereſt*. quod verum eſt, ſi enim Stichum ſoluerem, liberarer, & haberem Pamphilū, qui eſt viginti milliū, A nūc ergo ſi velim Pamphilum ſoluere, repetam viginti millia: nec deduceretur pretium Stichi : cum lucro debitoris ſit mortuus : argu. ſupra l. proxi. Alij dicunt quòd ſi volo me contendere liberatum morte Stichi, quod poſſum: & ſic me non teneri ad viuum præciſe: quod eſt falſum : quia hic dicit, quem neceſſe & cetera.

k *Sine mora*. ſcilicet poſt mortem Stichi: vt differat ab inferiori reſponſo.

l *Iam*. aliàs iam, & aliàs num. & ſemper interrogatiuè lege. & quod dicit pretium Stichi, quod ſcilicet erat in actione l. Aquil. xx. milia: licet verum fuerit decem milia tantum.

m *Liberatus*. ab vtroque.

n *Vel*. ponitur pro ſaltem.

o *Intra annum*. ſic ergo non minuetur pretium Stichi. nam præſtari debet quanti fuit cū occideretur in anno proximo : hic autē fuit pluris cùm occidebatur, propter Pāphilum qui viuebat, in quem ſoluēdum remanebat debitor obligatus.

p *Occidatur*. ſcilicet Stichus. Azo.

q *Fuiſſe*. intra annum. & ideo viginti milia præſtabūtur. habet ergo lex Aquilia oculos retro. ſic & j. de ſer. corru. l. doli. §. fin. Accurſius.

r M *Vlier*. *Legis Aquiliæ*. id eſt actione in factum; vt C. rerū amo. l. ij. Azo. & facit ſupra cod. l. ſi ſeruus ſeruum. §. ſi cum maritus.

s E *Quum tibi. Et vnà*. id eſt ſimul cum ſuis equis.

t *Crura equi*. tibi commodati.

u *Sed ſi equitis*. ſcilicet irruentis. Accur.

x *Agi poſſe*. cum culpa equitantis ſit factum: ſecus ſi vitio equi.

DE HIS QVI EF*fuderint vel deiecerint.*

*Id eſt de ijs ex quorum domo aliquid eſt deiectum vel effuſum : vt infra eod. l. 1. 1. reſpon.* Azo. *& inſtitu. de oblig. ex quaſi deli.* §. 1.

y P *Rætor ait. Vel effuderint*. verba Vlpia. ſed ſequētia vſq; ad §. ſumma, ſunt prætoris. & cōſtrue, in eū qui ibi inhabitauerit vnde deiectū vel effuſum quid erit in eum locum &c.

z *Quo vulgo*. hoc verbum exponitur. j. eo. l. hoc edicto. Accurſius.

a *Factúmve*. ꝓ eodē ponitur datū & factū. Vel dic, datū ſtatim: factū. ſ. poſt: vt j. ne qd in lo. pu. l. ij. §. deinde ait prætor.

b *In duplum*. ſcilicet eius damni quod erit.

c *Iudici videbitur*. hoc determinatur in vltima. l. huiꝰ tit. Azo.

d *Si ſeruus*. ſcilicet inhabitātis: qa in ſuis venia dignus eſt, vt liberetur dādo pro noxa: vt s. nau. cau. ſta. l. fi. §. hāc autem. in alijs autē tenetur inſolidum : cum ipſe dominus eorū vtitur opera: vt inſt. de ob. ex quaſi deli. §. pe. & prædicto. §. hāc autem. nā inſpecto iure cōmuni cum pro ſuo quaſi delicto cōuenitur

*adijciam[a] *, aut noxam dedere.*

*No. quòd viæ debent eſſe ſecuræ. Baldus.*

Summa cũ vtilitate id prætorem edixiſſe nemo eſt qui neget. Publicè enim vtile eſt, ſine metu et periculo per itinera commeari[b]. Parui autẽ intereſſe[c] debet, vtrũ publicus locus ſit, an verò priuatus: dummodo per eũ vulgo iter fiat: quia iter faciẽtibus proſpicitur, nõ publicis vijs ſtudetur. Semper enim **B** ea loca per quę vulgo iter ſolet fieri, eandẽ ſecuritatem[d] debẽt habere. Ceterũ ſi aliquando vulgus in illa via nõ commeabat, & tunc deiectũ quid vel effuſum cum adhuc ſecreta loca eſſent, modò cœpit cõmeari[e]: nõ debet hoc edicto teneri. Quod cum ſuſpenderetur decidit, magis deiectum videri[f]. Sed & quod ſuſpẽſum decidit, pro deiecto haberi magis eſt. Proinde etſi quid pendens effuſum ſit, quamuis nemo hoc effuderit, edictum tamẽ locum habere dicẽdum eſt. **C** Hæc in factum actio in eum datur qui inhabitat cũ quid deiiceretur[g] vel effunderetur: nõ in dominũ ædiũ. culpa enim penes eum[h] eſt. Nec adijcitur culpæ[i] mentio, vel inficiationis, vt in duplum[k] detur actio, quamuis damni iniuriæ vtrunq; exiget*. Sed cum homo liber perijt, dãni æſtimatio[l] non fit in duplũ: quia in homine libero nulla corporis æſtimatio fieri poteſt: ſed quinquaginta aureorum condemnatio fit.

*Dicℓto tamẽ, denotat inhærentiã. Bald.*

Hæc autẽ verba, *ſi viuet, nocitumq; ei eſſe dicetur*: nõ pertinẽt ad dãna quæ in rẽ hominis liberi facta ſunt, ſi forte veſtimenta eius, vel quid aliud ſciſſum corruptúmue eſt, ſed ea quæ in corpus[m] eius admittuntur. Si filiuſfamilias cœnaculum conductum habuit, et inde deiectũ vel effuſum quid ſit, de peculio in patrem nõ datur[n]: quia non ex contractu[o] venit. in ipſum itaque filium hæc actio[p] competit. Cum ſeruus habitator eſt, vtrum noxalis actio danda[q] ſit: quia nõ eſt ex negotio geſto[r]: an de peculio, quia non ex delicto ſerui venit? Neque enim rectè ſerui dicitur noxa, cum ſeruus nihil nocuerit. Sed ego puto ſeruum impunitũ eſſe non oportere: ſed extra ordinem officio iudi**B**cis corrigendum[s]. Habitare[t] autem dicimus vel in ſuo, vel in conducto, vel gratuito. Hoſpes[u] plane non tenebitur, quia nõ ibi inhabitat, ſed tantiſper hoſpitatur: ſed is tenetur qui hoſpitiũ dederit. Multum autẽ intereſt inter habitatorem, & hoſpitẽ, quantũ[x] intereſt inter domicilium habentem, & peregrinantem. Si plures in eodem cœnaculo habitent vnde deiectũ eſt, in quemuis hæc actio[y] dabitur:

*Nota quòd in hac actione non oportet arguere certi hominis factum. quod not. Baldus.*

**C** II. GAIVS libro ſexto ad Edictum Prouinciale.

CVm ſanè impoſſibile[z] eſt ſcire quis deieciſſet, vel effudiſſet[a],

III. VLPIANVS libro vicenſimotertio ad Edictum

ET quidem inſolidũ. ſed ſi cum vno fuerit actũ, ceteri liberabuntur.[b]

*Nota quòd quando plures tenentur ex quaſi delicto, vnus ſoluens repetit partem ab alio. Baldus.*

IIII. PAVLVS libro nonodecimo ad Edictum

PErceptione[c], non litis conteſtatione: præſtatu**D**ri partem damni ſocietatis iudicio vel vtili[d] actione ei qui ſoluit.

V. VLPIANVS libro vicenſimotertio ad Edictum.

SI verò plures diuiſo inter ſe cœnaculo habitẽt, actio in eũ ſolum datur, qui inhabitabat eã partẽ vnde effuſum eſt. Si quis gratuitas habitationes dederit libertis & cliẽtibus vel ſuis vel vxoris, ipſum eorum nomine

---

uenitur non debeat liberari dando pro noxa.
a *Adijciam.* ſcilicet inſolidum, aut noxæ &c.
b *Commeari.* vt ſ. tit. j. ſi putator.
c *Intereſſe.* quantum ad hoc edictum.
d *Securitatem.* quam habent viæ publicæ. Accur.
e *Commeari.* & nũc nihil dicitur. Accur.
f *Videri.* vtilis his caſibus & ſequentibus locum habet: vt ſ. de iuriſdic. omnium iud. l. ſi quis id.
g *Cum quid deijceretur.* vt lapis.
h *Penes eum.* ſcilicet inhabitantem.
i *Culpæ.* nam nõ exigitur culpa in facto: ſed ante factũ ſic: quia vitatur opera malorum hominum inhabitans.
k *In duplum.* tunc demum.
l *Aeſtimatio.* vt infra e. l. fina. in fin. & ad L. Rho. de iac. l. ij. §. corporum. & ſupra ſi quadru. paupe. fe. di. l. ex hac. ſic nec in re ſacra: vt ſupra de re. di. l. ſacra. §. fin.
m *In corpus.* & etiam operarum quę ex perſona proueniunt, vt in medicis: vt j. eo. l. fi. & inſtit. de obli. ex deli. §. ob hominem.
n *Non datur.* vt inſtit. eo. §. ſi filius. ſed contra ſupra de iudic. ſi filius. ſed ibi dicit, teneri ſcilicet filium: vt ibi dixi.
o *Non ex contractu.* bona ratio? vt j. de aleatoribus. l. fin. §. item ſi ſeruus. & infra de regu. iur. l. ex pœnalib⁹. Accurſius.
p *Hæc actio.* hoc dic vt ſ. de iudi. l. tam ex contractibus. Accur.
q *Danda ſit.* quod videtur.
r *Ex negotio geſto.* ſed ex cõtractu vel quaſi nõ daretur noxaliter: vt j. de actio. & oblig. l. ex contractibus. ſimilis eſt enim actio quæ ex quaſi cõtractu datur, ei quæ ex vero cõtractu datur. vtraq; enim datur de peculio: vt & ſ. de neg. geſt. ſi filius. diſsimiliter tamẽ quãdoq; dantur in heredes: vt C. de here. tu. l. j. Item quæ datur ex delicto, ſimilis eſt ei quæ datur ex quaſi deli. quia vtraq; datur noxaliter: vt j. eo. l. ſi vero. §. prætor. & ſ. eo. §. ſi ſeru⁹. & ſupra nau. cau. ſtab. l. vltima. §. ſeruorum. Nec ob. quod in eo. tit. dicitur. l. idẽ. §. penult. quia ibi loquitur de actione in factum, quæ datur ex cõtractu, id eſt de recepto, non de ea quæ datur in duplũ ex quaſi ma. Item nec ob. quòd dicitur. j. de fur. l. ſi ſeruus nauem. quia & ibi loquitur de ea quæ datur ex contractu. i. de exercitoria. Item hoc regulariter. quandoque enim ex maleficio, vel quaſi, non agi**A**tur noxaliter: ſed vt caſtigetur: vt hic & ſ. de mino. quòd ſi minor. §. ſi ſeruus. Alij dicunt hic etiam de peculio agi: argu. d. l. ſ. nau. cau. ſta. l. idem. §. item ſi ſeruus exercitoris. & j. de fur. l. ſi ſeruus nauem. §. fi. & j. de fur. l. ſi in re cõmuni. & j. de exer. l. ſi ſeruus volũtate. & l. j. §. ſi is qui nauẽ. & ſic cõcordat cũ quaſi cõtractu, ſecundũ eos: & ita ſecundum eos pro quaſi delicto nõ agitur noxaliter. Sed tu dic hic ſpeciale, vt dixi. vel etiam noxaliter hic poteſt agi. Porro in hoc diſsimile ſecundũ eos eſt quaſi delictũ à quaſi contractu, quia propter quaſi contractum non puniuntur corporaliter, datur tamen actio de peculio: vt ſ. de nego. geſt. ſi filius. ſed ex quaſi delicto extra or. corrigũtur: vt hic. ſed prima verior eſt ſecundũ Io. & facit j. de exer. l. j. §. ſi is qui nauem. & l. ſi ſeruus.
s *Corrigendũ.* imo noxalis: vt ſ. e. l. §. ſi ſeruus. Sol. ibi ſeru⁹ inhabitãtis, hic inhabitãs.
t *Habitare.* facit inſti. de iniur. §. ſed & lex.
u *Hoſpes.* qui recipitur à conductore.
x *Quantum.* vere multũ, quia tantum &c.
y *Actio.* vt & infra de exer. l. j. in fi. & l. ij. & l. ſi tamen.
z *CVm ſane impoſsibile.* i. difficile. ſic C. de cu. fur. l. cũ alijs, & j. lo. cum plures. §. veſtimẽta. ſic ecõtra. j. pro ſoc. l. de illo. & ſ. de pe. here. ſed & ſi le. §. ſi quis re. & infra rẽ ra. hab. ſi ſine. Accur.
a *Vel effudiſſet.* ſed qd ſi certum eſt vnũ deieciſſe, an aget contra alios? Reſpon. non, ar. j. eo. l. ſi vero. §. interdũ. Itẽ eſt huic. l. contra. ſ. de rei vin. l. ſi frumentum. §. fi. Sol. vt ibi.
b *ET quidẽ inſolidũ. Liberabũtur.* cõtra. ſ. ad l. Aqui. itẽ Mela. §. ſi plures. vbi dicitur, in l. Aqui. vnus aliũ nõ liberat. Sol. ſec⁹ eſt hic: quia cũ vnus cõuenitur, ceteri intelligũtur cõueniri: ſicut intelligitur reus cõueniri vbi fideiuſſor conuenitur ideo quia habet cõtra reũ poſtea actionẽ: quia ſi illi iterũ conuenirentur, ſæpius quæreretur de delicto eiuſdem hominis: quod eſſe non debet: vt ſ. nau. caupo. ſtabu. licet. §. fina. ſed ibi plures percuſſerunt. Vel hic eſt quaſi maleficium, ibi maleficium.
c *PErceptione.* i. ipſius pœnę datione, nõ litis conteſt. vt hic, & j. de conſt. pe. item illa. §. vetus. & j. de duo. reis. l. ij. & j. depo. l. j. ſi apud. ſed ar. cõtra. j. de noxa. electio. & C. de fideiuſ. liberum.
d *Vel vtili.* in factum, vel pro ſocio. Accur.

teneri[a] Trebatius ait. quod verum eſt. Idem erit dicendum & ſi quis amicis ſuis modica hoſpitiola [b] diſtribuerit. Nam & ſi quis cœnaculariam exercens [c], ipſe maximam partem cœnaculi habebat, ſolus tenebitur. Sed & ſi hoſpitaculi* habeat, ſolus tenebitur.[d] * Sed ſi quis cœnaculariam exercens, modicum ſibi hoſpitium retinuerit, reſiduū locauerit pluribus: omnes tenebuntur, [e] quaſi in hoc cœnaculo habitantes vnde deiectū effuſumve eſt. Interdum tamē quod ſine captione actoris fiat, oportebit prætorem æquitate motū in eum potius dare actionem, ex cuius cubiculo vel exedra[f] deiectū eſt, licet plures in eodē cœnaculo habitent. Quòd ſi ex mediano * cœnaculi quid deiectum ſit: verius eſt omnes teneri. Si horrearius aliquid deiecerit vel effuderit, aut cōductor apothecæ, vel qui in hoc duntaxat conductum locum habebat, vt ibi opus faciat, vel doceat: in factum actioni locus eſt, etiā ſi quis operantiū deiecerit vel effuderit, vel ſi quis diſcentium. Cum autem legis Aquiliæ actione[g] propter hoc quis cōdemnatus eſt, merito ei qui ob hoc quod hoſpes vel quis alius de cœnaculo deiecit, in factum[h] dandam eſſe Labeo dicit aduerſus deiectorem. quod verum eſt.[i] Plane ſi locauerat deiectori [k], etiam ex locato habebit actionem. Hæc autē actio quæ cōpetit de effuſis & deiectis[l], perpetua[m] eſt. & heredi competit: D in heredem verò non datur. Quæ autem de eo competit, quòd liber periſſe dicetur, intra annum dumtaxat competit: [n] neque [ in heredem, ſed nec heredi[o] ſimilibusque ] perſonis. nam eſt pœnalis [p] & popularis: dummodo ſciamus ex pluribus deſiderantibus hanc actionem ei potiſsimum dari debere, cuius intereſt [q], vel qui adfinitate cognationeve defunctum contingit. Sed ſi libero nocitum ſit, ipſi perpetua erit actio. Sed ſi alius velit experiri [r], annua erit hæc actio. Nec enim [s] heredibus iure hereditario competit. Quippe quod in corpore libero damni datur, iure hereditario tranſire ad ſucceſſores non debet[t]: quaſi non ſit damnum pecuniarium. nā ex bono & æquo [u] oritur.

*Nota quòd vbi lex conſiderat quod poteſt euenire, non debemus requirere quod actualiter euenerit. Bartolus.*

B Prætor ait, *Ne quis in ſuggruenda*[x] * *protectóve ſupra eū locum quà volgo iter fiet, inve quo conſiſtetur, id poſitum habeat, cuius caſus nocere cui poſſit.*[y] *Qui aduerſus ea fecerit, in eum ſolidorum decem in factum iudicium dabo, ſi ſeruus inſciente domino feciſſe dicetur: aut noxæ dedi iubebo.*

Hoc edictū ſuperioris portio[z] eſt. Conſequens etenim fuit, prætorē etiam in hunc caſum proſpicere, vt ſi quid in his partibus[a] ædium periculoſe poſitum eſſet, ne noceret. Ait prætor: *ne quis in* C *ſuggruenda* * *proiectóve.* Hæc verba, *ne quis*, ad omnes pertinent, vel inquilinos, vel dominos ædiū: ſiue inhabitent, ſiue nō, [b] habent tamē aliquid expoſitū his locis. [c] *Supra* [d] *eum locū quà volgo iter fieret, inve quo conſiſtetur, id poſitum habeat.* Accipere debemus *poſitum*, ſiue in habitationis, * vel cœnaculi [e], ſiue etiam in horrei, vel cuius alterius ædificij. [f] Poſitum habere etiam is rectè videtur, qui ipſe quidem nō poſuit, verùm ab alio poſitum patitur. quare ſi ſeruus poſuerit, D dominus autem poſitum patiatur, non noxali iudicio dominus, ſed ſuo nomine [g] tenebitur. Prætor ait, *cuius caſus nocere*[h] *poſſet.* Ex his verbis manifeſtatur, nō omne quicquid poſitum eſt, ſed quicquid ſic poſitum eſt, vt nocere poſsit, hoc ſolum proſpicere prætorem, ne poſsit nocere. Nec ſpectamus[i] vt noceat: ſed omnino ſi nocere poſsit, edicto locus ſit. Coërcetur autem qui poſitum habuit, ſiue nocuit id quod poſitum erat, ſiue non nocuit. [k] Si id

a§ *I verò plures. Teneri.* hoc intelligas cum habitant ſimul cū dominis: alioquin ipſi tantum tenerentur: vt s. eod. l. j. §. penult. & fin. & eſt ratio, quia eorum operis vt ſuis familiaribus in pleriſque vtebatur.

b *Hoſpitiola.* remanendo ipſe ibi.

c *Exercens.* vſu ſuo & ſuorum. Accur.

d *Tenebitur.* Pro eo quod ex maxima parte eſt deiectum, quam ipſe inhabitat. ſecus ſi aliunde proijciatur: vt infra ſubijcit Azo. vel forte ſecūdum M. diſtingue, cōcedat amicis: & tunc quantamcūque partem ſibi retineat, habeat locū qd̄ ſupra dicitur, vbi verò non amicis, tunc ſi magnam ſibi partem retinet, pro omnibus tenetur, alias pro ſua parte tantum.

d *Aeque tenebitur.* propter inhabitantes ſecū & nō propter alios. & not. quòd quædam litera dicit in princi. §. ſed & ſi quis cœnaculariam: & alia, ſed & ſi hoſpitalia: quia hoſpitandi cauſa recipiat homines.

e *Omnes tenebūtur.* pro eo quod deiectum eſt ex eo quod eſt eis cōceſſum: ſed & ipſe pro parte retenta.

f *Exedra.* id eſt feneſtra.

g *Actione.* id eſt hac actiōe in factū, quæ inuēta eſt à prætore eius exemplo. Et ſecundū hoc dic, condēnatus, proprie, vel aliter, cū is qui deiecit. l. Aquil. teneatur: æquum eſt vt cum ex facto eius alius teneatur, ipſe ei damnum reſarciat. & ſecundum hoc dic, cōdemnatus, pro condēnandus.

h *In factum.* ſ. generalem forte, non ex hoc edicto, quæ datur ſemper æquitate ſuadente.

i *Quod verū eſt.* vt infra ad l. Rhod. l. ij. in princi. & infra de exer. l. j. §. eſt autem. & ſupra nau. cau. ſta. l. licet. §. j.

k *Deiectori.* ex cuius deiectione conuentus eſt locator. Accur.

l *Deiectis.* ex primo capite. Accurſius.

m *Perpetua eſt.* forte in eo quod continet rei perſecutionem: annalis autem eſt pœna: vt inſt. de perpe. & tēp. act. in princ. & s. de calum. l. j. vel ſpeciale eſt in hac, propter publicam tranſeuntium vtilitatem.

n *Competit.* ex capite ſecundo. Accur.

o *Sed nec heredi.* iure hereditario forte: quia popularis eſt.

p *Pœnalis.* An hæc pœna l. aur. argēti, vel fiſco applicabitur? Reſpon. diuiditur: vt j. ad Sil. l. legem. §. fi. Accur.

q *Cuius intereſt.* ſaltem ratione affectionis: vt quia alumnus erat. ſic & j. man. l. cum ſeruus. Azo. ſic & in quibuſdam alijs: vt j. de leg. ij. petō. §. fratre. & de col. dotis. l. fi. in fi. & j. de li. ho. exhib. l. iij. §. pe. & j. de popu. act. l. iij. §. fin. & j. de ſepulc. vio. l. prætor ait. & C. de verb. ſigni. l. fin. & in decre. xxxv. q. vj. c. j. & infra. de accu. & inſcri. l. ſi plures. Accurſius.

r *Experiri.* homine libero occiſo.

s *Enim.* pro certe.

t *Non debet.* vt s. ad l. Aquil. nā ſicut. ſed opponitur, ſi in perſona liberi hominis datur dānum, datur Aquilia, & datur heredi: vt no. s. titu. j. l. liber homo. cur nō hic? Reſp. Bul. quia hic opus non eſt: quia poteſt agere heres vt quilibet de populo, ibi non.

u *Ex æquo.* id eſt non ex damno pecuniario: quod dic vt infra. l. fi. Accur.

x *In ſuggrunda.* [b] ſuggrunda dicitur ſtillicidium extenſum: ſed protectum dicitur ſolarium.

y *Nocere alicui poſſit.* ſ. facile. Accur.

z *Portio eſt.* id eſt ſimile. ſic & alias dominij pars eſt vſusfr. nam vtrunque publica vtilitate itinerum & viarum eſt inductum. Accurſius.

a *Partibus.* ſuggrunda vel protecto.

b *Siue non.* inhabitāt, ſcilicet nunc cum conueniuntur. Io. ſi tamen inhabitent cum poſuerunt. Vel dic quòd ſiue inhabitent, ſiue nō, tantum ad dominum ædium referatur. Accurſius.

c *His locis.* ſcilicet in ſuggrunda vel protecto.

d *Supra.* hæc verba hic materialiter ponūtur.

e *Cœnaculi.* vbi cœnatur.

f *Aedificij.* ſ. parte, id eſt in parte qualibet ædificij.

g *Suo nomine.* vt & infra mand. l. qui patitur. & infra de exerci. l. j. §. magiſtrum autem. & infra de flumi. l. j. §. fin. & infra vi bo. rap. l. ij. §. dolo. Sed arg. contra. C. ad l. Cor. de fal. ſi falſos. Azo.

h *Nocere.* ſ. facile.

i *Nec ſpectamus.* ſcilicet tantum.

k *Non nocuit.* inſpecto quod nocere potuit: vt hic, & s. de iur. om. iudi. l. ſi idem. & s. quod quiſque iur. l. iij. in princi.

** Hoſpitalia, aut hoſpitiola.*

** In pandectis Florēt. hic additur, ſed ſi quis cœnaculi, ipſe ſolus æquè tenebitur: ſed obelo transfixū, vt ſupernacuū.*

** Mediano, id eſt medio, verbum eſt architectorum. Bud. hic.*

*a Cella eſt ad colloquēdū aut meridiādū. i. meridie dormiendū. Cic. li. 3. de ora. Tunc dedita opera quieſcentibus alijs, in eam iam exedrā veniſſe, in qua Craſſus poſito cubiculo requieuiſſet. L. R.*

** ſuggrunda.*

in princip.& ȷ̄.de vi & vi ar.l.iij.§.j.& ȷ̄.de iniu.item apud.§.j. A
a *Competit actio*. in eũ qui poſuit,datur vtilis:vt hic,quia non inhabitat:ſed contra inhabitantem datur directa in x.aureos: vt ſ.ea.l.§. prætor ait. Alij dicunt hic loqui de actione in factum ſubſidiaria. l. Aquil. quæ datur contra eum qui poſuit: quaſi non ſufficiat ex hoc edicto : quæ in x. aure.tantum datur, cũ forte in plus nocitum ſit: ad quod totum datur dicta actio ſubſidiaria contra ponentem qui cauſam damni præſtitit. Sed primum verius eſt;: nam hic vtilis ad exemplũ directæ inducitur : vt hic ſubiicit. Et quod hic dicit,quaſi non ſufficiat : ſubaudi tantum, ſi tamen ſciuit & paſſus eſt . alioquin non tenetur.ſed ſecundum hoc quod intelligo loqui in actione quæ ex hoc edicto detur quare poſuit de deiecto quod nocuit, cum ſatis ſit quo ad hanc actionem quod nocere potuit? Reſpõ. non poſuit,ideo quòd in hac actione ſit neceſſe hoc allegare, ſcilicet damnum datum, ſed quia damno dato apparet eius caſum periculoſum fuiſſe quod erat poſitum . & idem reſpon. in ſimili caſũ ſequenti de pergula. Item quæro ſi quid poſitũ habuit, & poſt ea deciderit , an conueniri poſsit qui poſitum habuit, in decem aur. & quia deciderit, ex primo edicto? quod dici poteſt: quia diuerſæ ſunt cauſæ: vt ſupra eodem. l. j. §. quod cum ſuſpenderetur.
b *Non vtique*. vt directa competat.
c *Nam*. ſimile adducit, vbi vtilis datur. Accurſius.
d *Legitima*. vt Aquilia.
e *Et honoraria*. id eſt in factum. Accurſius.
f *Heredi*. non vt heredi, ſed vt cuilibet de populo:vt ſupra ſi qua. pau.feciſſe di.l.j.§.fin. alioquin contra. ſ̄.eo. l.j.§. hæc autem. Accurſius.
g *Non competit*. niſi & ipſe habeat actionem. tunc enim ex ſua non defuncti perſona tenetur.Accurſius.

quod poſitũ erat deciderit, & nocuerit, in eũ cõpetit actio[a], qui poſuit:non in eum qui habitauerit: quaſi hæc actio non ſufficiat:quia poſitũ habuiſſe nõ vtique [b] videtur qui poſuit, niſi vel dominus fuit ædium, vel inhabitator. Nam[c] & cũ pictor in pergulat[†] clypeũ vel tabulam expoſitam habuiſſet,eaq; excidiſſet , & trãſeunti damni quid dediſſet: Seruius reſpondit, B ad exemplum huius actionis dari oportere actionẽ. Hanc enim non competere palam eſſe: quia neq; in ſuggruenda*, neq; in protecto tabula fuerat poſita. Idem ſeruandũ reſpondit & ſi amphora ex reticulo* ſuſpenſa decidiſſet, & damnum* dediſſet : quia & legitima [d] & honoraria [e] actio deficit. Iſta autẽ actio popularis eſt,& heredi[f] ſimilibusque competit : in heredes autem non competit [g], quia pœnalis eſt.

VI. PAVLVS libro nonodecimo ad Edictum. C

HOc edictum[h] non tantùm ad ciuitates & vicos[i],ſed & ad vias [k] per quas volgo iter fit,pertinet.

*Not. quòd ſi deiicitur in illum qui vadit de nocte,non punitur deiiciens.& no.bene, quia contingit ſæpe de facto.Baldus.*

Labeo ait locũ habere hoc edictum,ſi interdiu[l] deiectũ ſit,non nocte[m]. Sed quibuſdam locis & nocte iter fit. Habitator ſuam ſuorumque culpam præſtare debet. Si de naue[n] deiectum ſit, dabitur actio vtilis in eum qui naui præpoſitus ſit.

VII. GAIVS libro ſexto ad Edictum prouinciale.

CVm liberi hominis corpus [o] ex eo quòd deiectum effuſúmve quid erit, læſum fuerit, iudex computat mercedes medicis præſtitas, cæteráque impendia quę in curatione facta ſunt:præterea operarum * quibus caruit , aut cariturus eſt ob id quòd inutilis factus eſt. Cicatricum autem aut deformitatis nulla fit æſtimatio: quia liberum corpus nullam recipit æſtimationem.

## DE NOXALIBVS actionibus.

### TITVLVS IIII.

I. GAIVS libro ſecundo ad Edictum Prouinciale.

NOxales actiones appellantur quæ non ex contractu ſed ex noxa atque maleficio ſeruorum aduerſus nos inſtituũtur : quarum actionum vis & poteſtas hæc eſt , vt ſi damnati fuerimus, liceat nobis deditione ipſius corporis quod deliquerit, euitare [p] litis æſtimationem.

II. VLPIANVS libro octauodecimo ad Edictum.

SI ſeruus * ſciente domino [q] occidit , inſolidum dominum obligat,ipſe enim videtur dominus occidiſſe.† ſi autem inſciente, noxalis eſt. nec enim debuit ex maleficio ſerui in plus teneri, quàm vt noxæ eum dedat.

*Primò ponit vnum dictum, in quo refert dictum Celſi. Secundò illud limitat. Tertiò ponit dictum Iul. contradicentis Celſo , & illud declarat. Secunda ibi,& ſane. Tertia ibi, Celſus tamen. Quarta ibi, ſed ſi placeat. Bartolus.*

Is qui non prohibuit, ſiue dominus manet , ſiue deſiit eſſe dominus,hac actione tenetur. Sufficit enim,ſi eo tẽpore dominus quo non prohibeat [r] fuit:intantum vt Celſus putet , ſi fuerit alienatus D ſeruus in totum vel in partem,vel manumiſſus,noxam caput nõ ſequi . nam ſeruum nihil deliquiſſe.*domino iubenti [s] obtemperauit.[t] Et ſanè ſi iuſsit, poteſt hoc dici.[u] ſi autẽ non prohibuit , quẽadmodum factum ſerui ex-

NOxales.} CASVS. duo dicit.pone:quæritur quæ appellantur noxales actiones. plana eſt. Secũdo dicit ꝙ natura earum actionũ eſt,quòd ille qui dominus eſt illius ſerui qui damnum dedit, poteſt eum dare pro noxa, vel æſtimationẽ damni emẽdare. Viuianus.
p *Euitare*. vt & C.eo.l. ij.& ȷ̄.de re iu.l.miles. §.j.& ȷ̄.de pig.ac.ſi ſeruus. Hoc autẽ beneficium amittit ratione ſentẽtię,ſi poſtea currant tẽpora condemnationis: vt ſ̄. de peti. hered.item veniunt.§. idem ait. item ratione mendacij:vt ȷ̄.eod.l.ſi ſeruus depoſitus.§.vlti. item ratione patientiæ & conſenſus: vt ȷ̄. eo.ti.l.ij.

SI ſeruus.} CASVS. Si ſeruus tuus damnũ det: ſi te ſciente & prohibere valente,inſolidum teneberis. ſi te ignorante:tunc illũ pro noxa dare,vel æſtimationem damni emendare poteris. {IS QVI.} Seruus tu⁹ delinquit te vidente, vel etiam vidente, & prohibere valente : quem poſtea alienaſti. quæritur an tenearis eius nomine, quaſi tu adhuc deliqueris:nõ vero nou⁹ domin⁹,quaſi ſeruus non deliquerit: ne iuſſu vel patientia domini primi eũ excuſet:& ſic nouum dominum non teneri.& diſtingue inter iuſſum & patientiã.vt.ſ. ſi iuſſiſti, tenearis tu prim⁹ dominus non nouus, quaſi nõ deliquerit , q iubenti paruit.Si vero fuiſti tantum paſſus: nouus dominus teneatur,non tu. Sed licet ſic videatur diſtinguẽdum: Celſus tamen aliter diſtinxit.ſ. an indirectò ſerui adfuit dolus, vt in furto : qđ punitur per.l.xij. tab. an culpa tantum:quod punitur per.l. Aquil. In primo videatur ſeruus delinquere , non dominus:ſed etiam iubens. In ſecundo videatur dominus delinquere,nõ ſeruus:quaſi ſeruus in talibus habuerit neceſſe parere, quem dominus verberaſſet niſi paruiſſet. Sed reiecta prima & ſecunda diſtinctione, ſoluit Vlpia. dicens,ꝙ ſiue dolus affuit , ſiue culpa cũ delicto ſerui,qui cõmiſit domino iubẽte,vel patiente,etiam teneatur dominus primo,& ſecundo ſeruus,non nouus dominus.& hæc eſt ſententia Iuliani vera.Viuia.

* *operas*: vt *in pleriſque exẽplaribus inſti.§.item is.tit.de ob. que ex quaſi delict.*

* *Ex tit.ad legẽ Aquil.*

† *No.ſecundũ Bal.ꝙ ille qui non impedit maleficiũ,videtur ipſum perpetrare: quod eſt verum,quando ad eum ſpectat prohibere.*

* *qui do.*

h HOc edictum. Et de primo & de ſecundo dici poteſt.
i *Vicos*. id eſt ſuburbia.
k *Vias*. omnes vbicunque ſint,in ciuitate,vel extra.
l *Interdiu*. id eſt in die.Accurſius.
m *Non nocte*. nam propter tranſeuntes tantum eſt inductum. ſi ergo non tranſeunt homines,ceſſat.Accurſius.
n *Si de naue*. hoc ad primum edictum ſpectat : vt ſi damnum ſit datum tranſeuntibus iuxta nauim.Accurſius.
o CVm liberi.Corpus. vt & ſ̄.l.j.§.ſed cum. & ſ̄.ſi quadr.pau. feciſſe dica.l.ex hac.

q *Sciente domino*. & non prohibente, cum potuerit prohibere:vt ȷ̄.l.proxi.Accurſius.
r *Prohibeat*. cum prohibere poterat:vt ȷ̄.l.proxi.& ſ̄. ne quis eum qui in ius vocatus.l.j.Accurſius.
s *Iubente*. vel ſcienti,vt ſcientia præcepti loco habeatur.Ac.
t *Obtemperauit*. vt & ȷ̄.de reg.iur.l.nõ videtur velle. & l.eius eſt nolle.& de act.& obli.l.ſi ſeruus.Accurſius.
u *Dici*. ſed male.

A cuſabimus? Celſus tamen[a] differentiam facit[b] inter legem Aquiliam,[c] & legem duodecim tabularũ. nam in lege antiqua, ſi ſeruus ſciente[d] domino furtum fecit, vel aliã noxam cõmiſit,[e] ſerui nomine actio eſt noxalis: nec dominus[f] ſuo nomine tenetur. At in lege Aquilia, inquit, domin⁹ ſuo nomine tenetur, nõ ſerui. vtriuſque legis reddit[g] B rationẽ: duodecim tabularũ, quaſi voluerit ſeruos dominis in hac[h] re nõ obtẽperare[i]: Aquilię, quaſi ignouerit ſeruo qui domino paruit, periturus ſi non feciſſet. Sed ſi placeat[k] quod Iulianus libro octagéſimoſexto ſcribit, ſi ſeru⁹ furtũ faxit, noxiámve[l] nocuit, etiã ad poſteriores[m] leges pertinere, poterit dici etiã ſerui nomine cũ domino[n] agi poſſe noxali iudicio: vt ꝙ detur Aquilia aduerſus dominũ,[o] non ſeruum excuſet,[p] ſed dominum oneret.[q] nos autem * ſecundum Iulianum probauimus: quæ ſententia habet C rationẽ, & à Marcello apud Iulianum probatur.[r]

*ſententiã Iuliani prob.*

III. Idem libro tertio ad Edictum.

IN omnibus noxalibus actionibus vbicunq; ſcientia exigitur domini, ſic accipienda eſt, ſi cum prohibere poſſet, non prohibuit.[s] aliud eſt[t] enim auctorem eſſe ſeruo delinquenti, aliud pati delinquere.[u]

IIII. Paulus libro tertio ad Edictum.

IN delictis ſeruorum ſcientia domini quemadmodũ D accipienda eſt? vtrum cũ conſilio,[x] an & ſi viderit tantũ, quãuis prohibere nõ potuerit? Quid enim ſi ad libertatẽ proclamans, domino ſciente faciat? aut qui * contemnat dominũ? vel cum trans flumen ſit ſeruus, vidente quidem, ſed inuito domino noxiam noceat?[y] Rectius itaq; dicitur, ſcientiam eius accipiendam qui prohibere poteſt[z]. & hoc in toto edicto B intellegendũ eſt circa ſcientiæ verbum.

*Qualitas iuncta verbo intelligitur ſecundum tempus verbi. ad hoc allegatur. B. vel ſic: Qualitas quæ non fuit tempore maleficij, non habet aggrauare maleficium. Bald.*

Si extraneus ſeruus ſciente me fecerit, eumque redemero, noxalis actio in me dabitur:[a] quia non videtur domine ſciente feciſſe, cum eo tempore dominus non fuerim[b].

*Ex eodẽ facto erit duplex agendi forma, inſolidum, & aliàs ex noxali. h. d. quia licet qualitas aggrauet maleficium, non tamẽ facit quin poſſit agi de ſimplici facto: vt infra e. l. §. ſi detracta. Baldus.*

C Cum dominus ob ſcientiã teneatur, an ſerui quoq; nomine danda ſit actio, videndum eſt.[c] niſi fortè prætor vnam pœnam à domino exigi voluerit. ergo dolus ſerui[d] impunitus erit: quod eſt iniquum.[e] immo vtroque modo dominus tenebitur.[f] vna autem pœna exacta quam actor elegerit, altera tollitur.[g]

*Abſolutoria lata in actione, parit exceptionem rei iudicatæ, ſi iterũ eadem actione cum additione alterius qualitatis agatur. Itẽ qualitas per quem condemnatio augetur vel minuitur, poteſt pendente iudicio addi vel detrahi de libello. Baldus.*

D Si detracta noxę deditione,

a *Celſus tamen.* excuſans ſe in eo quòd ſimpliciter dixerat manumiſſum non teneri: quia ſe intellexiſſe dicit, quando in maleficio non erat dolus.
b *Differentiam facit.* in illo. ſ. caſu quando iuſsit: ſed mala eſt differentia.
c *Inter legem Aquiliam.* quæ ſeruum excuſare voluit: & dominum ſuo nomine teneri: vt j. hac l.
d *Quaſi ſciente.* id eſt non ſimpliciter ſciente: nã iuſſerat. ſed aliàs deeſt quaſi: & ſubaudi, & fraudem participante, ſic & ponitur. j. eo. l. ſi communis familia. & hoc idem probatur j. vbi dicit, quaſi voluerit ſeruos, &c.
e *Commiſit.* in qua ſit dolus.
f *Nec dominus.* quia ei paruit in tali delicto, quod ſine dolo committi non poteſt: vnde malè fecit quòd paruit: quare ipſe tenetur, non dominus, ſecundum Celſum. ſed hoc corrigitur infra per Iulianum in illo verſic. ſed ſi placeat, &c. quia ſuo nomine tenetur, & etiam nomine ſerui. Item ſeruus manumiſſus directo tenetur, vel etiam nouus dominus. Accurſius.
g *Reddit.* ſcilicet Celſus. Accurſius.
h *In hac.* cõmittendo noxiam cum dolo.
i *Obtemperare.* in atrocioribus enim nõ debet parere: ſi tamẽ pareat, mitius punitur: vt C. de ſepul. vio. l. ij.
k *Sed ſi placeat.* nunc corrigit prædicta.
l *Noxiámve.* ſcilicet committendo.
m *Ad poſteriores.* qualiter ad l. poſteriorem pertinet? Reſpon. lex xij. tabu. antiquior eſt, Aquilia poſterior. in l. enim. xij. tabu. continebatur, vt dominus non teneretur: at lex Aquil. dominum teneri voluit. lex ergo antiqua pertinet ad poſteriorem: quia dominus qui iuſsit furtum fieri, vel rapinam, tenebitur. ſic & ſupra de legi. & ſenatuſc. l. non eſt nouum. ſed & lex Aquil. pertinet ad priorem, ſcilicet ad l. xij. tab. quia poteſt agi noxali: vt ſtatim ſubiicit, vbi dicit, etiam &c. & videtur cum dicit eum teneri liberum factum, in tali caſu Aquiliam loqui in quo committitur dolus, vel etiam culpa: ſed eſt graue delictum: aliàs excuſatur ſeruus: vt no. ſupra tit. ij. liber homo.
n *Cum domino.* facto poſt delictum. Accurſius.
o *Dominum.* ſ. antiquũ, vt tã pro ſe quàm pro ſeruo teneatur.
p *Excuſet.* vel eius nouum dominum: & quod ſubiicit, ſed dominum &c. ſcilicet cuius erat tempore delicti.
q *Oneret.* hoc verum eſt, cum domino ſciente & permittente ſeruus deliquit, vel iubente: vt j. l. iij. §. cum dominus.
r *Probatur.* vt infra. l. in delictis. §. ij.

IN *omnibus.*} Casus. Dixit. l. proxi. in prin. quòd vbi ſeruus delinquit domino ſciente, dominus tenetur inſolidum: niſi liberetur deditione noxæ. quem dicamus dominum ſcientẽ: hic exponit, id eſt ſi potuit prohibere. nam aliud eſt auctorem eſſe dominum delicti, ſcilicet cum poteſt prohibere: aliud &c. Viuianus.

A s *Non prohibuit.* vt & infrà ſi fa. furtum. fe. di. l. ij. & fi. & ſ. ad legem Aquil. ſcientiam. in prin. & ar. C. de commer. & merca. l. ſecunda. in fin. & ſ. de his qui not. infa. quid ergo. §. certe. & infra de re iudi. ſæpe. §. cum autem.
t *Aliud eſt.* poteſt ita legi, vere diſtinguitur hoc in ſciẽte domino, potuerit, an nõ potuerit prohibere: ſed in iubente nõ ita diſtinguitur. hinc eſt quod dicit, aliud eſt &c. Azo. Vel dic, aliud eſt enim auctorẽ &c. quod eſt quando prohibere potuit. & aliud quando. ſ. prohibere non potuit. Accurſius.
u *Delinquere.* cum nõ poteſt prohibere.

*quiſ cont.

IN *delictis.*} Casus eſt planus in principio. {Si extraneus.} Si me ſciente ſeruus tuus damnũ dedit, & eum à te emero: non inſolidum, ſed noxaliter teneor: licet propter hoc quòd ſciui, videbar inſolidum teneri. ſed contrarium eſt, vt dicit cum ſeruus tuus delinquit te ſciente, & prohibere valente: quem poſtea vendidiſti, quęritur, an nouus dominus teneatur? Iulianus dixit vtrunque teneri: vno tamen ſatisfaciẽte alter liberatur. Vel dic quòd Iulianus dicit quòd dominus ſuo nomine tenetur: quia & paſſus eſt, & nomine ſerui noxaliter: ſed vna exacta, altera tollitur. {Si detracta.} Seruus meus tibi damnum dedit: & aduerſum me inſolidum egiſti: & ſuccubuiſti. Si vis poſtea agere contra me, cum non fui conſcius: cum noxæ deditione, ſi hoc facias lite pendente, potes: ſed poſt ſententiam definitiuam non potes. idem in contrario caſu. Viuianus.
x *Cum conſilio.* ſcilicet demum. Azo.
y *Noceat.* committendo. Azo.
z *Qui prohibere poteſt.* & de facto: vt hic, & j. de reg. iur. l. nullum. & de iure: vt infra proxi. §. Accurſius.
a *Dabitur.* non inſolidum: quia non videtur &c. Accurſius.
b *Non fuerim.* vt & infra eo. l. quod ait. §. Iulianus. & arg. infra de hered. inſtit. l. ſi alienum. & infra de trib. de peculio & infra ad Silania. l. iij. §. iij. & infra quod iuſſu. ſi tutoris. §. fi. Sed arg. contra ſ. de poſtu. l. iij. §. affinitates. Accurſius.
c *Videndum eſt.* & certe datur vtraque, niſi &c. Accurſius.
d *Serui.* ſi noxalis actio non competeret: quia manumiſſus non teneretur, vel etiam nouus dominus.
e *Quod eſt iniquum.* ſcilicet maleficium eſſe impunitum: vt ſupra ad legem Aquiliam. ita vulneratus. Accur.
f *Tenebitur.* vt & ſupra eo. l. ij. in fine. Accur.
g *Tollitur.* contra eum quẽ conuenit: arg. infra eo. ſi ex duobus. ſed cõtra infra ſi fa. fur. fe. dic. l. j. §. j. vbi vna per aliã non tollitur. Sol. in familia forte eſt ſpeciale cũ iuſſu domini deliquit, vt vna pœna exacta ab alia non liberetur, cum maius delictum videatur quod à tota familia cõmittitur, quàm quod ab vno ſeruo. Ir. Vel dic quod hic dicit quando tantùm non prohibuerit: ibi autem etiam iuſsit.

Amplius.

a *Amplius.* in dominum, ne ſæpius de amiſsione eiuſdẽ hominis quæratur: vt ſ. nau. cau. licet gratis. ſed videtur non obſtare exceptio rei iudica. nec hic, nec ſuperiori caſu, cum ex alia cauſa agit: vt j. de except. rei. iudic. l. & an eadem. §. actiones. Sol. aliud eſt in his perſonalibus actionibus quæ formam realium habent. dantur enim noxaliter contra quemlibet poſsidentem, ſicut in rem actio: vt inſtitutio. eodem. §. omnis. vel melius agi nõ poteſt: quia agit ex eadẽ cauſa, id eſt delicto ſerui: ſecus in iuſſu: ſed poteſtatẽ noxæ deditionis amittit ſciens: ſed & noxali actione agere poteſt: vt ſ. proxi. §. ſecundum Azo. Item quid ſi ignorabat dominum ſcire, & agendo conſecutus eſt noxam, id eſt ſeruum: poſtea cõperit dominum ſciuiſſe: & damnum erat lõge plus quàm valeat ſeruus: an poteſt agere quaſi minus petierit? Videtur quòd ſic: vt inſti. de acti. §. ſi minus. ſed dic ſecundum Ioan. contra, vt hic. Item nota quòd eodẽ iudicio pendente poteſt mutare libellum: & ſic poſt lit. cõteſt. & ita eſt contra. C. de eden. l. edita. & C. quomodo & quãdo iudex. in aut. qui ſemel. Sol. hic ſpeciale, quia hæc mutatio reo non nocet: cum eadem deliberatio ſit ſemper. vel hic nec res nec cauſa nec actio mutatur. Accurſius.

A quaſi cum conſcio domino actũ ſit, qui non erat cõſcius, abſolutione facta, & finito iudicio, amplius[a] agẽdo cum noxæ deditione, exceptione rei iudicatæ ſummouebitur: quia res in ſuperius iudicium deducta, & finita eſt. Donec autem prius iudicium agitatur, licentia agenti eſt, ſi eum de ſcientia domini arguenda pœniteat, tunc ad noxalem cauſam trãſire. Contrà quoque ſi cum eo qui ſcit, cum noxæ deditione actũ ſit: amplius in dominum detracta noxæ deditione danda actio non eſt. In ipſo autem iudicio ſi voluerit & ſcientiã domini arguere, non eſt prohibendus. B

v. Vlpianvs libro tertio ad Edictum.

SI plurium ſeruus deliquerit omnibus ignorãtibus, noxale iudicium in quemuis dabitur[b]. ſed ſi omnibus ſciẽtibus, quiuis eorum tenebitur detracta noxæ deditiõe[c], quemadmodum ſi plures deliquiſſent: nec altero[d] conuento[e] alter liberabitur. Sed ſi alter ſcit, alter ignorauit: C qui ſcit, detractæ noxæ deditione conuenitur: qui neſcit, cum noxæ deditione. Differentia autem harum actionum[f] non ſolum illa eſt, quòd qui ſcit, inſolidum tenetur: verùm illa quoque, quòd ſiue alienauerit ſeruũ qui ſcit, ſiue manumiſerit, ſiue deceſſerit ſeruus, dominus tenetur: ſed ſi ipſe dominus deceſſerit, heres eius non tenetur.[g]

vi. Idem libro octauodecimo ad Edictum.

D SEd (&) ipſe ſeruus manumiſſus tenetur.

SI *plurium.* CASVS. Si ſeruus plurium deliquit: ſi eis ignorantibus, tenentur noxaliter: aliàs ſi ſciẽtes, tenẽtur ſine noxæ deditione: & ita inſolidũ. Quod ſequitur, planum eſt. DIFFERENTIA. Quid ſit teneri inſolidum, dicit. Cetera ſunt plana vſque ad l. ſi ſeruus.

b *Dabitur.* inſolidum. vt j. e. l. ſi ſeruus communis. Accurſius.

c *Deditione.* tenetur enim quilibet ex ſua ſcientia.

d *Altero.* dominorum ſerui.

e *Conuento.* & etiam exacto, ſecundũ Ioan. quia plura delicta ſunt, licet vnũ factum: ſecus in familia eſt, vbi vnum factum, & plura delicta: quia ſufficit præſtare quantum ſi vnus liber deliquiſſet: vt ſupra de iur omn. iudi. l. ſi familia. quia familia pro vno reputatur. Item quod dicitur, alterum non liberari: intellige in eo quod eſt ſupra ęſtimationem ſerui. nam ſi in medietate pretij, releuatur ab ignorante: vt infra eo. l. ſi ex duobus. multo ergo magis ſi à ſciente, ſecũdum Io. ſed Al. contra: quia ſi ſeruaremus eius. ſ. Io. opi. eius delictum remaneret impunitum quantum ad dimidiam pretij ſerui, altero ſoluente totum damnum: quod eſt iniquum: vt ſ. l. proxi §. cum dominus. & ſ. ad l. Aquil. ita vulneratus. ſed Azo dicit vno conuento alterum non liberari: ſed altero exacto bene dicit alterum liberari: vt ſ. l. proxi. §. cum dominus. Nec ob. j. e. l. ſi ex duobus. quia ibi facta noxæ deditione non liberatur ſciens, quaſi minus percepiſſet actor. ſecus ſi percepiſ-

ſſ. Vetus.

A ſet ſolidam debiti quantitatem: vt j. eo. l. noxalis. §. Pomponius. Item videtur contra quod eſt j. eo. l. ſi in re communi. § ſi. ſed expone vt ibi dices ſecundum Azo.

f *Actionum.* quę propter ſcientiam & ignorantiã proponũtur.

g *Non tenetur.* niſi noxaliter: quia ex delicto non tenetur heres niſi lite conteſtata, vel aliquid ad eum peruenerit: vt j. e. l. ij. Azo.

vii. Idem libro tertio ad Edictum.

NOxalis autem[h] nõ aliàs datur,[i] niſi apud me ſit ſeruus & ſi apud me ſit, licet eo tempore non fuit[k] quo delinquebat, teneor: & heres meus tenetur, ſi noxius viuat.[l] Pomponius ait, ſi emptor ſerui noxali conuentus[m] ſit, vẽditorem quo ſciente factum eſt, conueniri iam non poſſe.

B *Not. in iſta l. quòd poteſt aliquis cedere liti ante litem conteſtatam: & poſt litem conteſtatam non poteſt cedere. Bal.*

viii. Idem libro trigenſimoſeptimo ad Edictum.

SI ſeruus communis furtũ fecerit, quiuis ex dominis inſolidum[n] noxali iudicio tenetur: eoq; iure vtimur. ſed non aliàs poterit is qui conuentus eſt euadere litis æſtimationẽ, niſi inſolidũ noxæ dederit[o] ſeruum. nec ferẽdus etſi* partem dedere fuerit paratus[p]. Planè ſi propter hoc quòd ſocij dedere parati nõ fuerint, inſolidum fuerit condemnatus: cõmuni diuidun- C do vel familiæ erciſcundæ iudicio aduerſus eos experietur.[q] Ante noxale ſanè iudicium acceptum poterit ſua parte cedendo ſecuritatem conſequi[r]: ne neceſſe habeat ſuſcipere iudicium. quanquã quis poſsit dicere euenire, vt dum pars ei cedatur[s] amittat actionẽ. Dominus enim pro parte factus, non poteſt cũ ſocio noxali experiri[t]: fortaſsis nec communi diuidundo agere poſsit eius maleficij nomine, quod ante communionem admiſſum eſt. Quod ſi non poteſt, euidenti iniu- D ria adficietur. Sed melius[u] eſt dicere, competere ei communi diuidundo iudicium[x].

*Eſt ſi.

h NOxalis autem. autem pro ſed: & aduerſatur illi. §. differentia. Accurſius.

i *Datur.* contra me dominum.

k *Non fuerit.* hoc ſi agatur quaſi cum ignorante: ſecus ſi quaſi cum ſciente: vt ſ. e. tit. l. in delictis. §. ſi extraneus.

l *Viuat.* & ſic apud eum. Accurſius.

m *Conuẽtus.* & exactus inſolidum Accur.

SI *ſeruus.* CASVS. Seruus duorũ deliquit dominis ignorãtibus. vterq; eorum tenetur inſolidum: ſcilicet vt quilibet eorũ teneatur ad ſeruum dandum pro noxa, vel ad ſolidam æſtimationem: nec aliquis eorũ liberatur dando partem ſuam. Secundo quæritur, quid ergo ſi vnus conuentus noluit inſolidũ dare pro noxa: & ſi quia alter non promiſit, conuentus ſolidam ęſtimationem litis ſoluere compulſus eſt? Dicit quòd aget contra ſociũ cõmuni di. vel fa. erciſc. vt ſeruetur indemnis. Tertio redit, & dicit quemlibet inſolidum teneri: hoc verũ poſt lit. conteſt. Sed pone quòd credatur contra alium: tunc non remanet actio noxalis: & paſſus damnum efficitur dominus ſerui pro parte: ſed non habet noxalem. Item nec communi di. delicti nomine, cum ante cõmunionem factum eſt: & ſic eſt iniquum: quare dat vtile communi diui. de æquitate. Viuianus.

n *Inſolidum.* vt & infra de ſer. cor. l. vt tantum. §. ſi ſeruus. & infra communi diuid. l. ſed poſtquam.

o *Noxæ dediderit.* ſed nunquid poteſt aliis inuitis, vel ignorantibus? Reſpon. non: vt ſtatim colligitur ibi, plane, &c. Accurſius.

p *Fuerit paratus.* ſcilicet poſt lit. conteſtatam. Sed contra infra de publica. hoc edicto. Sed ibi ſpeciale, vt etiam poſt lit. conteſta. purgetur pœna. Accurſius.

q *Experietur.* quanti ſua intereſt eos noxæ dediſſe. Sed & ante poteſt, dummodo caueat de reddendo ſi noxæ non dederit: vt infra communi di. l. ſi ſocius.

r *Conſequi.* vt ſ. de vſufruct. l. cum vſufructuarius.

s *Ei cedatur.* cui damnum datum fuerat per ſeruum. Accur.

t *Experiri.* peruenit enim in eum caſum à quo incipere non poteſt: vt ſ. tit. j. ſi ſeruus ſeruum. §. j. Azo.

u *Sed melius eſt.* ſcilicet de æquitate.

x *Iudicium.* vtile. & facit ad l. j. iud. ſol. ſi ex duobus. ij. reſpõ.

& de aqua plu.ar.l.ſupra iter.& j.de fur.falſus.§.fi.& j.de publica.l.hoc edicto. A

SI communis familiæ.} C A S V S. Seruus duorum fecit furtū altero ſciente:& altero ignorante.ſciens inſolidum tenetur, & ſoluendo liberat alium: non tamen ab eo repetit. ſed pone ignorantem conuentum in duplum: puta de furto non manifeſto: & damnum paſſus eſt.qualiter conſequatur à ſciente? Et diſting.aut præſtitit pœnam dupli, & repetit ſimplum vnum de duplo. aut dedit ſeruum pro noxa:& tunc ſubdiſtinguitur: quia aut remanſerunt aliæ res communes: & tunc agitur contra ſocium ſcientem communi diui. quòd illius negligentia ſeruus fuit factus deterior.aut nihil remanſit commune:& tunc agitur in factum vel pro ſocio: vel pro eadē deterioratione. h.d.cum l.ſeq. Viuia.

* Ex tit. de furtis.

*Soluens pro ſuo maleficio, vel pro ſua culpa, non repetit ab alio.* Baldus.

IX. PAVLVS libro trigenſimo-nono ad Edictum.

SI communis* familia vel communis ſeruus furtum fecerit altero ex dominis ſciēte: is qui ſcit, omniū nomine tenebitur: & conuentus alterum quoq; liberat[a]: nec à ſocio quicquam debebit conſequi[b]. ſui enim facti nomine pœnam meruit[c]. Quòd ſi is qui ignorauit, duplū[d] præſtiterit: à ſocio ſimplum conſequetur. B

X. IDEM libro vicenſimoſecundo ad Edictum.

SEd & eo nomine agere cum ſocio poterit[e], quòd ſeruum cōmunem deteriorē fecit: quemadmodum cum quolibet alio[f] qui rem communem deteriorem feciſſet. Ceterū ſi nihil præterea poſt noxę deditionem commune habebit[g], pro ſocio[h]: vel ſi ſocij non fuerunt, in factum agi poterit[i].

XI. VLPIANVS libro ſeptimo ad Edictum.

C

BOna fide ſerui poſſeſſor eius nomine furti actione tenebitur[k]: dominus non tenetur: ſed noxæ dedēdo nō facit quidem actoris. cum autem cœperit iſtum ſeruū dominus vindicare[l]: doli exceptione ſummouebitur: vel officio[m] iudicis conſequetur vt indemnis maneat.

*Qui facit quo minus poßit, videtur poſſe.* Baldus.

XII. PAVLVS libro ſexto ad Edictum.

SI bona fide poſſeſſor eum ſeruū quē bona fide poſſidebat, dimiſerit[n], ne agi cū eo ex noxali cauſa poſsit: obligari eum actione quę datur aduerſus eos qui ſeruum in poteſtate habeant, aut dolo fecerint quo minus haberēt: quia per hoc adhuc poſsidere videntur.

a Liberat. ſicut in duobus reis debendi euenit.

b Conſequi. immo videtur quòd ſic quantum valet dimidia pars ſerui: vt j.e. ſi ex duobus.ij.reſpond. & j. ſi fa.fur. fe.di.l.pe.ij.reſpon. Sol. dicunt quidam hanc corrigi per illas in hoc. Tu dic quod hic non tantum ſciuit, ſed etiam iuſsit: & dic, ſciente & etiam iubente. ſic & ponitur ſciens.s.e.l. ij.§. is autem. ibi, Celſus, &c. ſed in ll.cōtrariis tantum ſciuit.

c Meruit. vnde nō repetit: vt ſupra de procur.qui proprio.§. pœnam. & s.de neg.geſt. ſiue hereditaria. & j. fa. erciſ. inter coheredes.§.ex facto.

d Duplū. pro furto ſerui nō manifeſto. Ac.

e SEd & eo nomine. Poterit. vtili iudicio cōmuni diui. immo directo: vt j.e. ſi ex duobus. Et not. j. hæc lex in prin. loquitur quando dominus qui fuit ignorans, non dedit pro noxa, & hoc indicat ſequens litera: cæterum ſi nihil &c. D

f Cum quolibet alio. qui mecum aliam rem communem haberet: vt j. communi di.& ſi non omnes §.venit.

g Habebit. vnde communi diui. non poteſt agi.

h Pro ſocio. vt infra communi di.l.in ſumma.

i Poterit. nec dico quòd hæc ſubſidiaria excludat communi diui. vtilem, quæ ſimiliter datur ex æquitate vt di.l.ſi ex duobus. ſimile s.ad l.Aquil.quemadmodum. §. magiſtratus. & C. ad legem Aquil. de pecoribus. & infra de ſer. cor. ſi quis ſeruum. Accurſius.

BOna fide.} C A S V S. Seruus meus quem bon.fi.poſ.furtum fecit. nunquid teneris eum dare pro noxa? Et reſpō. quòd ſic: ſed ego non teneor: quia non habeo eum: nec tu etiā poſſeſſor facis eum illius cui das eum pro noxa. Et ſi ego verus dominus vindicabo eum, obſtabit exceptio: aut ſeruabo illū indemnem cui damnum datum eſt. Viuianus.

k Tenebitur. vt & C.de fur.l. apud antiquos. diuerſum eſt in l. Aquil. qua bo.fid.poſ. non tenetur, ſed dominus: vt s.ad leg. Aquil. ſi ſeruus ſeruum.§.ſerui.

l Vindicare. ab eo cui datus fuit noxæ: vel etiam contra primum: qui forte damnum de ſuo reſtituit. Accurſius.

A m Vel officio. correctiuè, vel diuiſiuè. Azo. & hoc idem habes infra eo. ſi noxali. in fi. & l.generaliter. & arg. s.de rei vind. ſin autem.§.in re petita.

SI bona fide.} C A S V S. Titius poſsidebat ſeruum meum bona fide: qui ſeruus furtum fecit. ille Titius poſtea illū diſtraxit, ne teneretur actione noxali. quæritur nunquid detur actio noxalis contra eum, ac ſi poſsideret? Et reſpon. quòd ſic. Viuianus.

*Non debet eſſe melioris conditionis prædo, quàm iuſtus poſſeſſor.* Baldus.

XIII. GAIVS libro tertiodecimo ad Edictum prouinciale.

B

NOn ſolùm aduerſus bona fide poſſeſſorem, ſed etiam aduerſus eos qui mala fide poſsident, noxalis actio datur[o]. Nam & abſurdum videtur, eos quidem qui bona fide poſsiderent, excipere[p] actionem: prædones[q] verò ſecuros eſſe.

*Melior eſt conditio occupātis in pari cauſa: & dicitur occupaſſe, qui prius meruit ſententiam. hoc dicit, & not.* Baldus.

XIIII. VLPIANVS libro octauodecimo ad Edictum.

SI quis à multis cōueniatur ex noxa eiuſdē ſerui, vel ſi ab vno, ex pluribus tamē delictis, non neceſſe habet, quia omnibus dedere nō poteſt, litis æſtimationē offerre his quibus dedere non poteſt. C Quid ergo eſt ſi à pluribus cōueniatur? ſi quidē vnus occupauerit, an melior ſit cōditio, vt ipſi ſoli dedatur? an verò vel omnibus dedi debeat, vel cauere debeat[r] defēſu iri* aduerſus cæteros? Et verius eſt, occupātis meliorem[s] eſſe cōditionē. Ei itaq; dedetur, non qui prior egit, ſed qui prior ad ſententiā[t] peruenit. & ideo ei q. poſtea vicerit[u], actionem denegari iudicati.

n Dimiſerit. ſcilicet ideo. Accurſius.

o NOn ſolum. Actio datur. aliud eſt in homine libero bona vel mala fide poſſ. pro quo noxalis non datur: vt j.eo.l.ſi ad libertatē. & j.de interrog.act. l. cōfeſsionibus.in fi. l. Item aliud in l. Aquil. vt s.ad l. Aquil. l. ſi ſeruus ſeruū. §. ſerui. Item aliud in actione ſerui cor. vt j.de ſer.cor. l. j. §. qui bona.quę ſunt contra. Accurſius.

p Excipere. id eſt accipere. Azo.

q Prædones. not. quòd non debet eſſe melioris conditionis malus quàm bonus: vt & j.de do. inter vi. & vxor.l. iij.§.j.& j.quod vi aut clam. Seruius. & s.de pet.here. ſi à patre.§.ſi prædo. Accurſius.

Mali ... bonum ... tio ... eſſe ... debet.

SI quis à multis.} C A S V S. Si diuerſis horis vel diebus pluribus ſeruus meus damnum dederit, vel etiā vni pluribus vicibus: certè hoc caſu melior eſt conditio illius qui occupauit, nec aliis ego dominus teneor. {SED ET SI.} Quatuor dicit: Primo, teſtator Stichum ſeruum liberum eſſe iuſsit ſub conditione, vel legauit eum ſub conditione. hic deliquit, & heres fuit conuentus noxaliter. lite pendente extitit conditio, & ita heres iam eum non habet. dicit quòd eſt abſoluendus heres. Secundo dicit quòd tranſlatio iudicij fit in eum liberum factum, vel legatarium qui eſt nouus dominus. Tertio, quòd ſi pendente lite non extitit conditio: ſed adhuc ſtatuliber eſt cum iudicatur, dando ſeruum pro noxa dicit liberari heredem talem dando talis eſt. Quarto, accipe fi. l. ſi quis à multis. vt caueat heres de euictione contingente factum ſuum, ne medio tempore obligauerit, vel alienauerit. h. d. cum l. ſequen. Viuianus.

* defenſum iri, pro ...

r Vel cauere debeat. is cui dederit: quod videbatur: vt arg. s.de rei vindi. is à quo.

s Meliorem. immo in aliquo eſt deterior occupātis eiuſdemq; poſsidentis conditio: quia poſterior ſemper auocat à priori: ſed fortè probare non poterit poſterior: ſicq; erit melior poſſidentis conditio. Azo. Et no. cōditionem occupantis meliorem: vt ſupra de procu.l.pluribus.

Occupantis melior eſt conditio.

t Ad ſententiam. ſic & in actione de peculio: vt infra de peculio. ſi vero. & l.ſumma.§.j. Sed ar. contra infra de leg.j. ſi pluribus. in fi. vbi inſpicitur lit.conteſt. Accurſius.

u Vicerit. illū qui iā victus eſt: ſecus autē vbi ab vno noxali, ab altero rei vin. cōuenitur: quo caſu cauetur à primo vincente: vt s.de rei vin. is à quo. Itē ſecus vbi ſine dolo & culpa aliàs deſinit poſsidere poſt lit.cōteſt. vt j.eo.l.electio.§. ſi is quem. & l ſi

Sed & ſi ſtatuliber[a] ſit, & ante deditioně extiterit conditio[*], per fideicōmiſſum libertas fuerit ante præſtita, vel exiſtēte conditione legati dominiū fuerit tranſlatum[b]: arbitrio iudicis abſolui[c] eum oportet. Et officij iudicis hoc quoq; erit, vt caueatur ei cui[d] deditur[e], ob euictionem ob ſuum[f] factū contingentem.

*Etiam ex ſententia ſufficit præſtare rem qualis eſt. Baldus.*

B

XV. GAIVS libro ſexto ad Edictum Prouinciale.

PRætor decernere debet tranſlationem iudicij in ſtatu liberū[g] fieri. Si verò rei iudicandæ tempore adhuc in ſuſpenſo ſit ſtatuta libertas, Sabinus & Caſsius liberari heredē putant tradendo ſeruum: quia toto ſuo iure cederet. quod & verum eſt.

*Dolus caſu non purgatur. Baldus.*

XVI. IVLIANVS libro vicenſimoſecundo Digeſtorum.

SI heres dolo malo fecerit[h] ne ſtatuliberum in poteſtate[i] haberet, & propter hoc iudicium ſine noxæ deditione acceperit[k], & impleta cō-

C

ditione ſtatutæ libertatis cōdemnari debebit, ſicuti mortuo[l] ſeruo[m] condemnaretur.

*Beneficium vnius non extenuat maleficium alterius. Baldus.*

XVII. PAVLVS libro vicenſimoſecundo ad Edictum.

SI ex duobus dominis vno ſciente, altero ignorante ſeruus delinquit: ſi antè cum altero qui neſciebat, actū ſit, & noxæ dediderit ſeruū: iniquum eſt viliſsimi[n] hominis deditione alterū quoq; liberari. igitur agetur & cum altero: & ſi quid amplius eſt in dāni perſecutione, conſequetur[o] cōputato pretio hominis noxæ dediti. ipſi tamen inter ſe ſic debent penſare communi diuidundo iudicium, vt ſi ille quo ſciente[p] fecit, præſtiterit[q], non totius[r] partem ferat, ſed partē eius[s] quanti ſeruus eſt. ſic & ſi alter aliquid præſtiterit, eius partem fieri. Illud iniquum eſt, eū qui iuſſit ſeruū facere, conſequi aliquid à ſocio: cum ex ſuo delicto damnum patiatur[t]. Si plures eiuſdem ſerui nomine noxali mecum agere velint, vel ſi vnus pluribus iudiciis

D

& l. ſi plurium. in fi. ſed hoc ideo hic euenit, quia ex eadē cauſeis debeatur: arg. infra de re iudi. l. inter eos. Accurſius.

a *Sed & ſi ſtatuliber.* ſcilicet is cuius nomine conuenitur.

b *Tranſlatum ſit.* ſcilicet in alium. Azo.

XLI. IDEM libro ſecundo ad Vrſeium Ferocem.

CVm ſeruus cõmunis alteri dominorum damnum iniuria dedit,idcirco legis Aquiliæ actio nõ eſt:[r] quia ſi extraneo damnũ dediſſet, B cum altero inſolidum lege Aquilia agi poſſet: ſicuti cũ ſeruus cõmunis furtum fecerit,[s] cum altero domino furti agi non poteſt, ſed communi diuidundo[t] agi poteſt.

XLII. VLPIANVS libro trigenſimoſeptimo ad Edictum.

SI ad libertatẽ proclamauerit is cuius nomine noxale iudiciũ ſuſceptũ[u] eſt, ſuſtineri debet[x] id iudiciũ quoad de ſtatu eius iudicetur. & ſic ſi quidẽ ſeruus fuerit pronuntiatus,noxale iudicium exercebitur: ſi liber, inutile[y] videbitur. Si quis pro ſeruo mortuo,[z] ignorans eũ deceſsiſſe, C noxale iudiciũ acceperit, abſolui debet: quia deſiit verũ eſſe propter eũ dare*[a] oportere.[b] Hæ actiones perpetuæ ſunt,[c] locumq; habebũt tandiu,quandiu ſerui dedẽdi facultatem habemus. nec tantũ nobis,verum etiam ſucceſſoribus noſtris competet: item aduerſus ſucceſſores: ſed non quaſi* in ſucceſſores,[d] ſed iure dominij. proinde & ſi ſeruus ad alium perueniſſe proponatur,iure dominij noxali iudicio nouus dominus conuenietur.[e]

*Ibi ſeruus debet defendi, vbi deliquit. Baldus.*

D XLIII. POMPONIVS libro octauo Epiſtularum.

SErui quorum noxa caput ſequitur, ibi defendendi ſunt, vbi deliquiſſe arguentur. itaq; ſeruos dominus eodẽ loco exhibere debet, vbi vim intuliſſe dicentur:[f] & carere omnium dominio poteſt,ſi eos non defendat.

a *Sed & ſi ſeruo. Furti actioni.* ſcilicet noxali mihi debitori, & ego remaneo ſibi obligatus.Accurſius.

b *Si is.* ſcilicet ſeruus.

c *Interceperit.* hoc ſi non egerit numerando vt fierent ſui: quia tunc non ageretur furti: vt C.de condic.indebi.l.creditoris. Accurſius.

d SI *plurium. Subſequi.* id eſt ſubſequenter dare.Accurſius.

e *Actionem.* ſ. noxalẽ prætoriã, quæ in locũ ciuilis directæ datur: vt ſupra eodẽ. electio. §.j.& §.ſi is.

f *Detracta noxæ.* vt & infra de inter. actio. l. ſi ſeruus.Accurſius.

g *Cauſa cognita.* ſcilicet ſi apparet alienus.

h *Debet.* iudicatum ſolui.

i *Non eſt.* ſcilicet iudicatũ ſolui: ſed iudicio ſiſti cauet, vel iurat,vel ſuæ promiſsioni committitur: vt inſti.de ſatiſda.§. ſed hodie.& ſ.ſi ex noxa.cau. aga.l.j. Et not. quòd hic.§. ſecundum noua iura loquitur.immo etiam ſecundum vetera non ſatiſdabat conuentus actione perſonali ſuo nomine: vt ibidem inſtit. de ſatiſda.Accurſius.

k *Satiſdatione.* iudicatum ſolui.

l *Locus erit.* contra actorem:vt ſ.eo.l.de illo.§.Iulianus.

m *Apparuerit.* ſcilicet alicubi.Azo.

n *Doli mali.* Sed an qui dolo deſiit poſsidere, ſi poſt conuentionem velit noxæ dedere, liberetur, cum ea detracta teneatur,vt in principio huius l.? Reſpon. diſtinguitur,an ita deſiit habere,vt nunquã recuperare poſsit:quo caſu ſtatim condemnatur:vt ſ.eod.l.ſi heres. & l.de illo.in prin.ibi, vel manumiſit. & ar.ſ. de dolo.l.arbitrio. an ita vt in poteſtatem alicui9 peruenerit: quo caſu præſtando eum noxæ, liberatur: vt ſ. eo.de illo.& l. electio. & j.de le.j. ſi fundum per fideicommiſſum. & l.ſi quando quis.§.heres.ſecundum Ioan.& j.depo.l.plane. Azo,& facit ſ.eo.ſi alienus.& l.quemadmodum.& j. eo. l. iij. §.ſi quis.Accurſius.

o *Seruo.* ante litẽ conte.vel etiã poſt,cũ tamen in mora non fuit:quia nõ credebat ſe teneri:vt j.de vſu.l.ſciendũ.Et ſecundũ hoc dic ſuſtineri, id eſt vltra in lite non procedi. & hic eſt

SI *ſeruus.* CASVS. Seruus legatus ſurripuit aliquid heredi futuro. an de re heredis,& datur furti actio contra legatarium: an de re hereditaria, & tunc non furti, ſed ad exhibendum.

q *Furtum non fit.* niſi in caſu: vt pignoratæ, cõmodatæ, vel eius in qua vſumfr. habet aliquis:vt j.de fur. l. hereditariæ.

r CVm *ſeruus communis. Actio non eſt.* niſi volente alio dedit: vt ſ. ad legem Aquil. l. ſi ſeruus ſeruũ. §.j.quę eſt contrà.Accurſius.

s *Fecerit.* vni dominorum.

t *Sed communi diui.* ſcilicet ad ſimplum: vt j. fa.erciſ.l. & puto.§. ſi. & pe. & j. de fur. l. ſi ſeruus communis. in princ.& j.de ſer.cor.l. vt tantum. §. ſi ſeruus. & ſ.nau. cau. licet.§.j. & hoc intelligas in vtroque prædictorum duorum caſuum. nam cum eius nomine teneatur, noxali eiuſdẽ nomine agere nõ debet:vt C.de fur.l.apud antiquos.Accur.

u SI *ad libertatem. Suſceptum.* per litem conteſtatam.

x *Suſtineri debet.* quia præiudiciales ſunt tales actiones inter omnes: vt inſtit. de actio. §.præiudiciales. & infra de lib. cau. l. ordinata.

y *Inutile.* contra eum qui dominus dicebatur Azo. ſed contra ipſum delinquentem agitur.

z *Pro ſeruo mortuo.* ante litem conteſtatam.

a *Dari.* ſcilicet æſtimationem damni. Accurſius.

b *Oportere.* vt & ſupra eodem.l. ſi plurium.§. finali.

c *Perpetuæ ſunt.* id eſt eſſe poſſunt. ſic & infra de aqua plur.arc.l. Labeo.& l.j. nam cum deſcẽdũt ex ea actione quæ eſt perpetua, ipſæ ſunt perpetuæ. alioquin ſunt annales ſi in locum annalis,vt vi bo.rap.ſuccedant. Sic & ponitur infra ad Vell.l.hæ actiones. & ſupra de cap. demi. l.ij.in fin.

d *In ſucceſſores.* vt & ſupra ſi qua pau.fe.di.l.j.§.j.

e *Conuenietur.* quaſi dicat,non heres.Accurſius.

f SErui. *Dicuntur.* vt & C.vbi de cri.agi opor.l.j.& ij.& in authen.qua in prouincia.

*dari.

*quaſi iure ſucceſsionis.

Finium

# Digeſtorum ſeu Pandectarum liber decimus.

## FINIVM † REGVNDORVM.

### TITVLVS I.

*Actio finium regundorum eſt mixta: quia in ea veniunt reales & perſonales præſtationes. hoc dicit tex. cum gl. Baldus.*

I. PAVLVS libro vicenſimotertio ad Edictum.

B Finium regundorum actio in perſonam eſt[a], licet pro vindicatione[b] rei eſt.

II. VLPIANVS libro decimonono ad Edictum.

Haec actio pertinet ad prędia ruſtica, quamuis ædificia interueniant. Neque enim multum intereſt, arbores[c] quis in confinio, an ædificium[d] ponat. Iudici finium regundorum permittitur, vt C vbi nõ poſsit dirimere[e] fines, adiudicatione [f] controuerſiam dirimat. Et ſi forte amouendæ veteris obſcuritatis gratia per aliam regionem fines dirigere iudex velit, poteſt hoc facere per adiudicationem[g]* & condemnationem.

III. GAIVS libro ſeptimo ad Edictum Prouinciale.

Quo caſu opus eſt vt ex alterutrius prædio alij adiudicandum ſit[h]. quo nomine is cui adiudicatur, inuicem pro eo quod ei adiudicatur, certa pecunia cõdemnandus eſt.

IIII. PAVLVS libro vicenſimotertio ad Edictum.

Sed & loci[i] vnius controuerſia in partes ſcindi adiudicationibus poteſt, B prout cuiuſque dominium in eo loco iudex compererit. In iudicio † finium regundorum etiam eius ratio fit, quod intereſt. Quid enim ſi quis aliquam vtilitatem ex eo loco percepit[k] quem vicini eſſe appareat, iniquè damnatio eo nomine fiet?[l] Sed & ſi menſor ab altero ſolo conductus[m] ſit, condemnatio erit facienda eius[n] qui non conduxit, in partem mercedis.

Poſt litem autem conteſtatam[o] etiam fructus venient in hoc iudicio.[p] nam & culpa[q] & dolus exinde præſtantur: ſed ante iudicium percepti[r] non omnimodo hoc in iudicium venient. aut enim bona fide percepit, & lucrari[s] eum oportet ſi eos conſumpſit: aut mala fide, & condici[t] oportet.

*Nota quòd vbicunque quis non paret iudici, poteſt deferri iuramentum in litem. ad quod l. reſtituere. de rei vindi. Baldus.*

FINIVM REGVNDORVM. A

a *Finium regundorum. In perſonam eſt.* quãtum pertinet ad perſonales præſtationes, quæ ſunt in eo ꝙ de tuo fiat meum: vt ſi ex tuo adiudicatur mihi, fit meum de nouo: vt infra l. iij. Item propter fructꝰ factos tuos quos mihi reddis, ſi ꝑcepiſti de meo: vt ĵ.l.iiij.§.j. Itẽ de eo quod datum eſt agrimẽſori: vt in ea.l.§. ſed & ſi. ſed naturam realis habet, quia reddit mihi quod meum tenebat: vt ĵ.eo.l.de modo. & l. ſi irruptione. eſt enim mixta in rẽ, & in perſonã: vt ſubiicit: vt inſtitu.de ac.§. quædam. Sed nunquid bonæ fidei? Reſpõ. ſtricti iuris, cũ non inueniam bonę fidei: vt inſtit.de act.§.actionum. Item nunquid ex contractu, vel quaſi? Reſpon. nõ, ſed datiua: vt ĵ.eo.l.ſi Itẽ quãdo naſcitur? Reſpon. ex quo fines turbari cęperũt: & extunc currit præſcriptio: vt C. de an. excep.l.j.§.j.& §.fi. Itẽ quæ præſcriptio? Reſpon. xxx. an. cum ſit mixta: vt C. de pet.hered. l. hereditatem. & tamen ſi quid de meo agro poſſediſti. x. ann. vel xx. præſcripſiſti, vt quia in vendendo maiores fines demõſtrati ſunt: vt infra pro emptore.l.ij.§.ſed & ſi fundus.& l. quæ fundum. §.ſi fundum. & tamen agitur hoc iudicio: & quia ſi à principio fuiſſet tuum quod præſcripſiſti, tamen agerem vt melius termini ponantur.

† *In hunc tractatum vide Iulij Frontini libellum, & in ipſum Aggeni Vrbici commẽtarium. Finium regundorum actio ſtricti iuris eſt.*

b *Vindicatione.* vt ſi termini non ſunt poſiti prout occupatur terra mea, & velim cõmodius agros terminari, vt partem mei fundi quam poſsides reſtituas, & in eius finibus commodius ponantur termini: vt C. eo. l. ſi quis.

* *Flo. iudicationem.*

*Haec actio.*} Caſus planus eſt vſque ad §. iudici. {IVDICI.} Prædium meum & tuum ſunt contigua: ſed in extremitatibus inter me & te, eſt diſcordia in aliquibus locis, vel forte in tota extremitate: cum ego dicam plus ad me pertinere. D hæc actio erit neceſſaria. ſiue termini erant in confinibus, ſiue non diuidet iudex limitem, retinendo veteres terminos: vel remoueat illos, & ponat alios: & de prædio vnius alteri adiudicet: & illum cui adiudicat, cõdemnet in aliqua pecunia. Viuianus.

c *Arbores.* quas intereſt ſuccidi propter vmbram arboris forte: vt infra l. iiij. §. ſed & ſi quis.

d *Aedificium.* Hic eſt contra infra eodem, ſed & loci. §. penul. Sol. hic dicit dari vtilem, licet interueniat ædificium, non autem directã: vt ibi. vel hoc ædificium non erat hic cauſa habitandi: vt ĵ. quib. mo. pign. ta. contrahi. l. hoc iure. §. fina. vel hic vnus habet prædiũ, alter ædificium. & ſic datur vtile: ibi vtrũque ædificium, vnde non datur. Vel hic vtrumq; ruſticum, ſed loco termini erat ædificium.

e *Poßit dirimere.* commode videlicet eis exiſtẽtibus vt prius. & differt hic à proximo. hic ex cuiuſlibet agro alteri adiudicat: ſed ibi tantum de vno alteri.

f *Adiudicatione.* facienda vni ab altero, & econtra.

g *Per adiudicationem* in alterum. Azo. vt & inſtitu. de offic. iudi. §. fi. ſed ſuperiori ab vtroque. Accurſius.

*Quo caſu.*} CASVS. Inter te & me eſt quæſtio de finibus. iudex qui ſuper hoc cognoſcit, ſi non poteſt commode A diuidere relinquendo cuilibet ſuum ſolum, poteſt adiudicare de ſolo meo tibi: & te poteſt etiam condemnare vt mihi pecuniam des: & hoc quando de toto erat diſcordia. idem ſi de parte. & hoc vſque ad §. in iudicio. {IN IVDICIO.} Si ſit quæſtio de finibus inter me & te, habetur ratio quòd mea intereſt: vt quia alter noſtrum in ſolo alterius ſeminauerit: vnde illud intereſſe reſtitui debet. Itẽ debes mihi reddere partẽ mercedis quã dedi agrimenſori in fructibus tamen diſtingue, aut percepit ante litẽ cõteſt. & non veniẽt. ſi poſt, venient. {SED ET SI QVIS.} Vicinus prędij ſi non incidat arborem in confinio poſitam, ad iudicis præceptum: poteſt puniri & debet. {SI DICATVR.} Si quęſtio eſt inter me & te de finibus, & tu amoueas terminos, & accuſo te criminaliter: an iudex poſsit cognoſcere de vtraque quæſtione? Et reſpond. quòd ſic. {SI ALTER.} Si vnus fundus ſit duorum, alter triũ, poteſt iudex adiudicare vel nobis ex illo fundo, vel ex noſtro illis: vel ſi quæſtio eſt de finibus, & id quod adiudicatur, ſit commune illorum quibus adiudicatur, domini tamen pro ſuis partibus conferent. {SI COMMVNEM.} Si habeo tecum fundum communem, & alium ego habeo ſolus non communem: non poſſum agere fi. re. contra te ꝓ illo fundo meo: niſi alienem partem quam habeo in fundo tecũ communi, quia extunc agere poſſum. Item ſimiliter ſi tres ſunt domini qui iuxta fundũ meum habent prædia, id eſt, vnuſquiſque habet prędia: poſſum agere finium regundorum. {FINIVM.} Si habeo fundum in emphyteuſin, & tu alium iuxta habes, ſi tu habes vſumfructum in vno, & ego in alio: vel ſi habeo proprietatem & tu vſumfru. vel ſi habes meum obligatum, & ego alium: in his agere poſſumus finium regundorum. {HOC IVDICIVM.} Plani ſunt vſque ad l. de modo. Viuianus.

h *Adiudicandum ſit.* id eſt adiudicetur. Accurſius.

i *Sed & loci.* non ſolum ſi circa fines totius agri, ſed etiam loci, id eſt partis fundi: vt ĵ. de verb. ſig. locus. etiam quinq; pedum tantum: vt C. eo. l. quinque pedum. Accurſius.

k *Percepit.* puta fructus naturales: ſed de induſtrialibus dic vt infra §. proximo. Accurſius.

l *Fiet.* quaſi dicat, non.

m *Conductus.* impropriè dicitur conductus: vt infra ſi menſor fal. mo. di. l. j. §. ideo.

n *Eius.* in perſona eius &c. Accurſius.

o *Poſt litem autem conteſt.* autem, id eſt certe. nec enim contradicit ſuperioribus.

p *Iudicio.* vt & infra tit. j. l. pen. Accurſius.

q *Culpa.* etiam leuis: vt ĵ. de preca. l. quæſitum. §. ſi in ſeruitutem. & §. illud. & ſ. de rei vin. ſi homo. Accurſius.

r *Percepti.* ſcilicet fructus induſtriales. Accurſius.

s *Lucrari.* vt nil omnino reſtituat: vt inſtit. de rer. di. §. ſi quis à non domino. quandoque tamen dicitur quis lucrari quod tamen reſtituit, ſub conditione tamen: vt infra de in diem addi. l. ij. & l. item quod dictum eſt.

t *Condici.* vt & ĵ. de condic. inde. ſi vrbana. in fi.

Sed & ſi quis iudici non pareat, in ſuccidenda arbore[a], vel ædificio in fine[b] poſito deponendo,[c] partéve eius, condemnabitur[d].

*Nota quòd iudex maleficiorum poteſt cognoſcere ciuiliter. Bartolus.*

Si dicantur† termini deiecti vel exarati, iudex qui de crimine[e] cognoſcit, etiam de finibus cognoſcere poteſt. Si alter fundus duorum alter trium ſit,[f] poteſt iudex vni parti adiudicare locum de quo quęritur, licet plures dominos habeat:[g] quoniam magis fundo† quã perſonis adiudicari fines intelleguntur[h]. Hic autem cũ ſit adiudicatio pluribus, vnuſquiſque[i] [horũ[k]] portionem[l] habebit quã in fundo habet; & pro indiuiſo. Qui communem fundum habent, inter ſe non condemnantur.[m] neq; enim inter ipſos accipi videtur iudicium[n].

*Ego & ſocius meus aduerſarij eſſe non poſſumus, ſed vnus loco alterius habetur. Baldus.*

Si communem fundũ ego & tu habemus, & vicinũ fundum ego ſolus, an finium regũdorum iudicium accipere poſſumus? Et ſcribit Pomponius non poſſe[o] nos accipere, quia ego & ſocius meus in hac actione aduerſarij eſſe nõ poſſumus, ſed vnius loco habemur. Idem Põponius ne vtile quidem iudiciũ dandũ dicit: cum poſsit qui propriũ habeat, vel communem vel proprium fundum alienare, & ſic experiri[p]. Non ſolum autem inter duos[q] fundos, verùm etiam inter tres pluresve fundos accipi iudicium finium regundorum poteſt: vt puta ſinguli[r] plurium fundorum confines ſunt, trium forte vel quatuor.

*Emphyteuta poteſt agere finium regundorum, ſi valet declaratio facta cum emphyteuta. Baldus.*

Finium regundorum actio & in agris vectigalibus[s] & inter eos qui vſumfructum[t] habent, vel fructuarium & dominum proprietatis vicini fundi, & inter eos qui iure pignoris poſsident, competere poteſt. Hoc iudicium locum habet in cõfinio prædiorum ruſticorum: vrbanorum diſplicuit[u]. neque enim confines hi*, ſed magis vicini dicuntur: & ea[x] communibus parietibus plerunque diſterminantur. Et ideo etſi in agris ædificia iuncta ſint, locus huic actioni non erit. Et in vrbe hortorum latitudo contingere* poteſt, vt etium finium regundorum agi poſsit. Siue via* publica interuenit[y], confinium non intellegitur: & ideo finium regundorum agi non poteſt.[z]

*Confines dicuntur mediati, non immedia. Baldus.*

V. IDEM libro quintodecimo ad Sabinum.

QVia magis[a] in confinio meo via publica vel flumen ſit, quam ager vicini.

VI. IDEM libro vicenſimotertio ad Edictum.

SEd ſi riuus priuatus interuenit, finium regundorum agi poteſt[b].

*Ille qui occupat territorium alterius, debet illud dimittere. quod facit contra occupantes iuriſdictionem alienam. Baldus.*

VII. MODESTINVS libro decimo Pandectarum.

DE modo agrorum arbitri[c] dantur: & is qui maiorem locum in territorio habere dicitur[d], ceteris qui minorem locum poſsident, integrum locum adſignare[e] compellitur: idque ita reſcriptum eſt.

*Not. tex. quòd præſes debet iubere vt quis abſtineat ab alieno, & ſtet contentus ſuo: ergo imponit ſilentium. & facit infra de lib. leg. l. Aurelius. §. centum. Baldus.*

VIII. VLPIANVS libro ſexto Opinionum.

SI irruptione fluminis fines agri confudit inundatio, ideoq; vſurpãdi quibuſdam loca in quibus ius non habẽt, occaſionem præſtet: præſes prouinciæ alieno eos abſtinere[f], & domino ſuum reſtitui, terminoſque per menſorem declarari[g] iubet.

*Not. hic quòd quando expedit, iudex debet perſonaliter accedere ad locum: & creditur hic iudici in eo quod videt. Bal.*

Ad officium† de finibus cognoſcentis pertinet menſores mittere[h], & per eos diri-

a *Arbor.* cum interſit vicinorum eam ſuccidi, & commodius agros terminari. Accurſius.
b *In fine.* ſcilicet agri vicini. Accurſius.
c *Deponendo.* ſcilicet in totum, partémve &c.
d *Condemnabitur.* quanti in litem iurauerit aduerſarius: quia licet ſit ſtricti iuris, tamen propter iudicis auctoritatem defendendam deferatur: vt arg. inſti. de iudi. §. contumaciæ. & §. ne quis eum qui in ius vocatus eſt vi eximat. l. penul. §. j.
e *De crimine.* quaſi dicat, idem iudex tam criminaliter quàm ciuiliter poterit cognoſcere. Agitur enim criminaliter per accuſationem ex l. agraria, qua conſtituta eſt pęna l. aureorum publico inferenda in ſingulos terminos deiectos, vel amotos: vt infra de termi. moto. l. iij. nec vna tollit aliam, quia competunt de re familiari: vt hic, & C. quando ciui. ac. præiu. cri. l. j. donec tamen vna agitur, altera ceſſat quo ad exercitium: vt infra de publi. iudi. l. iiij. & infra vi bonorum rapto. l. ij. §. primo.
f *Sit.* pro indiuiſo.
g *Dominos habeat.* vnus ager, quàm alius. Accurſius.
h *Intelliguntur.* aliàs intelliguntur, ſcilicet fines: & aliàs intelligitur, ſcilicet iudex. & tunc habes adiudicare.
i *Vnuſquiſque.* ſcilicet dominorum fundi, cui ſit adiudicatio.
k *Horum.* neutraliter.
l *Portionem.* in parte adiudicata. Accurſius.
m *Condemnantur.* hoc iudicio: quia non poteſt agi: vt ſubiicit.
n *Iudicium.* quia fines nõ poſſunt diſtingui, donec diuidantur.
o *Non poſſe.* vt ſupra de ſerui. vrba. prædio. ſed ſi inter me. contra. Solut. aliud in negatoria, quam quis pro re propria intendit contra alium ſocium, vt ibi. aliud in hac actione.
p *Experiri.* cum emptore.
q *Non ſolum inter duos.* i. pro duobus fundis.
r *Singuli.* fundi. puta, vnus habet plures confines. Accurſius.
s *Vectigalibus.* vt & infra arbo. fur. cæ. l. cædere. §. fin.
t *Vſumfructum.* cũ vicino. Accurſius.
u *Diſplicuit.* ſupra eodem. l. ij. contra. Solut. vt ibi.
x *Ea.* Confinia dicuntur prædia ruſtica, quæ ita ſibi proxima ſunt, vt nullus paries medius ſit: ſed vrbana conſueuerunt A diſtingui parietibus. Item facit ad id quod legitur infra de verborum ſignifi. l. vrbana.
y *Si vero via publica interuenit.* inter me, & eum contra quem ago finium regundorum.
z *Non poteſt.* an ergo poterit agi finium regundorum, vt diſtinguantur fines viæ meæ, vel tuæ poſſeſſionis, & contra quem agitur? Azo. Reſpon. vtili hoc iudicio forte agetur. nam & periculum talis viæ ad vicinos pertinet: vt ſupra quemadmodum ſeruitus amitta. l. ſi locus. §. cum via publica. Accurſius.

* *vul. cõfinia hæc ſunt. ſed magis vicina di.*

a QVia magis. electiue ponitur. Azo.
b SEd ſi riuus. *Agi poteſt.* contra dominum riui.

* *efficere.*

DE modo. } CASVS. Si ciues alicuius ciuitatis fundum inter ſe communem diuidant, & vnus decipiatur in menſuratione: iudex debet facere quòd ille non decipiatur: imo habeat integram partem ſuam.

* *vul. Si vero flumen vel via.*

c *Arbitri.* Hæc lex locum habet cum ager alicuius ciuitatis inter ciues æqualiter diuiditur: vel etiam in quolibet caſtro, vel villa: & quod ſubiicit maiorem, dic ſcilicet quàm debeat habere: argumen. C. eod. ſi quis.
d *Dicitur.* quia occupauit plus quàm eum tangeret.
e *Aſsignare.* qui eſt alterius. Accurſius.

SI irruptione. } CASVS. Si flumen occupauit prædia vicina, & poſtea deceſsit: domini illorum prædiorum reaccipiant prædia ſua: & ſi plus etiam habent quàm debeant, ex eo quòd fines non apparent, iudex faciet reſtitui quod eſt alienum: quia etiam quilibet debet eſſe contentus iure ſuo. { AD OFFICIVM. } Iudex poſtquam dicta teſtium audierit, ire debet ad fundos de quorum finibus cognoſcit: vel etiam mittere debet agrimenſores.
f *Abſtinere.* quãdo ab initio volebat occupare. nam ſi poſſedit iam aliquo tempore, conuenitur rei vindi. Accurſius.
f *Abſtinere.* quilibet enim ſit ſuo iure contentus: vt hic, & C. eo. l. ſi conſtiterit.
g *Declarari.* act. fini. regundo. Accurſius.
h *Mittere.* vt C. e. l. ſi quis. Sed quomodo mittet? certe hoc modo, quili-

† *Iſta litera eſt in ar. q ſi iudex aliquem videt arma deferre, quòd poteſt eum punire de delatione armorũ ſine alia relatione ſecundum Bal. hic.*

do. quilibet enim confitebatur alium habere x. iugera pro diuiſo: ſed quilibet dicebat alterum occupaſſe de ſuo. menſurabit, & referet iudici. & ſi neceſſe erit, etiã iudex, vel cum agri menſore, vel poſtea ibit, & poſtea iudicabit.

a *Subiectis*. & ita ſecundum conſcientiam propriam faciet, ſecundum M. vt & ſ. de fer. l. eadẽ. in fi. ſecundum Io. contra vt ibi diximus: & hic vt iudex cognoſcit. Acc.

b *Locis*. ſed cuius expenſis? Certe expenſis illorum inter quos lis eſt conteſtata.

IVdicium.} CASVS. Si ego & tu habebamus fundum communem, non minus vicinus poteſt agere fi. re. Viuianus.

c *Manet*. vicino.

d *Socij*. alterius fundi.

IVdicium.} CASVS. In his tribus iudiciis quilibet eſt actor & reus.

e *Agitur*. vt j. tit. j. l. inter. §. qui familiæ. & hoc quo ad ſatiſdationem, & ſimilia: vt ſ. de procur. l. ſi defunctus. §. fina. non ad ordinem quin ſit certum quis prius de calumnia iuret: quia qui prouocauerit, vel quẽ ſors prætulerit: vt ſupra de iudic. l. in tribus.

IN *finalibus*.} CASVS. Iudex qui cognoſcit de finibus, debet ſequi antiquos terminos.

f *Monumenta*. id eſt termini.

g *Probentur*. ſtatur vetuſtati, niſi cõtra probetur: vt hic, & C. eodem. l. ij. & in authen. de admi. officio. in fin. colum. iij. & C. de proba. ſiue poſsidetis. & de ap. præcipimus. in fi. Accurſius.

† *Potes ex l. iſta no. ꝙ quotieſcunque vnũ habet duo extrema, & dubitatur cui attribui debeat, ſemper vetuſtiori attribuendũ eſt. Adde concor. & facit tex. in l. fi. j. de fi. inſtru. Ioã. Fa. & An. in prin. inſt. de actio. iſtud inſerunt ex l. noſtra.*

EOs.} CASVS. Duo prædia confinia emi, terminata ſcilicet vnum ab alio, aliud ab alio. vendidi, & in venditione aſsignaui alios terminos quàm fuerant prius. certe his nouis terminis ſtabitur inter me & emptorem. & ſi de his ſit dubium, ipſe qui vendidit, declarabit. Viuianus.

mere ipſam finium quæſtionem vt æquum eſt, ſi ita res exigit, oculiſque ſuis ſubiectis [a] locis. [b]

IX. IVLIANVS libro octauo Digeſtorum.

1 IVdicium finiũ regundorũ manet[c], quãuis ſocij [d] cõmuni diuidundo egerint, vel alienauerint fundum.

X. IDEM libro quinquageſimoprimo Digeſtorum.

2 IVdiciũ cõmuni diuidundo, familiæ erciſcundæ, finiũ regundorum, tale eſt, vt in eo ſingulæ perſonæ duplex ius habeant, agentis, & eius quo cum agitur.[e]

*Non præſumuntur fines antiqui mutati, niſi probetur. Baldus.*

XI. PAPINIANVS libro ſecundo Reſponſorum.

IN finalibus† quæſtionibus vetera monumenta[f], cenſus auctoritas ante litem inchoatam ordinati ſequenda eſt, modò ſi nõ varietate ſucceſsionum & arbitrio poſſeſſorum fines additis vel detractis agris poſtea permutatos probetur[g].

C *Terminus reſtringit terminatum, & auctor teſtificatur in quæſtione terminorum. quod eſt not. & intelligendum quando in eũ non reſultat præiudicium. Baldus.*

XII. PAVLVS libro tertio Reſponſorum.

EOs terminos, quantũ ad dominij quæſtionẽ pertinet, obſeruari oportere fundorum, quos demonſtrauit is qui vtriuſque prædij dominus fuit [h], cum alterum eorum venderet. non enim termini qui ſingulos fundos ſeparabant, obſeruari debent, ſed demonſtratio adfinium nouos fines inter fundos conſtituere[i].

XIII. GAIVS libro quarto ad legem duodecim Tabularum.

h *Dominus fuit*. nõ tamen vt ſimpliciter credatur aſſertioni eius, ſed hoc debet liquide probari. & ſic teſtis eſt venditor, ſcilicet emptoris. Sed contra eſt, vt diximus. C. de teſti. l. omnibus. Sed hic quo ad fines inter emptores, ibi in cauſa euictionis. & adde quod eſt C. de teſti. l. omnibus. Accurſius.

i *Conſtituere*. ſcilicet debet. Et ſic not. quòd & dum tenet & quando vendit paterfami. poteſt prædia diuidere vt vult: vt hic, & C. eodem. l. j. & infra de lega. j. quod in rerum natura. §. j. Accurſius.

k SCiendum eſt. *Scriptum eſt*. ſcilicet in Latino, quod habes ſtatim, ſi quis ſepem &c. Sed lex Solonis, quam hic ſubiicit, ſcripta erat in Græco. Accurſius.

l *Ita eſt*. ecce lex Solonis in Græco, ſequitur interpretatio Bul. in Latino, ſi quis ſepem. &c. Accurſius.

m *Maceriam*. cum calce.

n *Domum*. iuxta agrum alterius. Accurſius.

o *Pedes duos*. immo videtur ꝙ in ædificatione qualibet, quæ

A fit à priuato iuxta priuatum, debet ſpatiũ x. pedum liberi aëris relinqui. ſi autem iuxta horrea publica. xv. pedũ: aliàs domus deſtruitur. & ſolum fiſco applicatur: vt C. de ædi. priua. l. mœniana. quæ eſt contra. Sol. quidã dicunt hãc corrigi per illam. Alij dicunt quòd illa loquitur in mœnianis, ſiue ſolariis, hæc autem in ceteris ædificationib⁹, vel cõſtructionibus. quod eſt verius: cũ non debeamus ſic prompte legẽ corrigere: vt in authẽ. quibus mo. na. ef. ſui. §. tribus. collat. vj. vel vt ibi. vel hic non iuſta habetur differentia: ibi ſic.

p *Tantundem*. ſ. quantum extenditur fouea inferius.

SCiendum eſt in actione finium regũdorum illud obſeruandum eſſe, quod ad exemplum quodammodo eius legis ſcriptum eſt, [k] quã Athenis Solonem dicitur tuliſſe. nam illic ita eſt[l]: Ἐάν τις αἱμασιὰν παρ᾽ ἀλλοτρίῳ χωρίῳ ὀρύγῃ, τὸν ὅρον μὴ παραβαίνειν. ἐὰν τειχίον, πόδα ἀπολείπειν. ἐὰν δὲ οἴκημα, δύο πόδας. ἐὰν δὲ τάφον ἢ βόθρον ὀρύττῃ, ὅσον τὸ βάθος ᾖ, τοσοῦτον ἀπολείπειν. ἐὰν δὲ φρέαρ, ὀργυιάν, ἐλαίαν δὲ καὶ συκῆν, ἐννέα πόδας ἀπὸ τοῦ ἀλλοτρίου φυτεύειν. τὰ δὲ ἄλλα δένδρα, πέντε* πόδας.

B [Si quis ſepem ad alienum prædium fixerit, infoderitq́;, terminum ne excedito. ſi maceriam[m], pedem relinquito. ſi verò domum[n], pedes duos. [o] ſi ſepulchrum, aut ſcrobem foderit: quantum profunditatis habuerint, tantum[p] ſpatij relinquito. at verò oleam, aut ficum: ab alieno ad nouem pedes plantato, ceteras arbores ad pedes quinque.]

FAMILIAE ERCIſcundæ.

TITVLVS II.

C *Poſſeſſor hereditatis poteſt agere contra coheredem diuiſorio, ſed ſi non poſſeſſor agit, poteſt ſibi obiici exceptio præpoſterationis, ſi negetur heres. hoc dicit. & eſt iſta lex ſingularis. Baldus.*

I. GAIVS libro ſeptimo ad Edictum Prouinciale.

HAEc actio[q] proficiſcitur è lege duodecim tabularũ[r]. nãq; coheredib⁹[s] volẽtibus à communione diſcedere, neceſſarium videbatur aliquam actionem conſtitui, qua inter eos res hereditariæ diſtri-

D buerentur. Quæ quidem actio nihilo minus ei quoque

FAMILIAE ERciſcundæ.

*Hæc rubrica eſt forte Græca, ſcilicet erciſcundæ, & dicitur familia, id eſt hereditas: vt C. de verb. ſignifi. l. fin. & erciſco, id eſt diuido. vnde famil. erciſcundæ, id eſt hereditatis diuidendæ.*

HAec actio.} CASVS. Ego Titi⁹ & Seius, ſumus coheredes in quadã hereditate. volo petere diuiſionem, ipſi nolũt diuidere. an poſſum eos cogere, & qua act. quæritur. Et dicitur ꝙ cogam eos act. famil. erciſcun. quæ ex. l. xij. tabularum deſcendit. Secundo pone quòd ego non poſsideo: & coheredes mei totam her. poſsideant. an tũc agere poſſum hoc iudicio quæritur. Et diſting. an fatentur me coheredem, & potero agere an non, & non potero agere: & ſic po tero agere petit. heredi. quia etiam fieret præiudium ſi primo diuiſorio agerem, quã petitorio. Tertio dicit, quòd ſi poſsideo partem meã, ago hoc iudicio. licet negent coheredem coheredes mei. Sed ad hoc vt agã, oportet me probare coheredem. non enim aliter ad diuiſionem admittar, niſi me coheredem probauero. Viuianus.

q *Hæc actio*. ſcilicet familiæ erciſcundæ.

r *Duodecim tabularum*. & ſic eſt ciuilis: vt inſtitut. de perpet. & tempo. actio. in princip.

s *Coheredibus*. ſed ſi vnus tantum vult recedere, poterit agere contra alios: vt j. e. l. arbitrum. Item nota ex eo quòd dicitur, volentibus, quòd M. & Pla. dixerunt eam naſci ex voluntate, non prius. Itẽ dixerunt ei non currere præſcriptionem prius quàm voluerint diuidere: cum prius non eſſet nata. ſed tu dic naſci eam ex quaſi contractu: vt inſtit. de obli. quæ ex qua. cõtra. §. idem iuris. potuit ergo intentari à tempore communionis, & cum effectu, non obſtante exceptione: igitur ab eo tempore debet currere præſcriptio: vt C. de an. excep. l. j. §. ad hæc. nec obſt. quòd ambo poſsident, & fructus percipiunt communiter. nam non dico præſcribi dominio vel poſſeſsioni rei: ſed ipſi diuiſioni, ne fiat. Nam & aliàs detinetur quis in communione inuitus: vt ſupra de alien. iud. l. fina. Item non obſt. infra titulo j. in hoc §. ſi conuenit. quia plus operatur

tur præſcriptio quàm pactum.
a *Iure competit.* & cum effectu. niſi negetur coheres à poſsidente: vt hic ſubiicit, & infra eo. heredes. §. quantum. & l. ſi id quod contendis. & l. fundus. §. ſi ego. Accur.
b *Exceptionem.* ſcilicet rectè ageres, ſi in ea re qua, & cetera. ſed quia hic ſit præiudiciũ in eo quod prius hoc intẽderetur, ideo rectè non agis: nec alia debet proponi cum ſperatur peti. here. vt hic. & C. de pe. hered. l. fina. in princi. niſi in caſu Liciniani: vt ſupra de peti. heredi. ſi quis libertatem. §. j. in fina. vbi poſt modicum tẽpus proceditur in cauſa liberali, non expectato iudicio petitionis hereditatis. ſed an idem in communi diuidundo. vt non intentetur donec rei vindicatio ſperatur? videtur non idem: quia pro hoc priuilegio datur pet. here. ſed tamen ibi dicas idem: vt infra eod. ſi id quod. nam ibi ceſſabat. peti. here. quia prætendebatur titulus. & eſt expreſſum infra de excep. rei iud. fundi.
c *Si in ea re qua.* verba ſunt exceptionis. Accurſius.
d *Non nocet.* talis, niſi forte qui cõuenitur & poſsidet famil. erciſc. ab eo qui ſecum poſsidet, dicat ſe petiturum totam hereditatẽ. tunc enim ſi iudex perpendat eum facere bona fide, auditur: ſed facilius qui ſe ab alio dicit conueniendum pe ti. here. vt ſupra de peti. here. ſi quis liber. §. j. Item huic dicto eſt cõtra. ſupra ſi pars hered. pet. l. j. §. proinde. Sol. vt ibi. Sed quare vtroque poſsidente non repellitur, ſicut & quãdo non poſsidet? Reſpon. petit. hered. poſsidenti non datur, cum non ſit duplex iudicium, ſed fami. erciſc. ſic.
e *Quicquam oportet.* immo: vt j. eo. l. cum putarẽ. quæ eſt contra. Sol. ibi non negabatur eſſe coheres.

ipſo iure competit [a], qui ſuã partem non poſsidet. Sed ſi is qui poſsidet, neget eũ ſibi coheredem eſſe: poteſt eũ excludere per hanc exceptionem[b], *ſi in ea re[c] quà de agitur, præiudicium hereditati non fiat.* Quòd ſi poſsideat eam partem, licet negetur eſſe coheres, nõ nocet[d] talis exceptio: quo fit, vt eo caſu ipſe iudex apud quem hoc iudicium agitur, cognoſcat an coheres ſit. Niſi enim coheres ſit: neque adiudicari quicquam ei oportet[e], neque aduerſarius ei condemnandus eſt.

II. VLPIANVS libro nonodecimo ad Edictum.

PEr familiæ erciſcundæ actionẽ diuiditur hereditas, ſiue ex teſtamento ſiue ab inteſtato[f] ſiue ex lege duodecim tabularum[g], ſiue ex * aliqua lege deferatur [h] hereditas, vel ex ſenatuſconſulto[i], vel etiam conſtitutione[k]. Et generaliter eorum duntaxat diuidi hereditas poteſt, quorum peti poteſt hereditas. Si quarta * ad aliquẽ ex conſtitutione diui Pij adrogatum deferatur: quia hic neq; heres[l] neq; bonorum poſſeſſor ſit, vtile erit familiæ erciſcundę iudicium neceſſarium. Itẽ ſi filiifamilias militis peculiũ ſit, fortius defendi poteſt hereditatem effectam[m] per conſtitutiones: & ideo huic * iudicio locus erit. In familiæ erciſcundæ iudicio vnuſquiſq; heredũ & rei & actoris partes ſuſtinet[n]. Dubitandũ autem nõ eſt, quin familiæ erciſcundę iudiciũ & inter pauciores[o] heredes ex pluribus accipi poſsit. In hoc iudiciũ etſi nomina non veniunt[p], tamen ſi ſtipulationes interpoſitæ fuerint[q] de diuiſione eorũ, vt ſtetur ei, & vt alter alteri mandet actiones, procuratoremq; eum in ſua rem faciat: ſtabitur diuiſioni.

*In tex. debeatur. nõ. expreſſim, quod ceſſionarius non dicitur proprie creditor: quia nec à luerſarius eſt proprie debitor. Baldus.*

III. GAIVS libro ſeptimo ad Edictum Prouinciale.

PLanè ad officium[r] iudicis nonnunquam pertinet, vt debita & credita ſingulis pro ſolido aliis alia adtribuat: quia ſæpe & ſolutio & exactio partiũ non minimas[s] incõmoda habet. nec tamen ſcilicet hæc adtributio illud efficit, vt quis ſolus totum debeat[t], vel totum alicui ſoli debeatur: ſed vt ſiue agẽdum ſit, partim ſuo, partim procuratorio nomine † agat: ſiue cum eo agatur, partim ſuo, partim procuratorio nomine conueniatur. nã licet libera poteſtas maneat creditoribus cum ſingulis experiundi, tamẽ & his libera poteſtas eſt ſuo loco[u] ſubſtituendi eos in quos onera

A ſed licet ego coher. & ipſi mihi cedant: tamen ego remaneo creditor vt prius: & ipſi debitores, vt prius, contra quos ceditur: igitur partim iure ceſſo agunt coheredes mei: & ego partim proprio. h. d. cum l. ſeq. Viuia.
f *Ab inteſtato.* hoc membrum ſubdiuiditur: vt ſupra de pet. hered. l. j. & ij.
g *Duodecim tabular.* vt agnatis. vt inſti. de leg. agna. ſuc. in princip. Accurſius.
h *Lege deferatur.* vt lege Corn. vel quod melius eſt, dic lege Papia. vt inſtitu. de ſuc. lib. §. poſtea. nam lex Corn. non defert, ſed delatam conſeruat: vt inſtitut. quibus non eſt permiſſum fa. teſta. §. fina.
i *Senatuſconſulto.* Tertyl. & Orfi. vt inſtit. ad Tertyl. in princi. & ad Orfian prin.
k *Ex conſtitutione.* ex qua vocatur nepos ad ſucceſsionem auiæ: vt C. de leg. hered. ſi defunctus. Item & alia ſunt exempla: vt inſti. de leg. agna. ſuc. §. hoc etiam.
l *Heres.* neque enim poteſt dici magis ex teſtamento, quàm ab inteſtato, vel econtra debeatur quarta. Et nota quòd quidam dicunt ex eo quod hic dicitur, quòd directum iudicium famil. erciſcun. competit etiam bonorum poſſeſſori. ſed tu dic quòd non: ſed vtile tantum, cum ipſe non ſit de numeratis in princip. huius legis. Nec ob. quod hic dicit, neque bo. poſ. &c. quia non vult dicere vt his detur directum: ſed ſolũ diſsimilitudinem notare inter hũc cui debetur quarta, & bon. poſ. ſimile enim eſt j. ad leg. Falcid. l. j. §. ſed operis.

† *Bal. dicit iſtum text. ſing. ad hoc* ꝙ *libellus admittitur in quo quis partim agit nomine ſuo & partim nomine procuratorio. pro quo facit text. in l. Polla. C. de his qui vt indi. ad-do quòd aliud vult iſte tex. videlicet* ꝙ *quis poteſt etiã conueniri partim nomine ſuo & partim procuratorio nomine. Bolog.*

m *Effectam.* poſt aditionem: vt j. de ſtipu. ſer. ſi ſeruus communis. Item hoc quando fecit teſtamentum. ſi autem decedit ab inteſtato, non erit locus huic iudicio iure iſto: ſed occupabitur à patre iure pecu. vt j. de caſtren. pecu. l. ij. ſecus autem eſt iure authenticorum: quia habet heredes ab inteſt. ſ. aſcendentes & deſcendentes. ſ. patrem & matrem auos & auias inter quos poteſt hoc iudicium locum habere: vt in authent. de here. ab inteſt. §. j. coll. ix.
n *Suſtinet.* vt & s. tit. j. l. iudicium.
o *Pauciores.* vt & j. eo. arbitrium. & j. tit. j. ſed & ſi nõ omnes. & hoc forte propter damna & expenſas, vel alias perſonales præſtationes quas ab vnoquoq; pro parte peti & exigi neceſſe eſt, non quantum ad rei diuiſionem. nam tunc nõ niſi inter omnes: vt j. eo. l. in hoc. & C. eo. l. coheredibus. quæ ſunt contra. vel dic etiam ad diuiſionem: ſed in præiudicium præſentium tantum: vt j. eo. l. cum putarem. Accur.
p *Veniunt.* ſcilicet per ſe: vt j. eo. l. heredes. §. j. Accur.
q *Fuerint.* inter eos volentes, ante iudicium inchoatum. Acc.
r *Plane ad officium.* etiam ſi ſtipulatio non interueniat. Acc.
s *Non minima.* vt s. de tranſac. l. cũ hi. §. cauſæ. & j. de leg. j. l. poteſt: vt j. communi diui. l. cõmuni diui. in prin. & j. de vſur. tutor. §. Lucius. & j. commo. l. in commodato. §. duabus. Acc.
t *Debeat.* vt & C. eo. licet. & C. de pac. l. debitorum. Et ſic no. quod licet tibi cedam actionem: non tamen ibi debetur, ſed mihi. ergo & ſi cedam rei vin. non tamen tu es dominus: ſed ego. arg. j. de iur. do. ſi ſponſa. §. ſi. vel ſubaudi directo. vtiliter autem debetur, ſecundum Azo.
u *Suo loco.* Et ſic no. ꝙ ſit procurator in rem ſuã ex parte rei, etiam

PEr fami. CASVS principij planus eſt. {SI QVARTA.} Titius arrogauit Seium: deceſsit Titius inteſtatus. ad heredem Titij venit hereditas: Seius arrogatus quartam petit. nunquid ei hoc iudicium competat? Reſpon. quod non directum, ſed vtile ſic. Et ſciendum ad euidẽtiam caſus, quòd hæc quarta debetur ei, ſiue emancipauerit, ſiue exheredauerit eum arrogator ſine iuſta cauſa: ſiue emancipauerit ex iuſta cauſa, non tamen contra ſe, id eſt filium, ſiue teſtatus, ſiue inteſtatus deceſſerit. {ITEM SI FILII.} Titius filiusf. cum eſſet miles, in exerci. fecit teſtamentum. quæritur an valeat. Et reſpon. quòd ſic. {IN FAMILIAE.} Planus eſt. {DVBITANDVM.} Si tres ſunt coheredes, & vnus eſt abſens: illi duo præſentes bene poſſunt hoc iudi. agere. {IN HOC.} Ego & duo alij ſumus coheredes. in ea heredi. ſunt debitores tres, quorum quilibet debet. c. hereditati. quæritur an nomina veniant in iudi. famil. erciſcun. & dicit quòd non diuiditur, quia ipſo iure diuiſa ſunt per l. xij. tab. quia cuilibet heredi contra quemlibet heredem pro heredi. portione competit actio: quandoque tamen hæc nomina aſsignantur, vt vnum vni, ſecundum ſecundo, tertium tertio heredi. hoc autem fit per ſtipulationem, cedendo ſcilicet inter ſe coheredes act. & promittendo non venire contra, ſed & ſic ſunt facti procura. in rem ſuam, ſcilicet vt vnus cedat aliis, alij ſibi: & hoc ideo, quia exactio particularis incommodum affert non modicum:

etiam actore inuito:vt hic & j̄.de iniur.ſed ſi vnius.§.idē ait A & ſi nepoti.& s̄.de peti.her.ſed & ſi lege §. quid tamen ſi is.& l.etiam.§.pen.& s̄.de noxa.de illo.§.fina.& l.idem Azo. & inſti.per quas perſo.no.acqui.§.fina.& C.de fideiuſ.l.ſancimus. §.ſed & ſi quid.& ſupra de alie.iu.mu.cau.fac.non ſolum. §. ſi quis. Sed contra ſupra de procu.l.ſi actor.So. ibi dominus erat pręſens, ſecundum quoſdam, hic non. vel hic dominus volebat ſe conueniri,ibi non patiebatur. Vel dic quòd ibi erat perſona domini legalior:hic non?vt ibi dixi. argum. C. de procu.l.fi.

actionis officio iudicis tranſlata ſunt.

IIII. VLPIANVS libro nonodecimo ad Edictum.

CEteræ itaque res præter nomina[a] veniunt in hoc iudicium. ſin autem nomē vni ex heredibus legatum ſit, iudicio familię erciſcundę hoc heres cōſequitur[b]. Mala medicamēta[c] & venena veniūt[d] quidem in iudicium: ſed iudex omnino interponere ſe in his non debet. Boni enim & innocentis viri officio eū fungi oportet. Tantundem debebit facere & in libris improbatæ lectionis, † magicis forte, vel his ſimilibus. hæc enim omnia protinus corrūpenda ſunt. Sed & ſi quid ex peculatu vel ex ſacrilegio adquiſitum erit[e], vel vi, aut latrocinio, aut adgreſſura, hoc non diuidetur.[f] Sed & tabulas teſtamenti debebit aut apud eum qui ex maiore parte heres eſt, iubere manere: aut in æde[g] deponi. Nam & Labeo ſcribit, vendita hereditate tabulas teſtamenti deſcriptas deponi oportere. heredem[h] enim exemplum debere dare. tabulas verò authenticas ipſum retinere, aut in æde[i] deponere:

*Nota quod propter diſcordiam conſortum peruenitur ad ſequeſtrum de indiuiſibili. Baldus.*

V. GAIVS libro ſeptimo ad Edictum Prouinciale.

SI quæ ſunt cautiones hereditariæ, eas iudex curare debet vt apud eum maneant qui maiore ex parte heres ſit: ceteri deſcriptum & recognitum faciant, cautione interpoſita, vt cū res exegerit, ipſæ exhibeantur.[k] Si omnes iiſdem ex partibus heredes ſint, nec inter eos conueniat apud quem potius eſſe debeant, ſortiri[l] eos oportet, aut ex conſenſu[m] vel ſuffragio[n] eligendus eſt amicus apud quem deponantur: vel in æde ſacra deponi debent:

CEteræ.} CASVS eſt planus vſque ad §. Sed & tabulas. Domū heres vendidit: poteſt emptor agere vt ei exemplar teſtamenti detur. vt aut apud ſe habeat, aut deponat. Viuianus.

a *Præter nomina.* quia hæc ipſo iure diuiſa ſunt:vt C.eo.ea quæ.

b *Conſequitur.* vt & C. eo.l.ſi qua fideicōmiſſorum.

c *Mala medicamenta.* hoc ideo quia quædā ſunt bona venena: vt infra de verb. ſigni.l. qui venenum.

d *Veniūt.* ſcilicet corrumpenda, non diuidenda.

e *Adquiſitum erit.* à defuncto. Accurſius.

f *Non diuidetur.* nam nec in ſocietate confertur:vt infra pro ſocio. l. nec prætermittendum.

g *In æde.* ſcilicet ſacra. Accurſius.

h *Heredē.* qui eſt venditor, Accurſius.

i *Aede.* ſcilicet ſacra.

*† Quēadmodū & in Actis Apoſtol. c.19. multi ex eis qui fuerant curioſa ſectati, contulerunt libros, & cōbuſſerunt eos coram omnibus.*

SI quæ.} CASVS. In hereditate Titiana inuēta ſunt inſtrumenta in quibus debebatur defuncto, vel ipſe debebat. hæc inſtrumenta manebūt apud illum qui maiorem partem hereditatis habet: ſed ipſe cauere debet, vt ſi expediat aliis, exhibeantur. & hoc vſq; ad l. ſi heres. Viuianus.

k *Exhibeantur.* vt & C. de eden.l. procurator. & C. de lib. cau. ſicut datam. & j̄. de fide inſtru.l.ij.

l *Sortiri.* per ſortem. Vel dic vt vna vni, alia alij: vt in veſtibus Chriſti.

m *Conſenſu.* ſine ſcriptis. Item contra. infra de fide inſtru. l. fi. Sol. hæc per illam. Accurſius.

n *Suffragio.* id eſt conſenſu in ſcriptis.

o NAm ad licitationem. Neque Pomponio. abundat primum neque. ſic & j̄. de trib.l.procuratoris.j.reſpon.& in auth. de her.& Fal.§.in ordinatum.colla.j.Accurſius.

SI heres.} CASVS. Teſtator inſtituit duos heredes: vnū ſimpliciter: alius autem fuit inſtitutus ſub cōditione expreſſa: vel erat apud hoſtes: & ſic inerat tacita cōditio, ſi reuerſus fuerit. vel etiam non erat natus ille alius: & ſic inerat tacita conditio, ſcilicet ſi naſceretur. hic teſtator deceſsit. heres ſimpliciter inſtitutus egit contrā detentores hereditatis. hic vincit. poſtea exiſtit conditio: aut ille coheres reuerſus eſt ab hoſtibus. quæritur vtrum debeat habere commodum victoriæ ſicut ſuus coheres, qui vicit in cauſa? Et dicitur quod datur electio vincenti, vtrum velit communicare victoriam in totum: vel cedere act. in factum ex re iudicata pro parte: aut facere quòd debitor reſpondeat pro ſua parte, ac ſi adhuc non ſit condemnatus, ſecundum quoſdam. Cetera plana ſunt vſque ad l. & poſt litem. Viuianus.

VI. VLPIANVS libro nonodecimo ad Edictum.

NAm ad licitationem rē deducere, vt qui licitatione vicit, hic habet inſtrumenta hereditaria, non placet neque mihi, neque Pomponio[o].

*Victoria eius qui putatur eſſe heres in ſolidum, prodeſt ei ad quem apparet hereditatem ex poſtfacto pertinere. Baldus.*

VII. VENVLEIVS libro ſeptimo Stipulationum.

B SI heres vnus cum ſub conditione adiectum coheredē aut apud hoſtes adiectū* (eo) haberet, dixerit ſe heredem eſſe, & actione expertus[p] vicerit: deinde conditio heredis extiterit, vel poſtliminio redierit: an victorię cōmodum debeat cū eo cōmunicari[q]? nā indubitatè iudicati actio ei[r] inſolidū competit. Et electionem[s] coheredi dādam, id eſt aut communicandam eam[t]: aut experiundi faciendam poteſtatem[u] huic qui poſt victoriā coheredis

C effectus ſit heres: aut reuerſus ſit in ciuitatem. Idemque obſeruandum, ſi poſtea natus ſit poſtumus. Non enim his perſonis[x] ſilentium[y] imputari poteſt, cum ad hereditatem poſt victoriam[z] coheredis peruenerint.

VIII. VLPIANVS libro nonodecimo ad Edictum.

POmponius ſcribit, ſi vni ex heredibus prælegatæ[a] fuerint rationes, non prius ei tradendas, quàm coheredes deſcripſerunt.[b] Nam & ſi ſeruus actor (inquit) fuerit legatus[c], non aliàs eum traden-

D dum, quàm rationes reddiderit. Nos videbimus nunquid & cautio ſit interponenda, vt quotiens deſideratæ fuerint rationes, vel actor prælegatus[d], copia eorum fiat. plerunq; enim authenticæ rationes ſunt neceſſariæ[e] actori ad inſtruenda ea quæ poſtea emergunt ad notitiam eius ſpectantia. Et neceſſarium eſt cautionem

p *Et actione expertus.* contra hereditarium debitorem in ſolidū, & ſic non iure, cum ex parte eſſet inſtitutus tantum: vt j̄. de bo. poſſeſ. contra tabulas. l. j. §. ſi ex tribus. & infra de ſolut. l. ex parte. & s̄. ſi pars hered. peta. l. ij. & infra de acquiren. hered. ſi ſolus. Sed argu. contra j̄. de aſſi. lib. l. ſub conditione. in prin. & §. j. & de bo. poſ. ſecundum tabu. l. j. §. j.

** adiſtum habere?*

q *Communicari.* & videtur quòd ſic. nā, &c. Accurſius.

r *Ei.* ſcilicet qui vicit. Accurſius.

s *Electionem.* Nunc reſpondet. Sed quem dicit habere hanc electionem? Reſpon. eum qui erat abſens, ſecundum quoſdam. Tu dic eum qui vicit ex generali regula: vt j̄. de iur. dot. l. plerunque in fine.

t *Eam.* ſcilicet victoriam.

u *Poteſtatem.* exhibendo debitorem qui forte non comparet, & non conueniendo eum iudicati, niſi pro parte ſua. alij dicunt experiundi, id eſt, vt cedat actionem iudicati.

x *Perſonis.* de quibus loquitur hæc lex.

y *Silentium.* id eſt negligentia, quæ deprehenditur ex ſilentio: vt infra de condic. indeb. l. iij.

z *Poſt victoriam.* idem eſſet & ſi ante perueniſſet: vt & infra de regu. iur. ſæpe.

a POmponius. Prælegatæ. vt ſint penes ipſum rationes in quibus debita & credita continebantur: vt ſupra de eden. ſi quis ex argentariis. §. rationem.

b *Deſcripſerint.* ſcilicet eas in exemplis. Accurſius.

c *Fuerit prælegatus.* aliàs legatus. & facit C. de peti. her. l. fi. Ac.

d *Prælegatus.* fuit deſideratus. Azo.

e *Sunt neceſſariæ.* modo ſoluit. Accurſius.

*Ab eo*

ab eo[a] ſuper hoc coheredib⁹ præſtari. Idem Pomponius ait, columbas quę emitti ſolent de columbario, venire in familiæ erciſcundæ iudicium: cum noſtræ ſint tandiu, quandiu cõſuetudinem habeant ad nos reuertendi. quare ſi quis eas adprehendiſſet, furti nobis competit actio. Idem & in apibus dicitur: quia in patrimonio noſtro computantur.[b] Sed B & ſi quid è pecorib⁹ noſtris à beſtia[c] ereptum ſit, venire in familiæ erciſcundæ iudicium putat ſi ferã euaſerit[d]. Nam magis eſſe, vt non deſinat noſtrum eſſe, inquit, quod à lupo eripitur vel alia beſtia, tandiu quandiu ab eo fuerit conſumptum.[e]

IX. PAVLVS libro vicenſimotertio ad Edictum.

VEniunt in hoc iudiciũ res quas heredes vſuceperunt, cum[f] defuncto traditæ[g] eſſent hæ quoque res quæ heredibus traditę ſunt, cum defunctus emiſſet.

*Nota quòd coheredes poſſunt inter ſe diuidere rem emphyteuticam etiam irrequiſito domino. Baldus.*

X. VLPIANVS libro nonodecimo ad Edictum.

ITem prædia quæ noſtri patrimonij ſunt: ſed et vectigalia, vel ſuperficiaria[h], nec minus hæ quoque res, quas alienas defunctus bona fide poſsidet. *

XI. PAVLVS libro vicenſimotertio ad Edictum.

PArtum quoque editum & poſt aditam hereditatem,

XII. VLPIANVS libro nonodecimo ad Edictum.

ET poſt litem conteſtatam Sabinus ſcribit in familiæ erciſcundæ iudicium venire, & adiudicari poſſe. Idem erit & ſi ſeruis hereditarijs ab extraneo aliquid datum ſit.

*Nota quòd ſententia intelligitur ſaluo iure tertij: vt ex ea transferatur res cum ſua cauſa, id eſt talis qualis eſt. Bartolus.*

Res quæ ſub conditione legata eſt, interim heredum[i] * eſt: & ideo venit in familiæ erciſcundæ iudicium: & adiudicari[k] poteſt, cum ſua ſcilicet cauſa: vt exiſtente cõditione eximatur ab eo cui adiudicata eſt: aut deficiente conditione ad eos reuertatur[l] à quibus relicta eſt. Idem & in ſtatulibero dicitur, qui interim eſt heredum: exiſtente autem conditione[m] ad libertatem per- B ueniat.

*In iudicio alienationes voluntariæ prohibitæ ſunt: ſecus in neceſſarijs. & hoc ſtatim poſt controuerſiam motam. Baldus.*

XIII. PAPINIANVS libro ſeptimo Quæſtionum.

ALienationes enim poſt iudiciũ acceptum interdictæ ſunt[n], duntaxat voluntariæ: non quæ vetuſtiorem cauſàm, & originem iuris habent neceſſariam[o].

XIIII. VLPIANVS libro nonodecimo ad Edictum.

SEd & ſi vſucapio fuerit cœpta ab eo qui heres non erat ante litem conte- C ſtatam[p], & poſtea[q] impleta fuerit, rem de iudicio ſubducit.[r] Vſusfructus an in iudiciũ deducatur, quæritur[s]: vt puta ſi deducto vſufructu fundus fuit ab heredibus legatus:

XV. PAVLVS libro vicenſimotertio ad Edictum.

VEl ſi ſeruo hereditario vſusfructus legatus ſit. Nec enim à perſonis diſcedere ſine interitu ſui poteſt.

XVI. VLPIANVS libro vicenſimonono ad Edictum.

ET puto officio iudicis cõtineri, vt ſi volẽt heredes à cõmunione vſusfru- D ctus diſcedere, morẽ[t] eis* gerat cautionibus[u] interpoſitis.

Iulianus[x] ait, ſi alij fundũ, alij vſumfructũ fundi iudex adiudicauerit, non communicari[y] vſumfructũ. Vſusfructus & ex certo tẽpore & vſque ad certũ tẽpus & alternis annis adiudicari poteſt[z].

Id quod amnis fundo poſt litẽ conteſtatã illuit[a], * æquè

a *Ab eo.* cui rationes, vel ſeruus fuerit prælegatus: vt ĩ. quẽ- A ad teſta. ap. l. fi. & C. de diuer. reſcrip. l. ſancimus. Sed nonne hoc ipſo quòd legat rationes, videtur etiã id legare, quod in rationibus continetur: vt ĩ. de leg. j. ſeruum ſi. §. eum qui chirographum. & ſupra de pactis. l. Labeo? Cur ergo petunt alij exhiberi, cum eorum non interſit? Reſpon. hic conſtabat contra, id eſt quòd voluerat rationem vnius eſſe, vel apud eum eſſe ſed iura ibidem contenta eſſent communia.

b *Computantur.* vt & inſtit. de re. diui. §. pauonum.

c *A beſtia.* i. à fera.

d *Euaſerit.* ſcilicet ipſum pecus. Accur.

e *Conſumptũ.* vt ei nõ poſsit auferri, vt ĩ. de adqui. re. do. l. Pomponius. Accur.

f *VEniũt. Cum.* ponitur pro quando.

g *Traditæ.* ſecus in peti. here. vt ſupra de petit. here. l. & non tantum. §. j.

h *ITem prædia. Superficiaria.* facit infra de ſuperfi. l. j. §. quia autẽ etiam. Accur.

ET *poſt litem.* CASVS clarus eſt vſq; ad §. res quæ. RES QVAE. Teſtator inſtituit duos heredes: & fundum cuidam ſub cõditiõe legauit. quæritur, an poſsit interim in hoc iudicium venire, vt adiudicetur alteri ex hereditate? Et dicit quòd ſic: & quãdo extitit conditio, auffertur ei cui adiudicatus erat: & dabitur legatario. Si verò defecerit: ad eos reuertitur à quibus fuit relictus. idẽ in ſtatulibero. Viuianus.

i *Hereditatis eſt.* vt & ſupra de vſufruct. l. ſi fur. & de rei vin. l. non ideo. & infra ad Sila. l. j. §. ſerui appellatione. & ar. ĩ. de verb. ſigni. l. cedere. & C. de cadu. tollẽ. §. ſi autem. Acc.

k *Adiudicari poteſt.* ſcilicet à iudice vni ex heredibus: vt interim pendente conditione percipiat fructus: & aliquid in pecunia coheredibus præſtet. Et tenet hæc adiudicatio, & etiam alienatio: quia neceſſario fit: vt & infra eo. l. ſi pignori. voluntariè autem nõ poſſet fieri: vt C. communia de le. l. fi. §. pen. Vel dic adiudicationẽ hic factam ab ipſo teſtatore: quod non placet. Accurſius.

l *Reuertatur.* quantum ad commodum. Vel proprie, prout conuenit inter omnes in diuiſione. Accur.

m *Conditione.* poſt finitum iudicium. Sed quid ſi pendente eo iudicio? ſubijcit ĩ. l. proxi.

n *ALienationes. Interdictæ ſunt.* vt C. de liti. l. ij. quinimmo & poſt controuerſiã motam: vt ſ. de petit. hered. l. diuus. ff. Vetus. & l. item veniunt. §. petitam. ſecus in cõmun. diui. vel alio ſingulari iudicio: vt C. cõmuni diui. l. j. in fi. ante cõtrouerſiam autem motã ſemper poteſt fieri: vt & C. de don. l. portionem. niſi fiat cauſa mutandi iudicij: vt ſ. de alie. iudi. l. j. Accur.

o *Neceſſariam.* vt ſi ſub conditione legauit teſtator quæ exiſtit pendente cauſa: vt ſupra. l. prox. §. fin. & arg. infra de fun. do. l. j. Accurſius.

p *SEd ſi vſucapio. Conteſtatam.* in iudicio fami. erci. ſ. Accur.

q *Et poſtea.* id eſt poſt litis conteſtationem. Accur.

r *Subducit.* vt & ĩ. de fun. do. ſi fundus. & ĩ. tit. j. l. j. Et not. hic mirabile, quòd in hac actione venit id quod à neutro poſsidetur: vt & ĩ. tit. j. l. penult. & ĩ. eo. l. heredes. §. quantum. & l. item Labeo. §. fin. & l. ſeq. Sed videtur etiam ſi nõ fuerit completa vſucapio, tamen res de iudicio ſubducatur: vt ĩ. eo. l. heredes. §. quod pro emptore. quæ eſt contra. Solu. vt ibi.

s *Quæritur: vt puta.* Hęc eſt Piſana litera, vt puta, & cetera. Sed communis eſt, vt ſi fundus fuerit. Item quidã habent heredibus. & tũc ſubaudi, etiam: quaſi dicat, non ſolum defuncto, ſed etiam heredibus: & ita heredes alium habebũt vſumfructum: vt ĩ. de verb. obliga. ſtipulatio iſta. §. ſi quis. Secus ſi heredi tantum relinquitur: quia tunc non veniret hoc iudicio: vt infra eod. heredes. §. quod pro emptore. ſicut nec in petitione hereditatis: vt ſ. de petitione here. l. quod ſi in diem. §. non ſolum. Alij pro Piſana litera tantum habent, ab heredibus: & tunc plana eſt. Accur.

t *ET puto. Morem eis.* vt ĩ. tit. j. l. cõmuni diui. §. cum de vſufructu. & l. itẽ quamuis. §. j. Accur.

u *Cautionibus.* vt non impediatur vti ille cui fuerit adiudicatus: vt & ſ. de vſufru. l. ſi cuius. §. ſed & ſi inter.

x *Iulianus ait.* aliàs. §. & aliàs. l. ſi alij.

y *Non cõmunicari.* imò videtur quòd ſic: vt ſupra de vſufru. accre. l. item. §. non ſolũ quæ eſt cõtra. Solu. ibi verba in ſua ſignificatione retinentur: & ambo in vſufructu cõcurrũt: quia & hoc teſtator expreſſe velle potuit: at hic ſi propriè accipiatur, nulla erit ſentẽtia: quia hoc ei cõmiſſum nõ eſt vt cõmunicet, ſed vt diuidat: vt ĩ. de re. eo. l. qui neque. in fi. ſecundũ Azonem.

z *Poteſt.* ſecus in alijs ſeruitutibus, vt ſupra de ſer. l. ſeruitutes. Azo.

a *Illuit.* id eſt per alluuionem accreuit.

*Fami. erci. iudicio venit quod à neutro poſſidetur.*

**Flo. eis.*

**Flo. illuit: Vide ne legendum ſit, attulit: vt l. adeo. §. præter ea. ĩ. de acqui. re. domi. & §. præter ea. inſtit. de rer. diui. duriuſculum enim eſt illuit. L. R.*

venit[a] in hoc iudicium. Sed & ſi dolo vel culpa quid in vſumfructum[b] ab vno ex he redibus factum ſit, hoc quoque in iudicium venire Pomponius ait. Nam & omnia quæ quis in hereditate dolo aut culpa fecerit, in iudiciũ familiæ erciſcũdæ veniunt,[c] ſic tamen, ſi quaſi heres fecerit[d]. Et ideo ſi viuo[e] teſtatore vnus ex heredibus pecuniam ſuſtulerit, in familiæ erciſcundæ iudicium ea non venit: quia tunc nõdum heres erat. Vbi autem quaſi heres fecit: etſi aliam præterea quis actionem habeat, tamẽ teneri eũ familiæ erciſcundæ iudicio Iulian[us] ſcribit. Deniq; [f] ait, ſi vnus ex heredib[us] rationes hereditarias deleuerit vel interleuerit, teneri quidem lege Aquilia[g] quaſi corruperit: non minus[h] autem etiam familiæ erciſcundæ iudicio.

Itẽ ſi ſeruus hereditarius[i] propriam rem heredũ vnius ſurripuerit[k], Ofilius ait eſſe familiæ erciſcundæ actionẽ, & communi diuidundo: fur tique actionẽ ceſſare[l]. quare agentem familiæ erciſcundæ iudicio conſecuturum, vt aut ei ſeruus adiudicetur, aut litis æſtimatio in ſimplum offeratur.

XVII. GAIVS libro ſeptimo ad Edictum Prouinciale.

DAmno commiſſo[m] ab vno herede, conuenies eſt dicere ſimpli habendam æſtimationem in familiæ erciſcundæ iudicio.

*Contra agentem familiæ erciſcundæ, nõ poteſt obijci quòd hereditas pertineat ad fiſcum: quia ipſe eſt indignus per coheredẽ. Bartolus.*

XVIII. VLPIANVS libro nonodecimo ad Edictum.

HIs cõſequẽter[n] Iulianus ait: Si ex pluribus heredibus vni ſeruus ſit generaliter per optionẽ legatus, & heredes Stichum tabulas hereditarias interleuiſſe dicant vel corrupiſſe, & propter hoc renuntiauerint[o] ne optaretur ſeruus, deinde optatus vindicetur: poterunt, ſi eis vindicetur, doli mali exceptione vti, & de ſeruo quæſtionem habere.

*Heres dignus coheredi indigno eo quòd non vindicauit necem defuncti, non poteſt de hoc opponere, nec impedire iudicium diuiſorum motum. Baldus.*

Sed an in familiæ erciſcũdæ iudiciũ de morte teſtatoris, vel de morte vxoris, liberorumq; ſuorum[p], habebunt quæſtionem heredes, quæritur. Et rectiſsimẽ Pomponius ait hæc ad diuiſionẽ rerum hereditariarũ nõ pertinere[q]. Idẽ quærit, ſi quis teſtamẽto cauerit, vt ſeruus exportandus veneat: officio familiæ erciſcundæ iudicis contineri, vt voluntas defuncti non intercidat[r]. Sed & cum monumẽtum iuſsit teſtator fieri, familiæ erciſcundæ[s] agent* vt fiat. Idem tamẽ tentat, quia heredũ intereſt, quos ius monumenti ſequitur, præſcriptis verbis[t] poſſe eos experiri vt monumentum fiat. Sumptuum quos vnus ex heredibus bona fide fecerit, vſuras quoque conſequi poteſt[u] à coherede ex die moræ, ſecundum reſcriptũ imperatorum Seueri & Antonini.

*Nota, libellum ago vt ſoluas tertio: quia mea intereſt. Baldus.*

Celſus etiã illud elegãter adiicit, coheredem, & ſi nõ ſoluit, habere familiæ erciſcundæ iudicium, vt cogatur coheres ſoluere, cùm aliàs non ſit liberatus rem creditor, niſi in ſolidum ei ſatis fiat[x]. Si filiusfamilias patri heres pro parte extitiſſet, & à creditoribus peculiaribus conueniretur: cũ paratus ſit ſoluere id omne quod debetur, per doli exceptionẽ conſequetur à creditoribus mandari ſibi actiones[y]: ſed etiam familiæ erciſcundæ[z] iudiciũ cum coheredibus habebit.

Cum vnus ex heredibus legatum exſoluit ei qui miſſus fuerat in poſſeſsionem legatorum ſeruandorum cauſa: putat Papinianus (& verum eſt) familiæ erciſcundæ iudiciũ ei competere aduerſus coheredes: quia non aliàs diſcederet legatarius à poſſeſsione quam vice pignoris erat conſecutus, quàm ſi totum ei legatum fuiſſet exſolutum. Sed & ſi quis Titio debitum ſoluerit ne pignus veniret, Neratius ſcribit familiæ erciſcundæ iudicio eum poſſe experiri.

XIX. GAIVS libro ſeptimo ad Edictum Prouinciale.

ITem ex diuerſo[a] ſimiliter proſpicere iudex debet, vt quod vnus ex heredib[us] ex re hereditaria percepit, ſtipulatúſve eſt, non ad eius ſolius lucrũ pertineat. quæ ita[b] ſcilicet conſequetur iudex, ſi aut reputationes inter eos fecerit: aut ſi curauerit cautiones interponi, quibus inter eos communicentur[c] commoda & incommoda.

a *Venit.* & ſic creſcit iudicium, ſicut & creſcit pignus: vt infra de pigno. l. ſi fundus. in prin.

b *In vſumfructum.* ſcilicet hereditarium.

c *Veniunt:* vt & infra eo. heredes. §. non tantum. & infra titu. j. l. ſi quis putans. §. j.

d *Quaſi heres fecerit.* id eſt cum heres eſſet. vt hic & infra de hered. vel act. ven. l. ſi ex pluribus.

e *Si viuo.* ſecus ſi mortuo ante aditam hereditatem: vt infra eod. l. heredes. §. ſi filius. & l. qui erat. & l. item. §. fructus. quæ ſunt contra. vel in §. ſi filius. expone vt ibi.

f *Denique.* alias lex, & alias non. Accur.

g *Lege Aquil.* vt & ſ. ad leg. Aquil. qui tabulas. Accur.

h *Non minus.* vt argu. infra titu. j. l. iij. Accurſius.

i *Item ſi ſeruus hereditarius.* ſecus in herede ſurripiente, vel ſeruo proprio vnius heredum: quia tunc bene locum habet noxalis: vt infra eod. l. ſi quid contendis. §. dolus. & argu. ſupra ea. l. §. proxi. Accur.

k *Surripuerit.* idem in contractu: vt ſocij inter ſe de peculio non agant: vt infra de pecul. hinc quæritur. §. fi. & l. nam. & infra de fur. ſi ſeruus communis. Accurſius.

l *Ceſſare.* vt & ſupra de noxa. l. cum ſeruus. & infra de ſer. cor. l. vt tantum. §. j.

m *Damno commiſſo.* ſcilicet poſt aditam hereditatem. Nã ſi ante damnum detur, vtilis forte dabitur: vt ſupra de noxa. l. ſi ſeruus communis. in fine. Azo. & facit ad l. ſupra de pet. hered. item veniunt. §. cum proximus. Accur.

n *His cõſequenter.* Legatus. ſine nominis adiectione. Accurſius.

o *Denuntiauerint.* maxime. Nam idem & ſi non denuntiauerint. & facit ad inferius reſp. C. de do. inter vi. & vxo. l. ſi maritus. Accurſius.

p *Suorum.* teſtatoris.

q *Non pertinere.* Sed nonne amittit portionem, quam is qui vel interfecit, vel ab alio interfectum non vindicat: vt & C. de his quibus vt indig. l. j. & infra de his qui. vt indig. l. indignum. Poteſt ergo repelli exceptione, ſi agat famil. erciſcun. Reſpon. portio non ipſo iure amittitur: quia interim eſt heres: ſed per ſententiam applicatur fiſco: vt infra de vulga. ſub. ſti. l. ex facto. §. Iulianus. & C. de his qui. vt indi. l. hereditas. Ergo ante ſententiam à coheredibus non repellitur: licet repellatur à fiſco: vt & ſupra ſi ſer. vin. l. loci. §. competit. Accur.

r *Non intercidat.* niſi pœnituerit: vt C. eo. l. in ipſius.

s *Familiæ erciſcundæ.* Immo videtur ceſſare: vt ſupra de petit. here. l. hereditas. quæ eſt contra. Solu. ibi vnus erat heres: vt arg. infra de an. legat. l. Quintus. §. Pomponius. Accur.

t *Præſcriptis verbis.* ex illo articulo, do vt facias: quæ videtur eſſe inter teſtatorem & heredem: ſed hoc nõ videtur: quia verba &c. vt infra de verb. ſigni. l. verba. Sed reſpõ. hic non eſſe contractum, ſed quaſi contractum, propter iuris neceſsitatem: vt ar. infra eod. ſi filia. §. ſi pater. & inſtitu. de oblig. quæ ex quaſi contra. naſ. §. idẽ iuris.

u *Conſequi poteſt.* & ſic veniũt perſonales præſtationes: vt infra eod. Labeo. §. familiæ. Accurſius.

x *Satisfiat.* vt infra eo. heredes. §. idem iuris. in fin. §.

y *Actiones.* vt infra de pecu. l. quæſitum. §. j.

z *Sed & ſi familiæ erciſcundæ.* vt & infra de condic. inde. l. frater à fratre. Accur.

a *Item ex diuerſo.* Solius. aliàs ſolidum. aliàs ſolus.

b *Quæ ita.* ſcilicet vt vnus totum commodum non habeat: & alter totum incommodum non patiatur: vt ſupra de noxa. l. ſi in re communi in ſi. j. reſpon.

c *Communicentur.* pro

*Qui autem*

A B C D

*Bal. in l. cũ heredi-tas. C. de* [illegible]

*Qui onera matrimonij ſuſtinet: debet dotem percipere. Bartolus.*

XX. VLPIANVS libro nonodecimo ad Edictum.

SI filia nupta quæ dotem cōferre debuit, per errorem coheredum [a] ita cauit, vt quod à marito recuperaſſet [b], pro partibus hereditarijs ſolueret: nihilo minus arbitrum familiæ erciſcundæ ſic arbitraturum Papinianus ſcribit, vt etiam ſi conſtante matrimonio ipſa diem ſuū obierit, conferatur dos. Nā imperitia (inquit) coheredū, iuriſdictionis formam mutare non potuit. [c]

B

*Nota quòd ſi plures ſunt fratres, & vnus habet vxorem, quòd debet percipere dotē datam patri pro nuru filij, vel ſibi viuente patre. Baldus.*

Si filiusfamilias iuſſu patris obligat[o] ſit, debebit hoc debitum præcipere[d]. Sed & ſi in rem patris vertit, idem placet. & ſi de peculio, peculium præcipiet[e]. & ita imperator noſter reſcripſit. *Hoc amplius filiusfamilias heres inſtitutus[f] dotem vxoris ſuę præcipiet[g], nec immerito: quia ipſe onera matrimonij ſuſtinet[h]. integrā igitur dotē precipiet: & cauebit defenſum iri coheredes qui ex ſtipulatu poſſunt cōueniri [i]. Idem & ſi alius dotem dedit, & ſtipulatus[k] eſt. Nec ſolum vxoris ſuæ dotē, ſed etiā filij ſui vxoris: quaſi hoc quoq; matrimonij onus ad ipſum ſpectet: quia filij onera et nurus ipſe agnoſcere neceſſe habet. Præcipere autem non ſolùm patri[l] datam dotem filium oportere, verumetiam ipſi *filio Marcellus ſcribit: ſed filio datam tandiu[m] quandiu peculium patitur [n], vel in rem[o] patris verſum ſit.

C

*Diuiſio patris inter filios, habet vim vltimæ voluntatis, non vim ſimplicis donationis. Baldus.*

Si pater in * filios ſine ſcriptura bona diuiſit, & onera æris alieni pro modo poſſeſſionum diſtribuit, nō videri ſimplicem donationem [p], ſed potius ſupremi iudicij diuiſionem Papinianus ait. Planè, inquit, ſi creditores eos pro portionibus hereditarijs [q] conueniant, & vnus placita detrectet: poſſe cum eo præſcriptis verbis agi, quaſi certa lege permutationem fecerint, ſcilicet ſi omnes res diuiſæ ſint [r].

*Nota quòd eſt magis vniuerſalis actio familiæ erciſc. quàm petitio hereditatis, cū petitio hereditatis poſſit pluries intentari: ſed non actio fami. erciſ. & ratio nota. hic & in glo. vlti. l. 1. C. eo. titu. Baldus.*

Familiæ erciſcundæ iudicium amplius quàm ſemel agi non poteſt [s], niſi cauſa cognita [t]. Quòd ſi quædam res indiuiſæ relictæ ſunt, cōmuni diuidundo de eis agi poteſt. Papinianus ait, ſi vni [u] ex heredibus onus æris alieni iniungitur citra ſpeciem [x] legati, officio iudicis familiæ erciſcundæ cognoſcentis ſuſcipere eum id oportere: ſed non vltra dodrantem portionis ſuæ, vt quadrantem illibatum habeat. Indemnes * igitur coheredes ſuos præſtare cauebit.

D

*Onera quæ filius patris deſtinatione ſuſcepit, efficiunt ne percipiatur id quod eo nomine debetur. Baldus.*

diuiſo vnoquoque ſcilicet portionem ſuam ſoluente. nec enim per hanc actionem communicatur quid pro indiuiſo: ſed indiuiſum diuiditur: vt s. l. ij. Azo.

A

a *Coheredum.* ſtipulantium.

b *Recuperaſſet.* ipſa tantum, non etiam de herede eius dictū eſt. Accur.

c *Non potuit.* quæ eſt dos ab ea vel etiam filiis heredibus conferatur: vel tanto minus de hereditate accipiatur: vt C. de col. l. dotis quidem. & facit ipſa de offi. præſi. l. placitas. §. veritas.

d *Præcipere.* vt & infra ei. l. §. idem ſcribit. & §. Neratius.

e *Præcipiet.* vt & s. eo. l. his conſequenter. §. ſi filius. Accur.

f *Inſtitutus.* idem & ſi exheredatus: vt & j. de dot. prælega. l. j. §. Celſus. Azo.

g *Præcipiet.* propter ratione quæ ſequitur: vt & infra de col. bo. l. iij. §. emancipati. & C. eo. l. vxor. & j. eo. l. maritus. in fi. & l. fundus qui. in prin.

h *Suſtinet.* vt j. de iure dot. l. ſi is qui. §. ibi.

i *Conueniri.* ab vxore, vel eius patre. Accur.

k *Et ſtipulatus eſt.* alias mulieri donare videtur: vt & C. de rei vxo. ac. §. accedit.

l *Patri datam.* vt & j. ad l. Fal. ſi dos ſocero.

m *Tandiu.* id eſt intantum. Accur.

n *Patitur.* nā & ſic teneretur pater: vt j. ſolut. matri. l. ſi cum dotē. §. nūc tràſgrediamur. Ac.

o *In rem.* vel quatenus eſt iuſſum, vel ratū habitum. Accur.

p *Donationem.* ſed cū cauſa collatā, id eſt vt ſoluat creditoribus: & ideo agitur præſcriptis verbis: vt C. de dona. l. cum res. Azo. & hic ſubijcit. Accur.

q *Hereditarijs.* pro quibus ſolis tenentur: vt j. de heredi. inſti. l. ex facto. licet vnus ſit grauatus: vt j. de leg. j. ſeruo legato. §. ſi teſtator. niſi in caſu: vt quando animo compenſandi dotem ab vno heredū legatam reliquit maritus vxori. nam ſi malit dotem, eum eliget heredem, qui fuit legato grauatus: niſi in id quod eſſet maius legatum: vt j. de lega. ij. cum ab vno. in prin.

r *Diuiſæ ſint.* alioquin ageretur fami. erciſcū. & nihilominus præſcriptis verbis.

s *Non poteſt.* immo pluries: vt C. eo. l. j. quæ eſt cōtra. Sol. ibi fuit prima diuiſio ſine iudice, ideo nō impedit aliā fieri cum iudice. Sed quæ eſt ratio, quod non pluries? Reſpō. ſecundū Ioā. quia omnia veniūt in prima petitione. Sed ſi hoc eſt: ergo & ſi alia actione agat, ob. except. rei iudi. vt j. de except. rei iu. l. iiij. & v. quod hic negatur. vnde adhuc remanet queſtio. Itē plus auget quæſtionem: quia petit. here. quæ eſt vniuerſalis, pluries intenditur: quare ergo non hæc? Reſpon. quia hæc eſt vniuerſalis natura, & habilitate & neceſſitate, & effectu. nā pro vna re vel quibuſdam intentari non poteſt: vt j. eo. l. fundus mihi. Cum ergo ſemel ſit dictatū, nō intentatur poſtea: quia nec pro eis qui remanſerunt, poteſt agi: vtpote certis rebus: cū vniuerſitas ſit diuiſa: nec pro primis, quia ſemel diuiſa ſunt, vel adiudicata. at pe. here. natura eſt vniuerſalis: ſed nō effectu ſemper, quia pro vna re intenditur. & ideo pluries intēditur. ſed ſi actum ſit primo fa. er. & poſtea pro quibuſdā indiuiſis agere velit cōmuni diui. poteſt: quia pro iſtis ſpecialiter non potuit agi iudicio fa. erciſ. & licet pro his & pro alijs actū ſit vniuerſaliter, nō tamen proſecutus eſt efficaciter actionē fam. erciſ. in iſtis. Vnde non ob. except. ſi agatur cōmuni di. vt ar. C. de iudi. l. licet. ſecūdū Azo.

t *Cognitâ.* ſ. ratiōe æta tis: ar. j. eo. l. fin. Sed nō eſt bonum ar. quia ibi facta fuit diuiſio ſine iudice. ſatis tamen ratio eſt bona: nā minor cōtra ſententiā reſtituitur: & etiā maior quādoq;: vt s. de iud. l. ſi prætor. Vel dic ex cauſa hic agi. fa. erciſ. pro perſonalibus præſtationibus faciēdis pro rebus diuiſis: pro alijs præſtationibus quę peterentur pro indiuiſis, ageretur in factum: vt ar. j. de relig. at ſi quis. §. Labeo. Azo. Itē propter quaſdā alias præſtationes agitur præſcri. verbis: vt s. §. proxi. Item quandoq; fa. er. vt s. eo. his cōſequēter. §. ſumptuum. & j. eo. l. itē. §. fa. erci. Azo. & facit. j. tit. j. l. iiij. §. j. Accurſius.

*Si vni.* CASVS. Teſtator inſtituit tres heredes: & vni iniūxit vt ſolueret æs alienū: & hoc fecit non legando creditoribus, quibus nihil plus debetur, quàm ſi nō eſſet heres grauatus. Et dicitur hic quod heres grauatus cōpellitur onus ſuſceptū implere. Itē dicit: cum iudex dijudicet, faciet ſubire onus: ita tamen quod quarta ſuæ inſtitutionis ſibi reſeruetur. {IDEM SCRIBIT.} Si pater conſentit, filius ſuſcipit. alias non. {NERATIVS.} Plana ſunt vſq; ad. §. idem Papinianus. {IDEM PAPINIANVS.} Teſtator qui x. in dotē ab vxore habuit, inſtituit duos heredes, & mulieri legauit fundū loco dotis: & ſi nollet fundum, vnū ex her. onerauit de dote reddenda. ſi mulier eligat fundum, expeditum eſt quòd ſi mulier dotem eligat: & vtrumque heredem conueniat: oneratus debet aliū defendere. fundus qui remanet electa dote, debet eſſe illius onerati totus: ſi nihil aliud teſtator dixit. {IDEM.} Si teſtator duobus heredibus inſtitutis iuſſit ſeruum eſſe liberum ſi daret. c. vni ex her. quando factum eſt: an heres hoc teneatur communicare in familiæ erciſcundæ, vel communi di? Dicit quòd non: quaſi ſint ei prælegata. Viuianus.

u *Si vni.* alias. l. ſi vni. & alias. §. Papinianus.

x *Citra ſpeciem.* id eſt nō legauit expreſsim liberationē coheredibus. Vel dic citra ſpeciem legati. quia ei quem onerat, nō reliquit legatum, ſecundum Io. Tu dic ſecundum Azo. citra ſpeciem legati: quia non reliquit ita vt creditoribus actio competeret: vt j. de leg. j. ſeruo legato. §. ſi teſtator. & ideo dubitabatur an Falc. locum haberet? Et dic quòd ſic: vt j. de leg. ij. l. cum ab vno. & coheredes agunt, vt d. l. ſeruo legato. §. ſi teſtator. & infra de leg. iij. fideicommiſſa. §. interdum. & j. de her. inſt. l. ex facto proponebatur. Accur.

*inter.

*Flo. indemnit.

a *Obligatus eſt.* qa promiſit pro habẽda dignitate: vt j. de col. bo. l. j. ſed an id. qđ vel alijs modis: vt j. ad munic. l. ij. §. j. Acc. A

b *Fuit.* quaſi fideiuſſor eſt filij pater conſentiendo: vt j. ad munici. l. quotiens. in prin.

c *Neratius autẽ reſpondit.* ſ. in illa quæſtione, in qua proponebatur eũ qui &c. Azo.

y *De peculio.* quod ei licet: vt j. de condic. cau. da. dedi §. fin. & j. de ſtatulibe. l. iij. §. j.

z *Debere.* quia licet fuerit hereditarium: & quis acceperit tanquam heres pro ſua parte: vt infra ad l. Falcid. id autem quod. & infra de do. cau. mor. l. quod ſtatu. & s. de pet. hered. etiã. §. idẽ erit dicẽdũ, in fi. §. quæ ſunt cõtra. tamen nõ venit in act. famil. erciſcũdę: qa nõ videtur voluiſſe teſtator id cõmunicari. Ac.

Idem ſcribit & ſi filius in muneribus publicis in quibus pater ei conſentit, reliquatus[a] * eſt, & pro parte heres ſcriptus eſt, hoc quoque debere præcipere: quia & hoc patris æs alienum fuit[b]. Sed ſi qua munera poſt mortem patris ſuſcepit, ab his heredes patris ſoluti ſunt. Neratius autem reſpõdit[c], eũ qui plures filios haberet, vnũ ex filijs ἀγωνοθεσίαν[d] ſuſcepturũ[e] profeſſum eſſe[f]: & prius q̃ honore fungeretur[g], mortuum eſſe[h] omnibus filijs heredibus inſtitutis: & quęſitũ eſſe, an is filius quod in eam rem impendiſſet, familiæ erciſcundæ conſequatur: eiq; reſpondiſſe, nulla actione idem conſequi poſſe. quod meritò diſplicet. debet itaq; hoc in familiæ erciſcundæ iudicium venire.[i]

*Nota ibi, iudicis officio, argum. quòd ſi quis faciens teſtamentũ pro remedio ſuorũ peccatorũ legat eccleſiæ vbi ſibi elegit ſepulturã: & poſtea eligat ſepulturã alibi, quòd videtur ademiſſe legatũ. ſecundũ R. ar. de adi. lega. in l. alumnæ §. Seia. hoc verum, ſi prætextu ſepulturæ: ſecus ſi ſimpliciter pro remedio peccatorũ ſuorum. Bald.*

Itẽ * Papinianus ſcribit, ſi maritus alterum[k] ex heredibus onus dotis ſoluẽdæ quæ in ſtipulationẽ venit, ſuſcipere iuſſit, & mulier aduerſus vtrumque dirigat dotis petitionẽ, coheredẽ[l] eſſe defendendum ab eo qui ſuſcipere onus iuſſus eſt. ſed legata[m] quæ ab vtroq; pro dote data, electa[n] dote retinentur[o], in compendio coheredis[p] eſſe qui debito[q] releuatur, nõ oportet[r]: videlicet[s] vt coheres qui onus æris alieni ſuſcepit,[t] officio iudicis legatũ[u] conſequatur. & verũ eſt hoc, niſi aliud teſtator edixit. Idem ſcribit, quod vni ex coheredibus ſtatulibero cõditionis[x] implendæ nomine dedit de peculio[y], in hoc iudicium non venire, nec cõmunicari debere.[z]

XXI. PAVLVS libro viceſimotertio ad Edictum.

IDem & in communi diuidundo.[a]

XXII. VLPIANVS libro nonodecimo ad Edictum.

ITem Labeo ſcribit, ſi vnus heredũ theſaurũ[b] relictũ à teſtatore effodit, familiæ erciſcundæ iudicio eũ teneri, & ſi cũ extraneo cõſocio partitus ſit.[c] Familię * erciſcundę iudex ita poteſt pluribus[d] eandẽ rẽ adiudicare †, B ſi aut pluribus fuerit vnius rei præceptio relicta (vbi etiam neceſſitatem facere Pomponius ſcribit, vt pluribus adiudicetur) vel ſi certã parte vnicuiq; coheredũ adſignet.[e] Sed poteſt etiam licitatione admiſſa vni rem adiudicare. Sed & regionibus diuiſum[f] fundum poſſe adiudicare ſecundũ diuiſionẽ[g], nemo dubitauerit. Sed etiã cum adiudicat, poterit imponere aliquã ſeruitutẽ, vt aliũ alij ſeruum faciat[h] ex ijs quos adiudicat. Sed ſi purè[i] alij adiudicauerit fundũ: alium adiudicando[k] amplius ſeruitutẽ C imponere non poterit[l]. Familiæ erciſcundæ iudiciũ ex duobus conſtat, id eſt rebus atque præſtationibus[m]: quæ ſunt[n] perſonales actiones. Papinianus de re quę apud hoſtes eſt, Marcellum reprehendit, quòd non putat[o] impræſtationes[p] * eius rei venire in familiæ erciſcundæ iudicium quæ apud hoſtes eſt. Quod * enim impedimentũ eſt rei pręſtationem venire, cùm & ipſa veniat

XXIII. PAVLVS libro viceſimotertio ad Edictum.

PRopter ſpem poſtlimi- D nij[q], ſcilicet cum cautione[r]: quia poſſunt non reuerti[s]: niſi ſi tantum æſtimatus ſit dubius euentus.

XXIIII. VLPIANVS libro nonodecimo ad Edictum.

SEd & eius rei quæ in rebus humanis eſſe deſijt, veniũt præſtationes. & ego Papiniano cõſentio[t]. Familiæ erciſcũdæ iudiciũ[u] & in-

* ἀγωνοθεσίαν. τῶν γυμναστικῶν intelligit, agonothetæ munus, de quo Alci. lib. 1. Parer. cap. 22.

*obligatur.

*Idem.

d ἀγωνοθεσίαν. * nomen eſt publici muneris.

e *Suſcepturum.* cùm eſſet iam electus. aliàs ſecus: vt infra de mune. & hono. l. & ſi filium. Accur.

f *Profeſſum eſſe.* ex hac profeſsione vel conſenſu adhibito in electionẽ filij, pater vt fideiuſſor obligatur: vt j. ad munici. l. quotiẽs. quare vnumquenq; heredem pro parte hereditaria reliquit obligatum. Azo. vt j. de mune. & hon. l. & ſi filium. Accur.

g *Fungeretur.* ſcilicet filius. præcedebat enim electio profeſsionem: vt infra de condi. & demõ. l. Publius. Accur.

h *Mortuum eſſe.* ſcilicet patrem. Azo.

i *Venire.* hoc propter patris profeſsionem. aliàs non tenentur coheredes: vt j. eod. l. ex parte. §. filius. quæ eſt contra. & ad munici. l. Lucius. §. idem reſpõ. heredes. Sic ergo præcipuũ erit filij, qđ ſuæ dignitatis cauſa eſt datum: vt hic & infra de col. col. bo. l. j. §. ſed an id quod dignitatis. & ſupra ead. l. §. prox. Accurſius.

k *Alterum.* ſcilicet primum. Azo.

l *Coheredem eſſe.* ſcilicet ſecundum. nam aget contra primum: vt defendatur: vt hic, & infra de lib. le. l. nõ ſolum. §. ſed ſi duobus. & j. de leg. ij. cũ ab vno. Accurſius.

m *Sed & legata.* ſcilicet relicta mulieri pro dote.

n *Electa.* ſcilicet à muliere.

o *Retinentur.* ab heredibus.

p *Coheredis.* ſcilicet ſecundi.

q *Debito.* ſcilicet dotis.

r *Non oportet.* Imò videtur quòd ſic: vt j. de ali. & ciba. le. l. pecuniæ: quæ eſt contra. Solu. ibi non vt heres, ſed vt miniſter vel commiſſarius eſt grauatus at hic vt heres: ideoque commodo nõ priuatur. Accur.

s *Videlicet.* ſic oportet. Ioan.

t *Suſcepit.* ſcilicet ex voluntate teſtantis. Ionu.

u *Legatum.* quia is debet habere commodum, qui grauatus eſt in onere: vt inſtit. pro ſocio. §. illud.

x *Conditionis.* fuit enim impoſita conditio ſi daret vni ex heredibus: vnde videtur ei prælegatum.

a *IDẽ & in communi diuidundo.* ſi dictatum fuerit familiæ erciſcũdæ, vt ſ. prædicta non veniant.

b *ITem Labeo. Theſaurũ.* impropriè ponitur: vt j. de acquirẽdo rerum dominio. l. nunquam. §. theſaurus.

c *Partitus ſit.* & ſic ſolam ſuã partem habet. & ita eſt cõtra. j. eo. l. Lucius. Solutio. hic de iure ſtricto: ibi de æquitate. ſecundũ quoſdam. Vel hic pecunia cõmunis erat: ibi pretium nunquam fuit cõmune. Accur.

d *Pluribus.* non tamen omnibus. Azo. quia ſic non diuideretur.

e *Aſsignet.* ſcilicet iudex. & hoc caſu etiam omnibus quia diuidit.

f *Diuiſum.* à teſtatore: vt differat à præcedẽti reſpon. ibi, vel ſi &c.

g *Diuiſionẽ.* à teſtatore factã inter coheredes.

h *Seruũ faciat.* vt & j. tit. j. communi diui. §. j. & l. vt fundus.

i *Si purè.* quia non dixit ſaluo: quod j. dicã.

k *Adiudicando.* eundẽ fundum. & tunc eſt ratio. Vel dic alium fundum. & dic ex interuallo: argu. contra. j. ſi cert. pet. l. lecta eſt in auditorio. Accur.

l *Non poterit.* vt j. de re iudica. l. quod iuſſit. in fi.

m *Præſtationibus.* vt & s. eo. l. his conſequenter. §. ſumptuum. & l. item ex diuerſo. Acc.

n *Quæ ſunt.* id eſt propter quæ competunt.

o *Putat.* Marcellus.

p *Præſtationes.* perceptas antequã res eſſet capta ab hoſtibus.

q *PRopter ſpem poſtliminij.* quæ eſt magni effectus. nam patronus apud hoſtes impedit filiũ ſuum petere. bo. poſſ. in bonis liberti propter ſpem reuertẽdi, quæ eſt de ipſo: vt j. de bo. li. ſi neceſſe. §. ſi deportatus.

r *Cum cautione.* ſ. tali, vt ſi non reuertatur ab hoſtibus, reddatur pecunia ei cui fuit res adiudicata, niſi tantum &c. tunc enim nihil redditur, quaſi ſpes empta fuerit: vt & j. de act. empt. ſi iactum. & j. de here. vel ac. ven. nam hoc modo.

s *Reuerti.* vt & j. de interro. actio. l. ſi ſeruus ab hoſtibus.

t *SEd & eius. Conſentio.* vt j. tit. j. l. in ſumma.

u *Familiæ erciſcundæ iudicium.* vtile.

Hereditas.

ter bonorum poſſeſſores, et inter eum cui reſtituta eſt hereditas [a] ex Trebelliano ſenatuſconſulto, & ceteros honorarios ſucceſſores [b] locum habet. [c]

*Nota quòd iudicium diuiſorium habet locum pro diuiſione fienda: non pro diuiſione facta ipſo iure, vel ipſo facto. Baldus.*

XXV. PAVLVS libro vicenſimotertio ad Edictum.

HEredes † eius qui apud hoſtes deceſsit hoc iudicium experiri [d] poſſunt. Si miles alium caſtrenſium, alium ceterorum bonorũ heredem fecerit, non eſt locus familiæ erciſcundæ iudicio. diuiſum [e] eſt enim per conſtitutiões [f] inter eos patrimonium: queadmodum ceſſat familiæ erciſcundæ iudiciũ, cum nihil in corporibus, ſed omnia in nominibus [g] ſunt.

Quantũ verò ad accipiendũ [h] familiæ erciſcunde iudiciũ, nihil intereſt poſsideat quis hereditatem, néćne.

*No. hic & in §. ſeq. quod in eodem libello poſſunt cumulari plures actiones numero eiuſdem generis & formæ. facit infra de act. emp. l. non eſt nouum. Baldus.*

De pluribus hereditatibus quæ inter eoſdem ex diuerſis cauſis communes ſint, vnum familiæ erciſcundæ iudicium [i] ſumi poteſt. Si inter me & te Titiana hereditas communis ſit, inter me autem & te & Titium Seiana, poſſe vnum [k] iudicium accipi inter tres Pomponius ſcribit. Item ſi plures hereditates inter nos communes ſunt, poſſumus de vna familiæ erciſcundæ iudicium experiri. Si teſtator [l] rem cõmunem cum extraneo habebat, ſiue rei ſuæ [m] partem alicui [n] legauit [o], aut heres [p] ante iudicium familiæ erciſcundæ acceptũ partem ſuã alienauit: ad officium iudicis pertinet vt eam partem quæ teſtatoris fuit, alicui [q] iubeat tradi.

*Titulus ſingularis excludit iudicium famil. erciſcun. ſicut excludit petitionem hereditatis. & eſt no. Bartolus.*

Quod pro emptore vel donato puta coheres poſsidet [r], in familiæ erciſcundæ [s] iudiciũ venire negat [t] Pomponius. Idem ſcribit, cum ego & tu heredes Titio extitiſſemus, ſi tu partem fundi quem totum hereditariũ dicebas, à Sempronio petieris [u] & victus fueris: mox eandem partem à Sempronio emero, & traditus mihi fuerit [x] agente te familiæ erciſcundæ iudicio, non veniet nõ ſolum hoc quod pro herede poſsidetur, ſed nec id quod pro emptore. Cum enim per iudicem priorẽ apparuit [y] totã [z] non eſſe hereditatis, quemadmodum in familiæ erciſcundæ iudicium veniat [a]? An ea ſtipulatio qua [b] ſinguli heredes inſolidum habent actionem, veniat in hoc iudicium dubitatur: veluti ſi is qui viam, iter, actum ſtipulatus erat [c],

a *Hereditas.* pro parte, aliàs cum nullo diuiderent. Accur.
b *Succeſſores.* Trebellianicos. Accurſius.
c *Locum habet.* Quid autem ſi vnus eſt heres, alter bo. poſ. an cuilibet directa an vtilis datur? Reſpon. heredi datur directa, bon. poſſ. vtilis. & eſt eadem: licet in qualitate differant: vt dicitur in nomine vendito, vbi venditori directa, & emptori vtilis datur. Vel dic vtrique dari vtilẽ: vt infra eod. l. ſi ex aſſe. ſecundum Azo.
d HEredes. Experiri. Sunt enim heredes propter fictionem legis Corn. vt infra de vulga. ſubſti. l. lex Corneli.
e *Diuiſum.* ac ſi cuilibet certas res aſsignaſſet: vt infra de teſt. mili. ſi certarum. circa princip. & infra ad Treb. l. cogi. §. ſed & ſi miles. & C. de teſta. mili. l. j. & ij. Accurſius.
f *Per conſtitutiones.* id eſt diuiſionem teſtatoris. Vel dic per conſtitutiones imperiales: vt C. de inoffi. teſta. l. fin. & de bon. quę lib. l. penult.
g *Nominibus.* vbi ceſſat: vt C. eo. l. ea.
h *Quantum vero ad accipiendum.* vt infra titu. j. l. penul. & ſupra eod. item Labeo. ſ. fina. ſed quantum ad agendum intereſt: quia diſtinguitur, negetur coheres, vel non: vt ſupra eod. l. j.
i *Iudicium.* id eſt actio: vt C. eod. bona. ſicut & pro pluribus ſocietatibus vna pro ſocio actione agi poteſt: vt infra pro ſocio. l. cum duobus. §. ſi plures. & hoc cauſa dirimendarum litium: vt infra de act. empt. non eſt nouum. Vel dic plures eſſe actiones, & intentari, & competere: ſed vnum dicitur iudiciũ, & vna inſtantia: quia apud vnum iudicẽ de vtraque hereditate debet agi: vt infra de qui. re. ad eun. iu. ea. l. j. Vel dicitur vnum iudicium, id eſt vna actio in genere. puta fami. erciſc. ſicut ex empto. plures tamen ſunt, quia diuerſæ ſunt cauſæ ex quibus oriũtur: ſicut probat lex illa, nõ eſt nouum. infra de act, empt. Nec enim actio quæ datur ex hac emptione, eſt illa quæ datur ex illa: alioquin tua mihi, & mea tibi competeret actio. quod eſt falſum.
k *Vnum iudicium.* pro Seiana hereditate, & pro Titiana hereditate inter duos.
l *Si teſtator.* Potes dicere, vt ſint tria reſponſa. Primum quando teſtator rem communem habẽs cũ alio, eam nõ legat. Secundum, quando vni heredum legat. Tertium eſt, quando ille heredi cum quo habebat communẽ, alienauit: quibus tribus caſibus pars teſtatoris veniet in iudicio famil. erciſcun. & adiudicabitur, ſi cõmode diuidi non poteſt. Vel potes dicere ſecundum Ioan. ꝙ ſic vnus caſus. Sed diuiditur hoc modo. Rem communem habeo cum Titio: decedo ego inſtituto herede Titio & Seio: cui Seio partem meam lego, vel partem partis certe adiudicabitur ſibi prælegatum. nam & ſi nõ prælegaſſem, adiudicaretur vni, ſi commodè non poſſet diuidi. Si verò heres cum quo erat communis, alienauit: idem erit, vt pars teſtatoris vni heredum adiudicetur, ſi commode diuidi non poteſt. Et ſecundum hanc ſecundam poſitionem expone literam, ſi teſtator &c. Accur.
m *Rei ſuæ.* id eſt partem ſuam rei, vel partem partis. Accur.

n *Alicui.* ex heredibus, ſcilicet Seio.
o *Legauit.* id eſt prælegauit: & ſubaudi, ſiue non legauit: ne inſufficiens videatur diſtinctio, & idem in ſequen. diſtin. ſecundum Azo.
p *Aut heres.* hic extraneus, cum quo teſtator rem communẽ habebat. Io. & ſubaudi, ſiue non alienauit.
q *Alicui.* ſcilicet coheredi, cui prelegauit teſtator quando teſtator prælegauit: vt ſupra eo. l. item Labeo. §. familiæ. Vel ſi non prælegauit. adhuc erit idẽ vt adiudicetur ſi commode diuidi non poteſt: vt inſt. de offic. iu. §. quòd ſi commode. Si autem vnus heredũ partem quam habet in re hereditario in re hereditaria alienat. non poteſt amodo venire in iudicium nec pars alienata, nec illa quæ non eſt alienata: vt infra eod. l. ex hereditate.
r *Poſſidet.* ſcilicet cum ipſe emerit, vel ei donatum fuerit. alioquin ſi teſtator emerit, vel ei donatũ fuerit: quãuis coheredes pro herede, vel pro donato poſsideant: vt infra de acquiren. poſſeſ. l. iij. §. ex plurimis. nihilominus intenditur famil. er. actio: vt ſ. eod. l. veniunt. Sed & quandoque licet coheres emerit, venit in hoc iudicium quod emit: vt ſi emerit à creditore rem coheredi prælegatam: vt infra de leg. ij. l. fin. §. quatuor. Sed hoc ideo, quia conſtabat hereditarium eſſe quod tu emeras, & ex cauſa pręceptionis vel prelegationis mihi debitum, ſecundum Azo. Sed contra hunc §. eſt ſupra eo. l. ſed & ſi vſucapio. vbi res titulo poſſeſſa, venit in hoc iudicio. Solu. ibi extraneus poſsidebat. Vnde ſi dicatur venire in iudicium famil. erciſcund. non eſt abſurdum, quia non præiudicatur ex toto. ſed vbi coheres poſsidet, contra eſt: quia fieret præiudicium in rei vindi. qua primo eſt conueniendus: ſicut & vbi agit fami. erciſ. ille quẽ non confiteor coheredem: vt ſupra eod. l. j. & infra eo. l. ſi id quod.
s *Fami. erciſcun.* forſan rei vind. poteſt peti.
t *Negat.* licet erat res heritaria. ſed agitur rei vin. forſan. Et nota quòd non datur contra titulo poſsidentem, ſicut nec petitio hereditatis. *Fam. erci. actio non datur cõtra tit. poßidẽtem.*
u *Petierit.* actione in rem. Accur.
x *Fuerit.* ſcilicet totus, partim iure emptionis, partim petitione hereditatis.
y *Apparuit.* vt & infra de lib. leg. l. Aurelius. §. fin.
z *Totam.* id eſt nullam eius partem. & ſic res inter alios acta prodeſt.
a *Veniat.* certe nullo modo. imò ſummouebitur except. rei iudi. vt infra de except. rei iudi. l. ſi mater. §. item Iulianus. Et ſic eſt hic caſus, vbi res inter alios acta alijs prodeſt. ſic & infra de cri. expi. here. l. res hereditarias: regulariter contra: vt habetur C. res inter alios actas. per totum. H. *Res inter alios acta aliis prodeſt.*
b *Qua.* id eſt propter quam.
c *Stipulatus erat.* pro quibus inſolidum actio cuilibet heredi cõpetit: vt hic, & ſ. de ſerui. l. pro parte. & de ſerui. ruſt. præd. vna. in fi. & infra de verb. oblig. l. ij. in fi. & l. iij. Accur.

a *Deceſſerit*. pluribus relictis heredibus.
b *Quia*. videtur quòd non.
c *Actionem*. ſi omnes habeāt partes in fundo dominanti.
d *Pro parte*. id eſt propter partem hereditariam, quam quilibet habet: vel proprie. Accurſius.

deceſſerit:[a] quia[b] talis ſtipulatio per legē duodecim tabularum nō diuiditur: quia nec poteſt: ſed verius eſt nō venire eā in iudiciū. ſed omnibus inſolidū competere actionem[c]. & ſi nō præſtetur via, pro parte[d] hereditaria cō demnationem[e] fieri oportet.

Contra ſi promiſſor viæ deceſſerit pluribus heredib' inſtitutis: nec diuiditur obligatio, nec dubiū eſt quin duret[f]: quoniam viā promittere[g] & is poteſt qui fundum nō habet. Igitur quia ſinguli inſolidum tenentur, officio iudicis cautiones interponi debere: vt ſi quis ex his conuentus litis ęſtimationē pręſtiterit,[h] id pro parte à ceteris conſequatur. Idem dicendum eſt[i] & ſi teſtator viam legauerit. In illa quoq; ſtipulatione proſpiciendum eſt[k] coheredibus, ſi teſtator promiſerat, *neque per ſe, neq; per heredē ſuum fieri quo minus ire agere poßit*[l]: quoniā vno prohibēte inſolidū[m] cōmittitur ſtipulatio, ne vnius factū ceteris damnoſum ſit. Idem iuris[n] eſt in pecunia promiſſa à teſtatore, ſi ſub pœna[o] promiſſa ſit. nam licet hæc obligatio[p] diuidatur per legē duodecim tabularum, tamē quia nihilum prodeſt ad pœnam euitandam partem ſuam[q] ſoluere, ſiue nondum ſoluta eſt pecunia, nec dies venit, proſpiciendum eſt per cautionem, vt de indemnitate caueat per quem factum fuerit ne omnis pecunia ſolueretur: aut vt caueat ſe ei qui ſolidum ſoluerit, partē præſtaturum: ſiue etiā ſoluit vnus vniuerſam pecuniam quā defunctus promittit ne pœna committeretur, familiæ erciſcūdę iudicio[r] à coheredibus partes recipere poterit. Idem obſeruatur[s] in pignoribus ſoluendis,* Nam niſi vniuerſum quòd debetur offeretur, iure pignus creditor vendere poteſt[t].

*Ea quæ non poſſunt pro parte expediri, veniūt in iudicio diuiſorio, ſecus in his quæ poſſunt expediri pro parte. Baldus.*

Si vnus † ex coheredibus noxali iudicio ſeruum hereditarium defenderit, & litis æſtimationem obtulerit, cū hoc expediret, id[u] pro parte[x] hoc iudicio cōſequatur. Idē eſt & ſi vnus legatorū nomine cauerit ne in poſſeſsionē mitteretur[y] *. Et omnino quæ pro parte expediri non poſſunt[z], ſi vnus cogēte neceſsitate[a] fecerit, familiæ erciſcundæ iudicio locus eſt.

*Nota quòd in rebus propriis, & communibus quis eſt minus adſtrictus quàm alienis. Baldus.*

Non tantùm dolum, ſed & culpam in re hereditaria præſtare debet[b] coheres: quoniam cum coherede nō contrahimus, ſed incidimus in eum. Non tamen diligentiam præſtare debet qualem diligens paterfamilias, quoniam hic propter ſuam partem cauſam habuit gerendi: & ideo negotiorum geſtorū ei actio non cōpetit.[c] talē igitur diligentiā pręſtare debet, qualē in ſuis rebus[d]. Eadem ſunt ſi duobus res legata ſit. nā & hos coniunxit ad ſocietatem non conſenſus, ſed res[e]. Si incerto homine legato, & poſtea defuncto legatario, aliquis ex heredibus legatarij nō conſentiēdo[f] impedierit legatū: is qui impedit, hoc iudicio ceteris quanti interſit eorū dānabitur. Idē eſt ſi ecōtrario vnus ex heredibus à quibus generaliter homo legatus eſt quē ipſi elegerint, noluerit conſentire vt pręſtetur quē ſolui omnibus expediebat: & ideo conuēti à legatario iudicio, pluris dānati fuerint.

Item culpæ nomine tenetur, qui cum ante alios ipſe adiſſet hereditatē, ſeruitutes prædijs hereditarijs debitas

e *Condemnationem*. ad intereſſe ſingulorum ſecundum ſecundam: vt & s̄. ſi ſerui vin. l. loci. §. ſi fundus. Vel in ipſa ſeruitute, ſecundum primam expoſitionem.
f *Duret*. etiam fundo vni adiudicato.
g *Promittere*. ſupra cō munia prædi. l. j. & inſti. de ſer. §. ideo autē. contra. Solut. promittitur, non tamen eſt.
h *Præſtiterit*. totam.
i *Idem dicendum eſt*. ſcilicet vt pręſtentur cautiones: nā hic quoque heredes tenentur inſolidum. Accur.
k *Proſpiciendum eſt*. ſcilicet per cautiones.
l *Agere poßit*. ſtipulator ſeruitute iam conſtituta.
m *Inſolidum*. vt & infra de verb. obli. l. ij. §. fin. & l. ſeq.
n *Idem iuris*. ſcilicet vt cautiones præſtentur.
o *Sub pœna*. ſic C. quę res pign. ob. poſſ. l. fin.
p *Obligatio*. ſcilicet ſortis & pœnæ: vt j. eod. l. inter. §. ſi quis. & j. ad l. Fal. pœnales. §. vl. & j. de verb. oblig. eadem. §. j Azo.
q *Partē ſuam*. ſcilicet ſi à coherede fuit ceſſatum. & habet hoc locum in contractibus: vt hic, & infra de verb. oblig. l. ſtipulationum. §. fin. ſed non in iudicijs: vbi quidē in ſolidū cōmittitur: ſed pro parte tantum: quia nō eſt paritum: vt ſupra in ius vo. vt eant. l. qui duos. & s̄. ſi quis cau. ſi ſeruus. §. ſi plurium. ſecundum Ioan. ſed M. ſemper dicebat ex æquitate obſtare exceptionē in parte in qua eſt paritum. ſed ſecundum opinio. Ioan. nunquid creditor partem ſortis ſolutam retinebit & pœnam integrā petet? Reſpon. ſecundum Azo. pecuniam ſolutam debere imputari in pœnā: cum non ſit dictum rato manēte pacto.
r *Familiæ erciſcun. iudicio*. vt & infra eod. inter coheredes. §. ſi. Accurſius.
s *Idem obſeruatur*. ſcilicet vti cautio præſtetur. & merito: nam &c. Accur.
t *Poteſt*. vt s̄. eod. l. is cum. §. Celſus. & §. fin. & j. de pign. act. ſi neceſſarias. §. ſi vnus.
u *Id*. quod præſtitit.
x *Pro parte*. ſcilicet hereditaria. Accurſius.
y *Mitteretur*. imperſonaliter dicit, Idem ſi aliquid præſtitit vt de poſſeſsione tali diſcedatur: vt s̄. eod. his conſequenter. §. ſi cum vnus. Accur.

*luendis.

z *Non poſſunt*. vt dictum eſt de pœna & de pignore ſupra. §. prox. & de ſeruo noxali: vt in iſto. §. & ſupra ſi ex noxali cau. l. antepen. & s̄. ſi qua. pau. fe. di. l. j. §. ſi commune. Item no. quòd hanc regulam intelligit Io. ſi velit ille experiri, qui egit aliquid ad profectū hereditatis. Secus ecōtra ſi agatur cōtra eū qui egit aliquid, vt quia rē hereditariam vendidit, & habet pretiū: quia tunc agitur hoc iudicio, etiam ſi pro parte potuit expedire. Nec ob. C. eo. l. in familiæ. quia ideo ibi nō datur hæc actio de re hereditaria vendita, quia iam erat intentata: vt C. de nego. geſt. l. ſiue. & ſupra eo. l. ſi filia. §. familiæ.
a *Neceßitate*. vel iuris: vt in prædictis exemplis. s̄. eo. §. vel etiā ipſius rei: vt infra tit. j. l. ſi quis putans. §. j.
b *Præſtare debet*. vt & s̄. e. l. & puto. §. ſed & ſi. & hoc eſt verum, licet nō ſit ſocius, quoniam &c.
c *Non competit*. ſi tale fuit negotiū quod nō potuit expediri pro parte, alioquin bene agitur nego. geſt. vt j. tit. j. l. ſi quis putans. §. ſiue. Sed videtur etiam cum hoc iudicio competere negot. geſt. vt C. de negot. geſt. ſiue. Sed dic quòd in eo quòd ibi datur actio illa nego. geſt. quòd iam erat intentatum hoc iudicium: vel deſierat eſſe communis: vt infra titul. j. l. j.
d *In ſuis rebus*. præſtat nūc tempore communionis: ſed in ſocietate attenditur tempus præcedens: vt inſtitut. pro ſocio. §. fin.
e *Sed res*. vt inſtit. de ob. ex qua. contractu. §. item ſi inter.
f *Non conſentiendo*. vt & C. cōmunia de leg. l. fin. & inſtit. de leg. §. ſi generaliter. Si autem quæras, cuius ſit electio homine in genere legato, vel alia re: dic quòd triplex eſt opinio. Ait enim R. quòd eſt heredis electio in principio: ſed ſi differat eligere, trāſfertur electio in legatarium: vt ar. ſupra de ſer. ſi cui. & infra de ſolu. l. j. Bul. autem dixit contra, ſcilicet legatarium à principio habere electionē: cum de incertis incertum legauit teſtator. Tu vero dic ſecūdum Io. aut reliquit teſtator ſeruos in ſuo patrimonio: & tunc legatarius eligat, vt tamen non eligat actorem, vel alium meliorem: vt j. de leg. j. l. legato. aut nō reliquit: & tunc heres habet electionem, ne legatario eligente ſeruum qui in remotiſsimis partibus eſt, neceſſe habeat quærere: vt j. de tritic. vi. & ole. le. l. iij. j. reſpon. & l. iiij. Si autem de certis incertum reliquit: aut ſenſit de certo, quod patet, quia propriū nomen in legādo expreſſit: & tunc heres habet electionem: quia cum ſit vniuerſalis ſucceſſor,

paſſus eſt nō vtendo[a] amitti.

*Nota quòd ſolutum vel ſoluendum pro condemnatione patris, debet detrahi de cōmuni portione omnium fratrum.* Baldus.

Si filius[b] cum patrē defenderet, condemnatus ſoluerit vel viuo eo vel poſt mortē, poteſt æquius dici, habere* petitionem à coherede in familiæ erciſcundæ[c] iudicio.

Iudex familiæ erciſcundæ nihil debet indiuiſum relinquere[d]. Item curare debet B vt de euictione[e] caueatur his quibus adiudicat.

Si pecunia quæ[f] domi relicta non eſt, per præceptionem relicta ſit, vtrum vniuerſa à coheredibus præſtāda ſit[g], an pro parte hereditaria, quemadmodum ſi pecunia in hereditate relicta eſſet, dubitatur. Et magis dicendum eſt vt id præſtandū ſit, quod præſtaretur ſi pecunia eſſet inuenta.[h]

XXVI. GAIVS libro ſeptimo ad Edictum Prouinciale.

OFficio[i] autem iudicis conuenit, iubere rem hereditariam venire vnam, C pluréſve: pecuniamq́ue ex pretio redactam ei numerari cui legata[k] ſit.

*Sententia non poteſt pro parte valere & pro parte non valere: & tam inſtantia quàm ſententia cenſentur eſſe indiuidua. ad hoc allegatur.* Baldus.

XXVII. PAVLVS libro vicenſimotertio ad Edictum.

IN hoc iudicio condemnationes & abſolutiones in omnium[l] perſona faciendæ ſunt. & ideo ſi in alicuius perſona omiſſa ſit damnatio, in ceterorum quoque perſona quod fecit iudex, non valebit: quia non poteſt ex vno iudicio res iudicata in parte valere, in parte non valere[m].

XXVIII. GAIVS libro ſeptimo ad Edictum Prouinciale.

B REm pignori creditori datam ſi per præceptionem legauerit teſtator, officio iudicis continetur, vt ex communi pecunia luatur:[n] eamq́ue ferat is cui eo modo fuerat legata.

*Res pignorata defuncti venit in diuiſorio per modū adiudicationis: & ille cui hoc ius pignoris adiudicatur, coheredi in parte debiti condēnatur. nec idem de indēnitate cauetur, ſicut nec priori offerenti in hypothecaria: & per illam adiudicationem conſequitur ius excipiendi & agendi contra debitorem: & eſt potior quàm ſi à coherede emiſſet: quia totum quod pro licitatione præſtitit, petit: niſi quatenus exceſsiſſet modum in licitando. Hoc dicit hæc lex. & quia nimis breuis, ideo obſcura.*

C XXIX. PAVLVS libro vicenſimotertio ad Edictum.

SI pignori res data defuncto ſit, dicendum eſt in familiæ erciſcundæ iudiciū venire: ſed is cui adiudicabitur, in familiæ erciſcundæ iudicio pro parte[o] coheredi erit damnandus: nec ca-

ſucceſſor magis ei conceditur interpretari volūtatem teſta- A toris. aut non ſenſit de certo: puta legauit vnū de ſeruis ſuis: & tūc legatarij eſt electio: vt j. de lega. j. qui duos. & l. ſi quis à filio. §. ſi quis plures. & l. ſi domus. j. reſpō. & l. legato. §. j. In ſtipulatione autē hominis debitor videtur habere electionem ſemper: vt ſ. de pactis. l. veteribus, & j. de ſolu. qui decem. §. Stichum. Azo. & inſti. de act. §. præterea.

a *Non vtendo.* niſi pauciſsimi dies ſupererāt ad amittendam ſeruitutem ipſo adeunte: vt j. de fun. do. l. ſi fundus quem Titius.

b *Si filius.* ſcilicet emācipatus, & iuſſu patris, ſecundum Pla. ergo idem in ſuo: & idē ſi ſine iuſſu fuit: ſi tamen pater erat debitor: vt ſ. eodem. l. ſi filia. §. j. ſecundum Azo. Item quod hic ſubijcit, viuo eo &c. eſt cōtra. ſ. eo. l. & puto. §. id quod. ibi. Et ideo. ſo. hic de æquitate ſpeciale eſt in filijs: vt & ſ. e. d. l. ſi filia. §. ſi filius.

c *In famil. erciſcundæ.* aliàs eſt hic. §. in fam. erciſcundæ. & tunc non eſt. infra alius. §. nihil.

d *Relinquere.* cum totam cauſam debeat definire: vt ſ. de arb. l. dicere.

e *De euictione.* quod & ſi non fecerit, tamē agitur præſcri. ver. niſi dictum eſt in contrarium: i. vt vnuſquiſque euentum rei ſuſcipiat: vt C. e. familiæ. Idem in communi diuidundo: vt infra titu. j. item quamuis. §. fin. Ot. tamen dixit, non agi, niſi caueatur quādo per iudicem fit adiudicatio: vt j. de leg. j. ſi domus. §. de euictione. Et not. j. de act. emp. l. Iulianus. §. idem Celſus. quod nō placet, ſecundum Azo. Sed adde quod not. infra de verbo oblig. l. qui Romæ. §. finali.

f *Si pecunia quæ.* hoc verbum, quæ, refertur ad genus, non ad corpus pecuniæ.

g *Præſtanda ſit.* ſ. pro parte virili, an pro parte &c. Nam conſtat valere legatum, ſiue ſit domi pecunia legata, ſiue non: quia ex venditione rerum redigetur: vt hic & j. de lega. ij. l. ſi pecunia. & j. l. proxi.

h *Inuenta.* ſcilicet in domo teſtatoris, id eſt pro partibus hereditarijs. quod enim iuris eſt ea inuenta, idem & ea non inuenta: vt hic & infra de adimē. leg. l. pater. & continua hic. l. prox. officio: cum iſta. Accur.

i OFficio. hæc. l. cum ſuperiori. §. continuatur.

k *Legata.* id eſt prælegata.

IN hoc.} CASVS. Tres vel plures agebant ad diuiſionem hereditatis communis: & lite inter eos conteſtata, pronunciauit iudex: ſed de vno eorum nihil dixit. certè tota ſententia nihil valet. Viuianus.

l *In omnium.* immo videtur, quod etiam inter pauciores ex pluribus poſsit: vt ſupra eod. l. ij. §. dubitandum. quæ eſt contra. Sol. in omnium perſona ſunt faciendæ, quæ tamen interfuerant iudicio, ſiue conteſtationi litis. non autem eſt neceſſe omnes adeſſe: vt ibi. vel dic vt ibi. Item nūquid de parte abſentis? Reſpon. ex eo quod hic dicit, omnium, innuit quòd ſi etiā ſi quis eſt abſens qui non fuit conteſtatus, quòd ſibi vel contra eum fieri debeat adiudicatio. & ſic eſt contra. infra de re iud. l. de vnoquoque. Sol. hoc obtinet in act. fami. erciſcun. & in alijs quæ denotant communionem & ſocietatem inter plures eſſe perſonas, vt hic. Secus ſi ego te pro boue, & Titium pro aſino conuenero. ſi enim pro vno feratur ſententia præſente altero eorum, & altero abſente: non præiudicatur abſenti: vt in l. contraria. Vel hic non dicit quòd de parte abſentis aliquid dicatur: nec debet dici: vt C. eodem. l. coheredibus. ſed de rebus dimitti poteſt, vt ſupra eod. l. ſi filia. §. familiæ. prima tamen verior eſt. Accurſius.

I *N iudicio.* Caſus. Quatuor dicit. Primo, Ego & coheredes mei egimus fa.ercif.& lite pendente extraneus quidā facit opus contra ſeruitutem debitā prædio here.dico ego ꝙ omnes agere poſſumus cōfeſſoria:& nuntiare.i.prohibere. Secūdo,ꝙ ſi fundus dominans fuerit mihi adiudicatus:coheredes mei mihi cauebunt ꝙ quæ fuerunt cōſecuti per confeſſoriam, puta aliquod intereſſe,totum mihi reſtituēt:vt & ego eis caueā de impenſis ab eis factis ꝙ reſtituam. Tertio,quod ſi nō ſit cœptum agi confeſſoria ab aliquo noſtrū pendente lite in act. fami. erci. ꝙ mihi cauebunt ſi adiudicetur fundus mihi: huic ſoli cui adiudicatus eſt fundus,competit confeſſoria. Quarto dicit, ꝙ ſi lite pēdente in iudicio fami.erciſ.res quædam mobiles ſurreptæ ſunt,omnes agimus furti:quia omniū interfuit tēpore furti facti.licet illę res fuerūt adiudicatæ vni noſtrum. D
h *In arbitrio.*ſ.iudicis,vt diuidat,vel adiudicet. Accur.
i *De iure.*id eſt de ſeruitute,ſic accipitur inſtit.de re. cor.& incor.in fin.
k *Agere.*ſcilicet confeſſoria:vt ſ.ſi ſerui.vindi.l.loci.§.ſi fundus.& l.& ſi fortè.§.ſi ædes.
l *Nuntiare.* ratione ergo ſeruitutis fit nuntiatio:vt hic. Sed contra j.de ope.no.nun.l.qui viam.Solu.hic in ſeruitute vrbana:ibi in ruſtica.Vel nuntiatur nō domino prædij debentis ſeruitutem.ſed alij:vt j.de remiſ.l.j.§. Idem Iulianus. pro perſonali autem,vt pro vſufr.conſtat non poſſe nuntiari : vt j.de ope.no.nun.l.j.§.ſi.& l.ij.
m *Recepta.*ſcilicet à coheredibus.Sed nōne in rē ſuā debet conſtitui procurator,vel habebit ſuo nomine vtilē:vt ſ.eo.l. plane.& l.ſi pignori res. nec enim imminet litigioſi vitium:

Q *Vi erat.* Caſus. Teſtator duos inſtituit heredes:& ſeruo libertatem reliquit.antequam adirent,præcepit iudex vni here.vt ſepeliret teſtatorem : & ideo vendidit dictū ſeruum:& cauit de dupla ſi euinceretur. ſeruus euincit ſe in libertatem cum ſtipulatione . quæritur an poſsim hoc iudicio recuperare à coherede. ſed antequā hanc q. ſoluat, proponit aliam:ſ.an debuerit cauere de dupla? Et dicit quòd nō: quia ex neceſsitate vendidit: ſicut ille non tenetur cauere qui exequitur ſententiam alicuius iudicis. Poſtea ſoluit primam dicens , an hoc fecit heres errans ante aditam hered.& non venit in iudicio iſto directo:quia ad hoc vt directum habeat locum,oportet vt eſſet inſtitutus, & quòd adierit. ſed venit in vtile quod eiuſdem eſt effectus. aut fecit poſt aditā: & tunc venit in directo. Viuianus.
c *A prætore.*quod fieri debuit:vt j.de relig.at ſi quis.§.ſi cui. ſed pro ipſo monumento faciendo agitur mandati contra eū cui teſtator mandauit:vt j.man. l.ſi verò non remunerandi. §. fina. & intellige hoc iuſſum ante aditam hereditatem : vt ex ſequentibus apparet.
d *Diſtraxit.*vt ex præcepto prætoris ſepeliretur.
e *Duplam.* aliàs duplum. ſcilicet promittendo : & aliàs duplam.
f *Conuentus.* quia euicit ſe in libertatem.

*Implere.*

Quæſitum eſt an familię erciſcundæ iudicio conſequatur quod ex duplæ ſtipulatione abeſt. Primo videamus an hic debuerit duplā * cauere. Et mihi videtur non debuiſſe. Hi enim demū ad duplæ cautionem cōpelluntur, qui ſpōte ſua diſtrahūt. Ceterum ſi officio diſtrahētis fungitur, non debet adſtringi: nō magis quā ſi quis ad exequendam ſententiā à B prætore datus diſtrahat. Nā & hic in ea cōditione eſt, ne cogatur implere[a] quod cogūtur hi qui ſuo arbitrio diſtrahunt. Nam inter officiū ſuſcipientis,[b] & voluntatem[c] diſtrahentis, multū intereſt. Quapropter re quidē integra ſtipulationem duplæ interponere non debuit: ſed decernere pretor debet,[d] eſſe actori * aduerſus heredem exiſtentē actionem ex empto, ſi res diſtracta fuiſſet euicta. Si autē heres errauit, & cauit,[e] & ſeruus perueniat ad libertatē: ſtipulatio cōmittetur.[f] C quæ ſi fuerit cōmiſſa, æquum erit vtilem actionē ei aduerſus coheredem dari, defecto iudicio familię erciſcūdæ, ne in dāno moretur. Nā vt familiæ erciſcundę iudicio agere quis poſſit, non tantū heredē eſſe oportet,[g] verùm ex ea cauſa agere vel cōueniri quā geſſit, quodq;* admiſit poſteaquā heres effectus ſit.[h] ceterùm ceſſat familiæ erciſcundæ actio. Et ideo ſi antequam quis ſciret ſe heredem eſſe, in hereditate aliquid geſſerit, familiæ erciſcundæ iudicio[i] non erit D locus: quia non animo heredis geſſiſſe videtur. Quare qui ante aditam hereditatē quid geſſerit, veluti ſi teſtatorem ſepeliuit,[k] familię erciſcundæ iudicium non habet.[l] ſed ſi poſt aditam hereditatem id fecit, conſequēter dicemus,[m] familiæ erciſcundæ iudicio conſequi eū poſſe ſumptum quem fecit in funus.

B *Expenſæ quas pater fecit pro filio in ſtudio, non debent filio imputari tempore diuiſionis: niſi animo repetendi patrem feciſſe conſtet. Bartolus.*

L. IDEM libro ſexto Opinionum.

QVę pater filio emācipato ſtudiorū cauſa peregre agenti ſubminiſtrauit, ſi non credēdi animo pater miſiſſe fuerit cōprobatus,[n] ſed pietate debita ductus: in rationem portionis quæ ex defuncti bonis ad eundem filium pertinuit, computari æquitas non patitur.[o]

C *Si fratres ſuſtinent communiter onera matrimonij, fructus veniunt in communi: ſecus ſi poſt diuiſionem. hoc dicit. vel breuius: Fructus dotis debēt eſſe fratrum exiſtentium in communione: ſecus ſi facta fuerit diuiſio. Bartolus.*

LII. IVLIANVS libro octauo Digeſtorum.

FVndus qui dotis nomine ſocero traditus fuerit, cū ſocer filiū ex aliqua parte heredē inſtituerit,[p] per arbitrū familiæ erciſcundæ præcipi ita debet,[q] vt ea cauſa filij ſit, quæ* futura eſſet ſi dos per præceptionem legata fuiſſet.[r] quare fructus poſt litē[s] conteſtatā percepti ad eū redigēdi ſunt habita ratione impenſarum. qui verò ante litem conteſtatam percepti[t] D

a *Implere*. i. cauere de euictione: vt hic, & ī. de euictio. l. ſi pignora. ſed ille tenetur, cui ſolutio proficit: vt infra eod. tit. l. ſi plus. §. j. & C. de euict. ſi ob cauſam.

b *Suſcipientis*. ſcilicet ex neceſsitate rem vendere. Accur.

c *Voluntatem*. id eſt voluntariè diſtrahentis: ſic & C. de neg. geſt. tutori. & ſupra eodem. ſi pignori. circa fin. & ſupra de alie. iu. mu. cau. fa. l. qui red hibito.

*de dupla cauere.

d *Prætor debet*. ſcilicet nulla facta promiſsione.

e *Cauit*. vendens vt meus executor, ſecundū primas ſolutiones. vel vēdens vt ſuas, licet iuſſu prætoris, ſecundū Azo. & ſecundum eū non tenetur.

Cautio erronea quādoque committitur.

f *Committetur*. No. hic erroneā cautionē cōmitti: & ſic eſt contra. ſ. ſi quis cau. ſed & ſi. §. fin. & ī. de donat. ſi patronus. & ī. de fideiuſſor. ſi quis poſt. & ī. vt in poſ. legat. l. j. in princi. & §. j. & ī. de iur. & fac. igno. l. iuris. & l. error. quibus omnibus dicitur. quòd ex erronea cautione cum effectu non agitur. Solu. potes dare ſpeciales reſpōſiones: vt in illa, ſi quis cau. ſit circa iudicia ſpeciale. Item in illa de donat. ſit facta promiſsio à patrono, viuente adhuc liberto in cuius bonis fiebat promiſsio. Item in illa, de fideiuſſ. nullę erant reliquiæ principalis: vnde acceſſoria naſci non poteſt. Item in illa, vt in poſſeſ. leg. ſit ſpeciale ratione vltimæ voluntatis. Item in illa, de iuris & fac. igno. dicas quòd nec videtur prodeſſe alicui, nec nocere iuris error: cùm emptori non fiat niſi quod fieri eſt cōſuetū emptoribus. Vel dic ſecundum Azo. ꝙ vno verbo poſſunt tolli omnes iſtæ contrarietates, vt dicas, committitur ſtipulatio in tantum in quantum ageretur ex empto nulla interpoſita cautione: ſ. ad intereſſe. vt d. l. ſi quis cautionibus. vel ſi in nihilum poterat agi, non agetur interpoſita cautione: vt d. l. de dona. ſi patronus. & de fideiuſ. ſi quis poſt. & cōtra eum agi debet qui teneretur nulla interpoſita cautione: id eſt contra debitorem: non contra fideiuſſores per errorē iuris datos: vt in d. l. vt in poſſ. leg. & ſecundum hoc nullus damnificatur vel lucratur ex iuris ignorantia. & ſic non ob. l. de iur. & fac. igno. Et hæc omnia quando vendidit tāquam executor merus præcepto prætoris, non tanquam heres vel dominus. ſi autem vendidit vt quilibet vendit rem ſuam, tenetur cauere, & ex cautione conuenitur in duplum, & repetit à coherede: quia probabiliter errauit credens ſe teneri ad duplum: etiam ſi vt executor vendidit, id eſt iuſſu prætoris. & ita intelligitur ille ver. ſi autem &c. ſed in primo caſu quando non vt proprium, ſed vt merus executor, non repeteret partem dupli per actionem fami. erciſc. quia non teneretur niſi pro parte hereditaria. haberet enim exceptionem: vt probatur per leges contrarias.

*emptori.

*quamq;.

g *Oportet*. ſcilicet inſtitutum.

h *Effectus ſit*. adeundo: vt & ſ. eod. & puto. §. ſed ſi dolo. ſic A & infra pro ſocio. ſi id quod. in princ. & §. j.

i *Iudicio*. directo.

k *Sepeliuit*. vt in noſtro caſu.

l *Non habet*. ſcilicet directum.

m *Dicemus*. quia fecit quaſi heres: vnde habet locum directum. vt hic dicit. ar. ſ. directum ceſſat: vt hic dicit. Accur.

QVæ.} CASVS. Pater mihi filio emancipato cum eſſem in ſcholis, neceſſaria ſubminiſtrauit. pater deceſsit. nūc ago fam. erciſcundæ cū fratribus meis. quæritur an debeam illa quæ pater contulit mihi in ſcholis, in portionē meam cōputare? Et reſpon. ꝙ non, niſi probetur ꝙ pater animo illo cōtulit mihi vt computarē. aliàs ſi non probetur: tūc videtur feciſſe cauſa pietatis, & ſic donaſſe videtur. Viuia.

n *Comprobatus*. Ex eo ꝙ hic dicit, ſi non credendi &cet. colligunt quidam, quòd præſumatur in dubio pater donare. ſed ꝙ ſubijcit: ſed pietate &c. innuit contra. dic ergo quòd donare præſumitur ſiue alimēta, ſiue libros, ſiue arma, vel quid ſimile miſiſſe proponitur filio ſuo emancipato: vt C. eodem l. filiæ. & ī. de lib. ag. ſi quis à liberis. §. ſi mater. & ī. de dona. l. donationes. §. ſpecies. & ar. ī. de do. inter vi. & vxo. l. vtrū. & ſ. de neg. geſt. Neſennius. & C. de peri. ſuc. parē. l. j. li. x. Sed cōtra ī. de mune. & hono. & ſi filium. Sol. ibi loquitur de eo quod impēditur propter filij honorē poſt mortē patris: hic in vita patris: vt ī. ad muni. Lucius. §. idem reſpō. Itē not. quòd quidam dicunt (vt Pla.) hanc l. corrigi per aut. ex teſtamento. Sed tu dic contra: quia ſimplices donationes non conferuntur: vt ibi not.

*Fi...

o *Non patitur*. præſumpta ratione pietatis: ſicut & aliàs infra man. ſi verò non re. §. contrario. Accur.

FVndus.} CASVS. Paterfam. deceſsit inſtituto filio herede cum alijs. licet pater receperat fundum in dotē pro filio: filius tamen ante partem habere debet. Sed quid de fructibus? & dicitur quòd reſtituēdi ſunt ſibi omnes percepti poſt lit. conteſt. in iudicio fa. erciſc. & ipſe filius reddet impenſas coheredibus quæ fuerunt factæ pro fructibus. ante autē lit. conteſt. percepti non veniunt. cætera ſunt plana. Viuianus.

p *Inſtituerit*. idem & ſi exheredaſſet pater filium: vt infra de do. præleg. l. j. §. Celſus.

q *Debet*. vt & infra ſi filia. §. j.

r *Legata fuiſſet*. non dicit ꝙ poſsit prælegari, cū tantundem in vno legato quantū in alio, id eſt in dote continetur: vnde non valet legatum: vt inſti. de lega. §. ex contrario. Accur.

s *Poſt litem*. vel poſt motam interpellationem congruo loco & tempore factam: vt infra de vſur. l. mora. in princi. & infra de le. ij. l. Titia Seio. §. vſuræ. & C. de vſu. & fru. l. j. & ij. in fin. & l. fin. Accurſius.

t *Percepti*. & conſumpti.

*Pertinebunt.*

a *Pertinebunt.* cum enim ceteri coheredes bona fide poſsideant, ſuos faciunt. & ſi conſumpſerint ante lit. conteſt. non tenebuntur. ceterum poſt lit. cōteſta. fructus percepti ab eis omnino reſtituuntur, extent vel non: quia mala fide percipiuntur: vt inſtit. de offi. iudi. §. illorum. ſecundū Azo. vel dic vt s̄. e. inter. §. fructus.

b *Et impenſarum.* Vel iunge cum caſu præcedenti. ſ. quando poſt lit. conteſt. percipiuntur. Vel dic ſi vnus heredum impendit: recuperat ab alijs.

c *Debet.* ſ. cum poſt lit. conteſta. percipiuntur.

d *Hoc genus.* ſcilicet quod pro fructib⁹ fit: vt hic & j̄. ſol. ma. fructus. & s̄. de pet. her. ſi à patre. §. fin. & ſi pars her. pet. ſorori. §. ſumptus. & j̄. de vſur. l. videamus. §. penult.

e *Nam ſi ego.* mutat perſonas. Accurſius.

f *Confiteor.* Tu verò cōfiteris me heredem in nihilum.

g *Debeo.* quia poſsideo: vt s̄. eo. l. j.

h *Debui.* quia nomina nō veniunt: vt s̄. e. l. ij. §. ſi. Et ſic not. quędam venire in vno horum iudiciorum quæ in alio non veniunt: vt & ſupra ſi pars hered. pe. l. non poſſumus. Sed contra ſupra de pet. here. ſed & ſi lege. §. hoc ſenatuſconſultum. Sol. vt ibi.

M*Aeuius.*} C A S V S. Titius habebat fundum communem cū Mæuio: qui Titius deceſsit nobis hered. inſtitutis. egimus cum Mæuio: & nobis fundus eſt adiudicatus: & condēnati ſumus Mæuio in pecuniam. Certe ſi agamus famil. erci. de her. Titij: pro eo fundo agere poſſumus. {S E R V V S.} Seruum meum cum libertate heredem inſtitui: & cum eo etiam inſtitui Titium & Seium: & ſic tres erant heredes: & ille ſeruus negoria mea geſſerat. quæritur an Seius & Titius eum hoc iudicio poſsint conuenire: vt id quod habet penes ſe, reddat? Et reſpōdetur quòd ſic. videbatur quòd non: cū ſeruus ex ante geſto non tenetur. {C V M F A M I L I A E.} Si iudex admittat heredes ad licitationē rei her. iudex pro tota re debet licitationem facere, non pro parte: quia forte nihil valet.

i *In familiæ.* ſcilicet in ſolidum: quia propter hereditatē ad nos peruenit tota.

k *Præſtabit.* Videbatur quòd non: quia non tenetur ex ante geſto: vt Cod. an ſeruus

fuerint, æqualiter ad omnes heredes pertinebunt.[a] & impenſarum[b] ratio haberi debet:[c] quia nullus caſus interuenire poteſt, qui hoc[d] genus deductionis impediat.

*Si iudicium diuiſorium non facit præiudicium petitorio, admittitur ipſorum concurſus.* Bartolus.

Si ego à te hereditatem petere vellem, tu mecum familiæ erciſcundæ agere: ex cauſa vtriuſque noſtrum mos gerendus eſt. Nam ſi ego[e] totā hereditatem poſsideo, & te ex parte dimidia heredem eſſe confiteor[f], ſed à communione diſcedere volo?[g] impetrare debeo familiæ erciſcūdæ iudicium: quia aliter diuidi inter nos hereditas non poteſt. Item ſi tu iuſtam cauſam habes propter quam per hereditatis petitionem potius quàm familiæ erciſcundæ iudiciū negotium diſtrahere velis, tibi quoq; permittendū erit hereditatem petere. Nam quędam veniunt in hereditatis petitionem quæ in familiæ erciſcundæ iudicio nō deducuntur: veluti ſi ego debitor hereditarius ſim, iudicio familiæ erciſcundæ non conſequêris id quod defuncto debui:[h] per hereditatis petitionem conſequêris.

*Quod fuit defuncti, vel eius occaſione obuenit: in hoc iudicium venit.* Bartolus.

LII. IDEM libro ſecundo ad Vrſeium Ferocem.

MAeuius qui nos heredes fecit, rem communem habuit cum Attio, ſi cū Attio communi diuidundo egiſſemus, & nobis ea res adiudicata eſſet, venturam eam in familiæ[i] erciſcundæ iudicio Procul⁹ ait. Seruus liber & heres eſſe iuſſus, id quod ex rationibus quas patrifamilias geſsiſſet. et penes ſe retineret, iudicio familiæ erciſcundæ coheredibus ſuis præſtabit.[k]

*Valet ſententia ſi portiones inuicem cōpenſantur ſeu adæquantur: & in aliquo ſuperfluo alter tantummodo condemnatur.* Bartolus.

Arbiter familię erciſcūdę inter me et te ſumptus[l], quędā mihi, quædā tibi adiudicare volebat: pro his rebus alterū alteri cōdemnādos eſſe intellegebat. Quæſitum eſt an poſsit penſatione[m] vltro citroq; condemnationis facta, cum ſolum cuius ſumma excederet, eius dumtaxat ſummæ quæ ita excederet, damnare. & placuit poſſe id arbitrum facere.

*Res eſt æſtimanda prout valet vnita, nō prout valet diuiſa.* Bartolus.

B Cū familię erciſcūdæ vel cōmuni diuidūdo agitur, vniuerſæ res æſtimari debent, nō ſingularum rerū partes.[n]

LIII. VLPIANVS libro ſecundo Reſponſorum.

PEcuniam quā filius emācipatus ita credidit, vt patri ſolueretur,[o] ita demum in hereditatem patris numerari, ſi patri aduerſus filium eiuſdem quantitatis nomine actio[p] competebat.

*Si vnus ex heredibus vendidit partem ſuam certæ rei, non venit illa res in iudicio famil. erciſ.* Baldus.

LIIII. NERATIVS libro tertio Membranarum.

C EX hereditate Lucij Titij quæ mihi & tibi communis erat fundi partē meā alienaui: deinde familiæ erciſcundę iudicium inter nos acceptū eſt. neq; ea pars quę mea fuit in iudicio veniet, cū alienata de hereditate exierit: neque tua,[q] quia etiā ſi remanet in priſtino iure, hereditariaq; eſt, tamē alienatione meæ partis exijt de cōmunione. Vtrum autē vnus heres partem ſuam non alienauerit, an plures, nihil intereſt: ſi modò aliqua portio alienata ab aliquo ex heredibus, hereditaria eſſe deſijt.

LV. VLPIANVS libro ſecundo ad Edictum.

D SI familiæ erciſcundæ vel cōmuni diuidundo iudiciū agatur, & diuiſio tā difficilis ſit, vt penè impoſsibilis eſſe videatur: poteſt iudex in vnius perſonā totam condemnationem conferre, & adiudicare[r] omnes res.

LVI. PAVLVS libro viceſimotertio ad Edictum.

NOn ſolùm in finium regundorum, ſed & familiæ erciſcūdę iudicio prçteriti quoque temporis fructus[s] veniunt.

A ex ſuo fac. poſt ma. l. quamuis. Sed hic non cōuenitur rationę geſtionis: ſed quia rem communem poſsidet. Item nō videtur hæc actio ſcilicet fam. erciſ. dari: ſed neg. geſt. vt infra ſi cer. pet. l. eius qui in prouincia. §. j. quæ eſt contra. Solu. hic non loquitur niſi de his rebus quæ teſtatoris fuerunt: ibi de his quæ non fuerunt eius, ſed ei debebātur. Vel hic de acquiſitis ante mortē: ibi de poſt acquiſitis: quod in idē recidit.

l *Sumptus.* id eſt electus.

m *Compenſatione.* per condemnationem tali modo fit compenſatio: quia ſi tibi adiudicat rem vnam valentē pro mea parte. xv. & te cōdemnat in xv. & ſic xxx. & mihi poſtea rē vnam adiudicat: & me condemnet in x. pro tua parte: ideoq́ue cū videas tali modo compenſationem hincinde admitti: te ſolum in quinque condemnare debebit: vt hic, & C. de iure do. l. fin. §. penult. & argu. infra titu. j. ſi quis putans. §. ſi fundus. & §. idem Iulianus. & C. communi diuidundo. l. pen. Accurſius.

n *Partes.* maior enim fit æſtimatio partis dimidiæ re tota æſtimata, quàm ſi per ſe ſeparata pars dimidia æſtimetur: vt hic, & C. cōmuni diui. l. j. §. j.

o P*Ecuniā. Solueretur.* mādauit enim filius cum crederet patri ſolui pecuniam: ex tali mādato nulla cōpetit actio patri. Quod enim dicitur. infra. ſi cert. pet. l. certi condictio. §. ſi nummos. locum habet, cum perſona alicuius eſt adiecta vt ſibi quæratur obligatio. at hic perſona patris eſt adiecta ad ſolutionem tantū, ſicut ſi ſtipulatus mihi eſſem aut Seio: vt infra de verbo. oblig. l. eum qui. § ſibi.

p *Actio.* ſcilicet rei vindicatio, vt quia pecunia eſt patris.

q E*X hereditate. Neq; tua.* ſcilicet vt diuidatur, ſed vt tibi ſoli detur: vt ſupra eodē. l. heredes. § ſi teſtator. quæ eſt contra.

S*I familiæ.*} C A S V S. Si diuidi hereditas commode non poteſt, nunquid poteſt iudex vni totam adiudicare: & alterum cui adiudicat, condemnare alij in pecunia? Et reſpond. quòd ſic.

r *Adiudicare.* vt C. Communi diui. l. ad officium.

s N*On ſolū. Fructus.* vt & ſupra titu. j. l. iiij. §. poſt litem autem conteſtatam.

Arbitra.

Caſum ponit.

a ARbitro. Fratres. hic coram arbitro fuit lis conteſt. & ſic lite cont. diuiſerunt ſuo conſenſu non expectata arbitri ſententia. hæc quidem diuiſio non reſcinditur niſi ætatis ratione, ſecundum Azo.

A

l Seruare debet. vt & ſupra tit. j. l. fin. Vel pone exemplum: j. e. l. iudicem j. quod intellige niſi ſit ſpecialiter pactum inhibitum: vt j. eo. l. in hoc iudicium. §. ſi conuenit. Item intellige eſſe ſeruandum vel ad actionem, vel ad exceptionem. nec enim ſemper agi poteſt quaſi fiat incontinenti eo ipſo ꝙ fit cõmunione durante. vnde non ſtatur pacto ſi eſt nudum, ad actionẽ pariendum: vt C. fami. erciſcund. ſi diuiſionẽ, quę eſt contra. Accurſius.

COMMVNI DIVIDVNDO.

Si diuiſio fiat iudicio pendente, iudicis officium euaneſcit. Bartolus.

LVII. PAPINIANVS libro ſecundo Reſponſorum.

ARbitro quoque accepto fratres[a] communẽ hereditatem conſenſu diuidentes, pietatis officio funguntur: quam reuocari non oportet, licet arbiter ſententiam iurgio perempto non dixerit, ſi non intercedat ætatis auxilium.

## COMMVNI DIVIDVNDO.

## TITVLVS III.

I. PAVLVS libro vicenſimotertio ad Edictum.

COmmuni diuidundo iudicium ideo neceſſarium fuit, ꝙ pro ſocio actio magis[b] ad perſonales inuicẽ præſtationes pertinet, quàm ad communium rerum diuiſionem. Denique ceſſat cõmuni diuidundo iudicium[c], ſi res communis non ſit.

II. GAIVS libro ſeptimo ad Edictum Prouinciale.

NIhil autẽ intereſt, cũ ſocietate, an ſine ſocietate res inter aliquos cõmunis ſit. nã vtroque caſu locus eſt cõmuni diuidundo iudicio. Cum ſocietate res cõmunis eſt, veluti inter eos qui pariter eandẽ rem emerunt[d]. Sine ſocietate cõmunis eſt, veluti inter eos quibus eadem res teſtamento legata eſt. In tribus duplicibus iudicijs, familiæ erciſcundę, communi diuidũdo, finium regundorũ, quæritur quis actor intelligatur: quia par cauſa omnium videtur.[e] Sed magis placuit eũ videri actorẽ, qui ad iudicium prouocaſſet.[f]

III. VLPIANVS libro trigenſimo ad Sabinum.

IN cõmuni diuidundo iudicio nihil peruenit vltra diuiſionem rerum ipſarum quæ communes ſint, & ſi quid in his dãni[g] datum factúmve eſt, ſiue quid eo nomine[h] aut abeſt alicui ſociorum[i], aut ad eum peruenit[k] ex re communi.

Si quid ipſi ſine dolo malo inter ſe pepigerunt: id in primis & familię erciſcundę & communi diuidundo iudex ſeruare debet.[l]

B

IIII. IDEM libro nono ad Edictum.

PEr hoc iudicium[m] corporaliũ rerũ fit diuiſio, quarum rerum dominiũ habemus, non etiam hereditatis[n]. De puteo quæritur, an communi diuidundo iudicio agi poſſit. Et ait Mela ita demum poſſe, ſi ſolum eius commune ſit[o]. Hoc iudicium bonæ fidei eſt: quare ſi vna res indiuiſa relicta ſit, valebit vtique & ceterarum diuiſio: & poterit iterum[p] communi diuidundo agi de ea quæ indiuiſa manſit. C Sicut autem ipſius rei diuiſio venit in communi diuidundo iudicio, ita etiam præſtationes veniũt: & ideo ſi quis impenſas fecerit, conſequetur. Sed & ſi non cum ipſo ſocio agat, ſed cum herede ſocij, Labeo rectè exiſtimat impenſas & fructus à defuncto perceptos venire. Planè fructus ante percepti quàm res cõmunis eſſet, vel ſumptus antè facti, in cõmuni diuidundo iudicium non veniunt[q]. Ea propter ſcribit Iulianus, ſi miſſi in poſſeſſionem damni infecti ſimus[r], & antequam poſſidere iu- D beremur[s], ego inſulam fulſero, ſumptum iſtum communi diuidũdo iudicio cõſequi me non poſſe[t].

V. IVLIANVS libro ſecundo ad Vrſeium Ferocem.

Communi. } CASVS. Ego & tu habebamus rem communem ex cauſa ſocietatis, quam volo diuidere. certè agam communi diuid. non pro ſocio. pro ſocio enim agitur ad hoc ſi petere piſſes fructus ex re cõmuni. Sed pone quòd vnus noſtrum ſuã partẽ vendidit. certè iam nõ agitur cõmuni diuid. cũ nõ eſt quod diuidatur: ſed agitur cũ nouo conſorte. Viuia.

b Magis. electiue ponitur hæc dictio magis, non comparatiue: vt & illud. Magis volo eſſe diues, quam pauper. Non enim ad diuiſionem pro ſocio intẽditur: vt hic, & j. pro ſocio. l. actione. §. ſi poſt. in fi. §. Itẽ pro ſocio actio intẽditur, vt res non cõmunis communicetur: vt j. pro ſocio. l. ſi quis ſocietatem. & vt not. ſupra titu. j. item ex diuerſo. in fi.

Communi diuidundo iudicium aliud vtile, aliud directum.

c Iudicium. ſcilicet directum. vtile vero habet locum quandoque etiam ſi res non ſit cõmunis: vt j. eod. ſi quis putans. in princip. & l. ſed poſtquam. & l. in ſumma. quæ ſunt contra. Vel dic quòd ceſſat directum & vtile, ſi nec eſt nec fuit communis: vt hic. cæterũ ſi fuit, ſed non eſt: habet locum vtile. ſi vero fuit & eſt, tunc directum.

d NIhil autem. Emerunt. animo ineundæ ſocietatis, & eſt ſimile per omnia inſti. de obliga. ex quaſi contractu. §. item ſi inter. Accur.

e Videtur. vt ſupra titu. j. l. inter. §. qui familiæ.

f Prouocaſſet. quod ſi non apparet. ſorte dirimitur: vt ſupra de iudi. l. in tribus.

IN communi. } CASVS. Ego & tu habebamus rem communem. ſi hoc iudicio agamus, quid veniat in hoc iudicio, quęritur. Et reſpon. quòd nihil vltra diuiſionem rei, & præſtationes: puta ſi quis fructus percepit. vel aliud, vel damnum dedit, vel impendit aliquid. {SI QVID.} Si aliqui qui habent rem communem, pactum inter ſe fecerint, iudex debet illud pactum ſeruare, ſi ſine dolo fecerunt. Viuianus.

g Damni. vt & j. eo. l. & ſi non. §. venit. Accur.

h Eo nomine. id eſt occaſione communionis: vt & ſ. de noxa. ſi in re communi.

i Sociorum. vt quia impendit in re communi. Accur.

k Peruenit. vt quia fructus ex re communi percepit: & ſubaudi, venit in iudicium communi diuidundo.

PEr hoc. } CASVS. Ego & tu habebã rem corporalem in cõmuni: & eius dominiũ noſtrum erat. nunquid venit in hoc iudicio? Et reſpon. quòd ſic: ſed hereditatis non: cũ ſit incorporalis. Item ſi habemus puteũ cõmunem, venit in hoc iudicium: ſi terra ſit communis illius putei. Tertio dicit, Pone ꝙ ego & tu habemus multas res cõmunes: eas diuidimus. quędã res adhuc remanſit in communi, & indiuiſa. nũquid poſſumus pro ea agere adhuc communi diui? Et reſpon. quòd ſic. {SICVT.} Si habeam rem communem, & tu impenſas facias, & pro ea hoc iudicio agamus: nunquid partem impenſæ à me conſequeris? Et reſpõ. quòd ſic. Itẽ ſi tu deceſsiſti poſt quam & alia de re cõmuni perceperas: nunquid cum heredibus tuis agi poteſt? & reſpon. quòd ſic. Viuia.

m Per hoc iudicium. directum. Nã vtile etiã pro incorporalibus: vt j. eo. l. arbor. §. ſi.

n Hereditatis. i. rerum quarum dominium habemus ex hereditaria cauſa prius non intentato iudicio fami. erciſc. ſecundũ Azo. Vel dic hereditatis ideo quia ius eſt: & ſic pro diuiſo, in eo quòd ius poſsideri non poteſt: vt ſ. de rei vin. l. Pomponius, ſi ex æquis. in fi. Item quia in ea ſunt res quarum dominiũ non habemus: vt ſupra de pe. here. & non tantum. quod eſt neceſſe. ſ. vt ſimus domini rei diuidendę per hoc iudicium: vt hic, & infra proxi. §. & ſ. tit. j. l. inter. j. reſpon. Accur.

o Cõmune ſit. vt & ſ. proxi. reſpõ. dixi modo. Et ſubaudi hic, vel quaſi commune: vt quia emerit à non domino. Vel alias competit actio, ſi non ſint domini: vt j. eo. l. communi diuidundo. §. ij. Hoc enim tantum remouetur ne competat, ſi ius audiendi ſolummodo habent, ſecundum Azo.

p Iterum. Secus in actione familiæ erciſcundę. vt ſ. tit. j. ſi filia. §. familiæ. quæ eſt contra. Accur.

q Non veniunt. ſicut nec in fami. erciſcun. vt ſ. tit. j. & puto. §. ſed & ſi dolo.

r Simus. & ſic ſumus plures.

s Iuberemur. ex ſecundo decreto.

t Non poſſe. ſcilicet directo, ſed vtili, & ſtatim dices infra. l. proxi.

proxi. quòd ſic, non ob. ſupra de noxa. ſi ſeruus communis. in qua eſt contra. Accurſius.

A detur quòd ſic. Viuianus.

c *Vtili.* id efficaci: vt innuitur in ij. reſpon. huius l. Accur.

d *Iudicio.* cum eo cum quo re vera communi erat: vt hic, & infra eo. ſi quis cum. & l. in hoc iudicio. circa princip.

e *Titius.* cum quo erat communis.

SEd ſi res non defenderetur, & ideo iuſsi ſumus à prætore eas ædes poſsidere, & ex hoc dominium[a] earum nãciſceremur, reſpõdit Proculus communi diuidundo iudicio partem eius impẽſæ[b] me ſeruaturum eſſe.

V. VLPIANVS libro nonodecimo ad Edictum.

SI quis putans ſibi cum Titio fundum communem eſſe, fructus perceperit, vel ſumptum fecerit, cum eſſet cum alio communis, agi poterit vtili[c] communi diuidundo iudicio[d]. Quare & ſi fundum Titius[e] alienauerit: licet hic communi diuidundo iudicio locus non ſit[f], quia à communione diſceſſum eſt, vtili tamen locum futurum, quod datur de præſtationibus, quotiens communis* eſſe deſiit.

*Fructus veniunt in hoc iudicio, ſiue immediate percipiantur à ſocio, ſiue locentur colono nomine communi. ſi vero locentur nomine proprio, damnũ ad locantem ſpectabit: interim vero erit commune. Bartolus.*

C Siue autem locãdo fundum communem ſiue colendo, de fundo communi quid ſocius conſecutus ſit, communi diuidundo iudicio tenebitur. Et ſi quidem cõmuni nomine id fecit, neq; lucrum neq; damnum ſentire eum oportet. Si verò non cõmuni nomine, ſed vt lucretur ſolus, magis eſſe oportet vt & damnũ ad ipſum[g] reſpiciat. Hoc autẽ ideo preſtat cõmuni diuidundo iudicio[h], quia videtur partẽ ſuã non potuiſſe expeditè[i] locare. Ceterum non aliàs cõmuni diuidundo iudicio locus erit, vt & Papinianus ſcribit, niſi id demum geſsit, ſine quo partem ſuam rectè adminiſtrare non potuit. Alioquin ſi potuit,[k] habet negotiorũ geſtorũ actionem, eaq; tenetur. Si quid poſt acceptum cõmuni diuidundo iudiciũ fuerit impenſum, Nerua rectè exiſtimat étiam hoc venire. Sed & partum[l] venire Sabinus & Atilicinus reſponderunt. Sed & acceſsionem[m] & deceſsionẽ[n] hoc iudicium accipere iidem exiſtimauerunt. Si quis in cõmunem locum[o] mortuũ intulerit, an religioſum fecerit, videndum eſt. Sanè ius quidẽ inferẽdi in ſepulchrũ[p] vnicuiq; inſolidum competit: locum autem purum alter nõ poteſt facere religioſum. Trebatius autem & Labeo quanquam putant non eſſe locum religioſum[q] factum, tamen putant in factũ[r] agendum[s]. Si damni infecti in ſolidum prædibus* caueris, Labeo ait communi diuidundo iudicium tibi non eſſe: cũ neceſſe tibi non fuerit inſolidum cauere, ſed ſufficere pro parte[t] tua. quæ ſententia vera eſt. Si fundus communis nobis ſit, ſed pignori datus à me[u], venit quidem in cõmuni diuidundo, ſed ius pignoris creditori[x] manebit, etiam ſi adiudicatus[y] fuerit. Nam & ſi pars ſocio tradita fuiſſet, integrum maneret[z]. Arbitrum autem communi diuidundo hoc minoris[a] partem[b] æſtimare debere[c], quòd ex pacto vendere

D

* in ſolidũ pro ædibus.

{Sed ſi res.} CASVS. Ego & tu habebamus domum: & Mæuius habebat domum ruinoſam iuxta: noluit cauere: & ideo poſiti ſumus in poſſeſsione. nunquid hoc iudicio poſſum partem ſiue totum recuperare à te ſocio? Et certe ſic vtili & non directo. Si autem feci impenſas tempore quo ſumus domini, & ſumus miſsi ex ſecundo decreto: nunc directo iudicio poſſum recuperare à te: vt in l. ſequenti, quę continuatur cum iſta. Viuianus.

a *Dominiũ earum.* No. pro ſententia Io. quòd miſſus ex ſecũdo decreto, fit dominus ſi erat prior poſſeſſor dominus: vt dixi plene ſupra ſi ex noxali cauſa aga. l. ij. in fi. Accurſius.

b *Impenſæ.* ſcilicet factæ poſtquam dominium ſumus nacti. ſi verò ante ſecundum decretum, poſt primum tamen, & ſic poſt miſſionem factæ ſunt: nõ directum, ſed vtile locum habet: vt j. de dã. infec. ſi finita. §. cum autem plures. & d. l. s. de noxa. ſi ſeruus communis. quæ ſunt contra. Accurſius.

{Si quis.} CASVS. Habebam rem communem cum Titio patre: & credebam eam habere communem cum Titio filio: vnde fructus percepi, vel ſumptus feci. nunquid poſſum agere cum Titio patre, cum quo res eſt communis, qui alienauit partem ſuam? nunquid adhuc erit communi diu. iud? Et reſpon. quòd ſic vtile. {SIVE AVTEM.} Planus eſt cum §. ſeq. vſque ad §. ſi fundus. {SI FVNDVS.} Ego & tu habebamus fundum communem. ego obligaui partem meam creditori meo. quæritur an poſſumus diuidere nihilominus? Et dicit quòd creditori remanet hypothecaria in parte mea, etiam ſi fundus fuerit tibi totus adiudicatus. idem ſi fuit diuiſus regionibus inter nos, vt pars quondam mea pro indiuiſo remaneat obligata: ſed ſi tibi adiudicat, partem meam minus æſtimat iudex: quia obligata eſt, & quia creditor vendere poteſt. {IDEM.} Tria dicit: Ego & tu habebamus ſeruum communem, qui valet x. tu obligaſti mihi partem tuam pro tribus. nunc agis communi diuidundo. certe repellam te except. quia facis id per quod vis extinguere pignus meum: puta ſi mihi adiudicatur pars tua. Secundo pone quòd non fui vſus exceptio. certè aut iudex tibi debitori adiudicat totum, & condemnat in æſtimatione partis meæ: & in tua remanet mihi ius pignoris. aut mihi: & tunc condemnat me tibi in eo quod plus valet tua pars, quàm ſumma debiti. {VERIIVS.} Ego & tu locum communem habemus in quo ædificaui. quidam vicinus nuntiauit nouum opus: ego nihilo minus ædificaui, cum hoc expediret mihi & ſocio, licet de non ædificando forte ſub pœna promiſeramus. & quia contra prohibitionem feci, fui condemnatus ad intereſſe nuntianti. an hoc recuperem à te pro parte, quæritur. Et reſpon-

ff. Vetus.

f *Non ſit.* ſcilicet directo. ſic ſupra eod. l. j. quæ eſt contra. & infra eod. in ſumma. Accurſius

g *Ad ipſum.* lucrum vero commune ſit: vt inſtitut. de ſocietate. §. manet. & C. de ædi. priuat. l. ſi is contra quem.

h *Iudicio.* non negot. geſt. vt ſupra familiæ erciſcun. l. heredes. §. non tantum. Sed contra. C. de nego. geſto. ſiue pro fratre. in princip. Solu. vt diximus in d. §. non tantum.

i *Expeditè.* vt & inſtitut. de offic. iudic. §. quòd ſi commode. Accurſius.

k *Potuit.* vt ſupra de neg. geſt. ſi cõmunes. & l. qui aliena. §. fina. Nec famil. erciſcund. vt ſupra titu. j. l. heredes. §. ſi vnus.

l *Sed & partum.* vt & in famil. erciſcund. vt ſupra titu. j. l. partum. nam omnia veniunt etiam ex officio poſt lite. conteſta. vt infra de ædil. edic. l. ædiles. §. item ſciendum. Accurſius.

m *Acceſsionem.* id eſt lucrum.

n *Deceſsionem.* id eſt damnum.

o *In communem locum.* ſcilicet purum.

p *In ſepulchrum.* commune, & inuitis ſociis: vt inſtitu. de rerum di. §. in commune.

q *Religioſum.* niſi vnus ſocius inferatur: vt infra de relig. ſi plures. Accurſius.

r *In factum.* quia aliquid religioſitatis habet.

s *Agendum.* ſcilicet vt aut corpus tollatur: aut vt pretium ſuæ partis præſtetur. nec tamen prohibet communi diui. agi vt res diuidatur, & damnum ſarciatur: vt infra de relig. l. ij. §. an ſocius. & l. is qui. quæ ſunt contra. Sed & ſi ad hoc vt tollatur, agitur communi diuidundo: non puto abſonum.

t *Pro parte.* vt infra de interroga. actio. non alienum. ſed contra. infra de dam. infec. l. in ſtipulatione damni. Sol. vt diximus ſupra de neg. geſt. ſi communes. Azo.

u *A me.* extraneo creditori.

x *Creditori manebit.* in parte quę fuit obligãtis, & pro indiuiſo adhuc: vt j. qui. mo. pig. vel hypo. ſol. l. ſi conſenſerit. §. fin.

y *Adiudicatus.* ſcilicet vni ſoli. Sed nunquid ſi debitori fuerit tota res adiudicata, partem tantum creditor habebit obligatam? Reſpon. vtique ſecundum Io. vt infra qui. modis pig. vel hyp. ſol. l. ſi conſenſerit. §. fin. Arg. contra infra de act. empt. l. Iulianus. §. idem Celſus.

z *Integrum maneret.* ſcilicet ius creditori.

a *Minoris.* ſcilicet pretij. Azo.

b *Partem.* ſcilicet eius qui obligauit. Azo.

c *Debere.* compenſatione habita: vt ſ. tit. j. l. Mæuius. §. arbiter. Azo.

a *Eam.* ſcilicet partem. Azo. & ſic dubius euentus.
b *Pigneratitia.* ſ. quia pignori mihi ſit. id enim agit propter qđ deſinere eſſe pignori poteſt. ſ. re adiudicata creditori. Azo.
c *Partis.* ſcilicet meæ, quæ pignori non fuit.
d *Manere.* nec ob hoc quòd alteri adiudicat, perit pignus. manere enim &c. Azo.

eam[a] rem creditor poteſt, Iulianus ait. Idē Iulianus ſcribit, ſi is cum quo ſeruū communē habebā, partē ſuā mihi pignori dederit, & cōmuni diuidundo agere cœperit, pigneratitia[b] exceptione eum ſummoueri debere. Sed ſi exceptione vſus non fuero, officiū iudicis erit, vt cū debitori totum hominem adiudicauerit, partis[c] æſtimatione eū cōdemnet. manere[d] enim integrū ius pignoris. Quòd ſi adiudicauerit iudex mihi, tanti dūtaxat me condēnet,[e] quāto pluris pignus ſit quàm pecunia credita: & debitorē à me iubeat liberari. Officio iudicis etiam talis adiudicatio fieri poteſt, vt alteri fundum, alteri vſumfructū adiudicet. Cetera eadem ſunt,† quæ in familiæ erciſcūdæ iudicio tractauimus.[f] Vrſeius ait, cum in communi ædificij vicinus nuntiauit[g] ne quid operis fieret, ſi vnus[h] ex ſociis ex hac cauſa dānatus fuiſſet,[i] poſſe eam pœnam à ſocio pro parte ſeruare. Iulianus autem rectè notat ita demum hoc verum eſſe, ſi interfuit ædium hoc fieri.[k]

† Eadē eſt enim ratio hereditatis, & cuiuſlibet alterius rei communis, vt eleganter oſtēdit Cice. in oratio. pro Roſ. Comœd. circa fin.

*Fructus vectigalis venit in hoc iudicio non diuidendus, ſed adiudicandus. Bart.*

VII. IDEM libro vicenſimo* ad Edictum.

* lib. 30. ad Sabinum.

COmmuni diuidūdo iudicium locū habet & in vectigali agro.[l] Vectigalis ager an regionib[9] diuidi poſſit, videndum. Magis autem debet iudex abſtinere huiuſmodi diuiſione: alioquin præſtatio vectigalis confundetur.[m] Neratius ſcribit, arbitrum, ſi regionibus fundū non vectigalē[n] diuiſum, duobus adiudicauerit,[o] poſſe quaſi in duobus[p] fundis ſeruitutem imponere. Qui in rem Publicianam habent, etiam cōmuni diuidūdo iudicium poſſunt exercere. Ex quibuſdam autem[q] cauſis vindicatio ceſſat. Si tamen iuſta cauſa eſt poſsidendi, vtile communi diuidundo competit: vtputa ſi ex cauſa indebiti ſoluti[r] res poſsideatur.

*Inter eos qui non habent iuſtā poſſeſsionem, non competit hoc iudicium. Item ſi petitor tantum iniuſte poſsidere dicatur, ab hoc iudicio remouetur. Bartolus.*

Inter prædones autem hoc iudicium locum non habet:[s] nec ſi precario poſsideant, locum habebit: nec ſi clam, quia iniuſta eſt poſſeſsio iſta: precaria vero iuſta quidem, ſed quæ non pergat ad iudicij[t] vigorem. Iulianus ſcribit, ſi alter poſſeſſor[u] prouocet, alter dicat eum vi poſsidere, non debere hoc iudicium dari, nec poſt annum quidem: quia placuit etiam poſt annum in eum qui vi deiecit, interdictum reddi.[x] Et ſi precario (inquit) dicat eum poſsidere,[y] adhuc ceſſabit hoc iudicium: quia & de precario interdictum datur. Sed & ſi clam dicatur poſsidere qui prouocat, dicendum eſſe ait ceſſare hoc iudicium. Nam de clandeſtina[z] poſſeſsione competere

e *Me condemnet.* compenſatione habita: vt ſupra titu. j. Meuius. §. arbiter.
f *Tractauimus.* vbi diximus quia nec erit communis vſusfru. vt ſ. tit. j. & puto. §. Iulianus. Et ſic no. hic ꝙ iura quæ ſeruantur in act. fa. erci. & in hoc iudicio ſunt ſeruāda regulariter: vt & j. eodē. l. arbor. in fin. Fallit autem in multis: vt & ſ. eodem. l. per hoc. §. hoc iudiciū. quæ ſunt contra.
g *Nuntiauit.* & ſic omnibus: quia ipſi rei fit.
h *Si vnus.* qui poſt nūtiationem fecit. Azo.
i *Damnatus fuiſſet.* ſ. ad intereſſe: quod quidē eſſe poteſt, ſi actori placuerit: vt j. de no. ope. nun. l. antepe. §. ſiue.
k *Hoc fieri.* id eſt ædificari vel refici magis intererat ſociorū, quā ſeruare nuntiationem. vnde agit: vt ſ. de peti. hered. vtiles. & ſic non eſt contra. j. de oper. no. nun. l. de pupillo. §. ſi plurium. vbi dicit vnum de ſociis propter factum alterius dānum non pati.

COmmuni.} CASVS. Duo habebāt fundum in emphyteuſin. volebāt agere pro eo hoc iudicio: an poſſint quæritur. Et reſp. quòd ſic: ſed nō vt diuidatur inter eos, ſed adiudicetur. alioquin ſi poſſet diuidi, iam deſtrueretur pręſtatio pēſionis: quia id quod datur integrum pro fundo, iam daretur immutatum. {NERATIVS.} Duo habebāt fundum communem, & non vectigalem: ne obſtaret prin. huius. l. quia vectigal non non diuiditur. volunt ipſi agere inter ſe hoc iudicio: vnde iudicem adiuerunt. iſte iudex vult diuidere hunc fundum & partiri, & vni parti ſeruitutem imponere, & alij non. nunquid poteſt? Et reſpon. quòd ſic. {QVI IN REM.} Duo emerunt rem à non domino. licet non ſint domini, tamen agent communi di. Item ſi duo à non domino indebitum, ſibi credentes deberi, acceperunt, idem eſt vt poſsint diuidere hoc iudicio vtili. {INTER PRAEDONES.} Plani ſunt iſti ambo. §. §. ſed primus loquitur quando ambo erant malæ fid. in §. Iulianus. loquitur quando vnus erat malæ fid. & alius bonæ fid. & vtrobique ceſſat hoc iud. communi diui.
l *Agro.* ſicut & famil. erciſ. vt ſ. tit. j. item prædia.
m *Confundetur.* propter plures præſtationes, quod non expedit: vt ſ. tit. j. l. iij. j. reſpon. & j. de alı. leg. l. ij. Et not. hic argu. optimum in quæſtione tali Sabbatina: Titius conduxit à me prædium in emphy. ſub annua penſione. deceſsit duobus relictis heredibus. vnus ſoluit vel ſoluere paratus eſt partem ſuam penſionis, alter non. ego dico neminem poſſe ſoluere partem, ſicut Titius non potuit: & ita elapſo triennio vtrunque repellere volo, ne confundatur præſtatio vectigalis: vt hic. ſed illud conſidera econtra: quia obligatio penſionis in vnumquemque pro hereditaria parte diuiditur, licet defunctus ita ſe liberare non potuit: vt j. de verb. oblig. l. in executionibus. & C. de pac. l. pacto. ſed pœnam nullus eorum euitat quin contra vnumquenque eorum pro parte hereditaria committatur: vt ſcilicet cadat à ſuo iure, licet quis pro parte ſoluat, vel ſoluere paratus ſit: ſicut in conuentionali pœna dicitur, vbi erat datio in obligatione: ſecus ſi factum erat diuiduū: vt j. de verb. obli. l. ſtipulationum aliæ. §. fin. & l. ea. §. j. & ſ. tit. j. heredes. §. an ea. ita & in hac legali dico Pla. dominum dixit præiudicaſſe accipiendo partem, tam in reuocatione rei quàm in pœna. Dicat ergo ſi accipit, ſaluo iure ſuo, vt omnium ſeruetur opinio: argu. j. quibus mo. pig. vel hypo. ſol. ſi debitor. §. in venditione. & hoc eſt argu. ad feudum vt non diuidatur inter heredes vaſalli.

Sabbatina quæſtio.

Fundum diuidi non debet,

n *Non vectigalem.* Secus ſi vectigalis eſſet. non enim valeret diuiſio: vt ſupra proxi. reſpon. Accurſius.
o *Adiudicauerit.* quod poteſt: vt & ſ. ti. j. item Labeo. §. j.
p *Duobus.* duo enim ſunt poſt diuiſionem: vt & ſupra communia prædio. l. ſi quis duas. §. j. & j. de leg. j. plane. §. fin.
q *Ex quibuſdam autem.* Melius dixiſſet enim: vt iſta eſſet ratio præcedentium, quia emit à nō domino. Vel dic, dixit dare hāc actionē ſi habeat iure prætorio vtilē rei vind. ſed ſi de iure ciuili, habet vtilem rei vindi. idem eſt quòd habet locum hæc actio. & hic dicit quando à non domino ſoluta eſt: & ceſſat Publiciana: quia non eſt ex iuſta cauſa tradita. Accurſius.
r *Soluti.* ab eo qui nō erat dominus. & tunc qui bo. fid. accepit, vſucapit: vt j. pro ſuo. l. hominem. Azo. & habet locum vtilis actio hoc caſu.
s *Non habet.* Sed quid ſi ſine ti. fuerint duo bonæ fid. poſsit? Reſpon. non agunt communi di. vt ſupra famil. erciſcun. inter coheredes. j. reſpon. licet in eod. ti. l. item prædia. ſit argu. contra. Item etiam aliud argu. contra. in ea. l. §. ſi duo. in fine. Sed ibi qualemqualem habent cauſam illi miſsi. Vel dic ibi non agunt niſi ſecundo interpoſito decreto: vel pro eo quod expendit ante ſecundum decretum, agitur vtili: vel pro eo quod expendit poſt, directa: vt infra de dam. infect. ſi finita. §. cum autem plures. Et hoc idem probatur. ſupra eodem. l. iij. j. reſpon. & l. iiij. j. reſpon. & §. de puteo. Poſſet etiam dici alia ratione competere hanc actionem miſsis in poſſeſſ. quia ius pignoris habent: vt C. qui po. in pig. habeantur. l. ſi fundus. & l. ſi decreto.
t *Iudicij.* vel etiam Publicianæ: vt ſ. de Publi. l. quæcunque. §. interdum. Sed pergit ad vti poſsid. interdictum: vt infra vti poſsid. ſi duo. Ioan.
u *Poſſeſſor.* prædo. Azo.
x *Interdictum reddi.* in quantum peruenit ad violentum: vt j. de vi & vi arm. l. j. in prin. vel habet locum perpetuo vt excipiatur: vt C. de excep. l. licet. Accurſius.
y *Dicat eum poſsidere.* qui prouocat. Azo.
z *De clandeſtina.* vt de precaria ſuperiori caſu.

Interdictum,

a *Interdictum.* quod vi aut clam, vel vti poſsi. Azo.
b *Dari.* No. duos creditores communi diui. iu. agere. ſic & ſupra famil. erciſcun. ſi pignori. Azo.
c *Dari debet.* vt & ſ. de vſufru. l. ſi cuius rei. §. ſed ſi inter duos.
d *Legatorum.* ſcilicet dari debet.

A meam tibi venderẽ, quam cũ alio communem habeo. ante traditionem tibi factã aliam partem conſecutus ſum. totũ habes: vt j. man. ſi mandauero. §. Iulianus. & l. qui negotia. §. cum heres. vel dic, mandaſti vt tibi emerem partem cuiuſdam rei: quod feci: & antequam traderem, alia pars eſt adiudicata mihi communi diuidun. iudicio compelleris quidem totam accipere. Eodem modo in tutore & geſtorũ negotiorum qui emerũt nomine pupilli vel domini partem rei: tamẽ poſtea totam oportuit eos accipere per hoc iudicium. nam in totum dominus & pupillus accipere tenentur: & hoc ſubiicit, ceteriſque huius generis &c. Bul.

interdictum[a] inquit. Si duo ſint qui rem pignori acceperũt, æquiſsimũ eſſe vtile cõmuni diuidundo iudiciũ dari[b]. Sed & ſi de vſufructu ſit inter duos controuerſia, dari debet[c]. Idẽ ſi duo à prætore miſsi ſint in poſſeſsionẽ legatorum[d]. Eſt enim iuſta cauſa poſsidendi, cuſtodiæ gratia. Ergo & ſi duo vẽtres,[e] idem erit dicendũ. quód habet rationem. Planè ſi iam dãni in- B fecti miſſus iuſſus ſit poſsidere,[f] nõ erit huic vtili iudicio locus: cũ vindicationem[g] habere poſsit. Cum de vſufructu cõmuni diuidundo iudiciũ agitur.[h] iudex officiũ ſuũ ita diriget, vt vel regionibus eis vti frui permittat, vel locet vſumfructum vni ex illis, vel tertiæ perſonæ: vt hi penſiones ſine vlla controuerſia percipiant: vel ſi res mobiles ſint, etiã ſic poterit,[i] vt inter eos conueniat: caueantq; per tempora ſe vſuros & fruituros: hoc eſt vt apud ſingulos mutua vice certo tempore ſit C vſuſfructus.[k] Neq; colonis, neq; eis qui depoſitum ſuſceperunt, hoc iudicium cõpetit, quamuis naturaliter poſſideant[l]. Inter eos qui pignori acceperunt, talis diuiſio fieri debet, vt non vero pretio æſtimetur pars,[m] ſed in tantũ dumtaxat, quantum pro ea parte debetur: & adſignetur quidem pignus vni ex creditoribus, licentia tamen non denegetur debitori debitum offerre,[n] & pignus ſuum luere. Idemque[o] dicitur & ſi poſſeſſor pignoris, litis æſtimationem pigneratitiam[p] in rem agenti offerat.[q] D

*Debitor certæ partis pro indiuiſo, ſi in diuiſione tota res ſibi fuerit adiudicata, totum dare debebit, & habere quod pro adiudicatione dedit: ſed ſi tota alteri fuerit adiudicata, liberabitur ſoluendo: & pretium quod pro adiudicatione dedit, recipit. Bartolus.*

Si debitor communis prædij partem pignori dedit, & à domio alterius partis prouocatus creditor eius,[r] aut ab alio creditore alterius[s] debitoris licendo ſuperauit, & debitor eius[t] cui res fuit adiudicata, velit partem ſuam prædij recuperare ſoluto eo[u] quod ipſe debuit: eleganter dicitur non eſſe audiendum, niſi & eam partem paratus ſit recuperare quam creditor per adiudicationem emit. Nam & ſi partem vendideris rei,[x] & prius quàm traderes emptori, communi diuidundo iudicio prouocatus fueris, aliaque pars tibi adiudicata ſit, conſequenter dicitur ex empto agi non poſſe, niſi totam rem ſuſcipere fuerit paratus: quia hæc pars beneficio alterius venditori acceſsit. quinimmo etiam ex vendito poſſe conueniri emptorem, vt recipiat totum. Solum illud ſpectandũ erit, num forte fraus aliqua venditoris interuenit. Sed & ſi diſtracta parte ceſſerit victus licitatione venditor, æquè vt pretium reſtituat, ex empto tenebitur.[y] Hæc eadem & in mandato,[z] ceteriſque huius generis iudiciis ſeruantur.

*Vnus ex ſociis volens diuidere, poteſt alios ad diuiſionem etiam inuitos prouocare: item propter dubium admittitur petitio incerta tam in hac actione quàm in rei vindicatione. h. d. iſta lex.*

VIII. PAVLVS libro viceſimotertio ad Edictum.

ET ſi non omnes qui rem communem habent, ſed certi ex his diuidere deſiderant, hoc iudicium inter eos[a] accipi poteſt. Si incertum ſit an lex Falcidia locum habeat inter legatarium & heredem, communi diuidundo agi poteſt: aut incertæ partis

e *Duo ventres.* Forte diuerterat ab vxore prægnante, & aliam duxit: quæ ex eo ſimiliter concepit: poſteaque deceſsit. ambæ mitti debent in poſſeſsionem. Vel forte duæ miſſæ ſunt ideo quia dubitabatur quæ legitima eſſet. Accurſius.
f *Poſsidere.* ex ſecundo decreto: vt infra de dam. infect. ſi finita. §. Iulianus ſcribit. Accurſius.
g *Vindicationem.* ſcilicet directam: & ideo directum iudicium locum habet: vt ſupra e. ſed ſi res.
h *Agitur.* ſiue ſint ſocij in vſufruct. ſiue non: quod eſſe poteſt: vt infra de pecu. ſed ſi duo. §. idem & ſupra titu. j. l. & puto. in princip. & §. vſuſfruct.
i *Sic poterit.* ſcilicet diuiſio fieri. Accurſius.
k *Sit vſuſfructus.* id eſt commoditas vſuſfru. ius enim durat donec legitimo modo pereat. Azo.
l *Poſsideant.* ſcilicet alij, non ſibi. vel poſſideant, id eſt detineãt. nec enim naturalem vel ciuilem habent poſſeſsionem: vt infra de preca. l. certe. §. is qui rogauit. & ſic expones infra de vſur. l. videamus. §. ſi poſſeſſionem. & facit C. de præſcript. xxx. ann. l. ij. pro hac tamen detentatione tenetur rei vindi. vt ſupra de rei vindi. l. officium. licet poſsit dominum in iudicio nominare: vt C. vbi in rem act. l. ij.
m *Pars.* ſi iudex alteri creditori rem adiudicare vult. ſic ſupra fami. erciſcũ. ſi pignori. Accurſius.
n *Debitum offerre.* ſcilicet prius, & quod poſtea ſolutum eſt: vt infra qui po. in pigno. hab. l. ſi prior. §. ſciendum. & de diſtin. pigno. l. cum poſterior. Azo.
o *Idẽmque.* vt debitor poſsit luere.
p *Pigneratitia.* id eſt hypothecaria.
q *Offerat.* vt j. de pigne. actio. l. ſi creditor qui rem. Accur.
r *Creditor eius.* quod fieri poteſt: vt C. eo. l. ſi probatum. Ac.
s *Alterius debitoris.* ergo duo qui rem communem habebant, pignori obligauerunt creditoribus ſuis, forte non ſimul.
t *Et debitor eius.* ſcilicet poſtmodum.
u *Soluto eo.* ſcilicet tantum. Accurſius.
x *Rei.* ſcilicet communis tibi & alij.
y *Ex empto tenebitur.* vt hic habes: & infra de act. empt. l. Iulianus. §. idem Celſus.
z *In mandato.* De mandato da exemplũ: mandaſti mihi vt rem

ET *ſi non omnes.* CASVS in prin. eſt planus. SI INCERTVM. Teſtator legauit mihi fundum: heres detrahere vult Falcidiã: ſed neſcit quantum: interim tamen poſſum agere cum herede iudicio communi diui. Item rei vind. pro parte incerta. Secundo teſtator legauit ſeruum in ſuo peculio erat fundus. heres vult ex eo fundo quod domino debebatur detrahere: ſed adhuc neſcit quantum illud ſit. certe interim cum herede agetur communi diuid. & rei vindic. pro incerta parte. SI COMMVNIS. Ego & tu habemus ſeruum qui valet x. fecit autẽ furtum extraneo in xx ego conuentus noxaliter dedi, cum magis ſeruum dare debebam, certe non conſequar à te niſi dimidiam ei ſcilicet quód valet ſeruus. Secundo dicit idem ſi ſeruus communis qui eſt in peculio apud me in v. & quinque apud ſocium contraxit cum extraneo. & in xx. ſe obligauit: & ego conuentus dedi xx. creditori peculiari, cum non niſi v. dare debui. nam non repetam à te niſi v. quæ ſunt apud te de peculio eius. hec quidem petam: & ſi illa. v. perierunt poſtquam fui damnatus. hoc autem probat tali ſimili. nam ſi mandet dominus procuratori ſuo defenſionem ſerui: ſi dominus de peculio conueniatur ratione ſerui, & procu. damnetur: certe dominus tenetur: & etiã ſi res peculij pereant poſt condemnati procur. niſi procurator fuiſſet in culpa, vt quia dominus volebat cedere rebus peculiaribus creditori, & procurator noluit, ſed magis voluit damnari. Viuianus.

Pomponius ſcribit, eiuſdẽ hominis nomine rectè plures ad exhibendũ agere poſſe: forte ſi homo primi ſit, ſecundi in eo vſusfructus ſit, tertius poſſeſsionem ſuam contendat, quartus pigneratum ſibi cum adfirmet. Omnibus igitur ad exhibendum actio cõpetit: quia omnium intereſt exhiberi hominem.

*Exceptiones quæ requirunt altiorem indaginem, in cauſis ſummariis non admittuntur: ſed in cauſis principalibus reſeruantur. Bartolus.*

Ibidem † ſubiungit, iudicem per arbitrium ſibi ex hac actione commiſſum etiam exceptiones æſtimare quas poſſeſſor obiicit: & ſi qua tã euidens ſit, vt facile repellat agentem, debere poſſeſſorẽ abſolui.[c] ſi obſcurior,[d] vel quæ habeat altiorem quæſtionem, differendam in directum[e] iudicium, re exhiberi iuſſa. De quibuſdam tamen B exceptionibus[f] omnimodo[g] ipſum debere diſceptare, qui [de] ad exhibendũ actione iudicat, veluti pacti conuenti, doli mali,[h] iuriſiurandi, rei quæ iudicata eſt.

*Pro inſtrumentis non poteſt agi ad exhibendum pro alio intereſſe quàm dominij, ſecus in aliis rebus. Bartolus.*

Interdum æquitas exhibitionis efficit, vt quamuis ad exhibendum agi non poſsit, in factum tamen actio detur: vt Iulianus tractat. Seruus (inquit) vxoris meæ rationes meas conſcripſit.[i] hæ rationes à te poſsidentur. deſidero eas exhiberi. Ait Iu- C lianus, ſiquidẽ [in] mea charta ſcriptæ ſunt, locum eſſe huic actioni, quia & vindicare[k] eas poſſum. nam cum charta mea ſit: & quod ſcriptum eſt, meum eſt.[l] Sed ſi charta mea non fuit: quia vindicare non poſſum, nec ad exhibendum experiri. in factum igitur mihi actionem competere[m]. Sciendum eſt, aduerſus poſſeſſorem hac actione agendum, non ſolum eum qui ciuiliter, ſed & cum qui naturaliter incumbat poſſeſsioni. Denique crediD torem[n] qui pignori rem accepit, ad exhibendum teneri placet.

IIII. POMPONIVS libro ſexto ad Sabinum.

NAm & cum eo apud quem depoſita[o] vel cui commodata vel locata res ſit, agi poteſt.

V. VLPIANVS libro vicenſimoquarto ad Edictum.

---

A ſtatim enim exhibebitur ei: vt ĩ.eo.l. theſaurus. & C. de fide inſtr.l.fi. Et no. de ſummaria cognitione, eã habere locum in actione ad exhibendũ. Itẽ in eo qui negatur filius vel pater, cum de alẽdis eis quæritur: vt infra de libe.agno.ſi quis à lib. §. ſi vel parens. Item in poſſeſsione Carboniana danda, qua ſummatim quæritur ſit filius vel non: vt ĩ. de Carb.edi.l.iij.§.cauſæ.in fin. Item & in ea quæ petit ſe nomine ventris in poſſeſsionẽ mitti, fuerit vxor, vel nurus, vel non: vt ĩ.de ven. in poſ.mit.l.j.§.ſi ea. Itẽ in cautione pro legato dando præſtanda, an calumnioſe legatarius petat: vt ĩ. vt in poſ.leg.l.ſi is à quo. §.j. Item in cautione duplæ, ſit præſtãda, vel non: vt ĩ.de præto. ſtipu.l.j.§.fi. Item an res in qua ſit executio, ſit de bonis condemnati: cum inde referatur quæſtio: vt ĩ.de re iu. à diuo Pio. §. ſi ſuper rebus. Itẽ an ſit in poſ. mittendus actor poſt lit. conteſta. vt C. vbi in rem.act.l. ij. in fin. Item an actio de teſtamento cauſæ liberali ſit præponenda: vt ſ̃. de pe.her.l.ſi quis lib. §. plane. Item & ĩ. de ap.re.l.j. Item in l. Aquil. vt ſ̃.ad le. Aquil. l. in lege. regulariter autẽ contra: quia ſemper plenarie eſt cognoſcendum: vt C.de iu.l.indices. quę eſt cõtra. Sol. illud regulariter: prædicta autem ſpecialia.

*Cognitio ſummaria in multis locum habet.*

a *Ad reſtituendũ.* quia culpa poſsidere deſiit. Accurſius.

b *Quod nequaquam.* nemo enim ex ſua improbitate conſequitur actionem: vt ĩ. de fur.l. itaque. Accurſius.

** actor. Improbitas nemini debet opitulari.*

c *Abſolui.* vt & ar. ĩ. vt in poſ. leg. ſi is à quo. in princ. vbi dicit, hodie conſtat &c. & arg. ĩ.de Carbo.edic. l. iij. §.cauſæ. in fin §.

d *Si obſcurior.* de facto, & ideo prolixior: vt ſi dicat ſe ſpecificaſſe, vel ferruminaſſe. nã ſi bona fide, eſſet dominus: aliàs non. quare dico eſſe differẽdum. Et facit in hoc C. de rei vindi.l.ordinarij at altior dicitur propter iuris ſubtilitatem: vt infra ad Trebel.l.ille à quo. §. ſi de teſtamento. & non differendum quod maiorem poſcit indaginem: vt hic, & C.de compen.l.fi. aliàs non: vt ar. C.de bo.quæ libe.l.fin.in fi. & ĩ.de eo quod cer.lo.l.quòd ſi Epheſi. §. interdum. ſemper tamen admittuntur, tardè vel citò: vt dictum eſt. Sed arg. contra ĩ.quod vi aut clam.l.j.§. denique. vbi dicit contra interdictum quod vi aut clam exceptionem non admitti. Sed ibi intellige, ſcilicet talis aliqua quæ ibi dicitur: proponuntur tamen aliæ. Accurſius.

e *In directum.* ſic eſt ergo hoc extraordinarium.

f *Exceptionibus.* quæſitis reo pro poſſeſsione retinenda.

g *Omnimodo.* ſcilicet ſtatim & illico, ſecundum Py. & Io. Ac.

h *Doli mali.* in actione quærenda commiſsi, aliàs ſi diceres in eo de quo modo agitur, hoc ſemper locum habet: & ſic nihil remaneret. regulariter contra: ad quod infra de except.do.l.ij. §.j. & §.generaliter. Accurſius.

i *Conſcripſit.* me mandante: vt ſupra de edend. ſi quis ex argentariis. §. pertinere. alioquin contra: vt C. de eden.l.j.

k *Quia & vindicare.* hæc ratio non eſt bona: quia & qui dominus non eſt, agit hac actione. Sed dic quòd hæc ratio in ſola charta locum habet: ſecus in aliis: vt ſupra eodem.l.j.

l *Meum eſt.* vt & ſ̃.de rei vin.in rem.§.ſed & id quod. Accurſius.

m *Competere.* hæc omnia ſunt vera cum pro charta ago, in qua tamen non eſt teſtamentum. tunc enim agitur vel interdicto de tabu. exhib. ſi poſſeſſor neget penes ſe tabulas eſſe, vel debere exhibere: aut interdicto quemadmo. teſta.ape. ſi confiteatur: vt infra quemadmo. teſta.ape. l.ij.§.fin. Sed rei vind. & ad exhi. heredi tantùm competit, ſi charta tantùm teſtatoris fuerit: vt in prædict. titu.l.iij. alij vero non: vt ſupra ea.l. §. ſi quis extra. Et no. in charta, quòd ſi non dico me dominum, & hoc ſummatim probem: etſi mea intereſt, non datur mihi ad exhib. actio. ſed ſecus in aliis rebus vbicunque mea intereſt mihi rem alienam exhiberi: vt modo dixi, & ſ̃. eo.l.j. plene no. Item not. quot modis pro inſtrumentis vel chartis agitur: vt dixi ſupra de eden.l. quædam. circa prin. Accurſius.

n *Creditorem.* hic ciuiliter poſsidet: vt ĩ.de vſucap. ſerui nomine.

o NAm & cum eo. *Depoſita.* hic naturaliter incumbit. Io. vt ſ̃.titu.j.l. communi diuidundo.§.neque.

CElſus. } CASVS. Locaui plauſtrario merces vehendas, qui currum conduxit vt eas in eo poneret: quas volo mihi exhiberi: & dicit quòd debeo agere cum plauſtrario, vel herede: vel ſi neuter eorum eſt, tunc cum domino horrei. nam licet alij non ſint, ſcilicet plauſtrarius vel heres, tenetur qui poteſt exhibere, ſcilicet dominus horrei. Secundo reddit rationem quare plauſtrarius teneatur, ſcilicet quia teneret eas loco pignoris pro mercede. Tertio dicit, quòd ſi quis teneret rem cauſa rei ſeruandæ, vel ſi aliquis mihi pure legauit vſumfruc. quarundam rerum, puta earundem rerum proprietatem legauit Titio ſub conditione: heres autẽ credidit mihi fructuario non exacta cautione de reſtituẽda finito vſufruct. & cõſumpſi rem

rem prædictam: an habeat hanc actionem Titius, quæritur, ſi exiſtat conditio legatæ proprietatis? Et reſpon. quòd aut fuiſti in dolo, ſaltem præſumpto: vt quia ſciens Titio legatũ, non exegiſti cautionem: & teneris ei ad exhibendum: niſi ipſi Titius fuerit à me ſtipulatus: quod poteſt. aut non dolo malo: vel quia ignoraſti legatum Titio: & tunc non teneris: ſed ego teneor act. in factum. Item emptor tenetur ad exhibendum pro rutis & cæſis. {ITEM CELSVS.} Si in area mea ſtercus poſuiſti: potes contra me agere ad exhibendum, ſi totum vis tollere, aliàs non. {SED ET SI RATIS.} Si volo abducere nauem meam in fundũ tuum vi fluminis delatam, poſſum agere ad exhibendum: ſed ego tibi cauere de damno debeo. {ITEM SI QVIS.} Planus eſt.

a *Si quis.* ſcilicet Titius carrucarius. Azo.

b *In horreo.* quod Titius conduxit ab alio.

c *Conductore.* ſcilicet qui conduxit merces vehendas. Accurſius.

d *Cum horreario.* id eſt cum domino horrei à quo Titius conduxit horreum.

e *Si à nullo.* id eſt nec à Titio, nec ab herede.

f *Idem ait.* ſ. quærendo. Azo.

g *Pignus.* id eſt merces loco pignoris pro mercede ſoluẽda. Azo. reſpon. ita, vt infra qui po. in pign. ha. l. huius. Accurſius.

h *Quæ ſpecies.* propoſita in horreario: non in vectore.

i *Teneri.* licet non vere poſsideant: ſicut & rei vind. vt ſupra de rei vind. l. officium. in fin. Accurſius.

k *Eum teneri.* ſicut diximus teneri horrei conductorẽ vel dic, Iulianus ſcribit teneri cõductorẽ horrei, ſicut qui rerum vel legatorum ſeruan. &c. Azo. & dic teneri domino proprietatis: qui dicit ſua intereſſe rem exhiberi. vel puncta ibi ſcribit. Acc.

l *In poſſeſsione.* vt & creditor & legatarius.

m *Oporteat exhibere.* ſententia lata pro eo qui actionem ad exhibendum intendit.

n *Priorem quidem.* id eſt creditorem, vel legatarium: vt in ordine literæ patet ſupra §. Iulianus.

o *Actor.* id eſt debitor. Azo. & facit infra eodem. l. Iulianus. §. quantum. & infra eadem. l. §. item Celſus. Accur.

p *Habeat.* ſic ſcilicet oporteat exhibere.

q *Is autem.* ſcilicet creditor. idem in legatario dico. ſed fructuarius ab his differt: quia naturalem habet poſſeſsionem, quam non habet creditor: ſed tantùm in poſſeſsione eſt, ſecũdum quoſdam: vt ĩ. de aqui. poſſ. l. iij. §. fi.

r *Teneri.* vt & ĩ. de act. emp. fundi. §. ſi ruta. & etiam ex vendito: vt C. de act. empt. l. ij.

A

CElſus ſcribit: Si quis [a] merces quas exuehẽdas conduxit, in horreo [b] poſuit, cum conductore [c] ad exhibendum agi poteſt. item ſi mortuo conductore heres exiſtat, cum herede agendum. ſed ſi nemo heres ſit, cũ horreario [d] agendũ. Nam ſi à nullo [e] (inquit) poſsidentur, verum eſt aut horreariũ poſsidere, aut certe ille eſt qui poſ-

B

ſit exhibere. Idem ait [f], quomodo autem poſsidet qui vehendas conduxit? an quia pignus [g] tenet? quę ſpecies [h] oſtẽdit etiam eos qui facultatem exhibendi habent, ad exhibẽdum teneri [i].

*Nota quòd reſtitutio quam facit vſufructuarius colonus, priuat dominum poſſeſsione. Bartolus.*

Iulianus † autẽ ita ſcribit, ad exhibendum actione teneri eum [k] qui rerum vel legatorum ſeruandorum cauſa in poſſeſsione [l] ſit. ſed & eum qui vſusfructus nomine rem teneat: quamuis nec hic vtiq; poſsideat. Inde Iulian' quæ-

C

rit, quatenus hos oporteat exhibere [m]. Et ait priorem quidem [n] ſic, vt actor [o] poſſeſsionem habeat [p]: is autem [q] cum quo agetur, rei ſeruandæ cauſa ſit in poſſeſsione. eum vero qui vſumfructum habeat, ſic vt actor rem poſſideat: is cum quo agetur, vtatur fruatur. Idem Iulianus ſcribit, emptorem qui ruta cæſa † non reſtituit, ad exhibendum teneri [r] inquantum in litem iurauero. Sed ibi adiicit, ſi emptor poſsi-

D

deat [s], aut dolo fecit quò minus poſsideat.

*Nota quòd ſicut alibi nõ admittitur particularis ſolutio: ita hic non admittitur particularis receptio inuito reo. Baldus.*

Item Celſus ſcribit, ſtercus quod in aream meam congeſſiſti, per ad exhibendũ actionem poſſe te conſequi [t] vt tollas: ſic tamen vt totum tollas. ceterùm aliàs non poſſe. [u] Sed & ſi ratis delata ſit vi fluminis in agrum alterius, poſſe eum conueniri ad exhibẽdum Neratius ſcribit. Vnde quærit Neratius, vtrum de futuro duntaxat damno, an & de præterito [x] domino agri cauendum ſit. Et ait etiam de præterito caueri oportere. Sed & ſi de ruina aliquid in

B

tuã areã vel in tuas ædes deciderit, tenebris ad exhibendum, licet non poſsideas. Itẽ ſi quis facultatem reſtituẽdi non habeat, licet poſsideat, tamen ad exhibendum non tenebitur: vtputa ſi in fuga ſeruus ſit. Ad hoc planè ſolũ tenebitur, vt caueat ſe exhibiturum [y] ſi in poteſtatem eius peruenerit. Sed & ſi nõ ſit in fuga, permiſeris autem ei vbi velit morari: idem erit dicendum: aut [ſi] peregrè ad te miſſus ſit, vel in prædiis tuis agat: ad hoc ſolum tenebe-

C

ris, vt caueas.

*Quando obſtaculum eſt in medio, prius debet agi ad remotionem obſtaculi, quàm vlterius procedatur. Baldus.*

VI. PAVLVS libro quartodecimo ad Sabinum.

GEmma incluſa [z] auro alieno, vel ſigillũ candelabro, vindicari non poteſt: [a] ſed vt excludatur, ad exhibẽdum agi poteſt: aliter atq; in tigno [b] iuncto ædibus, * de quo nec ad exhibendum agi poteſt: quia lex duodecim tabularũ ſolui vetaret: [c] ſed actione de tigno iũcto ex eadem lege in duplum agitur.

* Aedibus alienis.

D

VII. VLPIANVS libro vicenſimo quarto ad Edictum.

TIgni appellatione omnẽ materiam in lege duodecim tabularum accipimus, vt quibuſdam * rectè videtur. Sed ſi rotam meam vehiculo aptaueris, teneberis ad exhibendum. & ita Pomponius ſcribit: quamuis tunc ciuiliter nõ poſsideas. [d]

* Gaio. l. adeo. §. cũ in ſuo. de acqui. re. do. & l. tigni. de ver. ſig.

s *Poſsideat.* vt teneatur. Accurſius.

t *Conſequi vt tollas.* licet enim videas ſtercus: nõ tamen ſufficit: quia rei videndæ, tangẽdæ, & deducẽdę facere debet poſſeſſor poteſtatem: vt ĩ. de lib. ho. exhib. quod lex. §. exhibere. & s. ead. l. §. idem Iulianus. cum reus in poſſeſsionem nihil velit contradicere actori, nec etiam de facto contradicat. ſic infra eod. tigni. §. item municipes. & §. ſi quis. & §. idem ſcribit. & §. ibidem. & l. ſi ad exhibendum.

u *Non poſſe.* ſcilicet te tollere pro parte, vt libereris me inuito: vt ĩ. de admi. tut. l. cum quæritur. Azo. & ĩ. de dam. infec. l. prætor. §. penul.

x *Et de præterito.* vt ĩ. de damn. infect. l. hoc amplius. §. Neratius. & ĩ. de incen. l. ratis. & hoc ideo, quia rẽ quæ petitur exhibenda tenet. alioquin ſi non detinet, non poſſet poſtulare: ſicut in compenſationibus quandoque euenit: vt infra de compenſa. ſi cum filio.

y *Se exhibiturum.* vt inſtitu. de offi. iudi. §. j. & in actione in rem idem: vt ſupra de rei vin. ſi autem. §. ſi per filium. ſecus in actione depoſiti, vbi depoſitarius nullum trahit commodũ, & ſic nullum damnum: vt infra depoſi. l. ſi ſine dolo. Accurſius.

{GEmma.} CASVS. Aliquis poſuit gẽmam meam in anulo ſuo. agere poſſum ad exhibendum, vt ſeparet ab anulo. Cetera plana ſunt vſque ad §. item municipes. Vi.

z *Incluſa.* bona fide. Azo.

a *Non poteſt.* ſi quæratur quid alteri cedat, diſtingue quid cuius ornãdi cauſa ponitur: vt ĩ. de auro & arg. le. etſi non ſint. §. perueniamus. quod ſi non apparet, tunc vtrumq; poſsidetur à ſuo domino, & etiam vſucapitur ſi nondum eſt vſucaptum: vt ĩ. de vſuca. l. rerum mixtura. §. quid ergo.

b *In tigno.* quod nec poſsideri dicitur: vt infra de adquirend. poſ. l. qui vniuerſas. in principio.

c *Vetaret.* ne vrbs deformetur: vt ĩ. de no. ope. nun. l. prætor. §. hoc interdictum. & ĩ. ne quid in loco pu. l. ij. §. ſi quis neminem. & inſtit. de rerum diuiſione. §. appellatione. niſi mala fide ſit iniunctum: vt s. de rei vindi. l. in rem. §. tignum. quæ eſt contra. Accurſius.

d {TIgni.} *Non poſsideas.* aliàs poſsideam. ſcilicet ego iniunctor: vt infra de adquirenda poſſeſſ. l. qui vniuerſas. in principio. & ſupra de rei vindicatione. l. in rem. §. fin. & ſic eſt hic mutatio perſonarum: & bene ponitur hic dictio, quamuis. ſi autem directè ponas quòd non poſsideat prior dominus, planum eſt.

Emble-

Idem & ſi armario vel naui tabulam meam, vel anſam ſcypho iunxeris, vel emblemata[a] *phialæ, vel purpuram veſtimẽto intexueris, aut brachium ſtatuę coadunaueris.[b]

*Nota quòd libellus poteſt dari cõtra communitatem, ſicut contra ſingularem perſonam. Baldus.*

Item municipes † ad exhibendum conueniri poſſunt: quia facultas eſt reſtituendi. Nam & poſsidere & vſucapere eos poſſe cõſtat.[c] Idem & in collegiis cæteriſq; corporibus[d] dicendum erit.

*In reo ſufficit quòd ſit in caſu condemnationis tempore ſentẽtiæ. ſed in actore requiritur quòd habebat in duobus temporibus, tempore lit. conteſta. & tempore ſententiæ. Baldus.*

Si quis non poſsideat litis conteſtatæ tempore, ſed poſtea ante ſententiam poſsidere cœperit, oportere dici putamus debere condemnari,[e] niſi reſtituat.

Si quis cum iudicij accepti tempore poſsideret, poſtea ſine dolo malo poſsidere deſierit, abſolui[f] eum oportet: quamuis[g] ſit (inquit Pomponius) quod ei imputetur cur non ſtatim reſtituit, ſed paſſus eſt ſecum litem conteſtari. Idem ſcribit ſi quis liti conteſtatę tempore poſſederit, deinde deſierit poſsidere, mox cœperit, ſiue ex eadem cauſa ſiue ex alia, condẽnari eum oportere, niſi reſtituat. Ibidem[h] non malè Pomponius iungit, eius qui ad exhibendum egit, vtroque tẽpore interfuiſſe oportere rem ei reſtitui: hoc eſt & quo lis conteſtatur, & quo fit condemnatio. Et ita Labeoni placet.

*Poſſeſsio ſuperueniens heredi, parit condemnationem ex inſtantia cœpta cum defuncto. Bartolus.*

VIII. IVLIANVS libro nono Digeſtorum.

SI ad exhibendum actum eſt cum eo qui neq; poſſidebat, neq; dolo malo fecerat quò minus poſsideret, deinde eo defuncto heres eius poſsidet rem, exhibere eam cogendus erit. Nam ſi fundum vel hominem petiero, & heres ex eadem[i] cauſa poſsidere cœperit, reſtituere cogitur.[k]

IX. VLPIANVS libro viceſimoquarto ad Edictum.

IVlianus ſcribit[l]: Si quis hominem quem poſsidebat, occiderit, ſiue ad aliũ tranſtulerit poſſeſsionem, ſiue ita rẽ corruperit ne haberi poſsit, ad exhibendum tenebitur[m]: quia dolo fecit quo minus poſsideret. Proinde & ſi vinum vel oleũ vel quid aliud effuderit, vel confregerit, ad exhibendũ tenebitur[n]. Glãs ex arbore tua in fundum meũ incidit, eam ego immiſſo pecore depaſco. qua actione poſſum teneri? Põponius ſcribit competere actionem ad exhibendũ, ſi dolo pecus immiſi vt glandem comederet. Nam & ſi glans extaret, nec patieris[o] me tollere, ad exhibendũ teneberis: quemadmodũ ſi materiã meam delatam in agrũ ſuũ quis auferre non pateretur[p]. Et placet nobis Põponij ſententia, ſiue glãs extet, ſiue cõſumpta ſit[q]. Sed ſi extet etiã interdicto de glã delegenda, vt mihi tertio[r] quoque die legendæ glandis facultas eſſet, vti potero, ſi damni infecti cauero.

*Forma eſt quæ dat eſſe rei: & commutata forma ſubſtantiali res non dicitur eadem, ſed diuerſa. Baldus.*

Si † quis rẽ fecit ad aliũ peruenire, videtur dolo feciſſe quò min⁹ poſsideat, ſi modò hoc doloſe fecerit. Sed ſi quis rem deteriorem exhibuerit, æquè ad exhibendũ[s] eum te-

a *Emblemata.* ornamenta ſunt vaſorum: vt infra de tri. vi. & ole. le. l. iij. §. j.

b *Coadunaueris.* hæc omnia vera ſunt, ſi agatur ad exhibendum: ſi ſunt adiũcta per applumbaturam, ſecus ſi per ferruminationem. tunc enim datur actio in factum: vt s̃. de rei vindic. l. in rem. §. itẽ ſi quæcunque.

c *Conſtat.* vt j̃. de adqui. poſſ. l. ij.

d *Corporibus.* quę varia ſunt: vt s̃. quod cuiuſque vniuer. l. j. in prin. Accurſius.

e *Condemnari.* ſic in actione in rem: vt s̃. de rei vin. l. ſi autẽ. §. poſſidere. & in peti. here. vt s̃. de pe. here. l. item videndum. §. ſi quis cũ. Idem in act. de pec. vt j̃. de pecu. l. quæſitum. in prin. Idem in actione depoſiti: vt j̃. depoſ. l. j. §. inde Neratius. ſed & ſi poſt ſententiã abſolutoriam cœpit poſsidere, tenetur nõ oppoſita exceptione rei iudi. vt j̃. de excep. rei iud. l. ſi quis ad exhi. & j̃. rẽ ra. ha. l. procurator ad exhibendum. in prin.

f *Abſolui.* ſic & maritus abſoluitur publicata dote in totum, vel pro parte: vt in ea. ſ. parte reddere non teneatur: vt j̃. ſoluto matrimonio. l. ſi conſtãte. §. fi. & ſic ex ſuperuenienti caſu fit abſolutio: vt j̃. ſo. ma. l. ſi mulier. & infra de cõdic. fur. ſi ſeruus. §. & ſi lite. Accurſius.

g *Quamuis.* correctiuè & aduerſatiuè legi poteſt, diſtinctione iuſti iniuſtique initij habita: vt no. s̃. de rei vind. item ſi verberatum. §. fina. & j̃. eod. l. de eo. §. ſi poſt.

h *Ibidem.* ſed videtur ſufficere de vno tempore: vt C. de in litem iurã. l. j. & s̃. ſi quis cau. l. qui autem. §. fin. & j̃. de fur. inter omnes. in prin. & j̃. de ſer. cor. l. doli. §. fina. quæ ſunt contra. Solu. in perſonalibus quæ non ſunt ſcriptæ in rem, ſatis eſt vel primo tempore vel ſecundo intereſſe: vt in contrariis: in aliis contra: vt hic. ſed quare hic & in præcedentibus. §§. fit mentio de reſtitutione rei in actione ad exhibẽ? Reſpon. vt dixi ſupra eo. l. Celſus. §. item Celſus. quia in poſſeſsione non reſiſtit.

† *Inſita & inuncta ornamenta, quæ eximi poterant cũ libitũ erat. Bud. hic.*

† *Concor. & facit tex. in l. 1. §. quibus. & in l. ciuitates. ſupra quod cuiuſque vniuer ſi. nomine.*

SI *ad exhibendum.*} CASVS planus eſt: quia heres meus condemnatur, licet teſtator non poſſederit, nec dolo fecerit quò minus poſsideret. Viuianus.

i *Ex eadem cauſa.* idem ſi ex alia: vt s̃. l. prox. §. idem ſcribit.

k *Cogitur.* ex eadem inſtantia, ſecus ſi cauſa non ſit inchoata: vt infra eo. de eo. §. fin. Accurſius.

IVlianus.} CASVS. In hac l. tenetur poſsidens ad exhibendũ. {GLANS.} Ego & tu habebamus prædia confinia: & ex arbore tua cecidit glans in fundũ meũ. ego pecus immiſi & feci paſci, nunquid teneor ad exhibendũ? Et reſpon. ꝙ ſic. Secundo mutat perſonas, ꝙ ſi glans mea cecidit in agrum tuum, & tu dominus fundi non patiaris me tollere, cum exiſtat: nunquid poſſum agere ad exhibendũ? Et reſp. quòd ſic. {SI QVIS.} Ago ad exhibendum vt rẽ exhibeas, & tu dolo deſiiſti poſsidere. adhuc mihi teneris ad exhibendũ quãtum iuratum fuit in litem. Item ſi ſcyphum in maſſam trãſtuliſti, & ſic deterioraſti ſcyphum & maſſam exhibeas: nũquid adhuc ad exhibẽdum teneris? Et reſpon. ꝙ ſic: quia videris rẽ interemiſſe. {SI TIBI.} Planus eſt. {QVANTVM.} Pro homine quem poſsidebas, egi actio. ad exhibendum. lite pendente compleuiſti vſuca. dum non poſſum eũ vindicare. hoc niſi ſim paratus ſubire iudi. quo ad rẽ, & quo ad fructus, ac ſi vſucaptus non eſſet. nã ad hoc vt liberetur quis in act. ad exhibẽdum, oportet vt talem rem exhibeat qualis erat tempore litis conteſt. vt actor ita poſsit vindicare eam non læſa ſua vindicatione. Secũdo pone. Egi pro ancilla act. ad exhibẽdum. peperit pendente lite. & certe partus venit in hoc iudicio, non res ſolũ reſtituenda. quod accipe, quando reus noluit in poſ. contradicere, vt ſit eadem conditio. ſimilis conditio ſeruatur actori & præſtatur, ac ſi tempore litis conte. ancilla fuiſſet exhibita & reſtituta. Tertio dicit quòd non ſolum hæ acceſsiones veniũt in act. ſed etiam damna quæ habuit actor ob hoc quòd non exhibetur vel tarde exhibetur, veniunt in act. Viuianus.

l *Iulianus ſcribit.* aliàs incipit lex, Iulianus. aliàs, ſi quis hominem.

m *Tenebitur.* vt & ar. s̃. de rei vin. ſi autem. §. ſed & is qui. & C. eo. l. ad exhibendum. Sed econtra j̃. e. cum ſeruus. ſed ibi à ſeruo, hic à domino ſiue poſſeſſore ipſo eſt dolus admiſſus. Accurſius.

n *Ad exhibendum tenebitur.* vt litis æſtimationem offerat delato iureiurando in litem: vt in prædicto caſu: vt infra de in litem iuran. l. in actione. §. j. Accurſius.

o *Nec patieris.* mutat perſonas. Azo.

p *Non pateretur.* vt & s̃. e. Celſus. §. ſed & ſi ratis. & h. d. Pomp.

q *Conſumpta ſit.* ſ. dolo. aliàs ſi ſine dolo, ageret in factũ ſubſidiaria lege Aquil. vt j̃. de præſcrip. ver. qui ſeruandarum. §. fin.

r *Tertio.* ſic ergo durat hoc interdictum tantùm per triduum à die qua ceciderit glans: quod eſt mirabile. Sed dic ideo dici proponi intra triduum: quia vix quis retardat vltra collectionem fructus ſui, vel quia conuertuntur in terram vltra dictũ tempus: non quòd non ſit natura huius interdicti vt perpetuo daretur, ſi tantũ fructus duraret: vt infra de actio. & obligat. l. in honorariis. Et appellatione glandis omnes accipe fructus: vt infra de glande leg. l. j. Accurſius.

s *Ad exhibendum.* imò in factũ: vt C. eo. l. exhibitionis. quę eſt contra

neri Sabinus ait. Sed hoc ibi vtiq; verum eſt, ſi dolo malo in aliud corpus res ſit trāſlata: veluti ſi ex ſcypho maſſa facta ſit. quanquam enim maſſam exhibeat, ad exhibēdum tenebitur. nam mutata forma prope interimit ſubſtātiam[a] rei. Marcellus ſcribit, ſi tibi[b] decem[c] nomiſmata ſint ſub cōditione legata, & mihi decem vſusfructus[d] purè, deinde heres pendente conditione[e] non exacta cautione decem fructuario ſoluerit, ad exhibēdum eum actione teneri[f], quaſi dolo fecerit quo minus poſsideret. Dolus autem in eo eſt quòd cautionē exigere ſuperſedit[g] à fructuario: effectumq; vt legatum tuum euaneſceret, cum iam nummos vindicare non poſſis[h]. Ita demum autē locum habebit ad exhibendū actio, ſi conditio extiterit legati. potuiſti tamen tibi proſpicere ſtipulatione legatorum: & ſi proſpexiſti, non erit tibi neceſſaria[i] ad exhibendum actio. Si tamen ignarus[k] legati tui, à fructuario ſatis non exegit, dicit Marcellus ceſſare ad exhibendum, ſcilicet quia nullus dolus eſt. ſuccurrendum tamen legatario in factum aduerſus fructuarium actione ait. Quantum autem ad hanc actionem attinet, exhibere eſt in eadem cauſa præſtare in qua fuit cū iudicium acciperetur:[l] vt quis copiam rei habens[m] poſſit[n] exequi actione* quā deſtinauit, in nullo caſu* quam intendit, læſa. quamuis non de reſtituendo, ſed de exhibēdo agatur. Proinde ſi poſt litem conteſtatam vſucaptū exhibeat, non videtur exhibuiſſe: cum petitor intentionem[o] ſuam perdiderit. & ideo abſolui eum non oportere: niſi paratus ſit repetita* die intentionem ſuſcipere: ita vt fructus[p] ſecundum legem æſtimentur.

Quia tamen cauſa petitori in hac actione reſtituitur,[q] Sabinus putauit partū quoque reſtituendum: ſiue prægnas fuerit[r] mulier, ſiue poſtea conceperit. quam ſententiam & Pomponius probat. Præterea vtilitates ſi quæ amiſſæ ſunt ob hoc quòd nō exhibetur, vel tardius quid exhibetur, æſtimandæ[s] à iudice ſunt. & ideo Neratius ait vtilitatem actoris venire in æſtimationem, non quanti res ſit[t]. quæ vtilitas, inquit, interdum minoris erit, quàm res erit.

*Etiam ei qui non eſt in mora, labitur terminus: tamen ille per quem labitur tenetur ad intereſſe. Baldus.*

x. PAVLVS libro viceſimo ſexto ad Edictum.

SI optione[u] intra certum tempus data iudicium in id tempus extractum[x] eſt quo fruſtra[y] exhibetur, vtilitas petitoris conſeruetur. Quòd ſi per heredem nō ſtetit quo minus exhiberet tempore iudicij accipiendi: abſoluendus eſt heres.

xi. VLPIANVS libro vicenſimo quarto ad Edictum.

SEd & ſi hereditas amiſſa ſit ob hoc quòd ſeruus non exhibeatur,[z] æquiſsimum eſt æſtimari officio iudicis damnum hereditatis.[a]

contra. Sol. ibi non erat dominus: hic ſic. Vel hic dicatur ad exhibendum id eſt in factum nomine exhibitionis. Vel diſtingue an ſit forma mutata, vt tunc detur: vt hic. an non: & tunc non detur: vt hic innuit, & infra eod. l. ſi quis. ſed detur in factum: vt in l. contraria.

a *Subſtantiam.* vt j. de auro & argen. le. l. Seiu. & ideo non liberatur: vt & ſupra de alie. iud. mu. cau. fac. ex hoc edicto. in prin. & dic quòd ſubſtantiam appellat ſtatum: ſed in Topicis Ariſto. ponitur pro mēbro ſub ſuo genere poſito in ſpecie vel diuiſione: quæ idea Græcè dicitur, ſecundum Azo.

b *Si tibi decem.* in ſpecie, nō in genere. aliàs quod j. dicitur de vindicatione, locum habere non poſſet.

c *Decem.* ſ. eorūdem.

d *Vſusfructus.* verus, nō quaſi: vt ſ. de vſufruct. l. numiſmatum.

e *Pendente conditione.* primi legati.

f *Teneri.* ſi extitit conditio, & finitus ſit vſusfructus. Accurſius.

g *Superſedit.* vt j. ad l. Fal. dolo. & infra de tribu. quod in heredem. §. ij. quam cautionem exigere hic potuit & debuit: vt ſupra de vſufruct. ea. re. l. hoc ſenatuſcon. §. ſi pecuniæ. Vel verius de illa quæ eſt ſ. vſufru. quemad. ca. l. j.

h *Non poſſis.* quia forte cōſumpti ſunt à fructuario.

i *Neceſſaria.* tamen agere poſsis.

k *Ignarus.* ſ. heres.

l *Acciperetur.* ſic & reſtituere dicitur, qui ſic reſtituit, vt eadem cauſa ſeruetur actori: vt j. de verb. ſignifi. l. reſtituere. Accurſius.

m *Habens.* ſ. actor per actionem ad exhibendum: vt & ſupra eodem. l. ij.

n *Poſſit exequi.* id eſt conſequi quod debetur, per actionem in rem vel per aliam quā præcedit hæc actio ad exhibendum. & hoc dico actione quam intendit, ſcilicet principali, in nullo caſu læſa: ſcilicet per vſucapionem vel alio modo: vt ſtatim ſubiicit, proinde &c.

o *Intentionem.* ſ. rei vindicatione: vt perinde ſit & nunc cū rei vindicatio intenditur, ac ſi intenderetur eo die quo actio ad exhibendum fuit propoſita. Sed nunquid ad hoc poteſt cogi vt reddat rem ac ſi vſucapta non eſſet: vt ſ. de rei vindi. l. ſi poſt. quæ eſt contra? Solu. hic non fuit perpetuata rei vindic. quia non fuit propoſita. Sed non interrupta actione ad exhibendum, & in rem actio interrupta videtur: vt C. de anna. except. l. fin. quæ eſt contra? Solu. poteſt dici quòd hic loquitur in vſucap. triennij: quæ non interrumpitur lit. conteſt. Sed ſecus in præſcriptione rerum immobilium. nam vna re petita, interrupta eſt præſcriptio in omnibus, ſecundum quoſdam. Tu dic ſecundum Ioan. idem in vtriſque. nam aut qui agit vna via, adiicit cauſam: & tunc in alia non interrumpit: vt hic. aut non adiicit: & tunc ſic, vt ibi. & ſic hic non interrumpitur. Alij verò dicunt ſemper interrumpi: ar. d. l. fi. & ſupra de iudi. l. ſolemus.

p *Fructus.* in rei vindi. ſequenti, vel etiam in actione ad exhibendum cum poſſeſſor non intendit ſuam: vt ſ. eod. l. ſi quis merces. §. idem Celſus ſcribit, ſtercus. & ſic intelligitur infra prox. reſpon.

q *Reſtituitur.* ſcilicet eadem omnino: vt tantum habeat actor quantum haberet exhibita re à principio, & nihil amplius: vt hic, & j. l. prox. & inſt. de offic. iud. §. ſi ad exhibendum. & j. ſi cer. petat. l. cum fundus. Accurſius.

r *Fuerit.* tempore litis conteſtat. in hac actione.

* *repetita, id eſt retrorſum petita. Bud.*

s *Aeſtimandæ.* hoc ſi erat malæ fid. poſ. cum enim bonæ fid. poſ. excuſetur à rei interitu, multo magis ab acceſſoriis: vt ſ. de pet. her. illud. Accurſius.

t *Res ſit.* ſcilicet res petita exhiberi ſit, ſcilicet tantum, cum hoc non intenderem: vt d. §. item Celſus ſcribit. Accurſius.

S{*I optione.*} CASVS. Teſtator legauit mihi vnum de ſeruis ſuis quem eligerem intra annum egi vt familia tota exhiberetur, vt ſic eligerem. ſed heres pertranſiit vt intra annum non exhiberet, ſed exhibuit poſt, quā do iam eligere nō poſſum, ſecundum verba teſtatoris, nihilominus condemnatur ad damnum meum. vel ſi heres non diſtulit ſtudioſe, abſoluitur. Viuianus.

u *Si optione.* ſ. data legatario, vel alij.

x *Extractū.* id eſt productum eſt.

y *Fruſtra.* iam elapſo tempore à teſtatore ſtatuto, & per dolum heredis.

S{*Ed & ſi.*} CASVS. Si egi ad exhibendum pro ſeruo: & quia non eſt exhibitus. vel tarde exhibitus, amiſi hereditatem in qua fui inſtitutus: venit damnum amiſſæ hereditatis. hoc dicit cū princip. l. ſequentis. {QVO AVTEM.} Pro ſeruo qui eſt Mutinæ, ego Bononien. ago actio. ad exhibendum, cum reus habeat forum Bononiē. quæritur vbi exhibendus ſit? Et dicit quòd Mutinæ: niſi ego actor velim Bon. duci meo periculo & impendiis, item veſtes & cibaria exhibere. in quibus ſic diſtinguitur: quia aut conſueuit ſe veſtire & paſcere Mutinæ ſeruus opera & artificio ſuo: quo caſu & hæc impenſa erit mei actoris periculo. aut poſſeſſor conſueuerat hoc præſtare & otioſo exiſtenti: & tunc præſtet poſſeſſor in itinere. Secundo dicit: Egi ad exhibendū pro ſeruo: & quia timebam ne alienares, feci ſequeſtrari. quis interim alet dum eſt apud ſequeſtrum? Diſtinguitur: aut à poſſeſſore fiebat, aut non fiebat impenſa: & tunc paſcam ego actor. Tertio redit ad primum, dicens quòd ſi poſſeſſor data opera Muti. adduxiſti vt incommodior eſſet mihi exhibitio eiús: ſumptu & periculo tuo adducetur Bon. {SI DE PLVRIBVS.} Planus eſt. Viuianus.

z *Exhibeatur.* quia cum ſeruum iuſsiſſet legatarius adire. Ac.

a *Dammum hereditatis.* vt inſtit. ad leg. Aquil. §. illud. Sed contra. j. de reg. iur. l. non videtur.

Ee

*Nota quòd ille tenetur ad impenſas, cuius gratia celebratur actio.* Bald.

Quo† autem loco exhiberi rē oporteat, vel cuius ſumptibus, videamus. Et Labeo ait ibi exhibendum vbi fuerit cum lis conteſtaretur: periculo & impendiis actoris[a] perferendā perducendamve eo loci vbi actū ſit. Paſcere planè[b] ſeruum, veſtire, curare*, poſſeſſorem oportere ait[c]. B Ego autē arbitror interdum etiam hæc actorem agnoſcere oportere, ſi forte ipſe ſeru' ex operis vel artificio ſuo ſolebat ſe exhibere, nunc verò cogitur vacare. Proinde & ſi apud officium[d] fuerit depoſitus exhibendus, cibaria debebit agnoſcere[e] qui exhiberi deſiderauit, ſi nō ſolebat poſſeſſor ſeruū paſcere. nā ſi ſolebat, ſicuti paſcit[f], ita & cibaria poteſt nō recuſare. Interdum tamen eò loci[g] exhiberi * debet ſuis ſumptibus, ſi forte proponas data opera eum in locum abditū res contuliſſe, vt actori incōmodior C eſſet exhibitio. Nam in hunc caſum ſuis ſumptibus & periculo debebit exhibere[h] in eum locum vbi agatur: ne ei calliditas[i] ſua proſit. Si de † pluribus rebus quis conueniatur, & litis conteſtatæ tēpore omnes poſſedit, licet poſtea quaſdam deſierit quāuis ſine dolo malo poſsidere, damnandum, niſi exhibeat eas quas poteſt.

XII. PAVLVS libro vicenſimoſexto ad Edictum.

DE eo exhibendo[k] quem quis in libertatem vindicare velit, huic actioni D locus eſſe[l] poteſt. Et filiusfamilias ea actione tenetur, ſi facultatē rei exhibendæ habet.

*Nota quòd in actu iterabili abſolutoria lata in primo, non parit exceptionem in ſecundo: dummodo probetur quòd actus non præſumitur: iteratus, de hoc no. j. de iniur. l. eum qui. §. in popularibus. Iſte text. ſemper allegatur per docto.* Baldus.

Sæpius ad exhibendum agenti,[m] ſi ex eadē cauſa agat, obſtaturam exceptionē Iulianus ait, Nouam autē cauſam interuenire, ſi is qui vindicandi[n] gratia egiſſet, poſt acceptum[o] iudiciū eam ab aliquo accepit: & ideo exceptionem ei non officere. Item ſi ei qui furti acturus, ad exhibendū egiſſet, iterum furtū factum B ſit. Denique ſi quis optandi gratia ad exhibendū egiſſet, & poſt litem cōteſtatam alterius teſtamento* optio data ſit, ad exhibendum agere poteſt. Si quis ex vuis meis muſtum fecerit, vel ex oliuis oleum, vel ex lana veſtimenta, cum ſciret hæc aliena eſſe, vtriuſque[p] nomine ad exhibendum actione tenebitur: quia quod ex re noſtra fit, noſtrum eſſe verius eſt[q].

*Quando res non erat æque peritura penes actorem, tenetur reus etiam ſi habebat iuſtam cauſam litigandi, quod eſt notādum.* Baldus.

C Si poſt iudicium acceptum homo mortuus ſit, quamuis ſine dolo malo & culpa poſſeſſoris[r]. tamē interdum tanti dānandus eſt, quanti actoris interfuerit per eū non effectum[s] quo minus tunc cū iudicium acciperetur, homo exhiberetur. Tanto magis ſi apparebit eo caſu mortuum eſſe, qui non incidiſſet ſi tūc exhibitus fuiſſet[t]. Si iuſta ex cauſà ſtatim exhiberi res non poſsit, iuſſu iudicis cauere debebit, ſe illo die[u] exhibiturum.

D *Heres in realibus iudiciis nec agit nec conuenitur vt heres.* Baldus.

Heres non quaſi heres, ſed ſuo nomine hac actione vti poteſt[x]. Itē heres poſſeſſoris ſuo nomine tenetur. Igitur non procedit quærere, an heredi & in heredem danda ſit. Planè ex dolo defuncti danda eſt in heredem hęc actio[y],

a *Et impendiis actoris.* quia pro ſua vtilitate hoc fit: vt ar. j. mā. l. idem. §. idem Labeo. & infra depoſi. l. in Aſia. §. j. & j. cōmo. l. ſi vt certo. §. ſumptus. Accurſius.

b *Paſcere plane.* donec perducitur ad locum vbi erat tempore conteſtationis: vt hic & ſupra de rei vin. l. ſi res. ſi autem ad locū litis peteretur adduci, etiam cibaria tunc actor agnoſcit: vt ſupra de rei vindic. l. niſi. alioquin nihil ibi exciperet, niſi, &c. & hoc ſecundum quoſdam. Alij dicunt quòd illa præpoſitio extra, poſita in l. prædicta, ſi res. ponitur incluſiue, & ponitur pro præter. q. d. quæ cibaria etiam actor agnoſcat. & ſecundum eos nihil excipit ibi aduerbium, niſi. Sed hoc eſt contra mentem huius legis: quia hic cibaria iniungit poſſeſſori, nedum ſi reo detur, ſed etiam ſi actori detur electio. Tu dic ſecundum Azo. cibaria pertinere ad poſſeſſorem, vt hic diſtinguitur: & ibi idem eſt intelligendum. quod autem ibi excipitur, niſi: non eſt ita intelligendum: quòd quando actor malit ibi vbi iudicatur reſtitui, ſuſtineat cibaria: ſed iudex dat reo electionem de loco vbi erat res, vel loco litis, vt dictum erat, actore non contradicente: alioquin, id eſt ſi non elegit, actori dabitur electio, & ei cauebitur. vt tamen poſſeſſor ſemper cum huius. l. diſtinctione ſumptus agnoſcat. vel vt ibi.

*† Cōcor. & facit quod ſ no. in l. cum ſæpe. C. de ero. mil. anno.*

** Hæc omnia viſus eſt Paulus cōplecti nomine cibariorū. l. ſi res. ſ. de rei vindi. exēplo Vlpiani, qui victus nomine contineri ait l. verbo victus. de verb. ſig.*

** exhibere.*

*† No. caſum ſecundum Bal. in quo iudiciū eſt pro parte condemnatoriū & pro parte abſolutorium.*

c *Oportere.* etiam cum perducitur ad locum vbi erat tempore litis conteſt. alioquin nullum eſſet ſpeciale, ſecundum quoſdam. Tu dic, ad locum litis.

d *Apud officium.* id eſt officiales iudicantis.

e *Agnoſcere.* quia ibidem erat tempore litis conteſt. Azo.

f *Paſcit.* id eſt ſicut aliàs erat ſolitus paſcere. Irn.

g *Eo loci.* ſcilicet vbi agitur.

h *Debebit exhibere.* vt & ſ. de rei vindi. ſi verò malæ fidei. & infra de legat. j. cum res. §. ſed ſi alibi. & l. cum ſeruus. & l. apud Iulianum.

i *Calliditas.* vt & ſ. ſi quis cau. ſi duo. in prin. & de dolo. l. j. & j. pro ſoc. l. verum. §. tempus. Accurſius.

DE eo.} CASVS. Filium meum vel libertum meū tenebas vt ſeruū: agere volo act. præiudiciali, prius act. ad exhibendum propoſita: bene poſſum, ſi mea pecuniariter intereſt. {ET FILIVS.} Non ſolū paterf. poteſt hac act. conueniri, ſed etiam filiusf. ſi filius rem alienam poſsidet. {SAEPIVS.} Egi contra te ad exhibēdum pro ſeruo, & ſuccubui. quæritur ſi iterū agam, nōne repellar except. Diſtinguitur. aut ago ex eadem cauſa, & ſic repellor. aut ex alia, & non repellor. & de A hoc proponit tria exempla, in quibus non repellor except. vt ſi poſt litem conteſt. fiam dominus, & ſic non interfuit mea: modo intereſt. Item aliud exemplum: quia primo acturus erā furti, nunc pro alio furto acturus ago ad exhibendum. Vel quia optaturus ex teſtamento Seij egi prius: nunc ago optaturus ſeu electurus ex teſtamento Titij. {SI QVIS.} Planus eſt. {SI POST.} Si ſeruus petitus exhiberi moriatur ſine culpa poſſeſſoris adhibita in moriendo: tenetur adhuc ad exhibendum, quanti interfuerit actoris exhibitum eſſe. hoc in malæ fi. poſſ. {SI IVSTA.} Si condemnatus es vt rem mihi exhibeas, & eam alibi habeas, iudex ſtatuet tēpus intra quod exhibeas. & dicit quòd tu cauere debes te exhibiturum. {HERES.} Heres actoris vtitur act. ſuo nomine. Item heres rei, id eſt poſſeſſoris, tenetur ſuo nomine. Item dicit quòd nō expedit quęrere detur heredi, vel in heredem: quia non datur. quod ſequitur, planum eſt. Viuianus.

** teſtamento.*

k *De eo exhibendo.* ſcilicet filio, vel liberto. nam & filium rei vin. adiecta cauſa de iure Quiritum, vel vtili rei vindi. libertum propter operas & obſequia peto.

l *Locus eſſe.* quādo pecuniariter intereſt. nō aliàs: vt infra eod. l. ſi liber. quæ eſt contra. Accurſius.

m *Agenti.* & victo. Azo.

n *Vindicandi.* cum adhuc non eſſet dominus. & ideo ſuccubuit in actione ad exhibendum: quia liquidum erat ipſum non eſſe dominum. ſi poſt fiat dominus, ab aliquo eam rem accipiendo, non nocet exceptio: vt infra de exceptio. rei iudic. ſi mater. §. eandem.

o *Poſt acceptum.* & finitum. Accurſius.

p *Vtriuſque.* id eſt pro vuis & aliis prædictis tenetur etiam furti, & condictione furtiua. Vel dic, id eſt pro vuis, vel pro vino, quaſi dolo deſierit poſſidere.

q *Verius eſt.* vt ſupra de rei vindi. ſolum. §. j. & hoc quando à ſciente: aliàs fieret dominium ſpecificantis: vt inſtit. de re. di. §. cum ex aliena.

r *Poſſeſſoris.* ſcilicet mortuus ſit. Accurſius.

s *Per eum non eſſe effectum.* quod eſt cum ſciebat, vel ſcire debebat ſe debere reſtituere rem: vt j. ſi cer. peta. l. quod te.

t *Fuiſſet.* nam tunc bo. fi. poſſ. tenetur qui non habuit iuſtam cauſam litigandi. Ioan.

u *Illo die.* quo poterit: vt inſtit. de offi. iudi. §. j.

x *Poteſt.* vt & ar. ſ. de Publicia. eum qui. §. hæc actio. Accur.

y *Hæc actio.* vt ar. ſ. de rei vindi. l. ſi in rem actum ſit. Accur.

SI liber. intereſt. vt ſupra eo. l. iij. §. eſt autem. contra ſupra e. de eo. in prin. So. vt ibi. Accurſius.

SI vir. } C A S V S. Vxor viro x. donauit: & ſic donatio nõ valuit: & vir ea conſumpſit emendo rem. nunquid pro his tenetur ad exhibendum? Et reſpondetur quòd ſic.

ſi locupletior hereditas eo nomine facta ſit, veluti quòd pretium rei conſecutus ſit.

*Pro libero homine exhibendo non competit actio ad exhibendum: quia exigit pecuniarium intereſſe. Baldus.*

XIII. GAIVS libro ad Edictum Prætoris Vrbani tit. de liberali cauſa.

SI liber homo detineri ab aliquo dicatur, interdictum aduerſus eum qui detinere dicitur de exhibẽdo eo poteſt quis habere. B Nam ad exhibendum actio in eam rem inutilis videtur: quia hæc actio ei creditur competere, cuius peculiariter* intereſt[a].

XIIII. POMPONIVS libro decimoquarto ad Sabinum.

SI vir nummos ab vxore ſibi donatos, ſciens ſuos factos non eſſe, pro re empta dederit, dolo malo fecit quo minus poſsideat: & ideo ad exhibendum actione tenetur.

*Iſta lex allegatur quòd in cauſis ſummariis probatur intereſſe per iuramẽtum. intellige, ſi iudici, conſiderata qualitate perſonæ, & quantitate præiudicij, videatur iuramentum deferendum. Baldus.*

XV. IDEM libro octauodecimo ad Sabinum.

THeſaurus[b]* meus in tuo fundo eſt, nec eum pateris me effodere. Cum eum loco non moueris, furti quidẽ aut ad exhibendum eo nomine agere rectè non poſſe me Labeo ait: quia neque poſsideres eum, neque dolo feceris quo minus poſsideres: vtpote cum fieri poſsit vt neſcias eum theſaurum in tuo fundo eſſe. Non eſſe autem iniquum, iuranti[c] mihi non calumniæ cauſa id poſtulare, D vel interdictum[d] vel iudiciũ ita dari, vt ſi per me non ſtetit quo minus damni infecti tibi operis nomine caueatur, ne vim facias mihi quo minus eum thenſaurum effodiam, tollam, exportem. Quod ſi etiam furtiuus iſte thenſaurus eſt[e], etiam furti agi poteſt.

XVI. PAVLVS libro decimo ad Sabinum.

CVm ſeru⁹ tenet aliquid, dominus ad exhibendũ

a THeſaurus. } C A S V S. In tuo fundo habeo pecuniam abſconditam. ſi non pateris me effodere, non poſſum contra te agere furti, cum non contrectaueris: ſed nec ad exhibendum, cum nec poſsideas, vltimo datur remedium. quòd iurem nõ calumniandi animo petere. & non eſt iniquum quòd iures ne mihi vim facias quo minus theſaurum effodiam.

b Theſaurus. impropriè ponitur: vt ſupra fa. er. item Labeo. ſed propriè vt infra de acquiren. re. dom. l. nunquam. §. theſaurus. Accurſius.

c Iuranti. hoc nihil aliud quàm calumniæ ſacramentum puto Azo. Et eſt ſimile iuramentum. C. de fide inſtrumen. l. fin.

d Vel interdictum. ſcilicet nouum quod indulgetur à prætore: vel indulgetur in ſimilibus caſibus: vt vocetur interdictum ne vis fiat volenti eximere: vt infra de dam. infect. hoc amplius. §. de his autem. Vel loquitur de interdicto vtrobi: cum poſſeſsionem retineam. etiã ſi ignorem locum theſauri: vt infra de adquirend. poſſeſſ. peregrè. in princip. Accurſius.

e Theſaurus. quia dominus ſoli contrectauit.

f CVm ſeruus. Suo nomine. quia quod ſeruus habet, dominus habere videtur.

g De dolo malo. id eſt in factum nomine doli, ex edicto de alie. iu. mu. cau. fa. Vel ad exhibendum propter dolum directa.

h Nulla. ſcilicet in caſu præmiſſo, cum ſeruus non dominus dolum commiſit. aliàs autem vtilis cõſtituitur: vt quando dolo deſiit poſſe exhibere: vt C. eo. l. ad exhibendum. & ſupra eodem. l. Iulianus. Item quando agit aliquis depoſiti ex alterius pacto: vt Co. eod. l. ſi res. ſed ſecundum Irn. vtilis nunquam habet locũ: quod eſt falſum, vt dixi. Accurſius.

SI quis. } C A S V S planus eſt: quia ſi ſeruum petitum exhiberi eluſcaſti tu poſſeſſor, abſoluendus eris ſtatim ſi tu exhi- A beas ita eum: ſed Aquil. teneberis pro deterioratione ſerui. Viuianus.

i Actionem. id eſt rei vindicationem. Accurſius.

k Damno. & in factum ad exhibendum eſt quandoq;: vt not. ſupra eod. Iulianus. §. ſed ſi quis. & C. eod. l. exhibitionis. Accurſius.

ſuo nomine[f] tenetur. Si autem ſeruus citra ſcientiam domini dolo fecit quo minus habeat: vel furti actio, vel de dolo malo[g] noxalis ſerui nomine danda eſt. ad exhibendum autem vtilis nulla[h] conſtituenda eſt.

*Sufficit exhiberi in eadem forma, licet nõ exhibeatur in eadem qualitate. Bald.*

XVII. VLPIANVS libro nono de omnibus Tribunalibus.

B SI quis hominem debilitatum exhibeat, vel eluſcatum, ad exhibendum quidem abſolui debet. exhibuit enim: & nihil impedit directam actionem[i] talis exhibitio. poterit tamen* agere actor ex lege Aquilia de hoc damno[k].

*Etiam creditor cui eſt ſatisfactum, poteſt petere inſtrumentum debiti, & facere ſibi compleri chartam à notario. ad hoc allegatur. Baldus.*

XVIII. IDEM libro ſexto Opinionum.

SOlutione chirographo inani facto, & pignoribus liberatis, nihilo minus creditor, vt inſtrumenta C ad eum contractum pertinentia ab alio quàm debitore exhibeantur, agere poteſt[l].

XIX. PAVLVS libro quarto Epitomatorum Alfeni.

AD exhibẽdum poſſunt agere omnes quorum intereſt. Sed quidam conſuluit, an poſsit efficere hæc actio, vt rationes aduerſarij ſibi exhiberentur, quas exhiberi magni eius intereſſet. Reſpondit, non oportere ius ciuile calumniari[m]: neq; verba captari[n]: ſed qua mente quid diceretur, animaduertere conuenire. nam illa ratione etiam ſtudioſum[o] alicuius doctrinæ poſſe dicere, ſua intereſſe illos aut illos libros ſibi exhiberi: quia ſi eſſent exhibiti, cum eos legiſſet, doctior[p] & melior futurus eſſet.

XX. VLPIANVS libro ſecundo Regularum.

QVæſtionis habẽde cauſa ad exhibendum agitur[q] ex delictis ſeruorum, ad vindicandos* conſcios ſuos.

SOlutione. } C A S V S. Creditor poteſt agere ad exhibendum vt inſtrumẽtum ei exhibeatur. Viuia.

l Agere poteſt. intereſt enim creditoris, cum ſit obligatus pro his reſtituendis debitori per condictionem ſine cauſa: vt C. de condic. ſine cauſa. l. diſſolutæ. vel actione ad exhibendum: vt C. eo. l. fin. vel quia pecunia indebita condicetur creditori: vt infra de fur. l. qui tabulas. Accurſius.

AD exhibendum. } C A S V S. Ponit regulam, quæ fallit in duobus caſibus hic poſitis. Regula plana eſt. Exempla: ecce petebam à Titio decem: ipſe habebat inſtrumenta quibus poterã probare intentionem meam. nunquid poſſum contra eum agere ad exhibendum, vt ea exhibeat? Et reſpõdetur quòd non. Viuianus. * autem.

m Calumniari. id eſt falſo ſcienter impugnare. Accurſius.

n Captari. vt ſententia non conſideretur: quia ſuperius intelligitur cum intereſt ex honeſta & probabili cauſa: vt ſupra eo. l. iij. §. ſi mecum.

o Studioſum. ſcilicet ſcholarem. Accurſius.

p Doctor. pro hac enim doctrina, licet ſua interſit, nõ agitur: quia non eſt pecuniariũ intereſſe: vt ſupra eodem. l. ſi liber: cum ſit inæſtimabilis ſcientia: vt j. de var. cog. l. j. §. proinde. ſed aliud ſi eſſet doctrina in pecuniario commodo: vt habes ſupra e. l. iij. §. ſi quis noxali. Accurſius. — *Scientia inæſtimabilis eſt.*

QVæſtionis. } C A S V S. Pro ſeruo tuo qui cum aliis fecit mihi furtum, agere poſſum ad exhibendum, vt dicat, id eſt manifeſtet ſocios. Viuianus.

q Agitur. quia dico mea intereſſe ipſum exhiberi, ideo quia exhibitus & tortus aperiet veritatem contra conſcios quos cõuenio: vt C. eo. l. ſi criminis. Sed nunquid creditur eis: vt C. de accu. l. ſi. Reſpondeo: creditur in caſibus, vt ibidem notatur: præcedere tamen oportet indicia: vt C. de quæſt. l. j. Accurſius. — * *indicandos.*

*DE INTERROGATIONIBVS IN IVRE faciendis, & de interrogatoriis actionibus.*

*Sicut ſuperior actio præparatoria eſt aliarum actionum: ita & hæ interrogationes tam realium de quibus dictum eſt, quàm perſonalium de quibus dicetur, ſunt præparatoriæ. Azo. Et not. quòd intitulatur de interrogat. act. quia iſtæ interrogationes quæ per hunc titulum fiunt, fiebant olim actionibus propoſitis: quod hodie non fit: vt infra eodem. l. 1. §. 1. Vnde ſi quæras an libellus ſit dandus, Reſpon. non: cum enim per ſolum officium explicetur, non eſt neceſſarius libellus, qui propter actionem conſueuit eſſe neceſſarius. generaliter autem dico quòd vbicunque officio iudicis aliquid explicatur, non eſt neceſſarius libellus, cum quaſi miſericorditer petatur: argu. infra de no. ope. nun. l. de pupillo §. meminiſſe. Et maxime hoc vbi nec condemnatio nec abſolutio ſequitur poſt reſpõſionem: ſed ſolum proceditur in principali negotio. Item quia etiam fit in itinere: vt j. eo. voluit. in fi. Item pro hoc. C. de naufr. l. de ſubmerſis.*

**Interrogatoria dicitur quæ ex interrogali reſponſione datur perinde ac ſi obligatus eſſet l. vl. j. eo. & hæc etiã actio confeſſoria dicitur. l. proinde ſ. ad l. Aquil. Duar. j. diſpu. ca. 43.*

# Digeſtorum ſeu Pandectarum liber vndecimus.

## DE INTERROGATIONIBUS in iure faciendis, & interrogatoriis* actionibus.

## TITVLVS I.

*Interrogatio eſt facienda ſecundum quod neceſſitas proponendæ actionis exegit. Item fit officio iudicis, non iure actionis. Bart.*

1. CALLISTRATVS libro ſecundo Edicti Monitorij.

TOtiens heres in iure[a] interrogandus eſt qua ex parte heres ſit, quotiens aduerſus eum actio inſtituitur[b], & dubitat actor qua ex parte is cum quo agere velit, heres ſit. Eſt autem interrogatio[c] tunc neceſſaria, cum in perſonam ſit actio[d], & ita, ſi certum petetur: ne dũ ignoret actor qua ex parte aduerſarius defuncto heres extiterit, interdum plus petendo aliquid damni[e] ſentiat. Interrogatoriis autẽ actionibus[f] hodie non vtimur: quia nemo cogitur ante iudicium de ſuo iure aliquid

B reſpondere: ideoq; minus frequentantur, & in deſuetudinem abierunt: ſed tantummodo[g] ad probationes litigatoribus ſufficiunt ea quæ ab aduerſa parte expreſſa[h] fuerint apud iudices[i] vel in-

TOtiens.) CASVS. Ago contra heredem debitoris mei. interim volo ab eo quærere ante lit. conteſt. ex qua parte ſit heres. quæritur an teneatur reſpõdere. Et dicit quòd ſic, ſi duo interueniũt: ſcilicet quòd acturus ſim perſonali actio. item & ſim petiturus certum. & eſt ratio quare reſpondeat: vt ego non petam plus quàm debeam: & ſic litem perdam. Secundo dicit quòd olim iure actio. & indiſtinctè interrogabatur reus ante lit. cõteſt. ſed hodie officio iudicis conuenitur, ſiue dicat ſe non heredem, cum in veritate ſit. ſimiliter interrogabitur pro qua parte heres ſit. Et dicit vltra in duabus ll. ſequen. proxi. quòd difficile erat aliquem eſſe heredem probare, vel bonorum

C poſſeſſorem, quia quis ſolo animo adire poteſt: vt C. de iure delib. ſi auia. & j. de adquiren. hered. l. gerit. ideo prætor propoſuit vt quis poſsit interrogare heredem ſit an heres, & ex qua parte. Viuianus.

a *Totiens heres in iure.* i. apud iudicẽ: vt j. eo. voluit. § quod ait.

b *Inſtituitur.* Quæritur an ante lit. conteſt? Reſpon. ſic. & hic dic, i. inſtituenda dicitur: eſt enim hæc interrogatio præparatoria actionis: & ante lit. conteſta. proponenda: vt j. ſubiicit: nedum &c. ſic & exponitur. j. de ætate. §. qui ex. & §. qui tacuit. ſic & actio ad exhibendum eſt præparatoria: & non proponitur actio proponenda cum ea: vt ſ. tit. j. l. iij. §. eſt autem. & infra de pecu. l. depoſui. in fine. j. reſpon: Si autem diceres interrogationem etiam cum ſequenti actione ſimul proponi & conteſtari: aut dici oportet quaſi ſub conditione actionẽ propoſitam, ſcilicet ſub hac, ſi reſponſio conſonet actioni proponendæ. & hoc eſt contra legem: vt ſupra de iudic. l. non quemadmodum. Aut ſi dicas purè, & non conſonet reſponſio: & amittet cauſam propter actionem ineptè propoſitam: vt infra ſi men. fal. mod. di. l. j. §. ideo. Vel dicas poſſe hanc interrogationem & actionem ſimul proponi, & actio ad exhibendum: & ad litem ſimiliter ſimul proponi: ſed iudex

D expediet primo præcedentia: vt argument. C. de nouo. Co. confir. §. fina.

c *Eſt autem interrogatio.* ſ. iſta, pro qua parte ſit heres. Accur.

d *Actio.* Tria ſunt neceſſaria vt hæc interrogatio, pro qua parte ſit heres, locum habeat. Primò quòd actio proponenda ſit perſonalis, vt hic: arg. infra commo. l. iij. §. heres. Si autem eſſet in rem, non interrogaretur pro qua parte eſſet heres, ſed pro qua parte poſsidet, ſicut dicitur infra eod. qui ſeruum. §. fina. Idem ſi in rem ſcripta ſit. nam & tunc reſpondere non debet niſi quantum poſsideat: vt ſupra titu. j. de eo. in fin. Secus tamen eſt vbi poſsidet poſt lite. conteſta. vel dolo deſiit poſsidere. tunc enim daretur pro hereditariis portionibus tantum: quare merito interrogatur pro qua parte ſit heres: vt ſ. de rei vind. ſi in rem. & l. cum autem fundi. Secundò quòd certum ſit petendum per eam: vt hic ſubiicit. ſecus autem ſi incertum, vt puta factum cuius nomine contra ſingulos datur actio inſolidum. tunc enim non eſt opus interrogatione illa, ſcilicet qua parte ſit heres: cum ab vno petatur inſolidũ: vt j. de verb. obliga. ſtipulationes. & l. in executionibus. §. ij. & ſ. fami. erciſc. heredes. §. an ea. Interrogabitur tamen an ſit

A heres, licet agatur ad factum. ſed in actione in rem neutra fit interrogatio. ſed ſi agatur ad intereſſe, tunc fit vtraque: quia ex perſona defuncti ad certam quantitatem agitur. Tertio quòd actio ſit hereditaria. ſecus in ea quæ in vnum ex facto ſuo proponitur, & eſt diuidua: vt & ſ. fam. erciſc. inter coheredes. §. ſi quis ſtipulatus. & de neg. geſt. l. ſi ex ſuo contractu.

e *Damni.* ſ. circa damna in triplum: vt inſtit. de actio. §. tripli. & de excep. §. antepe. Et nota quòd ex eo quod hic dicitur, colligitur hoc edictum locũ habere ante litem conteſtatam: quod eſt verũ ſecundum Io. illud verò edictum de confeſſis, tãtum poſt. Si enim & hoc tantum locum haberet poſt lit. conteſta. pro nihilo nominati eſſent caſus in quibus reſpõdere tenetur: cum de omni cauſa lit. conteſt. reſpõdere quis teneatur: vt in auth. de his qui ingre. ad ap. §. fin. col. vj. ſunt enim numeratæ iſtæ. xj. Prima, an ſit heres: vt infra eodẽ. cum qui interrogatur. Secunda pro qua parte: vt hic, & j. eod. l. qui interrogatur. Tertia qualiter ſit heres. j. e. ſi defenſor. §. illud. Quarta an ſeruum noxium poſsideat, quando conuenitur noxaliter: vt j. eo. qui interrogatur. Quinta an ſua ſit quadrupes: vt j. eo. ſi quis in iure. Sexta an poſsideat ædes quarum nomine petitur caueri de damn. infect. Septima pro qua parte: vt j. eo. non alienum. & l. qui ſeruum. §. fin. Octaua ſi penes ſe habeat peculium: vt j. eod. ſi defenſor. §. fin. Nona de ætate: vt j. eo. de ætate. in prin. Decima an poſsideat ille contra quem agitur in rem. Vndecima pro qua parte: vt j. eo. ſi quis ſeruum. §. in iure. Iſti enim ſunt xj. caſus in quibus ante lit. conteſt. fa-

C cienda eſt interrogatio prædictis modis. Eſt & duodecimus, qui generalis eſt: vt quandocunq; æquitas iudicem mouerit, fieri debeat: vt j. e. l. pe. Quidam tamen dicunt interrogãdum poſt lit. conteſt. de credulitate tantum: ante vero de ſcientia tantum reſpondere: vt C. de iura. calum. l. ij. in prin. & j. de ætate. §. nihil. Melius autem probatur quòd poſt lite. conteſta. de credulitate tantum ſit interrogatio facienda, per auth. de his qui ingre. ad appel. §. fi. col. vj. cum enim non debeat exigere probationem quam non putauerit ſibi neceſſariam, interrogandus eſt credat vel non credat id ſuper quo vult vinculo ſacramenti aduerſarium cogi reſpondere: quod obtinet probationis ſpeciem: vt appareat an videatur ſibi neceſſaria. & hoc ante litem conteſtatam & poſt litem conteſtatam puto ſeruari, ſecundum Azo.

*Caſus xj. in quibus ante litem cõteſta[...] debet [...] rogatio.*

f *Interrogatoriis autem actionibus.* Sed quomodo vocabantur? Reſpon. forte in factum earum enim nomina non habemus: per has enim actiones cõpellebatur aduerſarius reſpõdere ad interrogationes quæ fiunt ante lit. conteſt. Sed hodie nemo actionis iure cogitur reſpondere iudicium principalis negotij iure actionis, ſed officio: vt ſ. ea. l. in prin. Vel dic, nemo cogitur vnquam, niſi in caſibus quos modo notauimus. Et ſic not. quòd duo erant iudicia. vnum principalis & hereditariæ

D actionis inſtituendæ, aliud interrogationis in iure officio iudicis faciendæ: in qua etiam de calumnia iuratur, ſecundum Azo. vt arg. ſupra titu. j. l. theſaurus. Sed nunquid poſt iudiciũ inchoatum cogitur reſpondere iure actionis? Videtur quòd ſic ex prædictis. ſed dico contra: ſed per officium iudicis: vt j. de ædil. edic. ædiles. §. item ſciendum. & in auth. de his qui ingre. ad ap. §. fin. Sed ſi eſt delegatus, quomodo ante lit. conte. coram ſe habet officium? Videtur enim quòd in ordinario tantum ſecundum Ir. hoc hic dicatur: vt argu. ſ. de procura. ſi reus. & d. l. ædiles. §. item ſciendum. ſed fortè etiam in delegato poterit hoc dici: quia ſine hoc ſequens iudicium explicari non poteſt: vnde hoc ei etiam mandatum videtur: vt ſupra de iur. om. iudi. l. ij.

g *Tantummodo.* hoc aduerbium determinare poteſt vel illa verba, apud iudices: vel illa, ab aduerſa parte.

h *Expreſſa.* in caſibus præmiſsis. Accurſius.

i *Apud iudices.* ergo ſi nõ apud iudicem cõfeſsio facta fuerit, nõ præiudicat cõfitenti: nec eſt aduerſario probatio: vt dixi ſ. de infa. quoniã. niſi in caſibus. Primus in d. l. quoniam. ſed ibi fuit trãſactio, nõ ſimplex cõfeſsio. Secũdus in auth. de teſti. §. & licet

&licet.col.vij.ſed & ibi ad liberandum facta fuit confeſsio à creditore. Item tertius quando quis ex ſua mẽdaci cõfeſsione alium voluit circumuenire. quod dic per exempla: vt not.j. quod cum eod.l.iij.§.j. vt ergo hæc videas plenius, dic cum quis confitetur extra ius: aut ad alium liberandum, & tunc valet: vt dicta authen. de teſt. collatione vij. & arg.j.de act. & oblig. l.Arianus. aut ad obligandum ſe: & tunc aut cum cauſa, aut ſine cauſa. Primo caſu valet confeſsio: vel in mutuo poſt bieunium: vel in dote ſecundum tempora à lege ſtatuta. in aliis autẽ contractibus ſtatim niſi cõtra probetur per aliã ſcripturam: vt C.de nõ nu.pe. l.in contractibus, & de dote cau.l.fin. & in authent. ibi poſita. & de nõ nu.pecu.l. generaliter. In ſecundo quando ſ.ſine cauſa. tũc extra ius facta non valet, & dicitur indiſcreta: vt j. de probat. l. cum de indebito.§.fina. ſed corã iudice valet: vt hic, & j.eo.l.voluit.§. quod ait prætor. & ſ. eo.in princ. Idem corã arbitro[a]: vt C.de arb.l. pen. Quid in promiſſione ſine cauſa? Reſpõ. vt infra de excep. do.l.ij.§.j.

hereditatibus, vel in aliis rebus[a] quæ in cauſis vertuntur.

II. VLPIANVS libro vicenſimoſecundo ad Edictum.

EDictum de interrogationibus ideo prætor propoſuit, quia ſciebat difficile[b] eſſe ei qui heredẽ bonorúmve poſſeſſorem conuenit, probare aliquem eſſe heredem, bonorúmve poſſeſſorem.

III. PAVLVS libro ſeptimodecimo ad Edictum. B

QVia plerumque difficilis probatio aditæ hereditatis eſt.

IIII. VLPIANVS libro vicenſimoſecundo ad Edictum.

VOluit pretor adſtringere eum qui conuenitur ex ſua in iudicio reſpõſione, vt vel confitendo vel mentiendo ſeſe oneret: ſimul etiã portionis * pro qua quiſque heres extitit, ex interrogatione certioretur[c].

*Interrogationes dicuntur fieri in iure vbicunque fiunt coram iudice, licet pro tribunali non ſedeat. h.d. Et eſt verum in his & ſimilibus quæ cauſæ cognitionem non requirunt. Circa quod dic per Cyn. C.de confeſ. l.1.in 4. aliàs in 3.q. Bartolus.* C

Quòd ait prætor, *qui in iure interrogatus reſponderit*: ſic accipiendum eſt, apud magiſtratus populi Romani, vel præſides prouinciarum, vel alios iudices. Ius enim eum ſolum locum eſſe, vbi iuris dicendi vel iudicandi gratia cõſiſtat: vel ſi domi, vel [in] itinere[d] hoc agat.

*Interrogato dandum eſt tempus ad deliberandum. Bartolus.*

V. GAIVS libro tertio ad Edictum Prouinciale.

QVi interrogatur an heres vel quota ex parte ſit, vel an in poteſtate[e] ha- D beat eum cuius nomine noxali iudicio agitur, ad deliberandum tempus impetrare debet[f]: quia ſi perperam confeſſus fuerit, incommodo[g] adficietur.

VI. VLPIANVS libro vicenſimoſecundo ad Edictum.

ET quia hoc defunctorũ intereſt, vt habeant ſucceſſores[h], intereſt & viuentium, ne præcipitentur quandiu iuſtè deliberant: interdũ B interrogatus quis an heres ſit, non cogitur reſpondere: vt puta ſi controuerſiam hereditatis ab alio patitur. Et ita diuus Hadrianus conſtituit: ne aut negando ſe heredem præiudicet[i] ſibi aut dicendo heredem, illigetur[k] etiam ablata ſibi hereditate.

VII. IDEM libro octauodecimo ad Edictum.

SI quis in iure interrogatus an quadrupes quæ pauperiem fecit, eius ſit, reſponderit, tenetur[l].

VIII. PAVLVS libro vicenſimoſecundo ad Edictum.

C SI quis interrogatus de ſeruo qui damnum dedit, reſponderit ſuum eſſe ſeruum, tenebitur lege Aquilia quaſi dominus. & ſi cum eo actum ſit qui reſpondit, dominus ea actione liberatur.[m]

*Valet reſponſio ſine interrogatione. B.*

IX. VLPIANVS libro vicenſimoſecundo ad Edictum.

SI ſine interrogatione quis reſponderit ſe heredem, pro interrogato habetur[n].

Interrogatum non ſolùm à prætore accipere debemus, ſed & ab aduerſario[o]. Sed ſi ſeruus interrogetur[p], nulla erit interrogatio. non magis

a *In aliis rebus.* de quibus diximus fieri quęſtiones ante lite. conteſt.

b EDictum. *Difficile.* quia in nuda voluntate & occulta cõſiſtit: vt inſtit. de here. qua & dif.§.fina. cuius ſcrutator ſolus Deus eſt. Accurſius.

VOluit.} CASVS. Deceſsit debitor meus. dictum fuit mihi quia talis eſt heres eius. voco eum ad iudicium: & interrogo an ſit heres. quæritur an debeat reſpondere? Et reſpon. quòd ſic, ad hoc vt ſe oneret confeſsione, vel in dicendo, quia dicit ſe heredem: vel mentiendo, quia negãdo. {QVOD AIT.} Si quis interrogatur in iure, ſtatur eius confeſsioni. qualiter autem intelligitur in iure interrogatus, dicit. Viuianus.

c *Certioretur.* ſ. voluit prætor vt actor certificaretur. Azo.

d *In itinere.* immo tantũ ille locus debet attendi, in quo conſueuerũt ſedere maiores in iudicãdo: vt ſ.de iuſt.& iure l.pe. quæ eſt contra. Sol. vbi res exigit plenã cauſæ cognitionẽ, locum conſuetũ debet iudex ſeruare in examinãdo negotio: vt ibi. ſed hic ſemiplene fit: & ideo etiã in itinere expedietur: vt j.eo.ſi defenſor.§.illud.& j.quis ord. in bo.poſ.l.ij.§.dies. Ac.

QVi interrogatur.} CASVS. Heres vocatus ad iudicium reſpondere debet an ſit heres, vel an habeat ſeruũ in poteſtate, ſed ſi vult deliberare, datur ei tempus ad deliberandũ tribus rationibus. & hoc dicit cum prin.l.ſequen. {INTERVM.} Si heredi petitio vel quæſtio here. moueatur, non tenetur ſtatim reſpondere. & eſt ratio in litera. Viuianus.

e *In poteſtate.* aliàs enim actione noxali non tenetur: vt ſupra de noxa. quotiens.ij. reſpon. Accurſius.

f *Debet.* id eſt poteſt. ſic ponitur ſupra de offic. procon. & le. l.obſeruare.§.fina.

g *Incommodo.* ſcilicet pœnę quæ imponitur à iure: vt j.e.l.de ff. Vetus.

A ætate.§.ſi cum eſſet.& §.qui tacuit. Et eſt ratio alia: quia dubitat de facto alterius, ſ.de teſtamẽto: & an alius eum præcedat. non tantùm de ſuo. ſed poſt lit. conteſta. cum quis interrogatur de facto ſuo, iſtæ duæ rationes non habent locum: ideóque nec tempus videtur dandum, ſed ſemper certificare debeat iudicem. & pro hoc facit j. eo.l.de ætate.§.nihil.& j.de iniur.prætor edixit.& j. de inſtitu. ſed & ſi pupillus.§. præſcribere. quia & ibidem de credulitate quis dicit tantum, quam poteſt habere ſine ſcientia. Sed verius eſt etiã vt poſt lit.conteſt. detur tempus ad deliberandũ: & hoc approbat conſuetudo: quæ eſt optima legũ interpres: vt ſ.de legi. & ſenatuſcon.l.ſi de interpretatione. & facit j.l.proxi. & ſ. de peri.here.ſi debitor.& C.de iure delib. ſi curatoris.

h ET *quia. Succeſſores.* ne iniuria efficiantur: vt hic, & inſti. qui ma. non poſſ.§.j. & j. de bo. poſſ. quos autem.& j. de ſuc.edi. l.j.in prin.

i *Præiudicet.* quantũ ad prẹſumptionem, non quantũ ad legitimã probationẽ: cum res inter alios acta ſit. ſic & j. deli.ag.l.j.§. Iulianus. & j. de iureiur. ſi duo patroni. & immo ſecundũ Azo. quantũ ad probationẽ plenã reſpectu interrogati & interrogãtis, nõ aliorũ: vt j.eo.tit. l. de ætate. §. qui interrogatus. & §. qui tacuit. & l. fina. quod in idem recidit.

k *Illigetur.* interroganti. & ſic nõ cogitur reſpondere: nec etiã poteſt conueniri ne fiat prẹiudicium pet.here. Sed hodie conuenitur poſſeſſor ex cõtractibus defuncti: & ſic interrogabitur & reſpõdebit: vt C.de peti.heredi.l.fina.§.ſin autem. quæ eſt contra. ſed illa corrigit iſtam.

SI *quis.*} CASVS. Bos meus erat in prato tuo cum aliis animalibus. occiſus fuit. voco ad ius aliquem ex dominis illorum animalium: & dico quòd animal ſuum meum occidit: an teneatur reſpondere? Et dicitur quòd ſic. Viuianus.

l *Reſponderit, tenetur.* Quid ſi per mendacium? Reſpon. in ſolidum tenetur: vt ſ. ſi quadru.pau.fe.di.l.j.§.interdum. Accur.

SI *quis.*} CASVS. Seruus quidam dedit mihi damnum. vocaui Titium ad ius, interrogaui eum an eius eſſet ſeruus: an teneatur reſpondere? Et dicit quòd ſic. Et ſi dicit ſeruũ ſuum eſſe, cum non eſſet, tenetur Aquil. & ſi exegi Titium, liberatur verus dominus. Viuianus.

m *Liberatur.* vt j.eo.l.qui ſeruum.in prin. Accurſius.

n SI *ſine. Habetur.* nec enim agitur ex ſtipulatione vt ſit neceſſe præcedere interrogationẽ: ſed ex prima cauſa: quã interrogationẽ ex confeſsione præſumit iudex præceſsiſſe. ſic & ſi in inſtrumento aliquo inuenitur promiſsio. nã præſumitur interrogatio: vt inſtit. de inuti. ſtipu.§.ſi ſcriptum. Accur.

o *Ab aduerſario.* vel patrono ſiue aduocato aduerſarij cui forte tenetur aduerſarius reſpondere: vt j.de adulte.ſi poſtulauerit.§.quæſtioni.& j.eo.l.de ætate.§.qui interrogatus.

p *Interrogetur.* in iudicio: ſecus ſi extra: vt j.de redh.l.quæro.

quàm ſi ſeruus interroget.

Alius pro alio nõ debet reſpõdere cogi[a] an heres ſit. De ſe enim debet quis in iudicio interrogari: hoc eſt, cum ipſe cõuenitur. Celſus libro quinto Digeſtorũ ſcribit: Si defenſor in iudicio interrogatus an is quẽ defendit, heres, vel quota ex parte ſit, falſo reſpõderit: ipſe quidẽ defenſor aduerſario tenebitur[b]: ipſi autẽ quem defendit, nullum facit præiudiciũ[c]. Veram itaq; eſſe Celſi ſententiã dubiũ non eſt. An ergo nõ videatur defendere, ſi non reſponderit: videndum. quod vtique & conſequens erit dicere: quia non plenè defendit.

*Qui dicit ſe heredem, intelligitur in dubio inſolidum, niſi ex præcedenti allegatione aliter limitetur. Bartolus.*

Qui interrogatus heredẽ ſe reſponderit, nec adiecerit, ex qua parte: ex aſſe reſpondiſſe dicendũ eſt[d]: niſi fortè ita interrogetur, an ex dimidia parte heres ſit, & reſponderit, heres ſum. hic enim magis eum puto ad interrogatum reſpondiſſe.[e]

*An quis ſit heres ex teſtamento vel ab inteſtato, non cogitur reſpondere niſi natura intentandæ actionis hoc exigat. Bartolus.*

Illud quæritur, an quis cogatur reſpondere vtrum ex teſtamento[f] heres ſit, & vtrũ ſuo nomine ei quęſita ſit hereditas: an per eos quos ſuo iuri ſubiectos[g] habet, vel per eum cui heres extitit. Summatim † igitur prętor cognoſcere debebit cum quæritur an quis reſpondere debeat quo iure heres ſit: vt ſi valde intereſſe compererit, plenius reſpondere iubeat. quæ obtinere debent non ſolum in heredibus, ſed etiã in honorariis ſucceſſoribus. Deniq; Iulianus ſcribit, eum quoq; cui eſt hereditas reſtituta, debere in iure interrogatum reſpondere an ei hereditas ſit reſtituta. Si de peculio agatur[h], nõ oportere reſponderi à patre vel domino an in poteſtate habeat filium vel ſeruum: quia hoc ſolum quæritur an peculium apud eum cum quo agitur, eſt.

† Not. quod iudex ſummatim cognoſcit an petitio ſit pertinens vel impertinens.

*Qui negat ſe dominum, non poteſt vti dominio illo. Bartolus.*

X. PAVLVS libro quadrageſimooctauo ad Edictum.

NOn alienum eſt, cum à quo dãni infecti ſtipulari velimus, interrogare in iure an ædes eius vel locus ſit ex quo damnum timeatur, & pro qua parte[i]: vt ſi neget ſuũ prædium eſſe, nec caueat dãni infecti, aut cedere, aut ſi reſiſtendum putauerit, quaſi dolo verſatus tradere[k] compellatur.

*Ratione dubitationis tenet reſponſio facta à minus legitima perſona: puta à minore ſine auctoritate tutoris. hoc dicit textus. cum glo. Baldus.*

XI. VLPIANVS libro viceſimoſecundo ad Edictum.

DE ætate quoq; interdũ interrogatus reſpondere[l] debebit.

*Statur confeſſioni alicuius, licet non veræ, contra ſe. Bartolus.*

Si quis cum heres non eſſet, interrogatus reſponderit ex parte[m] heredem eſſe, ſic conuenietur, atque ſi ex ea parte heres eſſet. fides enim ei contra ſe[n] habebitur. Qui ex quadrante heres, vel om-

§.fi. In iudicio enim vel vt actor vel vt reus ſeruus eſſe non poteſt: vt C. de iudi. ſeruus. Accurſius.

a Cogi. niſi ratione officij aliud cõtingat: vt ĩ. l. prox. & ĩ. de cõfeſ. l. certũ. §. ſed an ipſos. & ſupra de procur. nõ ſolũ. in princ.

Si defenſor. } CASVS. Si defenſor ſine mãdato quis ſit, & aliũ heredem dixit, ipſe tenetur, non dominus quem defendit. {QVI INTER.} Planus eſt. {ILLVD.} Iudex debet ſummatim cognoſcere an quis tenetur reſpõdere de his duobus: vtrũ ſit heres ex teſtamento, vel ab inteſtato. Item vtrũ ipſe directo habuit vel per obliquum. Et hæc habent locum, ſiue ſit heres de iure ciuili: ſiue de iure prætorio. cætera plana ſunt.

b Tenebitur. Sed qua actione? Reſpõ. ex cautione iudi. ſolui, vel ex ſententia: vt ſ̃. de procu. l. Plautius.

c Præiudicium. niſi ratũ habeat: vt infra eo. l. qui ſeruum. Item loquitur hic in eo qui ſine mãdato defendit. ſi vero procurator defendens conueniatur, an domino præiudicet, quæritur. Videtur quòd non: vt infra de confeſ. l. certum. §. ſed an. Sed fortè non præiudicat, ſi à domino contra probetur: vt in tutore cuius minor reſtitutionẽ implorat cõtra confeſsionem. Eſt tamen argu. contra ſupra ad leg. Aquil. l. proinde. §. ſi procurator. Sed fortè quod dicit ibi procuratorem teneri, non excuſat dominum: ideo procurator ex ſtipulatione iudi. ſolui teneri poteſt, dominus verò iudicati actione, id eſt in factum.

d Dicendum eſt. Arg. contra ſupra de rei vindi. ſi in rem. circa princ. & infra de condi. inſtitu. l. ij. §. ſi vero partem.

e Reſpondiſſe. vt & infra de verb. oblig. l. Titia. §. idem reſpon. & inſtitu. de inuti. ſtipul. §. præterea. Accurſius.

f Ex teſtamento. vt ſcilicet valeant legata, vel non. vt C. de fideicom. l. eam quam.

g Subiectos. quod poteſt intereſſe: quia ſi ſubſtituo filio meo pupillariter omnes qui mihi heredes erunt, tantum illi ex hac ſubſtitutione admittuntur, qui ſuo nomine non per ſeruos vel filios ſunt heredes: vt inſtit. de pupil. ſubſt. §. ſubſtituitur. & ĩ. de vulg. ſubſti. qui liberis. §. hæc autem verba. & ĩ. de ver. ſignifi. ſciendum. Item petita bo. poſ. contra tab. ſola illa legata valent quæ directo ſunt liberis relicta: non quæ per mediũ, puta eorum quæ ſeruo quæruntur: vt infra de le. præ. l. iij. §. hoc ſolum autem. Item legatario ſuam rem, vel quod ſibi debeo legare non poſſum: ſed eius ſeruo ſic: vt infra de leg. ij. l. debitor. §. fi. Item differt adhuc inter hæc: vt infra ad Trebel. l. ſi patroni. in prin. & infra de condi. & demon. qui heredi. §. cum hereditas. Accurſius.

h Si de peculio agatur. nam & eo mortuo intra annum tenetur. vt infra quando ac. de peculio eſt an. l. i. in prin.

i NOn alienum. Parte. vt ĩ. eo. qui ſeruum. §. fi. Sed an pro ſua parte cauendo liberatur? Reſpondetur ſic. vt ſ̃. commu. diuiduu. ſi quis putans. §. ſi damni. Accurſius.

k Tradere. ſcilicet poſſeſsionem manu militari, vel ex ſecundo decreto, vel ex primo, vt actor habeat rei cuſtodiam vt infra de dam. infec. l. ſi finita. §. vbi.

DE ætate. } CASVS principij eſt hic in glo. {SI QVIS.} Ego centum mutuaui Titio: egi contra Seium, & quęſiui an eſſet heres Titij & dixit quòd ſic pro dimidia. certè pro dimidia, id eſt in l. conueniam Seium. {QVI EX QVADRANTE.} Qui erat in veritate heres in parte, reſpondit ſe heredẽ eſſe inſolidum. certè inſolidum tenetur actione perſonali: puta ex mutuo dato defuncto. ſi ex maiori parte heres dixerit ſe ex minori, tũc tenetur inſolidum ſi ex certa ſcientia. aliàs non, niſi pro parte pro qua eſt heres: vt ſequenti §. dicitur. {QVI TACVIT.} Hi duo pares ſunt: vt ambo inſolidũ teneantur: ſi interrogatus an ſit heres tacuerit. Item qui negat ſe heredẽ, & eſt pro parte. nam ambo tenentur inſolidum. Tertio addit tertiam partem prędictis: ſ. illum qui reſpondet obſcure, nihil reſpondere. {EX CAVSA.} Decem defuncto mutuaui, quæ nunc repeto à filio ſuo: & quæro an ſit heres patris: & dicit quod ſic. poſtea inuenit ſe non heredem. certè ſuccurritur ei vt non præiudicet ei confeſsio: quia æquum eſt: & ea quæ de nouo emergunt, nouo indigent auxilio. Quæ ſequ. ſunt plana. {QVI IVSTO.} Cõtra te here. rei vin. egi: & quæſiui an eſſes heres. & dixiſti quod non: quia teſtamẽtum primum videbas in quo alius fuerat inſtitutus, non vltimum in quo tu pro parte. certe ſuccurritur tibi vt non tenearis inſolidum: quia mendax non fuiſti in iſto errore: ſic non in dolo, nec culpa. Item ſi fuiſti in culpa: vt quia vnus de teſtibus teſtamenti erat ſeruus: & erat teſtamentum nuncupatiuum, quæ eſt leuis culpa. ſecus autem ſi in lata, in qua ſciebas non fuiſſe ſolennem numerũ teſtium. {CELSVS.} Ago contra te quòd ſis heres debitoris tantum: & quæro à te an ſis heres: & dicis quòd non. poſtea vis pœnitere, & dicere quòd ſic. quæritur an poſsis pœnitere? Et dicit quòd ſic: quia ego actor non patior damnum. nam vtrobique teneris inſolidum. ſecus ſi dicas te pro parte heredem quam primo negaueris. nam in hoc non ſit mihi præiudicium: ſcilicet te pro parte hered. & ideo non teneris niſi pro parte inſpecta veritate. ſed cum pœnitentia ſine damno actoris fieri non poteſt, tenetur propter mendacium. Viuianus.

l Reſpondere. puta agit Titius contra me: quęro ab eo, ſi minor ſit: quia ſine curatore nolo ei reſpõdere. ſi minor ſit, & reſpondeat ſe maiorem: præiudicat ſibi, etiam ſi minor eſt: niſi reſtituatur, quod poteſt: vt infra de confeſ. l. certum. §. pe. niſi doloſe fecerit, tunc non: vt ſ̃. de mino. l. ſi ex cauſa. §. nunc videndum. & l. ſi minor. xxv. an. ex aſpectu. Accurſius.

m Ex parte. aliqua certa.

n Contra ſe. non pro ſe: vt C. de proba. l. exẽplo. & in auth. de iureiur.

iureiur.à mo.§.j.colla.v.niſi ex cõſequẽtia:vt j.e.l.ſi filius.§.j. & hoc niſi pœniteat.quod quandoq; poteſt:vt j.eo.§.fi. Acc.
a *Inſtituta.* id eſt inſtituenda:vt no.s.eo.l.j.
b *Mendacij.* Eſt autem mendacium falſa ſignificatio vocis cũ intentione fallendi,ſecundum Auguſtinum.

A ab arbitro.& s.de inoffi.teſta.l.mater. & j.de here.inſt.l.fi.& de cõdi.indeb.l.ij.& j.de pœnis.l.diui fratres.& j.de quæſt.l.j.§.ſi quis vltro.& C.de iureiur.l.fi.& C.ſi ex fal.inſtru.l.j.ij.& iij.& j.de teſt.tut.l.pater.& infra de adi.le.l.iij.& infra de excep.rei iudi.l.ſi mater.in princip.& extra de offi. iudi. dele.c. inſinuante.

nino cum heres non eſſet,reſponderit ſe heredem ex aſſe,in aſſe inſtituta [a] actione conuenietur.

*Pœna mentientis eſt, vt ſi primo tenebatur pro parte,poſtea teneatur inſolidum:niſi iuſte errauerit.Bartolus.*

Si cum eſſet quis ex ſemiſſe heres,dixerit ſe ex quadrante,mendacij [b] hanc pœnam ferret,quòd inſolidum [c] conuenietur. non enim debuit mentiri, dum ſe minoris portionis heredẽ adſeuerat. Interdum tamen iuſta ratione poteſt opinari eſſe heredem ex minore parte. Quid enim ſi neſcit ſibi partem adcreuiſſe, vel ex incerta [d] parte fuerit inſtitutus [e]? cur ei reſponſum noceat?

*Tacens quo ad ſui cõmodum habetur pro negante,& inſolidum conuenitur.Bart.*

Qui tacuit [f] quoque apud prætorem, in ea cauſa eſt, vt inſtituta [g] actione inſolidum conueniatur, quaſi negauerit [h] ſe heredem eſſe. nam qui omnino non reſpondit, contumax eſt. Contumaciæ autem pœnam hanc ferre debet,vt inſolidum conueniatur [i]:quemadmodum ſi negaſſet [k]:quia prætorem contemnere [l] videtur.

*Non videtur reſpondere, qui ad interrogata non reſpondet.Bartolus.*

Quod autẽ ait prętor,*omnino non reſpondiſſe*: poſteriores ſic exceperũt, vt omnino nõ reſpondiſſe videatur, qui ad interrogatum non reſpondit [m]:id eſt,πρὸς ἵπος † *.

*Appellatione partis, dimidia continetur. hoc dicit. Et eſt ratio:quia ſola dimidia eſt pars æqualis.Baldus.*

Si interrogatus quis an ex aſſe heres eſſet, reſpõderit * ex parte:ſi ex dimidia eſſet, nihil ei nocere reſponſum. quę ſententia humana [n] eſt.

*Obſcure reſpondere, & nihil reſpondere,paria ſunt.Bartolus.*

Nihil [o] intereſt,neget quis, an taceat interrogatus, an obſcurè [p] reſpondeat, vt incertum dimittat interrogatorem.

*Ex cauſa iuſti erroris poteſt quis ſuam confeſſionem reuocare.Bartolus.*

Ex cauſa ſuccurri ei qui interrogatus reſpondit [q], non dubitamus. Nam & ſi quis interrogatus an patri heres eſſet,reſponderit*:mox prolato*teſtamento inuentus ſit exheredatus,æquiſsimum eſt ſuccurri ei. & ita Celſus ſcri-
B bit. Id quidem & alia [r] ratione,quòd ea quę poſtea emergunt,auxilio†indigẽt. Quid enim ſi occultę tabulę [s] & remotæ, poſtea prolatæ ſunt? cur noceat ei qui id reſpõderit quod in præſentarium videbatur? Idem dico & ſi quis heredem ſe reſpõderit, mox falſum vel inofficioſum vel irritum teſtamentum fuerit pronuntiatum. Non enim improbè reſpondit, ſed ſcriptura [t] ductus.

*Qui interrogatur, tenetur quaſi celebraſſet contractum ſuper quo interrogatus eſſet,Bartolus.*

Qui interrogatus [u] † reſpon-
C derit,ſic tenetur,quaſi ex cõtractu obligatus [x] pro quo pulſabatur, dũ ab aduerſario interrogaretur.ſed & ſi à prętore fuerit interrogatus, nihil facit [y] prætoris auctoritas: ſed ipſius reſponſum ſiue mendacium.

*Erronea confeſsio poſt lit. conteſta.poteſt reuocari ex cauſa iuſti erroris. ſecus ſi fuerit in dolo.vel ſic:Lata culpa ante lit.conteſta. poteſt reuocari indiſtinctè:niſi captio actoris emergat. hoc dicit. Primo loquitur quando quis vult reuocare poſt litem conteſtatam. Secundo quando ante litem conteſta,ſecunda ibi,Celſus Bartolus.*

Qui iuſto errore [z] ductus negauerit ſe heredem, venia
D dignus [a] eſt.Sed & ſi quis ſine dolo malo,culpa [b] tamen reſponderit,dicendum erit abſolui eum debere : niſi culpa dolo proxima [c] ſit.

*Poteſt quis reuocare ſuam reſponſionem re integra, ſi ius aduerſarij non eſt factum deterius.Bartolus.*

Celſus ſcribit,licere reſpõſi

c *Inſolidum.* id eſt tanquam ſolus : vel tanquam inſolidum ſit heres.
d *Ex incerta.* puta ex reliquo.
e *Inſtitutus.* & aliorũ partes ignorat.
f *Qui tacuit.* dic hunc §. intelligi tribus modis:vt j.eo.ſi filius.
g *Inſtituta.* id eſt inſtituenda. Azo.vel per libellum, non per conteſtationem.
h *Negauerit.* cum eſſet in aliqua parte.
i *Conueniatur.* niſi ante litem conteſtatam pro pœna velit fateri: vt ſupra de noxa. l.electio,§.neque.
k *Si negaſſet.* niſi ſit filius in poteſtate teſtatoris qui poſt mortem eius abſtinuit : vt j.eo.ſi filius. ſecundũ quoſdam.ſed certe idẽ eſt in eo: quia ſi negat ſe heredem,verum fatetur, quia abſtinuit, & ideo non patietur pœnam. hic ergo erat ſecundum hoc ex aliqua parte heres . nam ſi inſolidum,vel in nihilum,nulla eſſet pœna.
l *Contemnere.* in primo caſu cũ non reſpõdet. vnde Pilatus ad Chriſtum,Mihi non loqueris? Neſcis quia poteſtatem habeo &c. ſed ipſe non vt contemneret,ſed vt miraretur Pilatus,fecit.In ſecundo caſu quando eſt mendax,videtur decipere: quod eſt puniendum: vt s.de his qui no. infa.l.debuit.
m *Non reſpondit.* Hic debet eſſe quoddam Græcum: cuius expoſitionẽ ponit ſtatim,id eſt pro ſe poſcit: ſcilicet,reſpõſionem. nam cum quæritur ab eo, ipſe non reſpondet, ſed quærit de alio quodam.
n *Humana eſt.* appellatione enim partis dimidia continetur: vt j.de ver. ſign. nomen filiarum. §. portionis. Azo.
o *Nihil.* iſtud nihil,nõ eſt per omnia nihil, quod dic vt infra ad leg.Iuliam repe.l.ſacrilegij.§.fina.
p *Obſcure.* puta Gręca lingua,vel alia extranea,quæ nõ intelligatur ibi.& ſic not.ꝙ ex hoc omnes fere doctores dicũt,non eſſe admittendam eius reſpõſionem poſt.lit. cont.qui dicit ſe dubitare.Sed tu dic cõtra,vt diximus s.eo.l.qui interrogatur.
q *Reſpondit.* ſ.ſe heredem.Azo.credens hoc quia filius.Acc.
r *Alia.* prima enim fuit æquitas:vt s.de Pub.act.l.fi.ſecunda eſt:quia quę de nouo cõtingunt &c.vt hic.quod eſt notandũ. vt s.de procu.filius.§.fi.& l.ſeq. & de trãſac.l.nõ eſt.& inſt.de here.quali.& dif.§.ſciendũ.& j. quãdo actio de pecu.eſt an.l. quæſitũ.& j.de inſt.l.habebat.in prin. & s.qui ſatiſd.cogan.ſi ff. Vetus.

s *Tabulæ.* in quibus exheredatus,vel alius inſtitutus erat.
t *Scriptura.* id eſt propter ſcripturam.
u *Qui interrogatus reſponderit.* peculium eſſe penes ſe dominum, ſecundum primũ: vel ſe habere in poteſtate ſeruum ſecundum alium, ſcilicet quando noxaliter. Sed hic caſus nõ eſt hic. Vel dic ſe teneri mihi ad decem ex mutuo.
x *Obligatus.* ſcilicet eius filij vel ſerui pro quo&c.vt ſupra eo.l.ſi defenſor.§.fina. Et idẽ ſi maleficium ſit à ſeruo cõmiſſum, & ex eo noxaliter cõueniatur. Vel ſi vis,dicas ꝑ quo, ſcilicet contractu.Sed certè immo pro condemnato,non pro obligato tantum debet haberi:vt j.de confeſ. l.certum. in prin. quæ eſt contra. Sol.quo ad probationem eſt pro condemnato: nõ quo ad hoc vt ſententia nõ detur: vt diximus s.ad legem Aquil.proinde. & ſecundum hoc confeſſus fuit ſe debere: ſed tunc non videtur facere. quod not. Vel dic quòd confeſſus fuit ſe habere peculiũ. ADDITIO. Dic ſecundum Bar.quòd idẽ eſt in his quæ pertinẽt ad litis deciſionem, & ſunt deciſiua partis. Ratio apparet:quia licet ſit verum , tamen id de quo eſt confeſſus, non ſufficit ad cõdemnationem.
y *Nihil facit.* ſcilicet ad interrogationẽ: ſed in admittenda reſponſione bene facit. alioquin contra: vt j.eo.l. fina.& s.e.l.j.§.fi.
z *Qui iuſto errore.* videns primũ teſtamentum , in quo alius eſt inſtitutus,non vltimũ, in quo ipſe pro parte eſt inſtitutus:&ita nec fuit leuis culpa.
a *Venia dignus.* contra ad rationem,nõ ad caſum.j.de dona. l. quidam. Sol.ibi non errabat.aliàs enim donatio non valeret, quæ ibi dicitur valere: vt C.de dona.l.nec ignorans.Accurſius.
b *Culpa.* vt puta ſi fuit inſtitutus corã tribus teſtibus:& ideo ſe heredẽ credebat. Sed hæc videtur lata, cũ ſit error iuris: vt colligitur.C.de legib.& cõſti.l.leges ſacratiſsimę.& j.de ver. ſig.l.latæ.Quare dic quòd erat teſtis vnus ſeruus,& erat teſtamentum nũcupatiuum:vel pupillus,cum credebatur adultus, vel liber.&ſecundum hoc dixit ſe heredẽ.& ſic mutat caſum. Vel dic negauit:vt quia putauit teſtatorem furioſum.Ac.
c *Proxima.* vt quia fuit lata,& fatua.credidit enim fortè ſe rectò inſtitutum ab eo qui furore detinebatur,ſecundum.Azo.

* *ſe heredẽ eſſe.*
* *probato.*
† *Cõcor.in c.ſciſcitat⁹. glo.ſuper verb.in famẽ.extra de reſcript. & c.propter.cũ glo. ſuper verb. imminebãt. extra de loca.et cõduc.*
† *No.ꝙ licet cõfeſsio facta extra iudiciũ non diſponat: ſed ſolum probet.l.Publia.in fin. ff.depoſi. pro quo cõcor.& ibi probatur in ca.ſi cautio. de fi.inſtru. extra in c. quotiens cordis oculus.1.q.7.ſi autẽ ſit ſine cauſa,non valet.nec probat: tamen ſi eſt facta in iudicio, obligat vt ex quaſi cõtractu. Bolog.*

a *Actoris.* vt ar. j. de euic. l. fundũ cuius. §. fi. Et da exemplum quòd nulla ſit captio actoris, veluti ſi à poſſeſſore nõdum ſit vſucapio impleta: vt s. de dolo. l. pe. Item ſi prius dixit ſe non eſſe heredem: nunc autem ſe heredem dicit. ſic ergo non eſt actoris captio, id eſt damnum tunc quandocunq; pœnitet: vt hic. Si vero eſt captio, tunc ante litem conteſtatam pœnitet indiſtinctè: vt hic, & s. de rei vind. l. is qui. & l. nã ſi. & l. ſinautem. & s. de noxa. electio. §. neque. poſt litẽ autem nõ, vt eiſdẽ legibus. Sed & ante litẽ non licet pœnitere: vt quãdo à certa perſona propoſuerat pœnitere: vt prædicta. l. ſinautẽ. vel quando alius compleuit vſucapionẽ: vt s. de dolo. l. pen. Item poſt lit. conteſt. nõ, niſi iuſtus interuenerit error: vt s. prox. §. vel niſi actoris ſcientia: vt j. de act. empt. l. j. in fin. & s. de pet. here. qui ſe liti. vbi etiã poſt lit. cõteſt. pœnitet. Sed nonne qui vult pœnitere poſt lit. cont. probabit ſe erraſſe? Vtiq; ſecũdum Io. puta reſpõdit aliquid: & ita eſſe probat per inſtrumenta, vel per teſtes quòd res aliter ſe habet: vt hic ſubiicit. ſed ante non, propter verbum, maximè. Sed nonne ſemper ignoraſſe vel erraſſe præſumitur: vt C. qui milita. non poſſ. ſuper ſeruis. in prin? Reſpõ. hic non: quia ſua propria cõfeſſio, & ſic ſuũ factum contra eum facit, & contra eum præſumitur: vt s. eo. l. j. §. j. ibi autem factum ſerui rectè poterat ignoraſſe qui militiam adquirebat. Sed hoc probato, ſi actor replicet: tu ſciebas aliter quàm reſponderis: & ideo iuuari non debes: reſpon. hoc probabit ipſe cum pœnitens probabit ſe erraſſe. Accurſius.

*Interrogatus an & quando poſſit pœnitere.*

* *Bal. de iure ſuo.*

pœnitere, ſi nulla captio ex eius pœnitentia ſit actoris[a]. Quod veriſſimũ mihi videtur: maximè ſi quis poſtea plenius inſtructus quid faciat, inſtrumentis, vel epiſtulis amicorum iuris ſui* edoctus.

*Filius ex mendacio punitur, non ex taciturnitate. Baldus.*

XII. PAVLVS libro ſeptimodecimo ad Edictum.

SI filius qui abſtinuit ſe paterna hereditate, in iure interrogatus reſponderit ſe heredem eſſe, tenebitur. nam ita reſpondendo, pro herede geſſiſſe videtur[b]. ſinautem filius qui ſe abſtinuit interrogatus tacuerit, ſuccurrendum eſt[c] ei: quia hũc qui abſtinuit, prætor non habet heredis loco.

B

*Etiam confeſſo non denegatur exceptiones legitimæ. Bartolus.*

Exceptionibus quæ inſtitutis in iudicio contra reos[d] actionibus opponuntur, etiã is vti poteſt, qui ex ſua reſponſione conuenitur[e]: veluti pacti conuenti, rei iudicatæ, & cæteris.

C

*Confeſſionibus eſt ſtandum, quibus ius vel natura non repugnat. Bartolus.*

XIII. IDEM libro ſecundo ad Plautium.

COnfeſſionibus falſis reſpondentes[f] ita obligantur, ſi eius nomine de quo quis interrogatus ſit, cum aliquo ſit actio: quia quæ cum alio actio eſſet ſi dominus eſſet, in noſmet confeſſione noſtra conferemus[g]. Et ſi eum qui in poteſtate patris eſſet, reſpondiſſem filium meum eſſe: ita me obligari, ſi ætas eius pateretur vt filius me⁹ eſſe poſſit: quia falſæ cõfeſſiones naturalibus cõuenire[h] deberent. propter quæ fiat, vt patrisfamilias nomine reſpondendo[i] non obliger.

Eum qui[k] patremfamilias ſuũ eſſe reſponderit ſeruum, nõ teneri noxali actione. Ac ne ſi bona fide liber homo mihi ſeruiat, mecum noxali iudicio agi poteſt[l]: & ſi actũ fuerit, manebit integra actio cum ipſo qui admiſit.

XIIII. IAVOLENVS libro nono ex Caſſio.

SI is cuius nomine noxæ iudiciũ acceptũ eſt, manente iudicio liber iudicatus eſt, re⁹ abſolui debet[m], nec quicquã interrogatio in iure facta ꝑderit: quia eius perſonæ cuius nomine quis cũ alio actionẽ habet, obligationẽ transferre[n] nõ poteſt[o] in eũ qui in iure ſuum eſſe cõfitetur: velut alienũ ſeruum ſuũ eſſe confitẽdo. Liberi autem hominis nomine quia cum alio actio nõ eſt, ne per interrogationẽ quidem aut confeſſionem transferri poterit. quo caſu eueniet, vt nõ rectè hominis liberi nomine actum ſit cum

vero heres non ſit, & dicit ſe non eſſe, nõ patitur pœnam. ſecus ſi taceat, ſecundum Azonem: & ſic duobus modis intelligitur. §. qui tacuit. Vel tertio ibi tacens heres eſſe poterat, ſed non adiuerat: hic nõ poterat: quia repudiauerat. & ſic ſunt tres ſolutiones, & tres intellectus dicti. §. qui tacuit.

d *Contra reos.* ſcilicet veros heredes.

e *Conuenitur.* & eſt ratio: quia cum interrogãs habeat interrogatu loco heredis pro ſe: ergo & cõtra ſe debet habere: ne ſibiipſi ſit cõtrarius: & ſic reſpellatur: vt j. quando ap. ſit. l. ij. Et ſic nota quòd confeſſio mea etiã mihi prodeſt hic per quandam conſequentiam. Accurſius.

COnfeſſionibus.) CASVS. Vocaui te ad ius, & quæſiui an occidiſſes ſeruum meũ: & dixiſti quòd ſic. certe teneris Aquil. ita demum ſi eſt occiſus ſaltem ab aliquo. {ET SI EVM.} Vocaui te ad ius agendo de peculio nomine Titij, quem dicebam tuum filium. qui cum aliis erat filiusfa. & quæſiui à te an eſſet tuus filius, dixiſti quòd ſic. certè itã demum tibi præiudicas, ſi eius ætatis ſis tu, & ipſe, vt tuus fili⁹ eſſe poſſit. {EVM QVI.} Volebam te cõuenire de peculio nomine Titij, quem tuũ filium eſſe credebam, cum eſſet ſui iuris. certè profitẽdo tu tuum, non præiudicas tibi. Item Titius dedit tibi damnum, pro quo conuenis me noxaliter, credens eum ſeruum meum. ego in iure interrogatus confiteor meum ſeruum. certè non præiudicat mihi confeſſio: ſiue erat in ſtatu libertatis, ſiue ſeruiebat mihi bona fide. Viuianus.

SI filius.) CASVS. Filium debitoris mei ad iudicium vocaui, & interrogaui eũ, an eſſet heres debitoris: & ipſe reſpõ. quòd ſic. cum ſit abſtentus à paterna hereditate. tenetur quidẽ amodo. ſi enim tacuit, tũc nõ tenetur, ſed ei ſuccurritur. {EXCEPTIONIBVS.} Titio debitori meo feci pactum de non petendo. deceſſit. ego conuenio te Seium, cum dicis te heredẽ. tu fuiſti confeſſus te heredem. quæritur an poſſis vti exceptione pacti, ſicut poſſet verus heres? Et dicitur quòd ſic. Vi.

b *Geſſiſſe videtur.* Sed quomodo q̃ ſemel abſtinuit, erit amodo heres: vt C. de repu. here. ſicut. quæ eſt cõtra? Sol. hic nõ eſt heres, ſed habetur pro herede in ſui præiudiciũ quo ad interrogantem, nõ quo ad alios: vt j. eod. l. fi. quæ eſt ſimiliter contra.

c *Succurrendum eſt.* primo quia non debuit hic filius, qui abſtinuerat, ex delicto obligari hereditati. ſecus ſi non abſtinuerit: licet non adierit. nam tunc ſecus: vt j. de adquir. here. ſi ſer uum quis. in fin. hic autem delictum eſt, ſ. contumacia[a] ſi taceat, & non reſpondeat per contumaciam: vt s. ea. de ætate. §. qui tacuit. Eſt & alia ratio: quia pro eo habetur ac ſi negaret: vt d. §. qui tacuit. ſed tunc veritatem fatetur quo ad commodum, quia abſtinuit, vt ſtatim ſubiicit: quia &c. non ergo patitur pœnam. ſi autem eſt ex aliqua parte heres is qui eſt interrogatus, & tacuit, tenetur inſolidum: vt d. §. qui tacuit. Vel dic, ſpeciale in filio: quia cum prætoris beneficio ſit exemptus ſemel: vt inſtit de hered. quali & diff. §. ſui. noluit prætor iterum eum adſtringere. & hoc eſt quod ſubiicit, quia &c. Quod autem dicitur s. e. de ætate. §. qui tacuit. quaſi negauerit &c. ſubaudi, ſe heredem, cum eſſet pro parte ſaltem heres, vt dixi. ſi

D

*a Imol. in l. pe. §. ad crimen. ff. de publ. iudi. 24. co. & Alex. in l. 1. §. fi. col. pe. ff. ſi quis ius dic. nõ ob. reputãt iſtã gl. ſingul. ad hoc*

f *Reſpondentes.* puta ſeruũ alienũ ſuum eſſe: vt j. e. qui ſeruũ.

g *Conferemus.* alius tamen remanet obligatus, niſi ſoluam: & tunc etiam diſtinguitur: vt infra e. l. qui ſeruum. Accurſius.

h *Conuenire.* vt & s. ad leg. Aquil. inde Neratius. §. fi. & l. ſeq. & infra l. proxi. in fi.

i *Reſpondendo.* ſcilicet eſſe filium meum, qui ſui iuris eſt.

k *Eum qui patrem.* i. eum qui verè liber erat, & vt liber ſtabat.

l *Agi poteſt.* vt & ſupra de noxa. l. penul. in prin. & l. noxali. & & infra l. proxi.

SI is.) CASVS. Seruus quidam dedit mihi damnum. dictũ fuit mihi quòd Titius erat eius dominus, cum non erat. vocaui eum in iudicium: & interrogaui an eſſet dominus ſerui. & reſpon. quòd ſic. ago contra eum noxali iudicio pendente iudicatus eſt liber, quia erat ei relicta libertas ſub conditione quæ extitit. nunquid Titius quem conuenio, mihi tenetur? Et reſpon. quòd non, cum ſit alius qui conuenitur noxali actione. & ſi ſeruus dedit mihi damnum, & vocaui te ad ius, credens te eius dominum, cum non eras, & confeſſus fuiſti te dominũ eſſe eius: poteris quidem conueniri. {IN TOTVM.} Ad hoc quòd confeſſio in iure facta valeat, oportet quòd non ſit contra ius, & contra naturam: aliàs non valet: vt s. eod. l. confeſſionibus. §. & ſi eum. in fi. Viuianus.

m *Debet.* vt & s. de noxa. l. penul.

n *Transferre.* impropriè ponitur transferre. nec enim per confeſſionem liberatur qui tenebatur, niſi ſoluat: vt infra eo. qui ſeruum. ponitur ergo pro conferre. & ſic ponitur. s. l. proxi. in prin. & s. de offic. eius cui man. eſt iuriſ. l. fi.

o *Poteſt.* ſcilicet interrogans.

Qui

A

eo qui confeſſus [a] eſt. In totum autem confeſsiones ita ratæ ſunt, ſi id quod in confeſsionem venit, & ius [b] & naturam* recipere poteſt.

XV. POMPONIVS libro octauodecimo ad Sabinum.

SI ante aditam hereditatē ſeruū hereditariū meum eſſe reſpondeam, teneor: quia domini loco habetur hereditas [c]. Mortuo ſeruo, quem in iure interrogatus ſuum eſſe confeſſus [d] ſit, non tenetur is qui reſpondit: quemadmodum ſi proprius eius fuiſſet, poſt mortem eius non teneretur [e].

B

*Nota. §. quòd ſicut quando fit tranſlatio de vno tempore ad aliud, requiruntur extrema habilia: vt l. ſcire. ſupra ex quibus cau.ma. ita quādo de perſona ad perſonam. quod not. de quo in l. ſi is qui pro emptore. de vſucapio. Bartolus.*

XVI. VLPIANVS libro trigenſimoſeptimo ad Edictum.

SI ſeruus ab hoſtibus captus ſit, de quo quis in iure interrogatus reſponderit in ſua poteſtate eſſe: quanuis iura poſtliminiorum poſsint efficere [f]* dubitare nos, attamen non puto locum eſſe noxali actioni [g]: quia non eſt in noſtra poteſtate. Quanquam autem placet etiam eū teneri qui alienum ſeruum ſuum falſus eſſet, attamen rectiſsime placuit eum demum teneri qui ſuum potuit habere, ceterùm ſi dominium [h] quærere non potuit, non teneri.

C

XVII. IDEM libro trigenſimooctauo ad Edictum.

SI ſeruus non ſit vnius ſed plurium, & omnes mentiti ſunt [i] eum in ſua poteſtate non eſſe [k], vel quidam ex illis, aut dolo fecerunt quo minus ſit in poteſtate, vnuſquiſque illorum tenebitur inſolidum [l]: quemadmodum tenerentur ſi haberent [m] in poteſtate [n]. Is vero qui nihil dolo fecerit quo minus in

D

a *Qui confeſſus eſt.* vt ſupra l. proxi. in prin.

b *Ius.* ius ponit propter liberū hominem: natura, propter eū qui non poteſt eſſe filius propter ætatem: vt hic, & ſ. l. prox.

S *I ante.* CASVS. Seruus Titij dedit mihi damnum. deceſsit dominus, & ante aditam heredi. vocaui Mæuium ad ius, & interrogaui eum an eſſet eius dominus. Et reſp. quòd ſic. quæritur an teneatur, cum alterius ſic. Et reſpon. quòd tenetur. Videtur quod non: quia erat hereditarius, & ſic videbatur non habere dominum. Sed reſpon. quòd hereditas habetur loco domini. {MORTVO.} Interrogaui te an ſeruus talis qui dedit mihi damnum, eſſet tuus. Et tu reſpondiſti quòd ſic. & lit. conteſt. ſum tecū. noxali iudicio pendente deceſsit ſeruus. amodo quidem nō teneris: quia ſi proprius eſſet tuus, & deceſsiſſet iudicio pendente, non tenereris. Viuia.

c *Hereditas.* vt inſtit. de ſtip. ſer. in prin.

d *Confeſſus.* noxali cōuentus. Accurſius.

e *Non teneretur.* vt & arg. ῑ. eo. ſi ſeruus ab. in prin. ῑ. reſpon. & §. j. & ſupra de noxa. electio. §. j. ſi is quem. & l. pen. §. j.

S *I ſeruus.* CASVS. Seruus tuus dedit mihi damnum, & captus fuit ab hoſtibus. conueni te noxali, & te interrogaui an eum poſsideas. Et reſpondiſti quòd ſic. Certè talis reſponſio tibi nō nocet. Secundo dicit quòd ſi interrogaui Iudæum an poſsidet ſeruum qui mihi damnum dedit: & reſpon. quòd ſic: non nocet ei talis reſponſio: quia Iudæus ſeruum Chriſtianum habere non poteſt.

f *Efficere.* aliàs efficere, & aliàs reficere.

g *Noxali actioni.* nam cum ſeruus damnum dedit, non eſt actio cū hoſtibus vel commercium: nec cum alio: quare confitens non tenetur. Sed arg. contra ſupra famil. erciſcun. l. item Labeo. §. fina. & l. ſequenti. Accurſius.

h *Dominiū.* vt Iudæus mancipium Chriſtianum. Vel ſi res fuerit vendita: ne tibi confitenti alienaretur.

i S *I ſeruus. Sunt.* ſcilicet dicentes.

k *Non eſſe.* cum ſit.

l *Inſolidum.* id eſt detracta noxæ deditione: vt ſupra de noxa. l. ſi plurium.

m *Si haberent.* ſubaudi & negarent. Vel verius nil ſubaudi: ſed tamen cū haberent in poteſtate, & non negarent, tenetur quilibet cum noxæ deditione: niſi poſt litem conteſtatam: vt ſupra de noxa. ſi ſeruus. Accurſius.

n *Poteſtate.* nec habet. Azo.

o *Vel.* pro etiam. q. d. non tantum ſe.



A

poteſtate haberet, vel [o] non negauit, non tenebitur.

*Si ille qui alium vt principalem defendit, non eſt ſoluendo, in alium actio reſtituitur. h. d. vel. ſic: Sententia lata contra vnum ex ſua confeſſione, non liberat verum dominū. Bartolus.*

XVIII. IVLIANVS libro quarto ad Vrſeium Ferocem.

QVi ex parte dimidia heres erat*, cùm abſentem coheredem ſuum defendere vellet, vt ſatiſdationis [p] onus euitare poſſet*, reſpondit ſe ſolum heredem eſſe: & condemnatus eſt. quærebat actor, cum ipſe ſoluendo non eſſet, an reſciſſo [q] ſuperiore iudicio, in eum qui re vera heres erat, actio dari deberet. Proculus reſpondit, reſciſſo iudicio poſſe agi. idque eſt verum.

B

*Quando non tenet iudicium, cōtumax in non reſpondendo non poteſt haberi pro confeſſo. h. d. vel breuius: Inter quos non valet iudicium, nec confeſſio. Bartolus.*

XIX. PAPINIANVS libro octauo Quæſtionum.

SI filius cum pro patre ſuo ageret, taceat interrogatus [r]: omnia perinde obſeruanda erunt, ac ſi non eſſet interrogatus.

C

*Si ex variatione perſonæ conuenti non variatur cauſa: vnius confeſſio & ſolutio liberat verum debitorem. ſecus ſi variatione perſonæ contingit variatio cauſæ: niſi veri debitoris nomine factum fuerit. h. d. Ponit duo dicta quæ videntur contraria: & ſoluit cum magna ſubtilitate. Bartolus.*

XX. PAVLVS libro ſecundo Quæſtionum.

QVi ſeruum alienum reſponderit ſuum eſſe, ſi noxali iudicio conuentus [s] ſit, dominum liberat: aliter atque ſi quis confeſſus ſit ſe occidiſſe ſeruum quem † alius occidit: vel ſi quis reſponderit ſe heredem. Nam his caſibus non liberatur qui fecit, vel qui heres eſt. Nec hæc inter ſe contraria ſunt. Nam ſuperiore caſu ex perſona ſerui duo* tenentur [t]

D

Q *Vi ex parte.* CASVS. Titius debitor meus deceſsit duobus relictis her. vocaui eos ad iudiciū. vnus venit, alius non. ille qui venit, confitetur ſe habere ſolū; quia volebat coheredem ſuum defendere, & ſic conuentus eſt inſolidum: & condemnatus eſt, cum in veritate non eſſet ſoluendo in totū. nunquid pro alia dimidia here. ad alium coheredem qui non venit poſſum habere regreſſum? Et reſpōdetur quòd ſic. Viuia.

p *Satiſdationis.* ſcilicet iudicatum ſolui: quod eſt etiā ſecundum ius vetus ſi agatur in perſonam. Accurſius.

q *Reſciſſo* per in integrum reſtitutionem: vt dicunt quidam. Sed hoc qualiter? nō enim liberatur ali⁹ propter huiuſmodi reſponſionem: vt infra eod. qui ſeruum, licet quandoque liberetur facta ſolutione: vt ibi dicitur: niſi hoc ageretur animo nouādi: vt ῑ. de ſolut. l. ſolutionē. & tunc non datur reſtitutio. Dic ergo, reſciſſo de facto: quia ex eo agi non poteſt ꝓpter inopiam. & ideo ita reputatur à iure ac ſi nulla detur actio: vt ſupra de dolo l. nā. Vel dic, reſciſſo, propter pactum de non petendo factum cum condemnato. Accurſius.

S *I filius.* CASVS. Filius patrē ad iudiciū vocauit. pater cum interrogatus eſſet, nō reſpondit, ſed tacuit. non nocet patri.

r *Interrogatus.* quia nō eſt iudiciū inter eos? vt ſupra e. ſi ſine. §. ſed ſi ſeruus. Accurſius.

Q *Vi ſeruū.* CASVS. Hæc lex facit differentiam vtrum quis conueniatur ex ſerui delicto: an quaſi ex ſuo, hoc modo: vocaui te ad ius: & quæſiui an Stichus qui fecerat mihi furtū, eſſet tuus ſeruus: vt ſic noxaliter mihi tenearis. & dixiſti quòd ſic. & ſic feci te condemnari: & exigi à te. quæritur an Stichus liberetur: erat enim alienus? Et dicit quòd ſic. Et eſt ſimile in ſeruo duorum dominorum, vt altero dominorum conuento & exacto, alter liberetur. at ſi quis quaſi ex ſuo delicto vel quaſi ſuo nomine conuenitur: vt ecce: conuenio te quaſi ſeruum occideris: vel quaſi ſi heres debitoris mei: & cum alius occiderit. tu confeſſus fuiſti te occidiſſe: vel te heredem: licet à te exegero, non tamen liberatur qui vere occidit, vel qui vere eſt heres: quia remaneret impunitus qui delinquit: niſi fuiſti confeſſus te occidiſſe vel te heredem volens defendere vel occiſorem vel verum heredem. nam tunc liberatur, cum confiteri teneatur, vel negare. {IN IVRE.} Planus eſt. Viuianus.

s *Conuentus.* condēnatus, & exactus: alioquin contra: vt ſ. eo. qui ex parte. & l. ſi quis interrogatus. & l. cōfeſsionibus. in fi.

t *Tenentur.* ſ. ſoluere inſolidū: licet ſint obligati inſolidum.

*Flo. erit.

*Flo. poſſit.

† *Iſte tex. eſt no. ſecundū Bald. ad hoc ꝙ licet homicidium fuerit in vno punitum, tamen aliū verum homicidam nō releuat. & iſtū tex. dicit ſingu. Iaſon. in l. error. C. de iur. & fact. ign. & Ale. hic ad Bar. qui dicit iſtum text. not.*

*non tenentur.

ſicut in ſeruo communi[a] dicimus : vbi altero conuento alter quoque liberatur. At is qui cõfitetur ſe occidiſſe vel vulneraſſe, ſuo nomine tenetur : nec debet impunitũ eſſe delictum eius[b] qui fecit, propter eum qui reſpondit: niſi quaſi defenſor[c] eius qui admiſit, vel heredis[d], litem ſubiit hoc genere[e]. tunc enim in factum exceptione data ſummouẽdus eſt actor: quia ille negotiorum geſtorum vel mandati actione recepturus eſt quod præſtitit. Idem eſt in eo qui mandatu heredis heredem ſe eſſe reſpondit, vel cum eum aliàs defendere vellet. In iure interrogatus[f] an fundum poſsideat, quæro an reſpondere cogendus ſit, & quota ex parte[g] fundum poſsideat. Reſpondi, Iauolenus ſcribit, poſſeſſorem fundi cogi debere reſpondere quota ex parte fundum poſsideat: vt ſi minore ex parte poſsidere ſe dicat, in aliam partem quæ non defenderetur, in poſſeſsionem actor mittatur[h]. Idem & ſi damni infecti caueamus[i]. Nã & hic reſpõdere debet, quota ex parte eius ſit prædium, vt ad eam partem ſtipulationem accommodemus. Pœna autem non repromittentis hæc eſt, vt in poſſeſsioné eamus. & ideo eo pertinet A ſcire an poſsideat.

XXI. VLPIANVS libro viceſimoſecundo ad Edictum.

VBicunque iudicẽ[†] æquitas mouerit, æquè oportere fieri interrogationem, dubium[k] non eſt.

*Confeſsio præiudicat quo ad perſonam interrogantis, non quo ad alios hoc dicit. Vel ſic: Reſponſio facta in iudicio, non præiudicat reſpondenti, niſi reſpectu interrogantis. Bartolus.*

XXII. SCAEVOLA libro quarto Digeſtorum.

B PRocuratore Cæſaris[l] ob debitum fiſcale interrogante[m] vnus ex filiis qui nec bonorum poſſeſsionem acceperat[n], nec heres erat, reſpondit ſe heredem[o] eſſe. an quaſi interrogatoria[p] creditoribus cæteris teneatur? Reſpondit, ab his qui in iure non interrogaſſent, ex reſponſo ſuo conueniri non poſſe.[q]

## DE QVIBVS REBVS ad eundem iudicem eatur.

### TITVLVS II.

*In cauſis connexis plures, licet diuerſi fori, coguntur apud eundem iudicem litigare.* C *Bartolus.*

I. POMPONIVS libro tertiodecimo ad Sabinum.

SI inter plures familiæ erciſcũdæ agetur[r], & inter eoſdem[s] communi diuidundo, aut finium regũdorum[t], eundem iudicem[u] ſumen-

a *Communi.* qui alij maleficium committit: vt infra tit. ij. l. vt tantum. §. item ſi ſeruus. Accurſius.

b *Delictum eius.* vt & ſ. ad leg. Aquil. ita vulneratus. circa medium. ſed de eo qui ſe heredẽ confitetur, non reddit rationem diuerſitatis. Dic ergo quòd heres ſuo nomine tãtum tenetur: nec enim eſt cuius nomine teneatur. at dominus nomine ſerui tenetur. Sed nõne exceptionem habet vt heres, is qui confitetur: vt ſupra eo. l. ſilius. in fi? Reſpon. ex perſona actoris, non ſua tenetur. Vel heres non habet exceptionem. Sed opponitur: nonne duo rei debendi obligantur ſuo nomine, & tenetur quiſq; inſolidũ: & tamen vno ſoluente liberatur alius? ſed certe ibi vterq; ex eadem cauſa videtur teneri: vt infra de duob⁹ reis. l. iij. §. fin. Item nonne debet vnus liberari altero electo: vt ſ. de noxa. electio. in princip. Reſpondeo: hic neuter iſtorum habet ab altero cauſam. Itẽ nõne re perſecuta debet repelli: vt ſ. de eo per quem fa. erit. l. j. §. ſi plures? Reſpõdeo: iſti ex duabus cauſis ſe nõ contingẽtibus conueniuntur: illi ex vna. Itẽ nõne verus heres debet repellere creditorem exceptione, ſoluẽte iſto qui bona fide ſe credebat heredem: vt ſ. de peti. hered. ſi quid poſſeſſor? Reſpõdeo, imò mala fide volens decipere actorem. Accurſius.

c *Defenſor.* ſine mandato.

d *Heredis.* ſcilicet eius qui deliquit.

e *Hoc genere.* id eſt hoc modo. ſcilicet per confeſsionem.

f *In iure interrogatus.* ante litem conteſtatã: vt not. ſ. de rei vin. l. qui petitorio. Accurſius.

g *Quota ex parte.* & an poſsideat: vt hic quæſierat: & dicitur ſupra de rei vin. l. qui petitorio. in princip. Sed contra in eo. ti. l. in ſpeciali. Sol. ibi de dominio an ſit ſuum non cogitur dicere: ſed de poſſeſsione ſic: vt hic dicitur.

h *Mittatur.* vt & infra ex quib. cau. in poſſ. eat. l. Fulcinius. §. Celſus autem.

D

i *Caueamus.* id eſt caueri poſtulemus.

k *VBicunque. Dubium.* vt ſi Bononienſis petat lectum, & neſciat cui locauit ex ſcholaribus. Azo. vel ſicut fit Bononiæ in præceptis. nã quæritur à debitore an debeat, vt ſic fiat ei præceptum: vt ſupra de iudi. ſi debitori.

*PRocuratore.* CASVS. Titi⁹ multos habebat creditores, inter quos erat fiſc⁹. procurator fiſci egit pro fiſco, abſentibus aliis creditoribus. cõfeſſus te here. fuiſti. an præiudices tibi quantũ erat pro perſonis abſentiũ? Et dicit quòd non. Vi.

l *Cæſaris.* qui erat iudex. Accurſius.

m *Interrogante.* ſcilicet aduerſariũ, an ſit heres debitoris fiſci: vt ſic perſonali actione poſsit eum poſtea conuenire. Accur.

n *Acceperat.* vnde liberi. & ſic de iure prætorio non eſt heres. nec de iure ciuili. erat enim emancipatus. item non erat inſtitutus: quia tunc nuda voluntate poſſet eſſe heres.

o *Heredem.* ergo mentitus eſt, cum eſſet emancipatus: vt dixi. & ex delicto nõ debet applicari hereditati: vt infra de adquirend. here. l. ſi ſeruum. in fi. Azo.

p *Interrogatoria.* id eſt actione perſonali: quæ quodammodo ex interrogatione nata videtur in iſtum: vt ſ. de ætate. §. qui interrogatus. vere tamen nata eſt ex contractu vel negotio habito à defuncto. Accurſius.

q *Non poſſe.* & ſi dicas ab aliis, qui ſcilicet non interfuerunt interrogationibus, planum eſt, ſed quo ad iſtos eſt pro herede, qui interrogauerunt: vt ſupra eod. ſi filius. quæ eſt contra. Et ſic no. hic confeſsionem abſente aduerſario factam, non valere: vt infra de conſeſ. l. certum. §. ſi quis. Item nec extra ius: vt ſ. eo. l. j. vel dic ſecundo, quòd etiam quo ad interrogantes non eſt pro herede: & loquitur de emancipato. ſed illa ſi filius de eo qui eſt in poteſtate. Sed videtur quòd etiam ſolo conſenſu, qui patet ex verbis confeſsionis, heres efficiatur: vt j. de adquirenda here. l. eum. quæ eſt contra dictam proximam ſolutionem. Sed certe & ibi dixit de his qui in poteſtate ſunt qui nuda voluntate ſiunt heredes de iure ciuili etiam poſt repudiationem intra triennium: vt C. de repu. hered. l. fin. Sed filius emancipatus heres eſſe nõ poteſt vel per prætorem, vel per ſuam confeſsionem. ſed tamen eſt loco heredis, ſi petat bonorum poſſeſsionem: vt infra de bonorum poſſeſſ. l. iij. §. fina. & l. iiij. & v. hic autem bonorum poſſeſſ. non petiit: ideóque ſua confeſsio non valuit ei. Vel dic tertio quòd hic filius in poteſtate iã abſtinuerat. vnde reſpondendo ſe heredem, ſibi præiudicat quantum ad aduerſarium, non quantum ad alios. Si autem non abſtinuiſſet, præiudicaret ſibi quantum ad omnes: non ex vi confeſsionis, ſed aditionis, & quaſi contractus. Accurſius.

Confeſſio aduerſario abſente facta, non valet.

DE QVIBVS REBVS AD eundem iudicem eatur.

*Quia actio famil. erciſc. & communi diui. & finium regund. de quibus dictum eſt, ſunt coram vno iudice, licet à pluribus proponendæ: ideo hunc titulum competenter ponit. Accurſius.*

*SI inter plures.* CASVS. Sumus coheredes vel conſortes. ſi volumus rem cõmunem diuidere: coram vno iudice & in vno loco eſt agendũ. nam ſi corã diuerſis fieret, forte multis adiudicaretur idem: & alter mihi, alter tibi: & hæc eadẽ ſeruantur in iudicio finiũ regun. vt ſi ego & tu habemus agros cõfines: & ego coram vno ago contra te, & coram alio agitur contra me: certè non debet fieri: quia ex hoc poſſet eſſe quòd vnus aliter decerneret & imponeret fines quàm alius. Viuia.

r *Agatur.* ſcilicet ab vno porrecto libello contra reliquos, coram diuerſis iudicibus.

s *Inter eoſdẽ communi diuidundo.* ſ. ab alio porrecto libello pro eiſdẽ rebus. & ſic alij famil. erciſc. alij communi diuidun. agere volunt. vel verius ponitur &, pro aut: vt C. de verb. ſigni. l. pen. Item illud pronomẽ eoſdem, denotat identitatem perſonarum, quæ agunt apud diuerſos iudices communi diuidũdo, non autem repetit eos qui agunt familiæ erciſcundæ. Azo.

t *Finium regundorum.* ſi agatur coram diuerſis iudicibus.

u *Eundem iudicẽ.* hoc euenit tribus rationibus. Prima ratione coniunctionis cauſæ, quia conſortes, & cõiuncti ſunt: vt hic. & C. de iudi. l. nulla. Secunda ratione recõuentionis. nam cum quilibet eſt actor & reus: ergo quilibet agit & reconuenitur: apud eundẽ ergo iudicẽ hoc fiat: vt hic, & C. de ſen. l. cũ Papinianus.

dum. Præterea[a] quò facilius coiri coheredes vel ſocij poſſint, in eundē locum[b] omniũ præſentiam fieri oportet[c].

II. PAPINIANVS libro ſecundo Quæſtionum.

CVm ex pluribus tutoribus vn⁹, quòd cæteri nõ ſint idonei, cõuenitur: poſtulãte eo omnes ad eundē iudicem mittũtur[d]. & hoc reſcriptis principum continetur.

## DE SERVO CORrupto. †

## TITVLVS III.

I. VLPIANVS libro vicenſimotertio ad Edictum.

AIt prætor: *Qui ſeruum ſeruam alienum alienã recepiſſe[e], perſuaſiſſeve quid ei dicetur dolo malo, quo eum eam deteriorem faceret: in eum quãti ea res erit, in duplum[f] iudicium dabo.*

*Nota quòd dictio illa, alienum, non verificatur in perſona eius qui eſt bonæ fidei poſſeſſor: ſed requiritur quod habeat verum dominium, vt hic patet, referendo iſtum §. ad verba edicti. Bar.*

Qui bona fide ſeruũ emit, hoc edicto non tenebitur:[g] qa nec ipſe poterit ſerui corrupti agere: quia nihil ei⁹ intereſt[h] ſeruum nõ corrumpi. Et ſanè ſi quis hoc admiſeriti[i], eueniet vt duobus actio ſerui corrupti competat[k]: quod eſt abſurdũ[l]. Sed nec eum cui bona fide homo liber ſeruit, hanc actionē poſſe exercere opinamur. Quod autem prætor ait, *recepiſſe*, ita accipimus, ſi ſuſceperit ſeruum alienum ad ſe. Et eſt propriè recipere refugiũ abſcondendi cauſa ſeruo præſtare, vel in ſuo agro, vel in

D alieno loco, ædificióve. Perſuadere autem eſt plus quàm compelli atque cogi ſibi parēre. Sed perſuadere τῶν μέσων ἐστίν*: nam & bonum conſilium quis dãdo poteſt ſuadere, & malũ[m]. & ideo prætor adiecit, *dolo malo, quo eum deteriorem faceret*. Neq; enim delinquit, niſi qui tale aliquid ſeruo perſuadet, ex quo eum faciat deteriorem[n]. Qui igitur ſeruum ſolicitat ad aliquid vel faciendum vel cogitandum improbè, hic videtur hoc edicto notari. Sed vtrum ita demum tenetur, ſi bonæ frugi ſeruum perpulit

B ad delinquendum, an verò & ſi malum hortatus eſt, vel malo monſtrauit quemadmodum faceret? Et eſt veri⁹, etiam ſi malo monſtrauit in quem modum delinqueret, teneri eum. Immo & ſi erat ſeruus omnimodo fugitur⁹, vel furtum facturus[o], hic verò laudator huius propoſiti extitit, tenetur. Non enim oportet laudando augeri malitiam. Siue ergo bonum ſeruum fecerit malum, ſiue malum fecerit deteriorem: corrupiſſe videbitur.

Is quoque deteriorem fa-

C cit, qui ſeruo perſuadet vt iniuriam faceret, vel furtum, vel fugeret, vel vt alienũ ſeruum ſolicitaret, vel vt peculium intricaret, aut amator[p] exiſteret vel erro[q], vel malis artibus eſſet deditus, vel in ſpectaculis nimius, vel ſeditioſus, vel ſi actori ſuaſit verbis, ſiue pretio vt rationes dominicas intercideret, adulteraret[r], vel etiam vt rationem ſibi commiſſam turbaret[s],

II. PAVLVS libro nonodecimo ad Edictum.

VEl luxurioſum vel contumacem[t] fecit, quive

D vt ſtuprum[u] pateretur[x] perſuadet.

III. VLPIANVS libro tertiodecimo ad Edictum.

DOlo malo adiecto calliditatem notat prætor eius qui perſuadet. Ceterum

---

niãus. & in aut hent. & conſequenter. & ſupra de iudic. l. qui non cogitur. Tertia ratione abſurditatis euitandæ. nam poſſet eſſe quòd vnus aliter adiudicaret quàm alius: vel aliter de perſonalibus præſtationibus: vel aliter fines deſignaret: vt hic, & argu. infra de libe. cau. l. cognitio. §. ſi plures. & l. ſi partem. & l. ſi vſufructu. §. ſi mater. Accurſius.

a *Præterea.* innuit ratione perſonę: nũc innuit ratione loci.

b *Eundem locum.* id eſt apud eũdem iudicem: vt prædixit.

c *Oportet.* ſic infra an per alium cauſa appella. l. j. in fin. Et hoc fit vno vel quibuſdam de coheredibus vel de cõſortibus poſtulãtibus. Accurſius.

*CVm ex pluribus.* }. CASVS. Tutores habui, & vnus eſt ſoluendo, & alius non. conuenio illum qui eſt ſoluendo: & ipſe conuentus petit alios conueniri, vt ſciatur quantum potuit ſoluere. certè conſentiendum eſt. Viuianus.

d *Mittuntur.* vt ſciatur inquantum ſunt locupletes, vt reddant rationem omnes ſimul: vt ſupra de eden. ſi quis. §. j. Accurſius.

DE SERVO *corrupto.*

*Dictum eſt ſupra, ad legem Aquil. de damno dato in rebus noſtris inanimatis, & in corpore noſtrorum ſeruorum, nunc de damno dato in animis eorum, & ita factis vitioſis. Accurſius.*

A*It prætor.* Hic ponũtur verba prætoris, quæ plana ſunt. Et conſequenter omnes ll. hujus tituli ſunt faciles: ideo non indigent caſus poſitione.

e *Recepiſſe.* latenter ſcilicet, & dolo malo. ſciens ipſum recedere à domino cum rebus: vt infra eo. l. doli. Azo. & infra l. prox. §. quod autem.

f *In duplum.* vt ſimplũ ſit pœna: vt infra eo. l. vt tantum. §. in hac. Accurſius.

g *Non tenebitur.* id eſt non continebitur, vt poſſit agere: & hoc ſubiicit: quia &c. & ſic plana. Vel dic, non tenebitur ſcilicet ſi cum ipſe corrumpit eum dolo malo, in necem alterius non fecit aliquid, cum ſe putaret dominum: argum. ſupra de petitione heredi. ſi quid poſſeſſor. §. fina. ſed quod ſubiicit, quia nec ipſe, & cætera. erit mala ratio, quia extraneus conuenitur, ſi corrumpat: non tamen agit: ſed ſic eam defendes, quia nec poteſt agere, ſcilicet inſolidum, vt dominus agit: tamen ratione operarum, & damni dati non ratione proprietatis, ſicut vſusfructus, vt infra eodem, ſi quis. §. j. Cæterum ſi ageret ſerui corrupti ratione proprietatis, teneretur ſerui corrupti: ſicut in duobus dominis euenit: vt infra eodē. ſi quis ſeruum. Sed quid ſi ſeruus bona fide ſeruiens tibi, alium corruperit? noxaliter teneberis: vt ſupra de noxa. non ſolum. & infra eod. l. doli. §. ſi ſeruus. Dixi bonæ fidei poſſeſſorem corrumpentem non teneri, ſecus tamen ſi bonę fidei poſſeſſ. vel eius ſeruus damnum dederit in ſeruo bona fide poſſeſſo, vnde Aquilia locum habet. nam tunc quia in l. Aquilia etiam culpa venit, tenebitur etiam bonæ fidei poſſeſſ. vt ſupra ad l. Aquil. ſi eo. & l. ſcientiam. §. ij. & ſupra de rei vindic. l. non ſolum. & in ſumma de ſeruo corrupto. Accurſius.

h *Intereſt.* ratione proprietatis. Accurſius.

i *Admiſerit.* vt bonæ fidei poſſeſſ. agat ſerui corrupti inſolidum ratione proprietatis, cum non ſit dominus. Accurſius.

k *Competat.* reſpectu proprietatis, inſolidũ. Accurſius.

l *Abſurdum.* in hoc caſu, aliàs nõ. Duo enim ſocij contra tertium habent: vt infra eod. ſi quis. Item duo domini non ſocij ratione communis ſerui: vt ar. eiuſdem. l. ſi quis. Azo.

m *Et malum.* facit infra de regu. iur. l. conſilij. Azo.

n *Faciat deteriorem.* niſi in caſu: vt C. de furtis. l. ſi quis perſuaſerit. quæ eſt contra. Solu. ibi ſpeciale: vt ibi dicitur. Alij dicunt hoc corrigi per hoc quod ibi dicitur: quod eſt falſum.

o *Furtum facturus.* facit infra de furtis. l. qui ſeruo. & infra de iniur. non ſolum. §. Proculus. & inſtitut. manda. §. tua gratia. Sed cõtra infra de verbor. ſigniſi. l. ſepe. §. fina. Sol. cum experior ex delicto quod ei ſuaſit alius, & poſtea propter conſilium perpetratum eſt: adhibetur diſtinctio vtrum delinquens erat aliàs facturus, vel non: ſed hic experior ex delicto hoc ipſo, quòd delinquens credidit ſuo cõſilio fieri vitioſum: vel de malo peiorem: non attento delicto poſtea ſecuto in perſona: licet ſi patiar in rebus damnum poſtea propter proximum præcedens conſilium per conſequentiam habeatur ratio. ſecus ſi ex interuallo: vt infra eod. l. in hoc. & l. Neratius. ſecundum Azo.

p *Amator.* meretricum. Accurſius.

q *Vel errori.* vt eſſet in errore, & nihil diſceret. In P. Flo. erro legitur, id eſt vagus.

r *Adulteraret.* id eſt falſaret. Accurſius.

s *Turbaret.* id eſt intricaret, vel imbrigaret. Accurſius.

t V*El luxurioſum contumacem.* facit j. de extraor. cri. l. in eum.

u *Stuprum.* perpetraret cum aliqua. Accurſius.

x *Pateretur.* cum ipſa eſſet ancilla: vt infra ad leg. Iul. de adul. cum inter liberas. Accurſius.

ſi quis ſine dolo deteriorem fecerit, non notatur: & ſi luſus[a] gratia fecerit, nõ tenetur. Vnde quæritur, ſi quis ſeruo alieno ſuaſerit in tectum aſcendere, vel in puteum deſcendere, & ille parens aſcenderit, vel deſcenderit, & ceciderit, crusque vel quid aliud fregerit, vel perierit, an teneatur. Et ſi quidem ſine dolo malo fecerit, non tenetur[b]: ſi dolo malo, tenebitur. A

IIII. PAVLVS libro nonodecimo ad Edictum.

SEd cõmodius eſt vtili lege Aquilia eum teneri[c]. B

*Nota iſtud principium, quod iſtud verbũ, dolo malo, poſt duo verba poſitum refertur ad vtrunque: quod valet ad ſtatutum quod dicit, ſi quis ſic fecerit, & ſic, & poſtea ſubnectitur, de nocte, quòd iſtud verbum, de nocte, refertur ad vtrunque. Bart.*

V. VLPIANVS libro vicenſimotertio ad Edictum.

DOli verbum etiã ad eũ qui recepit, referendum eſt: vt non alius teneatur, niſi qui dolo malo recepit.* Cęterùm ſi quis vt domino cuſtodiret, recepit, vel humanitate vel miſericordia ductus, vel adprobata atq; iuſta ratione, non tenebitur. Si quis dolo malo perſuaſerit quid ſeruo quem liberũ putabat, mihi videtur teneri eũ oportere[d]. Magis* enim delinquit, qui liberum putãs corrupit: & ideo ſi ſeruus fuerit, tenebitur. Hæc actio etiam aduerſus fatẽtem in duplum eſt: quamuis Aquilia inficiantem[e] duntaxat coërceat. C

Si ſeruus ſeruave feciſſe dicetur, iudicium cum noxæ deditione redditur.

*Nota de verbo futuri temporis indicatiui, quid habet denotare: de quo dixi in. l. 1. ſupra quod quiſque iuris. Bartolus.*

Hæc actio refertur ad tempus ſerui corrupti, vel recepti, non ad præſens. Et ideo & ſi deceſſerit, vel alienatus ſit, vel manumiſſus, nihilo minus locum habebit actio: nec extinguitur manumiſſione ſemel nata actio[f]. D

VI. PAVLVS libro nonodecimo ad Edictum.

PRæteritæ enim vtilitatis æſtimatio in hoc iudicium verſatur:

VII. VLPIANVS libro vicenſimotertio ad Edictum.

NAm & mali ſerui forſitan conſequũtur libertatem: & poſterior cauſa interdum tribuit manumiſsionis iuſtam rationem.

VIII. PAVLVS libro nonodecimo ad Edictum.

SEd & heres eius cuius ſeruus corruptus eſt, habet hãc actionẽ non ſolũ ſi manſerit in hereditate ſeruus, ſed & ſi exierit, fortè legatus[g].

IX. VLPIANVS libro vicenſimotertio ad Edictum.

SI quis ſeruum cõmunem meum & ſuũ corruperit, apud Iulianũ libro nono Digeſtorum quæritur, an hac actione teneri poſsit. Et ait teneri eũ ſocio. Præterea poterit & communi diuidũdo, & pro ſocio, ſi ſocij ſint, teneri[h]: vt Iulianus ait. Sed cur deteriorẽ facit Iulianus conditionem ſocij ſi cum ſocio agat, quàm ſi cũ extraneo agit? Nam qui cum extraneo agit, ſiue recepit, ſiue corrupit, agere poteſt[i]. qui cum ſocio, ſine alternatiõe, id eſt ſi corrupit[k]: niſi fortè non putauit Iulianus hoc cadere in ſocium[l], nemo enim ſuum recipit[m]. Sed ſi celãdi animo recepit, poteſt defendi, teneri eum[n]. Si in ſeruo ego habeã vſumfructũ, tu proprietatem: ſi quidem à me ſit deterior factus, poteris mecum experiri.[o] ſi tu id feceris, ego agere vtili actione poſſum. ad omnes enim corruptelas hęc actio pertinet. Et intereſſe fructuarij videtur, bonæ frugi ſeruum eſſe, in quo vſumfructum habet. Et ſi forte alius eũ receperit, vel corruperit, vtilis actio fructuario[p] competit. Datur autem actio quãti ea res erit, eius dupli. Sed quęſtionis eſt, æſtimatio vtrũ eius duntaxat fieri debeat, quod ſeruus in corpore vel in animo dãni ſenſerit, hoc eſt, quanto vilior ſeruus factus ſit: an vero & ceterorum. Et Neratius ait tanti condemnandum[q] corruptorem, quanti ſeruus ob id quòd ſubreptus ſit, minoris ſit.

X. PAVLVS libro nonodecimo ad Edictum.

IN hoc iudicium etiã rerũ ęſtimatio venit quas ſecum ſeruus abſtulit: quia omne damnum duplatur. Neq; intererit, ad eum perlatæ fuerint res an ad alium, ſiue etiam conſumptæ ſint. etenim iuſtius eſt eũ teneri, qui princeps[r] fuerit delicti, quàm eum quæri ad quem res perlatæ ſunt.

XI. VLPIANVS libro vicenſimotertio ad Edictum.

NEratius ait, poſtea[s] furta facta in æſtimationem non venire: quã ſententiam veram puto. nam & verba edicti, *quanti ea res erit*, omne detrimentum[t] recipiunt. Seruo perſuaſi vt chirographa debitorum corrũpat. videlicet tenebor. Sed ſi conſuetudine peccandi † poſtea & rationes cæteraque ſimilia inſtrumenta ſubtraxerit, vel interleuerit, deleuerit, dicendum erit corruptorem horum nomine non teneri[u]. Quamuis autem rerum ſubtractarum nomine ſerui corrupti com-

a Dolo malo. Et ſi luſus. ſic nec ſtipulatio per locum facta valet: vt infra de actio. & obliga. l. obligationum ſubſtantia. in fin. Accurſius.

b Non tenetur. hoc edicto. Accur.

c Sed commodius. Teneri. ſcilicet quàm non teneri: vt inſtitu. ad leg. Aquil. §. ceterum. & hoc ſiue fecit dolo, ſiue non: & ſic in vtroque prædicto caſu, ſecundum Ioan. Et eſt notãdum, quia pro rebus tantum non habet locum: licet animo corrupto etiam res veniant: vt infra ſi quis. §. fin. & in l. in hoc. ſecundum Azo.

*Veritas potius, quàm opinio inſpici debet.*

d Doli. Oportere. vt plus veritas quã opinio inſpiciatur: vt infra de iniu. l. eũ qui. §. ſi iniuria. & l. illud. §. fina. & ſupra ad legem Aquil. ſcientiam. §. ſi meum ſeruum.

e Inficiantem. vt ſupra ad leg. Aquil. inde Neratius. §. hęc actio. Accurſius.

** fecerit.*

f Nata actio. ſic eſt in qualibet actione cauſa ſerui quæſita: vt infra de actio. & obliga. quæcunque. Sic & in l. Aquil. vt ſupra ad l. Aquil. Stichum, aut Pamphilum. ſic & in conſtituta pecunia: vt infra de conſtitu. pecu. l. item illa. §. adiicitur. & in aliis caſibus multis, in quibus ſufficit ſemel interfuiſſe: quos not. ſupra, ſi quis cau. l. qui autem. §. illud. Sed contra ſupra ad exhiben. l. tigni. §. finali. Sed ibi eſt actio ſcripta in rem: licet ſit perſonalis. hoc autem in perſonalibus meris obtinet. Item contra infra de impen. in re. do. fac. l. iiij. in fin vbi non ſufficit ſemel interfuiſſe. Sed ibi fauore viri & vxoris eſt ſpeciale. Accurſius.

** Plo. magis.*

g Sed & heres. Legatus. ſecus in actione furti: vt infra de furtis. l. ſi dominum. Accurſius.

h Si quis ſeruum. Teneri. vt Iulianus: vt & ſupra de communi diui. l. item quamuis. in prin. & in ſimplum: vt ſupra fami. erciſc. & puto. §. & ſi dolo. §. ſi. & l. ſequen. Sed non exprimit hic Iulianus, an teneatur actione ſerui corrupti: puto tamen eum teneri, cum & dicatur eum teneri furti & lege Aquilia nomine rei commu-nis: vt infra pro ſocio. ſed ſi ex cauſa. §. ſi dãnum.

i Agere poteſt. vt ſupra eo. l. j. in prin.

k Si corrupit. non autẽ ſi recepit: vt ſupra eodem. l. i. in prin.

l Cadere in ſocium. ſcilicet quòd dolo malo receperit, hac præſumptione habita à iure, niſi contra probetur: vt hic ſubiicit: nemo enim &c. & j. pro ſocio. merito autem. Accurſius.

m Recipit. id eſt recepiſſe intelligitur, dolo ſcilicet malo.

n Teneri eum. ſentẽtia Iuli. reprobata hoc caſu, cum hoc probatur.

o Experiri. ſcilicet directa.

p Fructuario. ſicut & vtilis Aquilia: vt ſ. de vſufru. l. vſufructuario. & ſ. ad l. Aquil. itẽ Mela. §. fi. Accurſius.

q Condẽnandum. ſcilicet in duplum. Acc.

r In hoc iudicio. Princeps. No. auctorẽ[a] delicti teneri ſic & ſupra ſi quadru. pau. fe. di. l. j. §. cum arietes. & C. ad l. Iulia. de vi public. vel priua. l. quoniam.

*a Barto. hic eũ appellat corporalẽ: quia corporales dicuntur principales mandantes delictũ fieri, & vide Bal. in l. 1. de ſer. fugi. C. in 4. col.*

s Neratius. Poſtea. ſ. quàm meo conſilio fugit. Accurſius.

t Detrimentum. præſens, non futurum. Ioan. Sed argu. contra. ſ. quod quiſque iu. l. iij. §. pen. Accur.

u Non teneri. vt ſ. e. l. in princi. licet cauſam

*† Ex iſto tex. not. quod ex aſſuetudine peccandi generatur quidam habitus: & talis ſecundum [illegible] poſtea euelli nõ poteſt: & ſi vult abſtinere, nõ poteſt, ideo eſt [illegible] principiis. Bar.*

dam̄ni dederit: vt in ar.cõtra. ſupra ad leg. Aquil. qui occidit. §. in hac actione. in fi.

a *Res abeſſe*. cum ſeruus aliàs non erat facturus: vt infra de fur. l. qui ſeruo.

b *Non minuit*. conteſtatione & etiam ſolutione facta: quia plura ſunt delicta & facta: vnum in ſeruum, alterum in reb[9]: quanquã in hac actione habeatur ratio rerum. Vel dic hoc quantum ad pœnam: ſed quantum ad res vna aliam tollit: vt inſtit. ſi quadru. pau.fe.di.§.fin.& infra de furtis. ſi pignore. §.ij.

c *Iulianus ſcribit*. vt propter celationẽ furti, propter deteriorationem ſerui corrupti agi poſsit: vt C.eod.l. aduerſus. vt infra de priua. deli. l. ij. §. penul.

d Q*Via obligatus*. ad pœnam furti, & ſerui corrupti. quatenus eſt pœna.

e H*Aec actio perpetua eſt*. ſcilicet quantum ad rem perſequẽdam, non quo ad pœnam. vt infra de actio. & ob.l. in honorariis. Sed nunquid in heredem perpetuo, etiam ad pœnam? Reſpon. non, per eandem. l. in honorariis. & infra ſubiicit.

f *Quaſi prædo*. quia ex quo debitor eſt hereditarius, dicitur poſſeſſor iuris: cuius cauſa tenetur petitione here. vt ſupra de peti. hered. l. pro herede. & l. regulariter. & l. etiam. §. fina. & l. ſequen. H.

*Et tantũ venit.*

g V*T tantum. Actionem*. ſcilicet duplum: quia hæc prima & originalis natura eſt huius actionis. aliàs ſecus: vt in l. Aqui. vt ſ̃.de peti.here. item veniunt.§.cum prædiximus.

h *Noſtro eſſet*. ſcilicet ſeruus.

i *Vtilis*. ſ.de æquitate.

k *Officio iudicis æſtimãda*. æſtimat enim intereſſe actoris, ſcilicet ratione operarum & cõmodi quod habuiſſet æſtimando: vt ſupra ad leg. Aquil. qua actione. non autem affectionis. Vel verius dic etiam affectionis rationem haberi. & dabit ſuper hoc iudex ſacramentum actori: cũ taxatione tamẽ: vt inſtitutio. de iniu. §. pœna. & infra de cuſto. reo. l. ſi quis. & infra

A pti competat actio, tamen & furti agere poſſumus. ope enim conſilio ſollicitatoris videntur res abeſſe[a]: nec ſufficiet alterutra actione egiſſe, quia altera alteram non minuit[b]. Idem & in eo qui ſeruum recipit, & celauit, & deteriorem fecit, Iulianus ſcribit[c]. Sunt enim diuerſa maleficia, furis, & eius qui deteriorem ſeruum facit. Hoc amplius & conditionis nomine tenebitur. Quamuis enim conditione hominem, pœnam autem furti actione conſecutus ſit: tamen & quod intereſt, debebit conſequi actione ſerui corrupti.

XII. PAVLVS libro nonodecimo ad Edictum.

QVia manet reus obligatus[d] etiam rebus redditis.

XIII. VLPIANVS libro viceſimotertio ad Edictum.

HAec actio ꝑpetua eſt[e], non temporaria: & heredi cæteriſq; ſucceſſoribus competit: in heredem non dabitur, quia pœnalis eſt. Sed & ſi quis ſeruum hereditarium corruperit, hac actione tenebitur. Sed & petitione hereditatis quaſi prædo[f] tenebitur:

C

XIIII. PAVLVS libro nonodecimo ad Edictum.

VT tantum veniat† in hereditatis petitionẽ, quãtum in hanc actionem[g]. De filio filiáve familias corruptis huic edicto locus nõ eſt: quia ſerui corrupti conſtituta actio eſt, qui in patrimonio noſtro[h] eſſet, & pauperiorẽ ſe factum eſſe dominus probare poteſt, dignitate & fama domus integra manente: ſed vtilis[i] competit, officio iudicis[k] æſtimanda: quoniam intereſt noſtra animum liberorum noſtrorum non corrumpi. Si ſeruus communis meus & tuus proprium meum ſeruum corruperit, Sabinus non poſſe agi[l] cum ſocio, perinde atque ſi proprius meus ſeruus corrupiſſet conſeruum. Item ſi ſeruus communis extraneum corruperit, videndum eſt vtrum cum duobus agi debeat, an & cum ſingulis, exemplo ceterarum noxarum. Et magis eſt vt vnuſquiſque inſolidum teneatur: altero autem ſoluente, alterum liberari[m]. Si is in

D

quo vſumfructum habeo, ſeruum meum corruperit, erit mihi actio cũ domino proprietatis. Pignoris dati[n], nomine debitor habet[o] hanc actionem. In hac actione non * extra rem duplum eſt, id enim quod damni datum eſt, duplatur.

*Nota quòd damnum quod patitur dominus propter delictum ſerui, dicitur eſſe intereſſe intrinſecũ: quod patet ex hoc ver. iũcto cum præcedenti. Bartolus.*

His conſequenter & illud probatur, vt ſi ſeruo meo perſuaſeris vt Titio furtum faciat: non ſolùm in id teneris quo deterior ſeruus effectus eſt, ſed & in id quod Ti

B

tio præſtaturus ſim.

Item non ſolùm ſi mihi dãnum dederit conſilio tuo, ſed etiã ſi extraneo, eo quoque nomine mihi teneris, quod ego lege Aquilia obnoxi[9] ſim. Aut ſi ex cõducto[p] teneor alicui, quòd ei ſeruũ locaui, & propter * te deterior factus ſit, teneberis & hoc nomine: & ſi qua talia[q] ſint. Aeſtimatio autem habetur in hac actione, quanti ſeruus vilior factus ſit: quod officio iudicis expedietur. Interdum tamen & * inutilis ſit, vt non expediat[r] talem ſeruum habere[s]. Vtrum ergo & pretium cogitur dare ſollicitator, & ſeruum dominus lucrifaciat? an verò cogi debet dominus reſtituere ſeruum, & pretium ſerui[t] accipere? Et verius eſt electionẽ domino dari, ſiue ſeruũ detinere cupit, & damnũ quanti deterior ſeruus factus eſt, in duplum accipere: vel ſeruo reſtituto, ſi copiam huius rei habeat, pretium conſequi. q̀ ſi non habeat, pretium quidem ſimili modo accipere debet: cedere autẽ[u] ſollicitatori periculo eius de dominio ſerui actionibus.[x] Quod tamen de reſtitutione hominis dicitur, tunc locum habet, cum viuo homine[y] agitur[z]. quod autem ſi manumiſſo eo agatur, non facilè apud iudicem audietur, dicendo ideo ſe manumiſiſſe, quoniam habere noluerat[a] domi: vt & pretium habeat, & libertum[b].

XV. GAIVS libro ſexto ad Edictum Prouinciale.

COrrumpitur animus ſerui & ſi perſuadeatur ei vt dominum contemneret[c].

de iniur. l. conſtitutionibus. §. j. nam & alias in ſtricti iuris iudiciis habetur ratio affectionis: vt ſupra de oper. ſer. l. fina. & vt ſit inſtitutio. de obli. quæ ex delic. §. interdum.

l *Non poſſe agi*. ſerui corrupti noxali: ſed ꝓ ſocio, vel communi diui. vel fam. erciſcun. vt ſupra fami. erciſcun. l. & puto. §. fina. & ſ̃. ad leg. Aquil. ſi ſeruus ſeruum. §. j. & ſupra de noxa. l. cum ſeruus. Accurſius.

m *Liberari*. vt & ſupra de interro. actio. l. qui ſeruum. in prin.

n *Pignoris dati*. ſcilicet ſerui. Azo.

o *Actionem habet*. ſi ipſe corruptus fuerit: vt in actione legis Aquiliæ: vt ſupra ad leg. Aquil. l. ſi ſeruus ſeruum. in princip. & l. qui occidit. §. j. Accurſius.

p *Ex conducto*. immo videtur me de iure nõ teneri ex conducto: vt infra loc. ſi domum. §. ſi hominem. Sed diſtingue vt ibi notauimus. Accur.

q *Talia*. ſcilicet facta. idem iuris ſtatuẽdum eſt: vt ſi commodaui, vel quid ſimile feci. Accurſius.

r *Non expediat*. ei cuius erat: expedit tamen alteri habere: alioquin etiam ſi ſeruum retineat dominus eius: tamen totius conſequeretur æſtimationem: quod infra negatur.

s *Seruum habere*. quæritur ergo tunc vtrum & cætera.

t *Serui*. ſ. nomine.

u *Cedere autẽ*. ſcilicet debet Ioan. ad cõmodum ſollicitatoris: vt ſcilicet in eum tranſferantur. Accurſius.

x *Actionibus*. ſcilicet competentibus.

y *Homine*. ſcilicet ſeruo: & manente eiuſdẽ: quid autem &c.

z *Agitur*. contra corruptorem, vt reſtituat pretium ſerui.

a *Noluerat*. propter vtilitatem. Azo.

b *Et libertũ*. hæc enim duo habere nõ debet: vt j. de actio. empt. l. idemque. §. ſi. Sed arg. contra. j. de præſcrip. ver. l. naturalis. §. ſi. ſiat ergo æſtimatio damni, quanti erat inutilior: vt ſ̃. cod. doli. in fi. & ſ̃. proxi. §. & infra. l. dominus. Accur.

c C*Orrũpitur. Contẽneret*. & ideo hęc actio locũ habet: vt & ſ̃. e. l. j. in

*Male hic negatio detrahatur. nam cũ dãnum duplari dicatur, nõ duplum extra res à ſeruo corrupto ablatas, eſt, ſed alterũ tantum ſolũt, quanti damnum æſtimabitur. Anto. Aug. 1. emẽda. ca. 2.*

*per te.*

*& ſi inutilis.*

e.l.j.in ſi.& extra ordinē punitur:vt j.de extraor.cri.l.in eum. A

a DOminus ſeruum. ſcilicet rationis.
b Poſſe. licet ſit liber factus:vt & ſupra eo.doli.§.fin.
c SErui corrupti.Simplum. quia conſtante matrimonio pœnalis actio non datur:vt C.rerum amo.l.ij.non ergo infamat.

n In prædia. non autem ſic fit rei furtiuæ requiſitio: vt inſtit. de obliga.quæ ex delicto.§.ſed hæc. quæ eſt contra. Eſt ergo hic ſpeciale in fugitiuis.
o Conſule. ſcilicet exiſtente.
p Dentur. ſcilicet à præſidibus, quas dirigent magiſtratibus, vt facultatē ſeruorum inueſtigādorum præſtari faciant:vt Co.eodem.l.ij.

DE {SERVIS} fugitiuis.

*Corruptione ſeruorum facta, contingit eos fugere. vnde apponit de fugitiuis. Eſt autem fugitiuus, qui eo animo recedit, vt nunquam redeat. Erro, qui animo redeundi quandoque: vt infra de ædil.edi. l.quis ſit fugi. in princ. & §. erronem. vel aliter, Quia corrumpitur animus ſerui, vt fugitiuus fiat, vel aleator: ideo de his ſupponit per ordinem. Accurſius.*

*Fugitiuus ſeruus & erro differunt.*

**eis nō cōſtaret, id eſt inter ſe nō cōuenirent, ſed pugnarent, nec æquè & legitimæ eſſent.*

d IS qui. Fur eſt. vt & ſ.titu. j. Nerati* §.fi. Eſt autem celare, quod velis ignorare eū ad quē ea res pertinet, alicuius tui emolumēti cauſa. tenetur etiam lege Flauia criminaliter: vt infra ad legem Flaui. de pla. l.non ſtatim. §. lege. & quandoque. l. Cor.de ſic. vt quando quis celat ſeruum facinoroſæ familiæ de morte domini: vt infra ad Sila. l. iij. §. ſi quis quemquam eorum.

** Ex lib.1. vbi de iuriſdictione & poteſtate magiſtratuum.*

*† Cōtra hoc ſenatuſconſultum eſt, quod dominus iubet Deu. c.23. Non trades ſeruū domino ſuo, qui ad te confugerit: habitabit tecum in loco qui ei placuerit & in vna vrbiū tuarum requieſcet, ne contriſtes eum.*

e Senatus. cuius nomē non habemus.
f Villicis. id eſt caſtaldionibus.
g Procuratoribus. ſcilicet generalibus.
h Multam. id eſt pœnam.
i Statuit. vt eum cum alio reddat pro vna celatione: pro duabus duos, & ſic deinceps: vt C.eo. l.quicunque. ſecundum quoſdam. tu dic melius, quòd loquitur hic de pœna centum ſolidorum, quæ fiſco datur: vt infra ſtatim ibi, mulcta enim, &c. C.de mo. mul.l.fin. & hæc à lege poteſt remitti: vt hic alia eſt quæ homini debetur: quæ non ſic facilè remittitur actori: vt arg. ſupra de arbi.l.Celſus. Accurſius.
k Actum. id eſt de delicto facto antequam fuiſſet factum hoc ſenatuſconſultum. at in ſequenti verſu cauetur de his qui poſt edictū occultabunt. Item hic in primo edicto cauetur de his qui exhibuerunt: in ſequenti de his qui tradiderunt. Accurſius.
l Præſtituta. computanda poſteaquam &c.
m Tempora. ſcilicet viginti dierum. Accurſius.

**Stationarij milites, præſidiarij ſunt, quos ordinarios*

XVI. ALFENVS VARVS libro ſecundo Digeſtorum.

DOminus ſeruū[a] diſpenſatorem manumiſit, poſtea rationes ab eo accepit: et cum eis non cōſtaret,* comperit apud quandā mulierculam pecuniam eū conſumpſiſſe. quærebatur poſſetne agere ſerui corrupti cūm ea muliere, cū is ſeruus iam liber eſſet? Reſpondi poſſe[b]: ſed etiam furti de pecuniis quas ſeruus ad eam detuliſſet. B

XVII. MARCIANVS libro quarto Regularum.

SErui corrupti nomine & cōſtāte matrimonio marito in mulierē datur actio: ſed fauore nuptiarū in ſimplū.[c]

## DE FVGITIVIS. TITVLVS IIII.

I. VLPIANVS libro primo ad Edictum.

IS qui * fugitiuū celauit, fur eſt[d]. Senatus [e] cenſuit, † ne fugitiui admittantur in ſaltus, neque protegantur à villicis [f] vel procuratorib[g] poſſeſſorum: & multam[h] ſtatuit[i]. His autem qui intra viginti dies fugitiuos vel domini reddidiſſent, vel apud magiſtratus exhibuiſſent, veniā in ante actum[k] dedit. C Sed & deinceps eodem ſenatuſconſulto impunitas datur ei qui intra præſtituta[l] tempora[m] quàm reperit fugitiuos in agro ſuo, domino vel magiſtratibus tradiderit. Hoc autem ſenatuſconſultum aditū etiam dedit militi vel pagano ad inueſtigandum fugitiuum in prædia[n] ſenatorū vel paganorum. cui rei etiam lex Fauia proſpexerat, & ſenatuſconſultum Modeſto conſule[o] factum: vt fugitiuos inquirere volentibus literæ ad magiſtratus dentur[p]: multa[q] etiam centū ſolidorū in magiſtratus ſtatuta, ſi literis acceptis inquirentes non adiuuent. Sed & in eum qui quęri apud ſe prohibuit, eadem pœna ſtatuta. Eſt etiam generalis epiſtula diuorum Marci & Commodi, qua declaratur & Præſides & Magiſtratus & milites ſtationarios* dominū adiuuare debere inquirēdis fugitiuis: & vt inuentos redderent: & vt hi apud quos deliteſcant, [r] puniātur, ſi crimine contingantur.[s] Vnuſquiſq; eorum[t] qui fugitiuum apprehendit[u], in publicū deducere debet. Et meritò monentur magiſtratus eos diligenter cuſtodire ne euadant. Fugitiuū accipe & ſi quis erro ſit[x]. Fugitiui autē appellatione ex fugitiua natū non contineri[y] Labeo libro primo ad edictum ſcribit. In publicum[z] deduci intellegun tur, qui magiſtratibus municipalibus traditi ſunt, vel publicis [a] miniſteriis.[b]

Diligens cuſtodia etiam vincire permittit.[c] Tādiu autem cuſtodiuntur,[d] quandiu ad præfectum vigilum, vel ad præſidem deducantur. Eorumq; nomina, & notæ, & cuius ſe quis eſſe dicat, ad magiſtratus deferantur,[e] vt facilius adgnoſci & percipi fugitiui poſſint. Notæ autem verbo etiam cicatrices continęntur. Idem iuris eſt ſi hæc in ſcriptis publicè, vel in ædes proponas.

II. CALLISTRATVS libro ſexto Cognitionum.

FVgitiui[f] * ſimplices domini reddendi ſunt. Sed ſi pro libero ſe geſſerint, grauius coërceri ſolent.[g]

III. VLPIANVS libro ſeptimo Officio Proconſ.

DIuus Pius reſcripſit, eū[h] qui fugitiuū vult requirere in prædiis alienis, poſſe adire præſidem literas ei daturū:[i] & ſi ita res exegerit, D apparitorem quoq;[k], vt ei permittatur ingredi & inquirere: et pœnā eundem præſidem in eū conſtituere qui inquiri nō permiſerit. Sed & diuus Marcus oratione quam in ſenatu recitauit, facultatē dedit ingrediendi tam Cęſaris quàm ſenatorū & paganorum prędia volentibus fugitiuos inquirere, ſcrutarique cubilia atque veſtigia occultantium.

IIII. PAVLVS libro primo Sententiarum.

LImenarchę[l] & ſtationarij fugitiuos deprehēſos re-

q Multa. eſt ergo fiſco applicanda, ex quo dicitur multa: vt Cod. de mo.mul.l. multarū. Eſt & alia in ſuſcipiētem: quæ datur actori: vt C. eodem. l. quicunque. & Cod. de agri. & cenſi. l. ſeruos. libro xij.
r Deliteſcant. id eſt lateant.
s Contingantur. id eſt deliquerunt: vel id eſt inueniantur.
t Vnuſquiſque eorū. ſcilicet priuatorum. Accurſius.
u Apprehendit. quid ſi apprehendere noluit? Videtur quòd non teneatur.
x Erro ſit. de quo dixi ſupra in rubri.
y Non contineri. hoc ipſo. Accurſius.
z In publicum. aliàs. §. Labeo ſcribit, in publicum &c. aliàs lex. Accurſius.
a Publicis. not. ſic j.de tab.exhiben.l.iij.§.exhibere. Accurſius.
b Miniſteriis. id eſt miniſtris. Accurſius.
c Permittit. Not. quòd diligēter cuſtodit qui ligat. & quod dicit diligenter eorum, id eſt horum verborum ſignificatio.
d Cuſtodiuntur. à magiſtratibus.
e Deferantur. id eſt ſignificentur, vel nuntientur magiſtratibus à dominis ſeruorū notæ & nomina eorum: vel etiam publicæ domui dicant, vel proſcribant: vt ſic in notitia ſit iudicis, quòd ſit ſeruus. Vel dic à ſeruis hæc quærenda per magiſtratus, vt referant ſuperiori.
f FVgitiui ſimplices. id eſt qui ſe liberos non dicunt. Accur.
g Solent. vt C.eo.l.v. §.fi.& l.cum ſeruum.
h DIuus. Eum. alias incipit diuus. & aliàs, eum. & concordat cum hac l.ſ.eo.l.j. §.hoc autem ſenatus. Accurſius.
i Daturū. ſcilicet pręſidem ad magiſtratus.
k Quoque. ſcilicet daturum.
l LImenarhæ. [b] Iſti ſunt qui præſunt militibus cuſtodientibus imperij limina contra hoſtes: vt C.de li.cau.l.non idcirco. Item dicitur irenarcha: vt j.de cuſto.re.diuus. Accurſius.

**Coniung. leg.6. ... ſla. de Plag.*

a S *In harenam*. Nunc incipit reſpondere.
b *Tantum ſibi*. non alij.
c *Euitare*. ſic & ſupra de ſta.ho.ſi ſeruus.
d *Reddere*. quemlibet.
e *Pugnam*. deſtinatam.
f *Inquiſitionem*. domini ſcilicet.

ſtè in cuſtodia retinēt. Magiſtratus municipales ad officium præſidis prouinciæ vel proconſulis cōprehenſos fugitiuos rectè tranſmittunt.

V. TRYPHONINVS libro primo Diſputationum.

SI in harenā[a] fugitiuus ſeruus ſe dederit, ne iſto quidē periculo diſcriminis vitæ tantùm ſibi[b] irrogato, poteſtatē domini euitare[c] poterit. Nam diuus Pius reſcripſit, omnimodo eos dominis ſuis reddere,[d] ſiue ante pugnam[e] ad beſtias, ſiue poſt pugnam: quoniā interdum aut pecunia interuerſa, aut commiſſo aliquo maiore maleficio, ad fugiendam inquiſitionem[f], vel iuſtitiam animaduerſionis, in harenam ſe dare mallent. reddi ergo eos oportet.

## DE ALEATORIBVS.*

## TITVLVS V.

*Nota quòd ab iſto titulo vſque ad titulum, ſi certum peta. doctores non curauerūt ſummare leges: quia ſeipſas ſummant: nec indigent ſummariis. Bartolus.*

I. VLPIANVS libro viceſimotertio ad Edictum.

PRætor ait: *Si quis eū apud quē alea luſum eſſe*[g] *dicetur, verberauerit, damnúmve ei dederit: ſiue quid eo tempore dolo* * *eius ſubtractum*[h] *eſt,* * *iudicium non dabo. In eū qui aleæ ludendæ cauſa vim intulerit, vti quæque res erit, animaduertam*[i]. Si rapinas fecerint inter ſe colluſores, vi bonorum raptorum non denegabitur actio. Suſceptorē enim duntaxat prohibuit vindicari, nō & colluſores: quāuis[k] & hi indigni videantur. Item notandum, quòd ſuſceptorem verberatum quidem, & damnum paſſum, vbicunque[l] & quandocunque[m] non vindicat: verùm furtum factum domi, & eo tempore[n] quo alea ludebatur, licet luſor non fuerit[o], quidquid eorum fecerit, [p] impunè fit. Domum[q] autem pro habitatione & domicilio nos acci-

DE ALEATORIBVS.

*Sicut fugitiuum eſſe, vitium eſt ſeruorū: ita aleatorem eſſe, & ſeruorum & liberorum eſt vitium: vt infra de ædi. edic. ædiles etiā. §. Pedius. & ideo de his ſupponit. Azo.*

g PRætor. *Luſum eſſe*. cauſa ſuiendi lumēti, & ex conſuetudine, aliter non: ſecundum Io. ſicut & in caupone dicitur: vt s. nau. cau. ſta. l. j. §. caupo.
h *Subtractum*. quod erat eius apud quem ludebatur.
i *Animaduertam*. an iuſtus fuerit metus, qui in conſtātem caderet, vel non. & hoc exponitur j. ea. l. §. fi. & ij.
k *Quamuis*. non ponitur correctiue, ſicut nec illud ſupra ad exhiben. l. tigni. §. ſi quis cum iudicij. P. contra. & eſt pro eo. inſtit. de excu. tut. §. hi qui. & infra de excu. tut. l. athletæ. §. fi.
l *Vbicunque*. vbi ludāt. Accurſius.
m *Quandocunque*. ludi tamen occaſione: vt quia malos dicebatur accommodaſſe denarios: vel malum vinum luſoribus propinaſſe dicitur: ſic enim dicitur, ſi qui eū apud quē &c. Si autem non illa occaſione contingat, agere poteſt. alioquin depoſito etiam illo officio impediretur agere. quod eſſet iniquum.
n *Et eo tempore*. ſi vero alio tempore vel loco fiat: agi poteſt.
o *Fuerit*. qui fecit furtum. vel dic qui tenet ludum.
p *Fecerit*. aliquis.
q *Domum*. vt & aliàs inſti. de iniur. §. domū. & j. de adult. l. qui domum. & l. nec in ea re. §. ſed domus.
r *Simpliciter*. generaliter ergo verbū prolatum, generaliter accipitur: vt & diximus ſupra de ſer. vrb. prædi. l. ſi ſeruitus. Item vbi lex nō diſtinguit, nec nos: vt diximus ſupra de offic. præſid. l. iij. ſi omnis actio ſibi denegatur, multo magis ei denegabitur actio ſi credat aleatoribus pecuniam. nam quod dicitur infra eo. l. fi. §. j. locum habet in alio creditore, non in aleatore. alius enim repetit, vt ibi: & diximus ſupra de mino. l. quòd ſi minor. §. fin.

pere debere certum eſt. Quod autem prætor negat ſe furti actionem daturū, videamus vtrum ad pœnalem actionem ſolam pertineat, an & ſi ad exhibendū velit agere, vel vindicare, vel condicere? Et eſt relatū apud Pōponium ſolùmodo penalem actionē denegatā. quod non puto verum. prętor enim ſimpliciter[r] ait: *Si quid ſubtractum* B *erit, iudicium non dabo. In eum* (inquit) *qui aleæ ludendæ cauſa vim intulerit, vti quæque res erit, animaduertam.* Hæc clauſula pertinet ad animaduerſionē eius qui compulit[s] ludere, vt aut multa multetur: aut in latumias[t],* vel in vincula publica ducatur:

II. PAVLVS libro nonodecimo ad Edictum.

SOlent enim quidam & cogere ad luſum, vel ab initio, vel victi, dum retinēt.[u] * Senatuſconſultum vetuit in pecuniam ludere, præterquā ſi quis certet haſta, vel pi- C lo iaciendo, vel currendo, ſaliendo, luctando, pugnando: quod virtutis cauſa[x] fiat:

III. MARCIANVS libro quinto Regularum.

IN quibus* rebus ex lege Titia & Publicia & Cornelia etiam ſponſionem[y] facere licet: ſed ex aliis vbi pro virtute certamen non fit, nō licet.

IIII. PAVLVS libro nonodecimo ad Edictum.

QVod in conuiuio[z] veſcēdi cauſa ponitur, in eam rem familia ludere permitti- D tur.[a] Si ſeruus vel filiusfamilias victus fuerit, patri vel domino competit repetitio.[b] Item ſi ſeruus acceperit pecuniam,[c] dabitur in dominum de peculio actio, non noxalis: quia ex negotio[d] geſto agitur: ſed non amplius cogendus eſt[e] præſtare, quàm id quod ex ea re in peculio ſit. Aduerſus[f] parentes & patronos repetitio eius

A s *Compulit*. ſiue ſit luſor: ſiue qui ludum tenet.
t *Latumias*. i. loca latentia. carcer enim eſt. quia ibi latitant.
u S *Olent. Dum retinent*. adhuc aliquid. Accurſius.
x *Virtutis cauſa*. id eſt fortitudinis: vt in aut. vt omnes obed. iu. in prin. colla. vij. Sic ergo nota, quòd cauſa virtutis quædā permittuntur, quæ aliàs non permitterentur vt ſupra ad l. Aqui. qua actione. §. ſi quis in colluctatione. & de poſtu. l. j. §. quod ſi depugnauerit. Accurſius.
y Q*Vibus rebus. Sponſionem*. vt & j. de præſcrip. verb. l. ſi rem tibi. §. ſi quis ſponſionis. Accurſius.
z Q*Vod in conuiuio*. id eſt in menſa.
a *Permittitur*. vt ſi pauciora pūcta habueris, amittas portionē tuā. ſic vt ex pecunia quā vnus vel plures amiſerint, emantur aliqua, vt veſcantur communiter. Azo.
b *Repetitio*. ſcilicet pecuniæ amiſſæ.
c *Acceperit pecuniam*. mutuam, vt ludatur in alea ab alio: non ab illo qui tenet ludum. Accurſius.
d *Quia ex negotio*. bona ratio: vt s. de his qui deie. vel effu. l. j. §. ſi filius. Sed contra infra titu. j. ſi duobus. §. fin. Sed ibi ſpeciale in ſeruo menſore.
e *Cogendus eſt*. ſcilicet præſtare quàm &c. Et ſic not. quod actio de peculio non datur niſi inquantum eſt locupletatum: vt hic & j. de pecu. l. j. §. ſi cū impubere. & l. iij. §. ex cauſa. & facit infra de in litem iur. eatenus. & l. ſi quis mancipiis. §. Proculus.
f *Aduerſus*. pone caſum. Luſi cum filio, vel ſeruo tuo: manumiſiſti, vel emancipaſti, retento quod mecum luſerat & vicerat. repetam à te. Vel ſic: Luſi etiam cum filio tuo, vel ſeruo quondam: & poſt manumiſsionem, vel emancipationem: & quid peruenit ad te. teneris quidem: vt infra de vi & vi arma. l. j. §. ſi filiusfami. vel mercenarius. & hoc vtili actione in factum ex hoc edicto, vel titulo: vt hic ſubiicit. patet ergo ex prædictis, quòd amiſſum in ludo prohibito, repetitur. Sed contra videtur quòd non, quia mea turpitudo mihi repetenti obſtat. Sed certe illa inſpectio locum habet in condictione ob turpem cauſam, cum dedi vt aliquid turpe facias. ſed ſi dedi contrahendo: vbi lex talem contractum prohiberet, contra eſt: vt hic & C. de agri. & cen. quemadmo. hic enim videtur pacifici vt meliora puncta habens vincat. Ex Græca autem conſtitutione,

*Virtutis cauſa permittitur quod aliàs non.*

* *Fl. lautumias.* *Sunt autem lautomiæ, vel latomiæ, lapidicinæ, metalla ſaxoria, vel ſaxifodinæ. Latomiæ etiam carcer erat Syracuſanus. Erat & carcer Romæ ſic dictus.*

* *In hūc locū Alexan. ab Alexan. li. 3. ca. 21.*

* *Vulgo incipit, Quibus rebus.*

ſtitutione, quam quidā habent: vt C. eo. l. fin. determinatū eſt expreſſe, quod vſq; ad quinquaginta annos detur repetitio. Itē non obſtat infra quarum rerum actio non da. ſi filio. §. ſi alea. Sed certe ibi vēditio non erat prohibita, ſed ludus. loquuntur autem ſupradicta cum res ludo amittitur. quod autē vēditur, nō amittitur: nec agitur de euictione: quia cū ſuo periculo rē emiſſe videtur. ſed P. ait nō dari repetitionem eius quod ludo eſt amiſſum: quia licet ſit prohibitū ludere, non tamen eſt perpetuo ꝓhibitū. quandoq; enim permittitur: vt s̄. eo. l. ſolent. in fi. & l. ſeq. & in hac. l. in prin. & hoc intelligitur cum filius vel ſeruus amittit. & ſic coniunge finem & princip.

*Cum his enim perſonis famoſa actione nō experimur, ſed in factū, quæ & vtilis dicitur. l. quoties. infra de præſcr. ver.

quod in alea luſum eſt, vtilis* ex hoc edicto danda eſt.

## SI MENSOR FALSVM modum* dixerit.

### TITVLVS VI.

*Modus ſpaciū ſignificat, vt Iulius Paulus & Aggen⁹ interpretantur.

I. VLPIANVS libro vicenſimoquarto ad Edictum.

Aduerſus menſorem agrorū prætor in factū actionem propoſuit, à quo falli nos non oportet. B Nam intereſt noſtra ne fallamur in modi renūtiatione, ſi forte vel de finibus cōtentio ſit, vel emptor ſcire velit vel vēditor cuiuſmodi[a] ager veneat. Ideo autē hanc actionē propoſuit, quia non crediderūt veteres inter talē perſonam* locationē & conductionē eſſe, ſed magis operā beneficij loco præberi: & id quod datur ei, ad remunerandū dari, & inde honorariū[b] appellari. ſi autē ex locato[c] & cōducto fuerit actū, dicendū erit nec tenere[d] intentionē. Hæc actio dolū malum duntaxat exigit. C Viſum eſt enim ſatis abūdeq; coerceri menſorē, ſi dolus malus ſolus cōueniatur† eius hominis qui ciuiliter obligatus nō eſt. Proinde ſi imperitè verſatus eſt, ſibi imputare[e] debet qui eū adhibuit. Sed & ſi neglegēter æquè mēſor ſecurus erit. Lata culpa plane dolo cōparabitur.[f] Sed & ſi mercedē accepit, nō omnē culpā eum præſtare propter verba edicti.[g] Vtiq; enim ſcit prætor & mercedē[h] eos interuenire.

*tales perſonas.

†puniatur.

Is autē tenetur hac actione qui renuntiauit.[i] Sed renuntiaſſe & cū accipere debem⁹, D qui per alium[k] renuntiauit.

II. PAVLVS libro vicenſimoquinto ad Edictum.

Vel per literas.[l] Sed ſi ego tibi, cū eſſes mēſor, mādauerim vt mēſurā agri ageres, & tu id Titio delegaueris, & ille dolo malo quid in ea re fecerit, tu teneberis: qa dolo malo verſatus es, qui tali homini[m] credidiſti.

III. VLPIANVS libro vicenſimoquarto ad Edictum.

Si duobus mandauero,[n] & ambo doloſe fecerint, aduerſus ſingulos inſolidū agi poterit. ſed altero cōuento, ſi B ſatisfecerit, in alterū actionē denegari oportebit. Competit autem hæc actio ei cui⁹ intérfuit falſum modū renuntiatum non eſſe: hoc eſt vel emptori vel vēditori cui renuntiatio obfuit. Pōponius tamen ſcribit ſi emptor plus dederit[o] vēditori propter renuntiationem: quia condicere poteſt quod plus dedit, agi cum menſore non poſſe: nihil enim emptori intereſſe cū poſſit cōdicere: niſi ſoluēdo venditor non fuit.[p] tunc enim menſor tenebitur. Sed ſi venditor maiorem modum C tradiderit fraudatus[q] à menſore, conſequenter dicit Pōponius nō eſſe actionem aduerſus menſorem: quia eſt ex vendito actio aduerſus emptorē: niſi & hic emptor ſoluendo non ſit. Idem Pomponius ſcribit, ſi propter iudiciū adhibitus[r] menſor fraudauerit me in renuntiatione, teneri eū ſi ob hoc de iudicio minus tuli. Planè ſi à iudice adhibitus contra me renuntiauerit dolo malo, dubitat an teneri mihi debeat. quod magis admittit. Hanc actionem heredi ſimilibuſq; perſonis dandam Pōponius ſcribit: D ſed in heredem ſimileſque perſonas denegandam[s] ait. Serui[t] autem nomine magis noxale,* quàm de peculio[u] competere ait quan-

*noxalis.

SI MENSOR &c. *Quia in actione finium regundorum neceſſariū eſt menſorem adhiberi, & in alijs quibuſdam: vt j. eod. l. 1. in prin. & l. pen. & fi. ideo ſupponit quid iuris ſit ſi menſor dixerit falſum modum. Accurſius.*

a *Aduerſus. Cuiuſmodi.* i. quātæ mēſuræ. Azo.

b *Honorarium.* quod ius in aduocato multo magis dicetur: vtpote cum multo digni⁹ eſt eius officiū. ſunt ergo facta quædam quæ nō dicuntur locari, vt dictū eſt. & aliud eſt puta do tibi pecuniam, vt ſeruum tuum manumittas: vt infra de præſcrip. verb. l. naturalis. §. at cum do.

c Ex *locato.* actione locati, & eius cauſa expreſſa.

d Nec *tenere.* ſic nec cautio præſtita actori, vna actione cōmittitur, ſi altera agat: vt j. iu. ſol. l. cū quærebatur. in fi. ſi ergo[b] nō tenet intētio propter actionem ineptam: nūquid redire poteſt actor ad proponendum aptam. Reſpon. ſic: ſicut & vbi agitur ante diem, vel conditionem: vt j. de pign. l. Græce. §. fin. & de redhi. l. bouem. §. fi. & de excu. tut. ſi is qui tres. & l. cum ex oratione. Item quare non datur mandati actio: vt infra man. remunerandi. in princ? Reſpon. ideo quia talia plerunq; fiunt mercede, vt hic ſubijcit prox. §. & ſupra fini. regun. l. ſed & loci. §. j. Item nunquid iudex in ſententia debet inſerere cauſam, quia actionē ineptā propoſuiſti? Dico quòd ſic, ne ius ſuum actori pereat: vt arg. Cod. de iudi. l. properandum. §. illo. Quid autem ſi non compoſuit iudex? Reſpon. non nocet, cum nunc proponit aliam cauſam agendi: vt infra de exce. rei iudi. l. & an eadem, vel dic abſolui ab obſeruatione iudicij. Accurſius.

*b Facit iſta gloſ. iuncto tex. qualiter libellus ineptus & male conceptus debet à iudice reijci, immo debet eū lacerare. iſtā gloſ. alleg. Alexan. & Bart. in l. 1. s̄. de offi. aſſeſ. & ibi per eum remiſſiue ad iſtud propoſitum.*

e *Imputare.* ſic inſtitut. quibus mod. re contrahitur. oblig. §. præterea, & inſtitu. pro ſocio. §. fin. & infra de act. & oblig. l. j. §. is quoque.

f *Comparabitur.* vt & j. dep. quod Nerua. & infra vt poſſ. le. ſi is cui. §. dolum. & ad Treb. l. mulier. §. ſi heres. & d. l. infra de act. & obli. l. j. §. is quoque. & infra ſi quis te. li. eſſe iuſſus. l. j. §. non autem. & infra de verb. ſig. l. magna negligentia. Sed hoc fallit in caſibus duobus: vt j. ad l. Cor. de ſica. l. in lege. & inſt. de ſuſpec. tut. §. ſuſpectus.

g *Edicti.* quod non habemus.

h *Et mercede eos interuenire.* vel pacto. Eſt ergo hic ſpeciale. & ſic nō eſt cōtra. j. depo. l. j. §. ſi quis ſeruum.

i *Renuntiauit.* ſcilicet falſum modum.

k *Per alium.* videtur enim quis facere, qui per alium facit, vt j. de vi & vi ar. l. j. §. deieciſſe. & ſupra de iuriſ. omniū iud. ſi quis id §. item & is qui ſuis. & j. de adm. tu. ita autem. §. geſsiſſe. Sic econtra videtur quis prohibitus, qui per alium prohibetur: vt j. titu. j. l. oſſa. §. fi.

*Facere videtur, qui per alium facit.*

Vel *per literas.* renuntiauit.

m *Tali homini.* mala electio eſt in culpa: vt & s̄. de nego. geſt. nam & ſi ſeruus. §. finali. & infra pro ſocio de illo. & infra commo. qui non tam. & C. de nego. geſto. ſi mandatum. & infra manda. ſi procuratorem. §. ſi tutores.

*Electio ma- lam ... eſt.*

n *Si duobus mandauero.* vt metirentur.

o *Plus dederit.* ſcilicet cum certum pretium pro ſingulis iugeribus promiſit emptor: alioquin perueniretur ad iuſtam æſtimationem eius quod habet, ſi quid dederit vltra iuſtum.

p *Non fuit.* idē ſi conuenerāt ſe ſtaturos huiuſmodi renūtiationi omnimodo vel æquæ vel iniquæ: vt ſupra de dolo. l. arbitrio. §. de eo. & infra e. l. ſi menſor. §. j.

q *Fraudatus.* qui dixit eſſe x. torneaturas, cū eſſent xij.

r *Adhibitus.* à iudice. ſcilicet vt cum agerē contra te vt x. iugera mihi traderes, & condemnatus fueris: menſor minus aſsignauerit mihi. Sed nōne debet agere contra condemnatum primo: vt ſupra proxi. dixi? Reſpon. nō eſt ita. loquitur enim hic in eo caſu quādo certum erat te debuiſſe x. iugera, & tu dicebas ſoluiſſe tota, ego minus, puta vnum iugerum: & ideo propoſui quærelā. iudex miſit menſorem ad petitionem tuam: & menſor renuntiauit tota x. iugera contineri in eo quod traditum erat, vnde abſolutus fuiſti: & ideo contra ſolum menſorem experiar.

s *Denegandam.* nam eſt quodammodo pœnalis reſpectu menſoris: ſed rei perſecutoria reſpectu actoris: vt & ſupra de eo per quem fac. eſt. l. j. §. fi. ſed in eo quod dicitur non dari in heredem ex dolo defuncti, eſt contra. j. de act. & obliga. ex contractibus. & infra depoſi. l. ſi hominem. §. datur. Sol. vt ibi diximus in dicto. §. datur.

t *Serui.* qui eſt menſor.

u *Quàm de peculio.* contra ſupra tit. j. l. fin. §. item. Sol. vt ibi.

Competat.

uis ciuilis actio de peculio competat.[a]

IIII. PAVLVS libro vicenſimo quinto ad Edictum.

HAec actio perpetua eſt: quia initiũ rei nõ à circũſcriptione,[b] ſed à ſuſcepto[c] negotio originem accepit.

V. VLPIANVS libro vicenſimoquarto ad Edictum.

SI menſor[d] nõ falſum modum renũtiauerit, ſed traxerit[e] renuntiationem, & ob hoc euenerit vt vẽditor liberetur, qui adſignaturũ ſe modum[f] intra certũ diem[g] promiſit, hęc actio locũ non habet:[h] ſed nec dari vtilẽ debere Põponius ait. erit ergo ad actionẽ de dolo decurrendũ.

B Si cum falſus modus renuntiatus eſſet, emptor cũ venditore ex empto egiſſet,[i] agere poterit etiam cum menſore. Sed ſi nihil eius intereſt,[k] condẽnari menſorẽ nõ oportet. Quòd ſi non de toto modo qui deerat, cũ venditore[l] egerit, ſed de minore, conſequenter ſcribit Põponius de C reſiduo cũ mẽſore agi poſſe.

Hoc iudicium latius prętor porrexit. nam & ſi cuius alterius rei menſuram falſam renũtiauiſſe dicetur, hæc actio cõpetit. Proinde in ædificij menſura fefellit, vel in frumenti, vel in vini.

VI. PAVLVS libro vicenſimoquarto ad Edictum.

SIue de itineris latitudine, ſiue de ſeruitute immittendi[m] proiiciendiq́; quæratur: ſiue areã, vel tignũ, vel lapidẽ metiendo mẽtitus fuerit,

VII. VLPIANVS libro vicenſimoquarto ad Edictum.

VEl cuius alterius rei, tenebitur. Et ſi mẽſor machinarius† fefellerit, hæc actio[n] dabitur. Necnon illud quoq; Põponius dicit, etiam in eum qui menſor nõ fuit[o], fefellit tamen in modo: competere hanc actionem. Hoc exemplo etiã aduerſus architectum actio dari debet, qui fefellit. Nam & diuus Seuerus aduerſus architectum & redemptorem[p] actiones dandas decreuit. Ego etiam aduerſus tabularium[q] puto a-

a *Competat*. ſcilicet aliàs, non hic, etiam mercede petita. vel hic inquantum locupletior eſt, ſecundum quoſdam. Accur.

b HAec actio. *Non à circunſcriptione*. In actione enim furti fallit hæc ratio. ipſa enim à circunſcriptione incipit, & tamen perpetuo datur: vt inſtit. de perpe. & temp. ac. §. j.

c *Sed à ſuſcepto*. ex hoc enim videtur naſci ex cõtractu: ſed puto dari eã ab edicto propter dolum & latam culpã, non autem ex contractu. nam & non contrahenti datur: vt ſupra l. proxi. §. idẽ Pompon. & noxaliter: vt in ea. l. §. fina. vnde patet quòd non eſt ex contractu. Item not. hic originem attendi. argu. contra infra de pecu. l. iij. ex furtiua. Accurſius.

d SI *menſor*. ab emptore aditus. Accur.

e *Traxerit*. id eſt diſtulerit, vt adhuc diligenter metiretur: dolo tamen. Et hoc venditoris amore fecit, vel emptoris odio.

f *Se modum*. quem dixerat eſſe magnum, & ad eum teneri volebat ſi emptor adhiberet menſorem intra diem certum, poſtea non, vt infra de contrahẽ emp. qui fundum. in prin.

g *Diem*. q. d. nõ vltra.

h *Habet*. quia verum modum renuntiauit: licet poſt diem.

i *Egiſſet*. nec ſolidum erat conſecutus: quia forte non erat ſoluendo.

k *Intereſt*. vt quia ſolidũ conſecutus eſt à venditore. Accurſius.

l *Cum venditore egerit*. ſic tamẽ, vt pro reſiduo eũ conuenire nõ poſſit. pone trãſactionem factam de reſiduo. Sed hoc nõ valet: quia tũc non ageret cõtra menſorem. Dic ergo melius: ideo non egit de toto: quia vidit quòd ab eo non potero ſolidum extorquere: vt arg. j. ſi cer. peta. l. fi.

m SIue de itineris. *Immittẽdi*. cum mihi x. pedes, vel aliam certam menſuram concedere deberes, in quam immitterem, vel proiicerem.

n VEl cuiuſuis. *Actio*. quidam non habent iſtũ tex. actio dabitur &c. vſque ibi, & redemptorem.

o *Non fuit*. ad hoc officium deſtinatus. Accurſius.

p *Redemptorẽ*. qui ſuis cæmentis ædificat: vt ſ. de rei vin. l. redemptor.

q *Tabularium*. id eſt tabellionem. Accurſius.

DE RELIGIOSIS ET SVMPTIBVS *funerum &c.*

ctiones dandas, qui in computatione fefellit.

## DE RELIGIOSIS, ET ſumptibus funerum, & vt funus ducere liceat. †

### TITVLVS VII.

I. VLPIANVS libro decimo ad Edictum.

QVi propter funus aliquid impendit, cum defuncto contrahere creditur,[r] B non cum herede.

II. IDEM libro vicenſimoquinto ad Edictum.

LOcum in quo ſeruus ſepultus eſt, religioſum eſſe Ariſto ait. Qui mortuum in locũ alienũ intulit, vel inferri curauit, tenebitur in factũ actione.[s] In locũ alterius accipere debemus, ſiue in agro, ſiue in ædificio. Sed hic ſermo domino dat[t] actionẽ, non bonæ fidei poſſeſſori.[u] Nam cũ dicat, *in locum alterius*, † apparet de domino eũ ſentire, id eſt eo cuius locus eſt. Sed & fructuarius inferẽ- C do, tenebitur domino proprietatis. An & ſocius teneat ſi ignorante ſocio intulerit, tractari poteſt. Et tamẽ verius familiæ erciſcũdæ vel cõmuni diuidundo cõueniri eum[x] poſſe. Prætor ait: *Siue homo mortuus, oſſáve hominis mortui in locũ purũ alterius, aut in id ſepulchrũ in quo ius*[y] *non fuerit, illata eſſe dicentur: qui hoc fecerit, in factũ actione*[z] *tenetur: & pœnæ pecuniariæ** [a] *ſubiicietur.* De ea aũt illatiõe prętor ſenſit, quę ſepulturæ cauſa fit. Purus † aũt locus dicitur, qui neq; ſacer,[b] neq; ſanctus[c] eſt, neq; religio- D ſus:[d] ſed ab omnibus huiuſmodi nominibus vacare videtur. Sepulchrũ eſt, vbi corpus oſſave hominis condita ſunt. Celſus autẽ ait: Nõ totus qui ſepulturæ deſtinatus eſt locus, religioſus fit: ſed quatenus corpus humatũ eſt. Monumẽtũ[e] eſt, quod memorię ſeruandæ gratia exiſtat. Si vſumfructũ quis habeat,[f] locũ religioſum non facit. Sed & ſi alius proprietatẽ, alius vſumfructũ habuit, nõ faciet[g] locũ religioſum: nec proprietarius: niſi forte ipſũ quoque vſumfructũ legauerit,

A *Dictum eſt ſ. de rebus prophanis: ſequitur videre de religioſis: & earũ gratia de ſumptibus funerum: & quando funus ducere liceat.* Accurſius.

r QVi *propter*. *Creditur*. quantum ad ſeparationis beneficiũ hoc dicit vt videatur hereditarius creditor: vt infra de ſeparationibus. l. j. non vt habeat locũ actio negotiorum geſtorum pro huiuſmodi negotio: quia ſic iam funeraria ceſſaret: vt j. eo. at ſi quis §. Labeo. ſed pro aliis negotiis iacente hereditate geſtis, bene habet locum actio nego. geſto. quia potuerunt illa geri viuo defuncto, hæc autẽ non: quia nemo viuus ſepelitur. & hoc diximus. ſ. de nego. geſt. l. iij. §. hæc verba.

s LOcum. *In factum actione*. Ad quid? Reſpon. vt infra eo. is qui.

t *Domino dat*. ſcilicet directam datur etiã ei qui ſeruitutẽ habet: vt infra e. l. §. pe. & l. oſſa. §. ſi locum. & §. non ſolum.

u *Non bo. fi. poſ*. ſed vtilis ei datur: vt in arg. contrario ſupra de noxali quotiens. §. j. Accurſius.

x *Conueniri eum*. niſi inferatur ſocius: vt infra eo. ſi plures. Sed videtur dari in factum: vt ſupra communi diui. l. ſi quis putans. §. ſi quis in locum. Sol. hic non erat actum his actionibus: ibi ſic: & ideo in factum intenditur. Vel dic quòd vna aliam non tollit.

y *Ius non fuit*. inferendi. Accurſius.

z *Actione*. ad pretium loci, aut vt corpus tollat: vt j. eo. is qui. Si verò in ſepulchrum inferat, tenebitur de ſepulchro violato: vt j. de ſepul. viola. l. iij. §. ſi quis. lr.

a *Pecuniariæ*. ſcilicet centum aureorum: vt j. de ſepul. viola. l. iij. j. reſp. & §. ſi quis in ſepulchro. & l. de ſepulchro. Azo.

b *Neque ſacer*. vt res diuinæ, vel eccleſię: vt inſtit. de rerum diui. §. nullius.

c *Neque ſanctus*. vt muri & portæ ciuitatis: vt ſupra de re. diui. l. ſacra. §. fin.

d *Religioſus*. vt ſepulchrum: vt inſtitut. de rerum diui. §. religioſum.

e *Monumentum*. ſcilicet antequam ſit ſepulchrum: vt infra eo. monumentum. Sed aliud eſt munimentum: vt j. e. funeris. §. j. Accurſius.

f *Habeat*. ſcilicet perſonalem, vel realem aliam ſeruitutem.

g *Non faciat*. ſcilicet vſufructuarius.

† *In hanc tractatum Celius Rhodiginus, li. 17. ca. 20.*

† *Not. qualiter genitiuus ſignificat dominiũ: & de eius natura vide per Bar. in rubri. j. de no. ope. nun. et ibi Ale. remiſſiue per Ange. in proœ. inſtit. in q. 4. 5. col. per eos late in l. 1. de noui ope. nun. & dic quod iſte tex. eſt capitalior & melior de iure: videlicet quod genitiuus regitur vi proprietatis.*

* *Flo. pœna pecuniaria.*

† *Vide Macrobium li. 3. Saturna. ca. 3.*

*Conſentiat.*

A intulerit: cum in aliũ locum inferri tam oportunè nõ poſſet. & ita Iulianꝰ ſcribit. aliàs autẽ inuito fructuario locus religioſus non fiet. Sed ſi cõſentiat fructuarius, magis eſt vt locus religioſus fiat. Locum qui ſeruit, nemo religioſum facit: niſi conſentiat[a] is cui ſeruitus deberetur. Sed ſi non minus[b] cõmodè per aliũ locum ſeruitute vti poteſt, non videtur ſeruitutis impediendæ cauſa id fieri: & ideo religioſus fit. B & ſane habet hoc rationem. Is qui pignori dedit agrũ: ſi in eum[c] ſuum * mortuum intulerit, religioſum eum facit[d]. Sed & ſi ipſe inferatur, idem eſt. ceterùm alij concedere non poteſt.

III. PAVLVS libro vicenſimoſeptimo ad Edictum.

EX conſenſu[e] tamen omnium[f] vtilius eſt dicere religioſum poſſe fieri. idque Pomponius ſcribit.

IIII. VLPIANVS libro vicenſimoquinto ad Edictum.

SCriptus heres prius quàm hereditatẽ adeat, patremfamilias mortuum inferẽdo, locum facit religioſum. C Nec quis putet hoc ipſo pro herede eum[g] gerere. Finge enim adhuc eum deliberare de adeũda hereditate. Ego etiã ſi non heres eum intulerit, ſed quiuis alius herede vel ceſſante, vel abſente, vel verente ne pro herede gerere videatur: tamen locũ religioſum facere puto. Plerũq; enim defuncti ante ſepeliuntur, quã quis heres eis exiſtat. Sed tunc locus fit religioſus,[h] cũ defuncti fuit. Naturaliter enim videtur ad mortuum pertinere locus in quẽ infertur: pręſertim ſi in eũ locũ inferatur, in D quem ipſe deſtinauit. vſque adeo, vt etiã ſi in legatum locum ſit illatus ab herede, in latione tamen teſtatoris fiat religioſus: ſi modò in alium locum tam oportunè inferri non potuit.[i]

V. GAIVS libro nonodecimo ad Edictum Prouinciale.

FAmiliaria[k] ſepulchra dicuntur, quę quis ſibi familiæq; ſuæ conſtituit: hereditaria autẽ quæ quis ſibi heredibusq; ſuis conſtituit.

VI. VLPIANVS libro vicenſimoquinto ad Edictum.*

VEl quod paterfamilias iure hereditario adquiſiit. Sed in vtroq;[l] heredibus quidẽ cæteriſq; ſucceſſoribꝰ, qualeſcunq; fuerint, licet ſepeliri[m], & mortuum inferre, etiã ſi ex minima parte heredes ex teſtamẽto vel ab inteſtato ſint, licet nõ cõſentiãt[n] alij. Liberis autẽ cuiuſcunq; ſexus vel gradus, etiã filiisfamilias & emancipatis idẽ ius cõceſſum[o] eſt: ſiue extiterint heredes, ſiue ſeſe abſtineant. B Exheredatis aũt, niſi ſpecialiter[p] teſtator iuſto odio cõmotus eos vetuerit, humanitatis gratia tantũ ſepeliri[q], nõ etiã alios præter ſuã poſteritatem inferre[r] licet. Liberti autem nec ſepeliri[s], nec alios inferre poterunt, niſi heredes extiterint patrono: quãuis quidam[t] inſcripſerint monumentum[u] ſibi libertiſq; ſuis feciſſe. & ita Papinianus reſpondit, & ſæpiſsime idem conſtitutum eſt. Si adhuc monumentũ purum eſt, poterit quis hoc & vendere, & donare. ſi cenotaphium[x] ſit, poſſe hoc venire dicendum eſt. C nec enim eſſe hoc religioſum, diui fratres reſcripſerunt.

VII. GAIVS libro nonodecimo ad Edictum Prouinciale.

IS qui intulit mortuum in alienũ locũ, aut tollere[y] id quod intulit, aut loci pretiũ præſtare cogitur per in factũ actionẽ: quæ tã heredi quàm in heredẽ cõpetit, & perpetua eſt. Aduerſus eum qui in alterius arcã[z] lapideã, in qua adhuc mortuus nõ erit cõditus, mortuũ intulerit, vtilem actionẽ in factum proconſul dat: quia nõ propriè vel in ſepulchrum vel in locum[a] alterius intuliſſe dici poteſt. D

VIII. VLPIANVS libro vicenſimoquinto ad Edictum.

OSſa quæ ab alio illata ſunt vel corpꝰ, an liceat domino loci effodere vel eruere ſine decreto* pontificũ, ſeu iuſſu principis, quæſtionis eſt. Et ait Labeo expectãdũ[b] vel permiſſum pontificale, ſeu iuſsionem principis: alioquin iniuriarũ fore actionẽ[c] aduerſus eum qui eiecit.

Si locus religioſus[d] pro puro veniſſe dicetur, prætor in factum actionem in eum dat ei ad quem ea res pertinet[e].

---

a *Conſentiat.* vt & ſupra de vſufru. l. locum. in prin. & facit infra eo. l. fi. & l. ſunt perſonæ. Accurſius.

b *Minus.* vt & j. loca. ſi quis domũ. in prin. & j. de ſerui. ſi cui.

c *Eum.* ſ. agrum.

d *Facit.* Cur aliud in fructuario, quo inuito dominus religioſum non facit: vt s. eod. l. ſi vſumfructum? Reſpõ. per hoc minuitur facultas fructuum percipiendorum. & vſusfr. pro parte deperit: ſed creditori non minuitur actio pro debito cõpetens: licet minuatur pignus. Et hæc eſt ratio quare non prohibetur inter virum & vxorem pignoris remiſsio: licet prohibeatur indebito. Idemque in eo qui prædialem habet ſeruitutem, dicetur: vt ſupra ea. l. §. proxi.

* *Flo. Suorum.*

e *EX conſenſu.* Facit cõmunis volũtas quædam valere, quæ alias non valerẽt: vt & j. pro ſocio. l. verum. §. fin. & ſupra de dolo. l. arbitrio. §. de eo.

f *Omnium.* quibus inuitis dixit ſupra fieri non poſſe.

g *SCriptus, Eũ.* vt & j. e. l. at ſi quis. §. plerique. Accurſius.

h *Religioſus.* immo videtur quòd non: vt j. e. ſi locus. Sed ibi poterat alibi commode ſepeliri.

i *Non potuit.* vt j. de le. j. l. quid ergo. §. ſed ſi mortuum. & s. eo. l. ij. §. ſi vſumfructum.

k *FAmiliaria.* ideo dicit quod vnumquodq; ſit, quia quędã ſeruãtur in vno, quę in alio non ſeruantur: vt patet. j. l. prox.

l *VEl quæ paterfam. Sed in vtroque.* ſ. hereditario & familiari: vt & C. eod. ſi ſepulchrum. §. j. & hoc, niſi teſtator caueret contra, quod poteſt, ſcilicet exhibere vni ex heredibus: vt j. de ſepul. vio. l. iij. §. ſi quis in hereditarium. Accurſius.

m *Sepelire.* ſe & alios quos velint: vt infra patet.

n *Non conſentiant.* vt & inſti. de re. diui. §. in commune.

o *Conceſſum.* etiam in hereditario & familiari: vt C. eo. ius familiarium.

p *Specialiter.* valet ſpecialiter dictum, quod generaliter non valet: vt ſupra de mino. l. illud. §. ſi talis. & diximus. ſupra de procurat. Pomponius. Accurſius.

* *Inſcriptio monet hãc l. & l. ſed diui. s. de rerum diui. fuiſſe olim coniunctas.*

q *Tantum ſepeliri.* ſcilicet conceſſum eſt.

r *Inferre licet.* ſcilicet exheredatis. Azo.

s *Nec ſepeliri.* in hereditarium: vt C. eod. l. monumentorum. Sed in familiari videtur contra: quia libertus continetur appellatione familiæ: vt Cod. de verb. ſignifi. l. fina.

t *Quidam.* ſcilicet teſtatores vel homines. Accurſius.

u *Monumentum.* nec enim ſcriptura ſola, quia fuit teſtium ſolẽnitate deſtituta, libertis tribuit ius inferendi: vt j. de codicillis. l. literæ. aliàs contra: vt C. de fidei. & in epiſtola.

x *Cenotaphium.* expoſitio eſt literę ſuperioris. nam & cenotaphium & purum monumẽtum idem eſt: vt infra eo. monumentũ. & s. de re. di. l. ſed diui. q. d. id eſt ſi cenotaphium &c. vel appellat hic cenotaphium, locum ex quo principe permittente mortuus tranſlatus eſt: vt infra eod. l. cum in diuerſis.

y *IS qui intulit. Aut id tollere.* in arbitrio eſt inferentis alterutrum dare: vt arg. j. de iu. do. plerunque. §. fin. Videtur tamen iniquũ eſſe: vt argu. infra, re. amo. l. non enim. & C. de iis qui à non dominis ma. l. j. Mihi videtur tamen contra, hoc eſt non eſſe iniquum: quia hic cogitur quis fauore religionis vendere inuitus: vt infra eo. ſi quis ſepulchrũ. Sed regulariter ſuum inuitus nemo cogitur vendere, niſi in caſu: vt in ſocio manumittente: vt C. de communi. ſer. manu. l. j. Azo.

z *Arcam.* ſupra terrã. Azo.

a *Vel in locum.* quia locus fundi portio dicitur: & ſepulchrũ quod in loco fit, eſt terreſtre, & ſub terra. Azo.

b *OSſa. Expectandũ.* fauore religionis. aliàs contra: vt s. ad leg. Aquil. quemadmodum. §. j. quæ eſt contra.

c *Fore actionem.* ſ. hereditariam: vt infra de iniu. l. j. §. quotiens.

d *Si ſolus religioſus.* ſcilicet de facto. Accurſius.

e *Pertinet.* id eſt ei cuius eſt ſepulchrum, ſiue locus ſepulchri, ſcilicet venditori, contra extraneum ſcilicet inferentem. vt aut tollat quod impoſuit, vel præſtetur ei intereſſe: vt j. eod. liberum. Sed & ipſum ſepulchrum petit hac actione: vt ſupra

ſupra de rei vin. l. qui religioſis. Et ita verbum quaſi ſimilitudinariè ponitur: quaſi diceret: quantum præſtabit emptori, tantum ab inferente petat hac actione.

a *Quaſi ex empto*. quaſi expreſsiuum eſt veritatis veræ. nam in hoc caſu ex empto agitur: vt infra de contrahē. emp. l. qui officij. §. qui neſciens, ſecundum quoſdam. Sed tu dic, vt dixi, ſimilitudinariè. ei enim cuius eſt ſepulchrum, ſiue locus ſepulchri, datur in factum: ſed emptori datur ex empto: vt ibi.

b *In eum*. ſcilicet inferentem.

c *Dolo*. maxime. & ideo de dolo poſuit, quia locutus erat de coërcitione, quæ abſq; dolo non imponitur.

d *Aedificium*. vt & ſupra eo. l. ij. §. j.

e *Habent*. vt & ſ. eod. l. ij. § iij.

f *Competit*. vt & j. ti. j. l. j. in prin. & j. l. proxi.

g *Videtur*. vt & infra de vi & vi arma. l. ſi. & l. cum fundum. & l. colonus.

h *Liberum eſt*. *Interdicto*. vti poſsidetis. Accurſius.

i *Loci pretium*. quod ſi petet, non petet ſui loci pretium, cum ipſum habeat.

k *Videatur*. ſ. imperitis: vt infra eo. ſi filius. §. hæc actio.

l *Si venditor*. *Agere poteſt*. ſecus ſi ſibi non cauiſſet: niſi publica via eſſet ad ſepulchrum: vt j. de actio. emp. ſi mercedem. §. ſi eum. Accurſius.

m *Videtur enim*. vt & infra de ſep. vio. l. vtimum. & arg. j. de contrahen. emp. l. qui fundum. §. in lege. & ſ. de iuriſdi. om. iudic. l. ij. Accurſius.

n *Quòd ſi locus*. *Inferrentur*. ſcilicet ab emptore.

o *Ius eſt*. id eſt eſſet, & dic quòd appellat locum monumenti, fundum in quo erat monumentum, id eſt ſepulchrum: & quia ſepulchrum, ideo non valuit pactũ quod eſt contra ius religionis, quæ priuilegio gaudet. & facit ad hoc ſ. de pac. l. nemo. Vel dic quod forte hæc lex habuit odio illud pactum quod reſtringit emptori facultatem ſepeliendi certos homines etiam in re quæ non ſit religio-

Quæ actio & in heredem cõpetit: cum quaſi[a] ex empto actionem contineat. Si in locum† publicis vſibus deſtinatum intulerit quis mortuũ, prætor in eũ[b] iudicium dat, ſi dolo[c] fecerit, & erit extra ordinem plectendus, modica tamen coercitione. ſed ſi ſine dolo, abſoluendus eſt. In hac autem actione loci puri appellatio & ad ædificium[d] producenda eſt. Nec ſolum domino hęc actio competit, verùm ei quoq; cui eiuſdem loci habet vſumfructum, vel aliquam ſeruitutem: quia ius prohibendi etiam hi habēt.[e] Et qui prohibitus eſt inferre in eum locum quo ei ius inferendi eſſet, in factum actio competit[f], & interdictum, etiam ſi non ipſe prohibitus ſit, ſed procurator eius: quia intellectu aliquo ipſe prohibitus videtur.[g]

IX. GAIVS libro nonodecimo ad Edictum Prouinciale.

Liberum eſt ei qui prohibetur mortuum oſſave mortui inferre, aut ſtatim interdicto[h] vti quo prohibetur ei vis fieri, aut aliò inferre, & poſtea in factum agere: per quã conſequetur actor quanti eius interfuerit prohibitum non eſſe. in quam computationem cadit loci empti pretium[i]: aut conducti merces: item ſui loci pretium, quem quis niſi coactus eſt religioſum facturus non eſſet. Vnde miror quare conſtare videatur[k] neque heredi neq; in heredem dandam hanc actionem. Nam (vt apparet) pecuniariæ quantitatis ratio in eam deducitur. Certè perpetuò ea inter ipſos competit.

X. VLPIANVS libro vicenſimoquinto ad Edictum.

Si venditor fundi excepErit locum ſepulchri ad hoc vt ipſe poſterique eius illò inferrētur, ſi via vti prohibeatur vt mortuum ſuum inferret, agere poteſt[l]. videtur enim[m] etiam hoc exceptum inter ementem & vendentem, vt ei per fundum ſepulturæ cauſa ire liceret.

XI. PAVLVS libro vicenſimoſeptimo ad Edictum.

Quod ſi locus monumenti hac lege venierit, ne

A in eum inferrentur[n] quos ius eſt[o] inferri, pactum quidem ad hoc non ſufficit: ſed ſtipulatione id caueri oportet.

XII. VLPIANVS libro vicenſimoquinto ad Edictum.

Si quis ſepulchrum habeat, viam autem ad ſepulchrum non habeat,[p] & à vicino ire prohibeatur, Imperator Antoninus cum patre reſcripſit, iter ad ſepulchrum peti precario, & concedi ſolere: vt quotiens non debetur, impetretur ab eo qui fundum adiunctum habeat.

B Non tamen hoc reſcriptum quod impetrandi dat facultatem, etiam actionem ciuilem inducit: ſed extra ordinẽ[q] interpelletur[r]. Præſes etiam compellere[s] debet iuſto pretio iter ei præſtari: ita tamen, vt iudex etiam de oportunitate loci proſpiciat, ne vicinus magnum[t] patiatur detrimentum. Senatuſconſulto* cauetur, ne vſus ſepulchrorum permutationibus polluatur, id eſt ne ſepulchrum aliæ[u] conuerſationis vſum accipiat. Prætor ait:[x] *Quod funeris cauſa ſumptus factus erit, eius recuperandi nomine in eum ad quem ea res pertinet, iudicium dabo.*

C Hoc edictum iuſta ex cauſa propoſitum eſt; vt qui funerauit, perſequatur id quod impendit. Sic enim fieri, ne inſepulta[y] corpora iacerent: neve quis de alieno funeretur. Funus autem cum facere oportet, quem decedens elegit[z]. Sed ſi non ille fecit, nullam eſſe huius rei pœnam: niſi aliquid pro hoc emolumentum ei relictum eſt. tunc enim ſi non paruerit voluntati defuncti, ab hoc repellitur[a]. ſin autem de hac re de-

D functus non cauit, nec vlli delegatum id munus eſt, ſcriptos heredes ea res contingit. ſi nemo ſcriptus eſt, legitimos vel cognatos, quoſq;[b] ſuo ordine quo ſuccedunt. Sumptus funeris arbitrantur[c] pro facultatibus vel dignitate defuncti. Prætor vel magiſtratus municipalis ad funus ſumptus decernere debet: † ſi quidem eſt pecunia in hereditate, ex pecunia. ſi non eſt, diſtrahere debet ea[d] quæ tempore peritura ſunt, quorum retentio onerat he-

ſa, deſtinata tamen religioni: & ideo certo modo tantum admiſit pactum, id eſt per ſtipulationem. idem in vſuris: vt habetur C. de vſu. l. iij. idem in pœna: vt infra de ſer. expor. l. ſeruus. Sed in viro idem: ſed alia ratione: vt C. de iure do. l. auia. Alij tamen, vt Irn. dicunt quòd in hac l. loquimur de ſtipulatione pœnali: cuius metu ſtatur placitis. aliàs pactum factũ non ſufficit: cum humanis legibus ſit exēptum. Si autem non ſit religioſa, nec deſtinata religioni, & ſepeliri prohibetur etiam non ſolum certos homines, ſed omnes, pactum valet in continenti factum: vt C. de pact. inter emp. & vendi. l. fina. quæ eſt contra. & argu. infra de ſepulchro vio. l. iij. §. ſi quis in hereditarium. Accurſius.

p *Si quis ſepulchrum*. *Non habeat*. quia flumen abſtulit aliquã viam.

q *Sed extra ordinem*. id eſt extra ius. vel etiam in iure.

r *Interpelletur*. ſcilicet vicinus.

s *Compellere*. Not. ergo quòd cogitur quis vendere: vt & C. de ſer. communi. ma. l. j. & infra de pub. l. cotē. §. fina.

t *Magnum*. facit ad hoc ſupra de ſerui. ſi cui. & infra loc. l. habitores. & infra de ædil. edic. l. j. §. ſed ſciendũ. & quod nota. ſ. ſi vſuſfruct. peta. l. j. §. j. & de ſerui. vrba. prædi. l. binas.

u *Aliæ*. alias alienæ. ſi contra fiat, ducentorum aureorum pœna imponitur: vt infra de ſepulch. vio. l. iij. §. ſi quis in ſepulchro. Accurſius.

x *Prætor ait*. dixit de religioſis, nũc de ſumptibus funerũ: & ſubaudi, de eo.

y *Inſepulta*. ſic inſtit. de oblig. quæ ex quaſi contractu. §. j. Accurſius.

z *Elegit*. vt in auth. de ec. tit. §. ſi quis autem. col. ix. & Cod. de epi. & cle. l. nulli.

a *Repellitur*. vt & C. de lega. l. penult. Accurſius.

b *Quoſque*. id eſt quoſ libet. Accurſius.

c *Arbitrantur*. id eſt æſtimantur.

d *Ea*. id eſt prætor iubet diſtrahi.

** Hoc magis pertinet ad edictum de ſepulchro violato. Baro. in Manual. Vendere quis cogitur.*

*† Idem conſtituit Plato de legib. dial. 12. & alia multa quæ ad hũc tractatum pertinent.*

*Si minus,*

reditatem. ſi minus [a] ſi quid auri argentiq; fuerit, diſtrahi aut pignerari iubebit [b], vt pecunia expediatur:

XIII. GAIVS libro nonodecimo ad Edictum Prouinciale.

VEl à debitoribus, [c] ſi facilè exigi poſsit.

XIIII. VLPIANVS libro vicenſimoquinto ad Edictum.

ET ſi quis impediat [d] eum qui emit, quò minus ei res tradantur, prætorē interuenire oportere, tuerique huiuſmodi factum, ſi quid impediat quò minus ei res venditæ tradantur. (B) Si colonus vel inquilinus ſit is qui mortuus eſt, nec ſit vnde funeretur: ex inuectis illatis eum funerandum Pomponius ſcribit: & ſi quid ſuperfluum remanſerit, hoc pro debita penſione teneri. Sed & ſi res legatæ ſint à teſtatore de cuius funere agitur, nec ſit vnde funeretur, ad eas quoque manum mittere oportet. ſatius eſt enim de ſuo teſtatorem funerari, quàm aliquos legata conſequi. Sed ſi adita fuerit poſtea hereditas, res emptori auferenda [e] nō eſt, quia bonæ fidei poſſeſſor eſt. (C) & dominium habet, qui auctore iudice [f] comparauit. Legatarium tamen legato carere non oportet, ſi poteſt indemnis ab herede præſtari. [g] Quòd ſi non poteſt, melius eſt legatarium non lucrari, quàm emptorem damno adfici. Si cui funeris ſui curam teſtator mandauerit, & ille accepta pecunia funus non duxerit, de dolo actionem in eum dandam [h] Mela ſcripſit. credo tamen & extra ordinem eum à prætore compellendum [i] funus ducere. (D) Funeris cauſa ſumptus factus videtur is demum, qui ideo fuit [k] * vt funus ducatur, ſine quo [l] funus duci non poſsit: vt puta ſi quid impenſum eſt in elationem * mortui. Sed & ſi quid in locum fuerit erogatum in quem mortuus inferetur, funeris cauſa videri impenſum Labeo ſcribit: quia neceſſario locus paratur in quo corpus conditur. Impenſa peregre mortui, quæ facta eſt vt corpus perferretur, funeris eſt, licet nondum homo funeretur. Idemque & ſi quid ad corpus cuſtodiendum vel etiam commendandum * factum ſit: vel ſi quid (A) in marmor vel veſtem [m] collocandam. Non autem oportet† ornamenta [n] cum corporibus condi, [o] nec quid aliud huiuſmodi, [p] quod homines ſimpliciores faciunt. Hæc actio quæ funeraria [q] dicitur, ex bono & æquo oritur. Cōtinet autem funeris cauſa tantum impenſam, [r] non etiam cæterorum ſumptū. [s] Aequū autem accipitur ex dignitate eius qui funeratus eſt, ex cauſa, [t] ex tempore, [u] & ex bona fide, [x] vt neq; plus imputetur (B) ſumptus nomine, quàm factū eſt: neq; tantum quantum factum eſt, ſi immodicè factū eſt. Deberet enim haberi ratio facultatium eius in quem factū eſt, & ipſius rei quę vltra modum ſine cauſa conſumitur. Quid ergo ſi ex voluntate teſtatoris impenſum eſt? Sciendum eſt nec volūtatem ſequendam, [y] ſi res egrediatur iuſtam ſumptus rationē: pro modo autem facultatium ſumptum fieri. Sed interdum is qui ſumptum in funus fecit, ſumptum non recipit, ſi pietatis gratia fecit, nō (C) hoc animo quaſi recepturus ſumptum quem fecit. Et ita imperator noſter reſcripſit. Igitur æſtimandum erit arbitro & perpendendum, quo animo ſumptus factus ſit: vtrum negotium quis vel defuncti vel heredis [z] gerit, vel ipſius humanitatis, [a] an vero miſericordiæ vel pietati tribuens vel affectioni. Poteſt tamen diſtingui & miſericordiæ modus: vt in hoc fuerit miſericors vel pius qui funerauit, vt eum ſepeliret, ne inſepultus iaceret: non etiam vt ſuo ſumptu fecerit *: quod ſi (D) iudici liqueat, non debet eū qui conuenitur, abſoluere. Quis enim ſine pietatis intentione alienum cadauer funerat? Oportebit igitur teſtari quem quo animo funerat, ne poſtea patiatur quæſtionem. Plerique filij cum parentes ſuos funerant, vel alij qui heredes fieri poſſunt, licet ex hoc ipſo neque pro herede geritio, neque aditio præſumitur, [c] tamē ne vel miſcuiſſe neceſſarij, vel ceteri pro herede geſsiſſe videantur, ſolent teſtari, pietatis gratia facere ſe ſepulturam. quid ſi ſuperuacuo fuerit fa-

*Hal. fit.

*delationem.

*ſi ſe ſumptum fecerit.

a *Si minus.* id eſt ſi non ſint ibi res quæ vendi poſsint: vt infra de vent. in poſſ. mitē. l.j.§.deminutio. Accurſius.

b *Iubebit.* primo pignoratio, ſecundo venditio fit: vt C. de ſacroſanct. eccleſ. authent. hoc ius. Accurſius.

c VEl *à debitoribus.* ſcilicet exigi. Accurſius.

d ET *ſi quis impediat.* ſcilicet iniuſte. alioquin cōtra. in hoc autem ſummatim habetur cognitio: vt infra de re iud. l. à diuo Pio. §. ſi ſuper.

e *Auferenda non eſt.* vt legatario detur.

f *Auctore iudice.* vt infra de acquiren. poſ. l. iuſte. Accurſius.

g *Ab herede præſtari.* vt & infra eo. l. fi. in prin. Accurſius.

h *Dandam.* ſcilicet heredi. Accurſius.

i *Compellendum.* vt & ſupra famil. erciſcundæ. l. qui erat. ſed nonne datur mandati: vt infra manda. l. ſi verò non re. §. fina. quæ eſt contra? quod ſi eſt, de dolo non debet dari. Solu. ſecundum quoſdam hic mandati concurrit cū actione de dolo: cum vtraque eum infamet. ſed hoc non valet: vt ſupra de dolo. l. ideoque. Vel dic quòd hic fuit facio vt des, ex quo datur actio de dolo. ibi enim fuit gratis ſuſceptum mandatum. Vel dic tertio, quòd ideo mandati actio non datur, quia ille non ſuſcepit mandatum, aut quia ignorans, aut quia contradicēs. Sed tu dic quarto, quòd hic fuit mandatum ſuſceptum, & tamen mandati non agitur: quia mandatum de ea re non fuit iniunctum quæ viuo teſtatore explicari non potuit. nec enim funus duci poteſt niſi decedat. ſed in l. contraria fuit mandatum vt fieret monumentum: quòd eo viuente fieri poteſt. Sepulchrum autem non eſt niſi poſt mortem domini. Accurſius.

k *Fuit.* ſcilicet factus. Accurſius.

l *Sine quo.* ſcilicet ſumptu; vt j. eo. l. funeris. in principio.

m *Veſtem.* ſtamen, vel cilicium.

n *Ornamēta.* annulos, vel veſtes, vt ſubiicit: & infra de le. j. l. ſeruo alieno. §. fina.

o *Condi.* id eſt ſepeliri. Accurſius.

p *Huiuſmodi.* vt lectū. Accurſius.

q *Funeraria.* ſubſtantiuè ponitur, vt ſit nomen actionis. Vel ponitur adiectiue: vt dicatur actio in factum quæ datur pro eo quod eſt impenſum in funere. Accurſius.

r *Impenſam.* ſcilicet factam.

s *Sumptuum.* factorum in teſtatorem curandum.

t *Ex cauſa.* vt ſi erat funus in peregrinatione, quod oportuit multum perferri. Azo.

u *Ex tempore.* vt ſi fecerit tempore hyemali, in quo plus impendit quàm in æſtate impenderet.

x *Ex bona fide.* quia ſi plus quàm impendat petat, non poterit. Item ſi mala fide plus impendit, imputetur ei.

y *Sequendam.* vt & j. de cond. inſtit. l. quidam. & arg. j. ad Ma. l. ſed Iulianus. §. quod dicitur. & infra ad l. Fal. l. j. §. fi. & infra eodem. l. funeris. in fi. Idē eſt de alimentis à defuncto filio ſtatutis, ſcilicet vt debeat tutor ſequi voluntatem patris, ſi non vltra vires patrimonij ſtatuit: vt j. vbi pu. edu. l. ij. in fi. ſecundum Ir. Sed contra ſupra de peti. here. l. hereditas. §. j. Sol. vt ibi.

z *Vel heredis gerit.* vtroq; enim caſu agit funeraria: vt infra eo. l. ſi quis.

a *Humanitatis.* ſecundum quam intereſt vt vnus alteri ſeruiat, nō vt donet. Accurſius.

b *Oportebit igitur.* id eſt oportunum eſt, nō neceſſarium: vt ſupra de nego. geſt. Neſennius. Et ſic not. quòd atteſtatio probat voluntatis noſtræ ſententiam, ſic infra eodē. l. Labeo. & infra de acqui. here. l. pro herede §. ceterum. Et prodeſt hoc notare cum tractatur poſſederit quis pro feudo, an pro allodio. Item & in matrimonio cum primo proteſtatus eſt ſe non deſponſare cauſa matrimonij: ſed vt mulieri parentes hereditatem relinquerent.

c *Præſumitur.* vt ſupra e. l. ſcript⁹. in prin. Sed arg. cōtra. C. de repu. here-

pu. here.l.j.Solu.ibi plus fecit,quia ſtabat in domo,& alij vn de contra eum præſumitur,niſi probetur contrarium, ſcilicet quòd non animo adeundi fecerit. Accur.

a *Proteſtantur*.ſcilicet tacitè,imò expreſſe.Accur.

b *Oportet*.i.neceſſe eſt:quia illa proteſtatio præiudicat:quia pietatis cauſa dixerat ſe facere. Et not.quòd cõfeſsio indefinite ꝓlata, in omnibus præiudicat.

c *Non debere admittere*. nam non repetitur: vt ſubijcit.

d *Contumeliam*. vt infra de inur. l.j. §. quotiens. ergo non debet ſentire commodũ: vt ſupra nego.geſt.l. ſiue heredi.

e *Hoc animo*. quia neminem ſibi obligare voluit: vt ſupra communi diui.l.in hoc iudicio.

f *Ex cauſa*.ſcilicet hac iuſta. Accur.

g *Funerariam*. ſcilicet vtilem: vt infra eod. ſi poſſeſſor. in principio.

h *Non acturum*. ſed nonne ſemper datur actio nego.geſt.vt ſupra de negot.geſt.l.ait prætor.§. hæc verba. & l. ſiue hereditaria. quæ ſunt contra? Solut. ibi loquitur de alijs negotijs, non de funeris impenſa, quæ viuente teſtatore explicari non poteſt:nec eius nomine defunctus potuit eſſe obligatus. alias vero poſſunt: licet hic quo ad ſeparationẽ impetrandam videatur contrahere cum defuncto: vt ſupra eodem.l j. Itẽ contra infra de priuileg.cre.l.j.vbi videtur quòd famil. erciſcun. actio hic competat. ſolue illam ſecundum iſtam.

i *Actum ſit*.& ideo amplius agi non poteſt. Azo.vt ſupra fami.erciſcun. l. ſi filia. §. familiæ.

k *Ex cauſa competere*. Not. fieri poſſe contra prohibitionem, & tamen idem eſt effectus ac ſi prohibitio non eſſet: vt hic & infra de lega. j. l. filiuſfamilias. §. diuus. & infra de exer.l.j.§.magiſtrum. & C. ne tutor vel cura.vecti. cõ. l.j.& infra. quod vi aut clam.l fin.§. ſi ſtercus.& j.de ap. nõ tantum.& j. de ſol.l.ſolutione.

l *Heres eius prohibuit*. ſcilicet ſepelire ipſum teſtatorem, quaſi dicat, non eſt ſtandum ipſius prohibitioni. Sed op. huic &c. Sed reſpondetur, pone me &c. quo caſu indubitabiliter agitur: licet à prohibito. Accurſius.

m *Competere*.certe ſic:vt ſ. ea.l.§.ſi cui.Accur.

n *Imitari*.vbi poſt prohibitionem ceſſat actio:vt C.de nego. geſt. l. fin. Et ſic not. mentem potius quàm verba legis ſeruandam:vt ſ.de in ius voc.l.quamuis.

A ctũ ad illud ſe munire videtur, ne miſcuiſſe ſe credatur: ad illud non, vt ſumptũ conſequatur. quippe proteſtantur[a] pietatis gratia id ſe facere. Plenius eos igitur teſtari oportet[b], vt & ſumptum poſſint ſeruare. Fortaſsis quis poſsit dicere, interdum partem ſumptus facti poſſe recuperari: vt quis pro parte quaſi negotiũ gerens, pro parte pietatis gratia id faciat. B quod eſt verius. Partem igitur ſumptus conſequetur, quem non donandi animo fecit. Iudicẽ qui de ea æquitate cognoſcit, interdũ ſumptũ omnino non debere admittere[c] modicum factum, ſi fortè in contumeliam[d] defuncti hominis locupletis modicus factus ſit. nam non debet huius rationem habere, cum contumeliam defuncto feciſſe videatur ita eum funerando. Si quis dum ſe heredem putat, patremfamilias funerauerit, funeraria actione vti non poterit: quia non hoc animo[e] fecit, quaſi C alienum negotium gerens. & ita Trebatius & Proculus putant. Puto tamen & ei ex cauſa[f] dandam actionem funerariam[g]. Labeo ait, quotiens quis aliã actionem habet de funeris impenſa conſequenda, funeraria eũ agere non poſſe: & ideo ſi familię erciſcundæ agere poſsit, funeraria non acturum[h]. Planè ſi iam familiæ erciſcundæ iudicio actum ſit[i], poſſe agi. Idem Labeo ait, ſi prohibente herede funerauerit teſtatorem, ex cauſa competere[k] tibi funerariam. Quid D enim ſi filium teſtatoris heres eius prohibuit[l]? Huic cõtradici poteſt: ergo pietatis gratia funeraſti. Sed pone me teſtatum: habiturũ me funerariã actionem. De ſuo enim expedit mortuos funerari. Et quid ſi teſtator quidem funus mihi mandauit, heres prohibet, ego tamen nihilo minus funeraui? nonne æquum eſt mihi funerariam competere[m]? Et generaliter puto iudicem iuſtum nõ meram negotiorum geſtorum actionem imitari[n], ſed ſolutius * æquitatem ſequi. cum hoc ei & actionis natura indulget. Diuus autem Marcus reſcripſit, eum heredẽ qui prohibet funerari ab eo quẽ teſtator elegit, non rectè facere: pœnam tamen in eo ſtatutam[o] nõ eſſe.

Qui mandatu alterius funerauit, nõ habet funerariã actionem, ſed is ſcilicet qui mandauit funerandum, ſiue ſoluit ei cui mandauit, ſiue debet[p]. Quòd ſi pupillus mãdauit ſine tutore auctore, vtilem funerariam dandã aduerſus heredem[q] ei qui impẽdit. lucrari enim heredẽ iniquum eſt. Si autem pupillus funus ad ſe pertinẽs ſine tutoris auctoritate mandauit, dandam in eum actionem[r] arbitror, ſi & heres extitit ei qui funeratus eſt, ſoluendoque[s] hereditas eſt. Contrà ſi quis mandatu heredis funerauit, non poſſe eum funeraria agere Labeo ſcribit: quia habet mandati actionem. Si tamẽ quaſi negotiũ heredis[t] gerens funerauit, licet ratũ non habeat, tamẽ funeraria eum agere poſſe Labeo ſcribit. Datur autem hæc actio aduerſus eos ad quos funus pertinet, vt puta aduerſus heredẽ, bonorúmve poſſeſſorem, ceteroſq; ſucceſſores.

XV. POMPONIVS libro quinto ad Sabinum.

FVneris impenſam & patronus[u] qui bonorũ poſſeſſionem petit contra tabulas, præſtat.

XVI. VLPIANVS libro viceſimoquinto ad Edictum.

IN eum[x] ad quẽ dotis nomine quid peruenerit, dat prætor[y] funerariã actionem. æquiſsimum enim viſum eſt veteribus, mulieres quaſi de patrimonijs ſuis[z], ita de dotibus funerari: & eum qui morte mulieris dotẽ lucratur, in funus conferre debere[a]: ſiue pater mulieris eſt, ſiue maritus.

XVII. PAPINIANVS libro tertio Reſponſorum.

SEd ſi nondũ pater dotem recuperauerit, vir ſolus cõuenietur, reputaturus patri qđ eo nomine præſtiterit.[b]

o *In eum ſtatutam*. No. ergo non puniri illicitum: vt hic, & infra de ſepulch. vio. l.iij.§. non perpetuæ. & j. de vſufruct. leg. l. heres. Accur.

p *Debet*. quia videtur ei abeſſe id in quo obligatus eſt: vt ſupra de nego.geſt.l.ſi quis mãdato.

q *Aduerſus heredem*.nõ pupillum. Accur.

r *Actionem*.ſcilicet mãdati. vt j.proxi. §. Accurſius.

s *Soluendoq;*. maxime. nam funeraria exuperat omne æs alienum: vt j.eo.l.pen. Vel ideo ponitur,quia tunc pupillus impetrat in integr.reſtit.& ideo non tenetur funeraria. Accurſius.

t *Negotium heredis*. inſtituti qui nondum adijt: alioquin contra. tunc enim non funeraria, ſed negot. geſt. datur actio. hic ergo contra heredem non datur negot. geſt.quia eius in veritate negotium non erat, nec de functi potuit eſſe: vt ſupra de nego. geſt. l. ait prætor. §. hæc verba.

u *FVneris.Patronus*. vt & ſupra ſi pars here.peta.ſorori. §. ſumptus.

x *IN eum*. id eſt contra eum.

y *Dat prætor*. vt & C. de negot.geſt. l. quod in vxorem.in fi.Accurſius.

z *Suis*. ſcilicet alijs. nam & hoc quaſi patrimonium eſt: vt ſupra de mino.l.iij. §.ſed vtrum.in fine.

a *Conferre debere*. pro ea parte qua lucratur dotem, & eum ad quẽ ſpectat aliud patrimonium, pro alia rata: vt infra eod. l. Celſus. ſi autem maritus non lucratur, vt quia vſusfructus ſibi in dotem datus decedente muliere conſolidetur ſibi, cum prius eſſet proprietarius, nihil videtur lucrari: cum & alias ea defuncta hoc erat habiturus: & ideo non cogitur ad has impenſas: vt infra de iure do. cum in fundo. in princip. ibi, quòd ſi in matrimonio, & cetera.

b *SEd ſi nondum. Præſtiterit*. vt & infra eodem.l.ſi mulier. §. j. Accur.

*Legis mens potius quã verba legis ſeruãda eſt.*

* *Solutius, i. liberius, æquitate impellentẽ recedere à natura actione negotiorũ geſtorum, quæ prohibita rerũ adminiſtratione nõ cõpetit. l. vl. C. de neg. geſt.*

a NEratius quærit. Pacto. ſic ſupra de tranſact. l. controuerſia. in princip. Accurſius.

b Conuenire. pro ea parte quæ remanet apud maritum. Accurſius.

c Non poßit. vt ſupra de pactis. l. ius publicum.

d Conferre eum. videbatur contra: quia ſtipulatus erat totam dotem ſibi reſtitui. Accurſius.

e Pater autem non. ſcilicet cõueniretur marito lucrante. Accurſius.

f Soluendo. Sed quare inſpicitur ſit ſoluendo, vel non: cum expenſa iſta excedit omne æs alienum: vt infra eodem. l. impenſa. quæ eſt contra. & ideo pro rata tam de dote quàm de alia ſubſtantia eſt ſoluenda, vt infra eodem. l. Celſus? Solu. hic computato patrimonio & de dote poteſt integre ſolui creditoribus alijs funeraria agentibus: & ideo non habet locum lex illa, impenſa: vt ergo omnibus ſatisfiat, ſerua tu quod hic dicit. Accurſius.

g IN patrem. Funeraria actio. Eſt enim patris onus: vt infra de in rem ver. filius. & domini de ſeruo: vt infra eodem. l. ſi filius. §. j. Accurſius.

h CElſus. Funeranda eſt. vt infra ad legem Falcidiam. l. ſi vir. & ſupra eodem. l. in eum.

i VEluti. Conferet. ſi ſoluendo eſt maritus. alioquin pro eo quod facere poteſt: vt & infra eodem. l. ſi pro rata. §. finali.

k IVlianus. Legatis. ab herede: quia ad ea præſtãda teneatur. Accurſius.

l NEc pretijs manumiſſorum. quos emere & manumittere mulier ſuum heredem rogauit.

m SIc pro rata. Conferre. ſecus in alio debito: quia heredes tantum ſoluunt, non maritus: licet lucri dotem faciat: vt Cod. de iure dotium. l. licet. Accurſius.

n Permiſſum eſt. veluti cum maritus vergit ad inopiam: vt C. de iure dotium. l. in rebus. vel ſi dederit ei

XVIII. IVLIANVS libro decimo Digeſtorum.

IMpenſa enim funeris, æs alienum dotis eſt:

XIX. VLPIANVS libro quintodecimo ad Sabinum.

IDeoque etiam dos ſentire hoc æs alienum debet.

XX. IDEM libro vicenſimoquinto ad Edictum.

NEratius quærit, ſi is qui dotem dederat pro muliere, ſtipulatus eſt duas partes dotis reddi, tertiam apud maritum remanere, pactus ſit ne quid maritus in funus conferret, an funeraria maritus teneatur. Et ait, ſi quidem ipſe ſtipulator mulierẽ funerauit, locũ eſſe pacto[a], B & inutilem ei funerariã fore. Si verò alius funerauit, poſſe eum maritum conuenire[b]: quia pacto hoc publicum ius infringi nõ poſsit[c]. Quid tamen ſi quis dotem hac lege dederit pro muliere, vt ad ipſum rediret ſi in matrimonio mortua eſſet, aut quoquo modo ſoluto matrimonio? nunquid hic in funus non cõferat? Sed cũ dos morte mulieris ad eundem peruenerit, poteſt dici conferre eũ[d]. Si maritus lucratur dotem, conuenietur funeraria, pater autẽ non[e]. C Sed & in hũc caſum puto, ſi dos quia permodica fuit, in funus non ſufficit, in ſuperfluum in patrẽ debere actionẽ dari. Cum materfamilias decedit, nec eſt eius ſoluendo[f] hereditas, funerari eam ex dote tantùm oportet. & ita Celſus ſcribit.

XXI. PAVLVS libro vicenſimoſeptimo ad Edictum.

IN patrem cuius in poteſtate fuerit is cuius funus factum erit, competit funeraria actio[g] pro dignitate & facultatibus.

XXII. VLPIANVS libro vicenſimoquinto ad Edictum. D

CElſus ſcribit: Quotiens mulier decedit, ex dote quæ penes virũ remanet, & ceteris mulieris bonis pro portione funeranda eſt[h].

XXIII. PAVLVS libro vicenſimoſeptimo ad Edictum.

VEluti ſi in dotem centum ſint, in hereditate ducenta, duas partes heres, vnam vir conferet[i].

XXIIII. VLPIANVS libro vicenſimoquinto ad Edictum.

IVlianus ſcribit: Non deductis legatis[k].

A XXV. PAVLVS libro vicenſimoſeptimo ad Edictum.

NEc pretijs manumiſſorum,[l]

XXVI. POMPONIVS libro quintodecimo ad Sabinum.

NEc ære alieno deducto,

XXVII. VLPIANVS libro vicenſimoquinto ad Edictum.

SIc pro rata & maritum & heredem conferre[m] in funus oportet. Maritus funeraria non conuenietur, ſi mulier in matrimonio dotẽ ſoluerit: vt Marcellus ſcribit. quæ ſententia vera eſt, in his tamen caſibus, in quibus hoc ei facere legib⁹ permiſſum[n] eſt. Præterea maritum puto funeraria in id demum teneri quod facere poteſt. Id enim lucrari videtur[o] quod præſtaret mulieri ſi conueniretur[p].

XXVIII. POMPONIVS libro quintodecimo ad Sabinum.

QVòd ſi nulla † dos eſſet[q], tunc omnem impenſam patrem præſtare debere Atilicinus ait: aut heredes eius mulieris, puta emancipatæ. Quòd ſi neque heredes[r] habeat*, neque pater ſoluendo ſit, maritum in quantum facere poteſt, pro hoc conueniri: ne iniuria eius videretur, quondam vxorem[s] eius inſepultam relinqui.

XXIX. GAIVS libro nonodecimo ad Edictum Prouinciale.

SI mulier poſt diuortium alij nupta deceſſerit, non putat Fulcinius priorem maritum, licet lucri dotem faciat, funeris impenſam[t] præſtare. Is qui filiamfamilias funerauit, antè quàm dos patri reddatur, cum marito rectè agit: reddita dote patrẽ obligatum habet. Vtique[u] autem ſi cum marito actũ fuerit, is eo minus patri mulieris reſtituturus[x] eſt.

XXX. POMPONIVS libro quintodecimo ad Sabinum.

COntra quoq; quod pater[y] in funus filię impẽdit, aut alio agente ſecum funeraticia præſtitit, ipſe actione de dote à marito recipit. Sed ſi emancipata in matrimonio decedat, collaturos heredes bonorúmve poſſeſſores, & patrem pro portione dotis quam recipit, & virum pro portione dotis quam lucratus eſt.

XXXI. VLPIANVS libro quintodecimo ad Edictum.

vt ſe ſuoſque alat: vel patrem ab hoſtibus captum redimat: vt in ſimilibus caſibus quos habes infra de iure dotium. l. Mutius. §. manente. & l. fina. & infra ſolut. mat. l. quamuis. & l. ſed & ideo.

o Lucrari videtur. per pactum de lucranda dote.

p Si conueniretur. vnde vſque eo conueniretur funeraria, & non vltra. Sed contra argum. infra ad legem Falcidiam. quærebatur. §. ſed cum debitori.

q QVod ſi nulla dos eſſet. idem ſi eſſet: ſed maritus nil facere poteſt: argumentum ſupra. l. proxi. in fine. Accurſius.

r Neque heredes. vt quia filiafam. erat. hodie tamen haberet: vt in authent. de here. ab inteſta. §. j. & §. ij. col. x.

s Quondam vxorem. ſcilicet tempore mortis eius: alioquin non: vt j. l. proxi.

t SI mulier. Funeris impenſam. tamdiu enim iura primi viri tenet, quamdiu alij non nubat: vt ſupra de ſena. l. vlti. ſic & ſi libertus meus ſit alterius factus ſeruus, & ab eo manumiſſus, præfertur in contra tabu. ſecundus manumiſſor: vt infra de bo. libe. l. ſi libertus meus.

u Vtique. nunc redit ad primum caſum. Accurſius.

x Reſtituturus. vt ſupra eo. l. ſed ſi nõdum. Accur.

y COntra. Pater. ad quem dos non debuit redire propter pactum. Et ſecundum hoc dic actione de dote, ſcilicet funeraria. vt enim tenetur hic maritus extraneo funeraria: ita & patri. & quod ſubijcit, à marito recipit, dic ſcilicet qui dotem erat lucratus. Vel dic quòd hæc dos debuit redire ad patrem: & tunc propriè ponitur actio de dote, id eſt ex ſtipulatu pro dote. & dices, à viro recipit, qui nullum pactum poſuit de dote lucranda. Caue tamen tibi, quòd ſi plus impendat pater quàm ſit dos, non repetit quod eſt vltra: vt ſupra eo. l. Neratius. § ſi maritus.

† Cy. in l. conſtãte, §. ſi vir. j. ſo. ma. di- gat iſtam l. quod ſi mulier nihil habeat in dote, debet ali à viro, quod refert & ſequitur Bar. hic.
* Flo. habeant.

Si filiusfa-

a SI filiusfamilias miles ſit. ſcilicet funeratus de alieno.
b Ante teneri. quàm patrē. hoc autē obtinet ſi fecit teſtamentum: aliàs ſucceſſorem non habet: vt j̄. de caſtr. pec. l. ij.
c Sic deinde. ſ. ſi non habeat ſucceſſorem: vt s̄. eo. l. in patrem.
d Perpetua. vt & arg. s̄. eo. l. liberum. in fi. Accur.

e SI poſſeſſor. Vtilem. non directā, quia neminem ſibi voluit obligare: vt ſupra com muni diui. l. in hoc iudicio. & ſupra eodem. l. at ſi quis. §. ſi quis dum. Item actio neg. geſt. datur ei: vt ſupra de peti. here. l. hereditas. §. j. & l. quòd ſi poſſeſſor. §. ſed cum. ſed ibi de monumento dicit. Accur.
f Deceſſerint. quod eſſe poteſt: vt infra de do. inter vi. & vxo. cū hic ſtatus. §. ſi ambo. & j̄. de do. cau. mor. ſi hi qui.
g Idipſum. ſ. portio dotis. pone enim talem pactionem fuiſſe, vt maritus dotis dimidiā lucraretur ſi vxor decederet in matrimonio. hic autem dubiū erat an prius deceſsiſſet in matrimonio: an poſt deceſsiſſet. & pręſumitur mulierē prius deceſsiſſe: ideoque ſumptus funeris ad heredem viri pertinet: vt infra de reb. dub. l. qui duos. §. ſi maritus. ſicut paruus priꝰ quàm magnus: vt infra de pact. do. inter ſocerū. in prin.
h SI quis fuit. Indigno. vt quia defuncti mortem non vindicauit: vt C. de his qui. vt indig. l. j. & l. cum fratrem.
i Remaneant. vt & infra ad Trebel. l. quia perinde. §. fin. non enim deſinit eſſe heres: vt infra de vul. ſub. l. ex facto. §. Iulianus. & inſtitu. de fideicommiſſ. here. §. reſtituta. Sed contra. infra de ſu. & legi. l. j. §. interdum. Solu. ibi in maiori fuit delicto: quia reus perduellionis.
k SI locus. Non facit. idem eſt in ſeruo legato ſub conditione, qui interim manumitti non poteſt: vt & infra. qui & à qui. manu. l. iij. & l. generaliter. §. fin. Sed in eo qđ hic dicitur, eſt contra ſupra eod. l. ſcriptus. in fi. Solu. hic loquitur in eo caſu quando optimè vel opportune inferri aliàs poterat. ibi verò non poterat. Accurſius.
l MInime. Eum. ideo nec funerandū: vt faciat ad titu. de luctu enim conſtabat etiam ſine his delictis: vt ſupra de his qui no.

SI filiusfamilias miles ſit[a], & habeat caſtrēſe peculium, puto ſucceſſores eius antè teneri[b], ſic deinde[c] ad patrem venire. * Qui ſeruū alienum vel ancillam ſepeliuit, habet aduerſus dominū funerariam actionem. Hæc actio nō eſt annua, ſed perpetua[d]: & heredi ceteriſque ſucceſſoribus, & in ſucceſſores datur.

XXXII. PAVLVS libro vicenſimoſeptimo ad Edictum.

SI poſſeſſor hereditatis funus fecerit, deinde victus in reſtitutione non deduxerit quod impēderit, vtilem[e] eſſe ei funerariam. Si eodem momento temporis vir & vxor deceſſerint[f], Labeo ait in heredem viri pro portione dotis dandam hāc actionem, quoniam idipſum[g] dotis nomine ad eum peruenit.

XXXIII. VLPIANVS libro ſexageſimooctauo ad Edictum.

SI quis fuit heres, deinde hereditas ablata ſit ei quaſi indigno[h], magis eſt vt penes eum iura ſepulchrorum remaneant[i].

XXXIIII. PAVLVS libro ſexageſimoquarto ad Edictum.

SI locus * ſub conditione legatus ſit, interim heres inferendo mortuum non facit[k] locum religioſum.

XXXV. MARCELLVS libro quinto Digeſtorum.

MInimè maiores lugendum putauerunt eum[l] qui ad patriam delendam & parentes & liberos interficiendos venerit. Quem ſi filius patrem, aut pater filium occidiſſet,[m] ſine ſcelere, etiā præmio adficiendum omnes conſtituerunt.

XXXVI. POMPONIVS libro vicenſimoſexto ad Q. Mucium.

CVm loca capta ſunt ab hoſtibus, omnia deſinūt[n] religioſa vel ſacra eſſe: ſicut homines liberi in ſeruitutem perueniunt. Quod ſi ab hac calamitate fuerint liberata, quaſi quodā poſtliminio reuerſa priſtino ſtatui reſtituuntur.

XXXVII. MACER libro primo ad legem vicenſimā hereditatium.

FVneris ſumptus accipitur quidquid corporis cauſa, veluti vnguentorum, erogatum eſt: & pretium loci in quo defunctus humatus eſt: & ſi qua vectigalia[o] ſunt, vel ſarcophagi[p], et vectura, & quicquid corporis cauſā antequam ſepeliatur conſumptum eſt, funeris impēſam eſſe exiſtimo[q]. Monumentum autem ſepulchri id eſſe diuus Hadrianus reſcripſit, quod munimenti[r],*
B id eſt cauſa muniendi eius loci factum ſit, in quo corpus impoſitum ſit. Itaque ſi amplū[s] quid ædificari teſtator iuſſerit, veluti in circuitū † porticationes, eos ſumptus funeris cauſā non eſſe.[t]

XXXVIII. VLPIANVS libro nono de Omnibus tribunalibus.

NE corpora aut oſſa mortuorum detinerētur, aut vexarētur, néve prohiberētur quominus via publica transferrentur, aut quo minus ſepelirentur, præſidis prouinciæ officium[u] eſt.

XXXIII. MARCIANVS libro tertio Inſtitutionum.

C DIui fratres edicto admonuerunt ne iuſtę ſepulturæ traditum, id eſt terra conditum corpus inquietetur. Videtur autem terra conditum & ſi in arcula[x] conditum hoc anima ſit, vt non alibi*transferatur. Sed arculam ipſam, ſi res exigat, in locum commodiorem licere transferre non eſt denegandum.

XL. PAVLVS libro tertio Quæſtionum.

SI quis enim eo animo corpus intulerit, quòd cogitaret inde aliò poſtea trāſ-
D ferre, magisq; temporis gratia deponere, quàm quòd ibi ſepeliret mortuum, & quaſi [y] æterna ſede dare deſtinauerit, manebit locus prophanus.

XLI. CALLISTRATVS libro ſecundo Inſtitutionum.

SI plures ſint domini eius loci vbi mortuus infertur, omnes conſentire debēt cū extraneꝰ inferātur. Nam ex ipſis dominis quemlibet rectè ibi ſepeliri conſtat etiā ſine ceterorum conſenſu:[z] maximè[a] cum alius non ſit locus in quo ſepeliretur.

A infra. l. liberorum. & l. parentes.
m Occidiſſet. ſcilicet ſe defendendo. aliàs tenetur. l. Pompeia de parricidijs: vt j̄. ad l. Pompe. de parrici. l. j. Accur.
n CVm loca. Deſinunt. ſic econtra religioſa apud eos, à nobis capta, non ſunt religioſa: vt C. de ſepul. vio. l. ſepulchra. & facit infra de iure fiſci. diuus. & infra de acquir. re. do. l. in agris.
o FVneris. Vectigalia. aliàs veſtiaria.
p Sarcophagi. à ſarx, quod eſt caro: & phagó, quod eſt comedere: quia ibi caro hominis à vermibus conſumitur. Accurſius.
q Exiſtimo. vt ſupra eodem. l. ſi quis. §. funeris.
r Munimenti. & id demum ſcilicet. Ergo dicitur munimentum à munio: ſed monumentum à moneo vel memoria dicitur: vt ſupra eod. l. ij. §. monumentum.
*Flo. monumenti.
Munimentū & monumētum quomodo differunt.
s Si amplum. id eſt vltra modum. Ioan.
† circumi
t Non eſſe. nec repetitur: vt ſupra eo. titu. l. at ſi quis. §. quid ergo ſi ex.
u NE corpora. Officiū. ergo pro mortuo inferendo habet locum officium præſidis, & interdictum ſequens, & actio in factum quæ eſt infra titu. j. vt & s̄. eod. l. liberum. & C. de ſepulch. vio. l. qui ſepulchrum. non tamen impedienti imponitur pœna: vt j̄. de ſep. vio. l. iij. §. nō perpetuæ.
x DIui fratres. Arcula. quædam eſt capſa in qua vltra mōtes magni homines aſſignantur ſeu imponūtur ſub terra.
Arcula quid dicatur.
* alio.
y SI quis eo. Quaſi. &c. id eſt dicere, magis deponit ad tempus quàm quaſi, & cetera. & tunc poteſt transferre etiam ſine alicuius auctoritate: vt hic, & C. eod. l. ſi necdum. Sed ſi perpetuæ ſepulturæ tradidit, poteſt trāsferri iuſta cauſa cū auctoritatē præſidis. ſi ſine cauſa, cum principis auctoritate: vt infra de ſepul. vio. l. iij. §. non perpetuæ. & C. eod. l. fin. Accurſius.
z SI plures. Ceterorum conſenſu. ſpeciale. ſic & C. de communi ſer. ma. l. j. & C. de cō. re. ali. l. multum.
a Maxime. poteſt dici quòd abūdet, propter id quod eſt inſti. de rerum diuiſione. §. religioſum. Vel dic quòd ibi loquitur quando extraneum vult inferre: vt ex hac lege colligitur. Accur.

XLII. Florentinvs libro ſeptimo Inſtitutionum.

MOnumentū generaliter res eſt memoriæ cauſa in poſterū prodita [a]: in qua ſi corp⁹ vel reliquiæ inferantur, fiet ſepulchrum, ſi verò nihil eorum inferatur, erit monumentum memoriæ cauſa factum, quod Græci κενοτάφιον † appellant.

XLIII. Papinianvs libro octauo Quæſtionum.

B SVnt perſonæ quæ quanquam religioſum locum facere [b] non poſſunt, interdicto [c] tamen de mortuo inferendo vtiliter agunt: vt puta dominus proprietatis ſi in fundū cuius fructus alienus eſt, mortuum inferat, aut inferre velit. nam ſi intulerit, nō faciet iuſtum ſepulchrū. ſed ſi prohibeatur, vtiliter interdicto quo * de iure dominij quæritur, aget. Eadēque ſunt in ſocio qui in fundum communem inuito ſocio mortuum [d] inferre vult [e]. C Nam propter [f] publicam vtilitatem, ne inſepulta cadauera iacerent, ſtrictam rationem inſuper habemus *, quæ nonnunquam in ambiguis religionum quæſtionibus omitti ſolet [g]. nam ſummam eſſe rationem, quę pro religione facit.

XLIIII. Pavlvs libro tertio Quæſtionum.

CVm in diuerſis locis ſepultum eſt, vterq; quidem locus religioſus nō fit: quia vna ſepultura [h] plura ſepulchra efficere non poteſt. Mihi autem videtur illum eſſe religioſum, vbi quod eſt D principale, conditum eſt, id eſt caput, cuius [i] imago * ſit vnde cognoſcimur. Cum autem impetratur [k] vt reliquiæ transferantur, deſinit locus religioſus eſſe [l].

XLV. Marcianvs libro octauo Fideicommiſſorum.

IMpenſa * funeris ſemper ex hereditate deducitur: quæ etiam omne [m] creditum ſolet præcedere, cum bona ſoluendo non ſint.

XLVI. Scaevola libro ſecundo Quæſtionum.

SI plura prædia quis habuerit, & omniū vſumfructū ſeparatim legauerit, poterit [n] in vnum inferri. & electio erit heredis, & gratificationi [o] locus. ſed fructuario vtilem actionem in heredem dandam ad id recipiendum quod propter eam electionē minutus eſt vſusfructus. Si heres mulieris inferat mortuum in hereditariū fundum: à marito qui debet [p] in funus cōferre, pro B æſtimatione loci conſequatur. Ei cui veſtimenta legantur [q], ſi in fun⁹ erogata ſint [r], vtilem actionem [s] in heredē dandam placuit, & [t] priuilegium funerarium.

## DE MORTVO* INferendo, & ſepulchro ædificando.

## TITVLVS VIII.

I. Vlpianvs libro ſexageſimooctauo ad Edictum.

PRætor † ait: *Quo [u] quáue [x] illi mortuū inferre inuito te ius eſt, quò minus illi eo eáve mortuum inferre, & ibi ſepelire* C *liceat, vim fieri veto.* Qui inferēdi mortuū ius habet, nō prohibetur [y] inferre. Prohiberi autē inferre videtur, ſiue in locum inferre prohibeatur, ſiue itinere arceatur. Hoc interdicto, de mortuo inferendo dominus proprietatis vti poteſt: quod etiā de loco puro competit. Item ſi mihi in fundū [z] via debeatur, in quē fundum inferre volo, & via prohibear, hoc interdicto poſſe me experiri placuit: qa inferre ꝓhibeor, qui via vti prohibeor. Idemq; erit probandū & ſi alia ſeruitus de- D beatur. [a] Hoc interdictū ꝓhibitoriū eſſe palā eſt. Prætor ait [b], *Quò illi ius eſt inuito te mortuū inferre: quò minus illi in eo loco ſepulchrum ſine dolo malo ædificare liceat, vim fieri veto.* Interdictū hoc ꝓpterea propoſitum eſt, quia religionis intereſt monumēta extrui & exornari. Facere ſepulchrū ſiue monumentū in loco in quo ei ius eſt, nemo prohibetur. Aedificare videtur prohibere & qui prohibet eā materiā cōuehi [c] quæ ædificio neceſſaria ſit. Pro-

a MOnumentum generaliter. Prodita. vt & ſ.eod.l.ij.§.monumentum. Accurſius.

b SVnt perſonæ. Facere. ceterum ſi ipſe qui legauit vſumfructum, inferatur, nec ſit alius locus vbi ſepeliatur, faciet iuſtum: vt & j.eod.l.ſi plura.

c Interdicto. de mortuo inferendo: vt infra titu.j.l.j.§. hoc interdicto.

d Mortuum. ſcilicet extraneum: aliàs ſecus: et ſupra eod.l.ſi plures.

e Inferre vult. nam inferre quidem poteſt quādiu aliquis locus paratur, vel parari poſsit. poſtea autem tenetur auferre per actionem in factum: vt ſupra communi diui. ſi quis putans.§.ſi quis in commune. & ſupra eodem. l. ij. §. an ſocius.

f Propter. aliàs propter, & aliàs præter. & ſemper eſt idem ſenſus: ſcilicet quòd duæ ſunt rationes quare ſocius in locum communem inferatur vna, publica vtilitas: alia, ſtricta ratio quæ pro hoc facit: quæ & ſi faceret contra hoc, omitteretur propter fauorē religionis. quod dic vt ſupra eodem. l. at ſi quis. §. idem Labeo. ſed hic facit pro hoc. & eſt hic quia ſi ſocius prohibet quia ſocius: ergo & ego inferam: quia dominus, vt ipſe. nam ſummam, & cetera. vt ſubijcit hic.

g Solet. tamē eſt contraria æquitati: vt in multis caſibus ſupra eod.l.ſed & ſi quis.

h CVm in diuerſis. Sepultura. id eſt vnus homo ſepult⁹. Accurſius.

i Cuius. ſcilicet capitis. Sed quid ſi medietas capitis in vno loco ſit, & alia in alio? Reſpond. neuter eſt religioſus, ſecundum Ioan.

k Impetratur. à principe: alioquin non: vt C. eo.l.fina.

l Religioſus eſſe. ſacer etiam quandoque eſſe deſinit: vt ſupra eodem. l. cum loca. Accurſius.

m IMpenſa. Omne creditum. forte loquitur de credito quod ſine pignore debetur: cum creditores habentes pignora, præponātur priuilegijs perſonalium actionum: vt Cod. qui po. in pign. hab. l.eos qui. Ir. imò etiam de eo quod ſub pignore debetur: vt ſupra e.l.at ſi quis. §. j. ſi tamen tacitum ſit pignus. aliàs forte eſt cō- A tra: ſicut in dote dicimus: vt C.qui po.in pign.ha.l.finali. Itē contra ſupra eodem.l.Neratius.§.finali.Solu.vt ibi diximus. Accurſius.

n SI plura prædia. Poterit in vnum. vt ſ.eodem.l.at ſi quis.§.j.& l.iij.in fine.Accurſius.

o Gratificationi. Nota locum eſſe gratificationi. ſic & infra ad Silan. l. iij. §. ſi cum omnes. in fine. & infra de bo.auct.iud.poſ.l.ſi non expedierit §.j. & infra de noua. ſi Stichum. §. ſi decē. & infra de pecul. l. ſumma. §.ſed & ſi alij. & j. depoſi. l. ei apud. §. primo. & infra loc. l.in naue. in fine. & infra de lega. ij. ſi quis ſeruum.§.ſi inter duos.& l.cum quidam.& l.ſtatuliberum. in fine. & infra de lega. j. ſi mihi & tibi.in principio. & infra de condic. indebi.plane.& l.ſi nō ſortem.§. finali.Sed argu. contra C. de condict. indebi.l.penult. & infra quæ in frau. credi. l.pupilius. in princ. & C.de peti.her.l.fi.Accurſius.

p Debet in funus. vt ſ. eo.l.Neratius. §.fi.cōtra.Solu.vt ibi.Accurſius.

q Legantur. ſcilicet à legatario.Azo.

r Erogata ſunt. à legatario.

s Actionem. ſcilicet in factum: vt j. de lega. ij. l. ſi heres rē. vel ibi heres intendit rem legatam.

t Et. pro id eſt.

DE MORTVO *inferendo, & ſepulchro ædificando.*

PRætor ait: Quo. ſcilicet monumēto. Accur.

x Quáve. id eſt per quam partem ſiue viā ad fundum vt ſepeliret deſtinatam. Azo. Et dic quòd Pi. litera aliter dicit: ſcilicet prætor ait: Quo quáve illic mortuum inferre inuito te ius ei eſt: quò minus illi eò eáve mortuum inferre & ſepelire liceat, &c.

y Non prohibetur. vt ſupra titu.j. l. liberum. & ſic prohibetur prohibens.

z In fundum. id eſt ad fundum. Accur.

a Debeatur. iter vel actus. Accur.

b Prætor ait. hoc eſt ſecundum edictum: & eſt prohibitorium, ſicut & primum: vt inſti.de interdic. §. prohibitoria. Accur.

c Conuehi. vt & infra de itine. actuq; priua. l.veteres. Accur.

Reficere.

† quaſi dicas, inane ſepulchrū, quod ſine corpore ſit: quale deſcribit Virgil. lib.3. Aen. circa princ. ibi: Ergo inſtauramus Polydoro, &c.

*Flo.qui.

*Inſuper habere, negligere eſt & reijcere. ita accipitur in l.heredem. de ijs qui vt indig. ita accipitur et apud Gel.li.1.ca.19.& apud Symmachum epiſ.338.lib.2.Duaren. & L.R.

*Flo. imago ſit. inde cog.

*Ex tit. ad l.Falc. vide l.30.iuncta l.1.eo.tit.

*Hunc [illegible] cū Cuiac [illegible] [illegible] de leg.1.

† Ex [illegible] quid [illegible] ſa.

inde & ſi operi neceſſarios prohibuit quis venire, interdictum locum habet: & ſi machinā alligare quis prohibeat, ſi tamen eò loci prohibeat, qui ſeruitutem debeat. Ceterùm ſi in meo ſolo velis machinam ponere, non tenebor interdicto, ſi iure tē non patiar. Aedificare autem non ſolùm qui nouum opus molitur, intellegendus eſt, verùm is quoq; qui vult reficere.[a] Is qui id agit vt labatur[b] ſepulchrum, hoc interdicto tenetur.[c]

II. MARCELLVS libro vicenſimooctauo Digeſtorum.

NEgat* lex regia mulierem quæ prægnas mortua ſit, humari antequā partus ei excidatur[d]. qui contra fecerit, ſpem animantis cum grauida[e] perimiſſe videtur.

III. POMPONIVS libro nono ad Sabinum.

SI propius*[f] ædes tuas quis ædificet [&] ſepulchrū, opus nouū tu nūtiare poteris: ſed facto opere nullam habebis actionē, niſi quod vi aut clā[g]. Si proprius ædificiū alienū intra legitimum modum† mortuus illatus ſit, poſtea eū prohibere nō poterit ędificij dominus quominus aliū mortuum eò inferat, vel monumentum ædificet, ſi ab initio domino ſciēte[h] hoc fecerit.

B IIII. VLPIANVS libro ſecundo Reſponſorum.

LOnga[i] poſſeſsione[k] ius ſepulchri non tribui ei cui iure non competit.†

V. IDEM libro primo Opinionum.

SI in eo monumēto quod imperfectū eſſe dicitur, reliquiæ hominis conditæ ſunt, nihil impedit quo minus id perficiatur[l]. Sed ſi religioſus locus iam factus[m] ſit, pontifices[n] explorare debēt quatenus ſalua religione deſiderio reficiendi operis medendum ſit.

a *Reficere*. large vocabulum accipe reficere. ſi verò ſtricte, differentia eſt inter facere & reficere: vt j. de itine. actuque priu. l. iij. §. reficere.

b *Labatur*. per quod videtur prohibere facere, cum factum non ſinit.

c *Tenetur*. poteſt etiā accuſari de ſepulchro violato: vt j. de ſepul. vio. l. ij. & iij. & l. ſepulchri.

d VEtat lex. *Excidatur*. ſic & in ea quæ ad mortem eſt damnata: vt ſupra de ſta. ho. l. imperator. & infra de pœnis. l. prægnantis.

e *Cum grauida*. id eſt in grauida conſiſtentis, non ita vt videatur vtrūque peremiſſe: & ſic hæc dictio cum, nō implicat. ar. contra infra de vſufru. leg. l. illi. Accur.

f SI *propius*. ſ. quàm determinatum eſt ſupra finium reg. l. fin. Vel melius, ſi priuatus eſt locus vicinus. x. pedum. ſi publicus. xv. pedum: vt C. de ædifi. pri. l. ſi cui. & l. mœniana.

g *Quod vi aut clam*. ar. cōtra P. qui dixit duo eſſe interdicta: vnum quod vi, aliud quod clam: nam hic erat factum clam: & tamen datur interdictū quod vi aut clam.

h *Sciente & non contradicente*. Et ſic not. ꝙ qui tacet, conſentit: vt j. de dam. infect. l. qui bona. §. ſi quis iuſta. & j. loc. l. item quæritur. §. qui impleto. Accur.

i LOnga. nec etiā longiſsima: quia incorporales res præſcribi non poſſunt. Item quia ipſum ſepulchrum, cum non ſit in bonis vllius, nec eſſe poteſt, nō poteſt præſcribi: vt inA ſtit. de re. diui. §. nullius. Vnde no. talem regulam, quòd ſi qua res corporalis eſt, quæ ſuo priuilegio, non eius cuius eſt, nō poteſt triennio vel decennio vel vicennio præſcribi ab eo qui titulum vel etiam bonam fidem habet. eadē res vel xxx. vel xl. an. non poterit præſcribi ab eo qui titulum non habet: vt patet in libero homine: vt C. de præſcri. long. temp. quæ pro li. vel contra eam da. l. fin. Itē in eo quod dicit non competit, patet quòd quędam ſunt quæ poſſunt ſeruari, quæ de nouo non poſſunt acquiri: vt ius ſepulchri præſcribi, vt hic. nec decurionatus longa ſalarij præſtatione: vt infra de decu. l. Herennius. nec nouam poſſunt Iudæi facere ſynagogam, licet veterem fulcire poſſint: vt C. de Iudæ. l. fi. Item nuntiatio pro opere faciendo. In facto iam, fieri poteſt: vt infra de ope. no. nuntia. l. j. §. ſi quis ædificium. ſic & infra de dona. inter vi. & vxo. l. ſi donante. §. fina. Itē in eo quod dicit, ius ſepulchri non præſcribi: eſt argu. contra. C. de reli. l. monumentorum. in fi. Sol. ibi dicit ad puri loci præſcriptionem tantum proficere, non autē ad ipſa loca religioſa. Accur.

k *Poſſeſsio*. id eſt detētatio. nam verè nō poteſt poſsideri: vt j. de adquiren. poſſ. qui vniuerſas. §. fi. Accur.

C

l SI *in eo monumento. Perficiatur*. etiā ſine auctoritate alicuius.

m *Factus*. id eſt perfectus.

n *Pontifices*. id eſt epiſcopi: qui in talibus ſuum exercent officium: vt ſ. de peti. here. l. hereditas. §. j. Accurſius.

† *Legitimū modum ſtatuit lex duodecim tabularum. 60. pedes. Cic. li. 2. de legibus.*

† *Cic. li. 2. de legib. legē 12. tab. interpretans, quod autem, inquit, forū. i. veſtibulū ſepulchri buſtúmve vſucapi vetat, tuetur ius ſepulchrorum.*

Finit altera Digeſtorum pars de Iudicijs.

## SEQVITVR TERTIA DE REBVS CREDITIS.

DE REBVS CREDITIS, *& cetera:*

Dictum eſt ſupra de in rem act. & de alijs quæ ad exemplum earum proponuntur, ſupereſt videre de omnibus perſonalibus quæ ex cōtractibus proficiſcuntur. & ita ponitur, de rebus creditis: quę verba ſunt generalia: vt j. eo. l. j. & quia inter alias perſonales actiones ea quæ datur ex mutuo, obtinet principatum, quia ſpecialia habet: vt j. eo. l. ſingularia. ideo ſubijcit, ſi certum petatur, id eſt mutuum. & quia tam pro mutuo datur certi condictio ſpecialis, q̄ pro quolibet alio credito certo datur certi cōdictio generalis: vt j. eo. l. certi condictio. in princip. ideo ſubijcit de cōdictione, ſcilicet generali & ſpeciali. Nā hæc pars ad duo ſupradicta refertur. Alij dicunt vnam tantū, ſcilicet certi cōdictionem generalem. His ergo verbis de rebus creditis, non ſolum mutuum, ſed etiam ceteri omnes contractus continentur, de quibus in hoc titu. tractatur: vt infra eod. l. j. & l. ij. §. fi. & l. j. iiij. §. res. & §. ea. & l. quod te mihi. & l. certum. & l. nam & ſi. & l. certi condictio. & alijs legibus. At his verbis, ſi certum petatur, tantum mutuum ſignificatur. & reſtringitur eius ſignificatio: & ſic accipitur ſtricte. C. eod. titu. l. ſi certum petatur. Quidam tamen dixerunt quòd ſi certum petatur, eſſet proprium nomen actionis: vt arg. j. de trit. act. l. j. Accurſius.

o *Si certum*. id eſt mutuum. Accurſius.

p *Petetur*. id eſt repetetur. Accurſius.

# Digeſtorum ſeu Pandectarum liber duodecimus.

## DE REBVS CREDITIS*, SI CERTVM[o] PETETVR,[p] & de condictione.

### TITVLVS I.

*Ad cognitionem ſpecierum debet præcedere cognitio generis: vnde cum verbum credendi, & verbum rei, ſint generalia: ideo à prætore de rebus creditis præmittitur rubrica. h. d. tota lex. Et diuiditur ſic: Primo commendat quæſtionem. Secundo reſpondet ad eam, & aſſignat rationem. Tertio rationem probat per auctoritatem Celſi. Quarto rationem ſuam probat per aliam rationē. Vltimo ponit quid ſignificet verbum res. Secunda ibi, quoniam igitur. tertia ibi, nam vt lib. 1. quarta ibi, nam cuicunque. quinta ibi, rei quoque. Bartolus.*

I. VLPIANVS libro vicenſimoſexto ad Edictum.

ERE* EST[q], PRIVS QVAM† AD dominum & ad doctorem ſpectat de ſignificatione verborum dicere. Et ponitur here, aduerbialiter, id eſt herile. ad quod

DE REBVS CREDITIS, *ſi certum, &c.*

BEne eſt†. Aliàs ſecundū Piſanam literam eſt, E re eſt, id eſt ex vtilitate. aliàs here, id eſt herile. ab herus heri, id eſt dominus: vt ſupra ad leg. Aquil. item Mela. §. legis. q. d. ad

† *Iſta lex allegatur ꝙ ad cognitionē ſpecierū debet præcedere cognitio generis. addo & nephas eſt materiā aggredi origine non repetita, inquit iuriſc. in l. 1. ſ. de origi. iur.*

ff. Vetus.

quod.C.de profeſ.qui in ciuitate Com. l.j.lib.xij. Et dic caſum? Prætor ante compilationem digeſtorum fecit edictum de rebus,& intitulauit de rebus creditis. Vlpianus autem primo rubricam per hãc legem exponit. Secundo verba edicti. Vel dic, quòd eſt verius, hæc lex quatuor dicit: Primo iuriſconſultus continuat ſeipſum: & dicit vtile eſſe prius exponere rubricam, quàm ad textũ deſcendere. & hoc vſque ibi, quoniã. Secũdo reddit rationem quare titul⁹ iſte de rebus creditis, ſequentibus titulis præferatur: & certè præfertur, qa generalior: & verè generalior: quia continet omnes contractus in quibus fidem ſequimur alienam. & hoc vſque ibi. nam &c. Tertio dicit qualiter nomen credendi accipiatur vſque ibi, rei. Quarto qualiter nomen rei ſumatur. Sed hæc vbi ſupra reſpon. verba textus edicti erãt in antiquis libris. Sed ſunt inde accepta: & ſunt edicta quæ ſunt. infra vſque ad titu. de pig. & ſuper quolibet ſunt expoſitiones Vlpiani: vt in titu. de conſtituta. & in titu. commodati. & in alijs.

verborũ[a] interpretationem[b] perueniam⁹, pauca de ſignificatione ipſius tituli[c] referre. Quoniã igitur multa ad cõtractus varios[d] pertinẽtia iura ſub hoc titulo[e] prætor inſeruit, ideo rerum creditarũ titulũ præmiſit. Omnes[f] enim contractus quos alienã fidem ſecuti[g] inſtituimus, cõplectitur. Nam[h] (vt libro primo quæſtionum Celſus ait) credendi generalis[i] appellatio eſt: ideo ſub hoc[k] titulo prætor & de cõmodato & de pignore[l] edixit.[m] Nam cuicunque rei adſentiamur[n] alienam fidem ſecuti, mox[o] recepturi quid ex hoc contractu, credere dicimur. Rei quoque verbum vt[p] generale[q] prætor elegit.

*Mutuum ea forma contrahitur, vt idem genus non eadem ſpecies reddatur: aliàs non erit mutuum, ſed alius contractus. Alexan.*

II. PAVLVS libro vicenſimooctauo ad Edictum.

MVtuum * damus recepturi non eandẽ ſpeciem[r] quam dedimus (alioquin[s] * commodatũ erit, aut depoſitum[t]) ſed idẽ genus[u]: nam ſi aliud genus[x], veluti vt pro tritico vinum recipiamus, non erit mutuum[y].

*Mutuum contrahitur datione rei conſiſtentis pondere, numero, vel menſura, non in aliis: quia in eis aut repugnat natura mutui, aut regula iuris, quæ aliud pro alio inuito creditore ſolui non patitur. Alex.*

Mutui datio cõſiſtit in his rebus quæ pondere[z], numero, menſura cõſiſtunt: quoniã eorũ datione poſſumus in creditũ[a] ire: quia in genere ſuo functionem recipiũt * per. ſic & infra e. qui pecuniam.

a *Verborum.* ſcilicet iſtorum, ſi certum petatur.

b *Interpretationem.* quam facturus eſt in ſpecie. ꝟ. eo. l. ij. §. appellata. & in genere. ꝟ. eo. l. certum. vel dic antequã exponat verba edicti: vt notaui in caſu.

c *Ipſius tituli* [a]. ſcilicet illius de rebus creditis.

d *Varios.* id eſt nominatos, & innominatos: de quibus ſub hoc tit. id eſt poſt hunc titu. ponit: vt patet infra de ſequentibus titulis, vbi de nominatis dicetur, & de innominatis: vt infra de præſcript. verbor. & ſic refertur ad mediam rubricam. ſcilicet ſi certum petatur. Vel melius referas ad primam, ſcilicet de rebus creditis. & tũc propriè dicit ſub hoc titu. quaſi ſub hoc tractatu de rebus credi. & continet viij. libros: vt ſ. in proœmio. §. in ſecundo. & C. de vete. iu. enu. l. ij. §. in tertia. ſcilicet vſque ad titu. de pigno. & omnes intitulantur de rebus. Et eſt ſimile verbum ſub hoc tit. ſ. de in integ. reſtit. l. j.

*a Alex. hic colligit q̄ titulus accipitur pro tractatu vel rubr. addo ad eũ bene facere gloſ. in proœmi. ſexti libri in verbo, titulis. & text. in §. quibus. in prima conſt. C.*

e *Sub hoc titulo*: id eſt edicto. vel dic id eſt rubrica Accur.

f *Omnes.* bene dico generalem primam partem rubricæ: omnes enim &c.

g *Secuti.* dicor ſequi fidem debitoris, quando mihi eſt obligatus: vt hic, & ꝟ. proxi. ibi, nam cuicunque &c. & inſtitu. de re. di. §. venditæ.

h *Nam.* probat quòd omnes contractus continet. Accur.

i *Generalis.* Nota credere, vel creditor, generaliter dici: vt hic, & infra de verb. ſignifi. l. creditores. & l. creditorum. & j. ſi cui. & in authent. de fid. inſtru. §. penult. coll. j. Sed quandoque ſtricte pro mutuare, vel pro mutuatore tantum accipitur: vt C. ſi aduer. cre. l. j. & infra. l. proxi. §. j. & infra ad Maced. l. quia. & in authent. nullum cred. agri. ten. il. ter. §. j. col. iiij. Accurſius.

k *Sub hoc.* expone vt ſ. proxi. Accurſius.

l *De pignore.* id eſt de pigneraticia actione. Accur.

m *Edixit.* id eſt edicta poſuit.

n *Aſſentiamur.* id eſt confidamus.

o *Mox.* idem & ſi non mox. nam non accipitur pro confeſtim[b]: ſed longum etiam tempus reſpicit: vt ꝟ. de act. & obli. l. is cui. & ꝟ. de re. iud. à diuo Pio. §. j. Vel dic quòd non determinat hoc verbum, recepturi: ſed hoc verbum, credere.

*b Ex impropriet ate ſermonis, ſed bene ex proprietate. B. B. & Alexan.*

p *Vt.* id eſt tanquam.

q *Generale.* vt pecuniam & ſpeciem omnem contineat, factam quoque. Sed cõtra ſ. de rei vind. l. ſi in rem. in prin. ibi, appellatio enim &c. Sed ibi quo ad actionem in rem: hic quo ad perſonales. Vel ibi quo ad libellum. Accurſius.

MVtuum. } CASVS. Primo dicit qualiter mutuũ cõtrahatur, ſcilicet vt creditori detur tantundẽ eodẽ genere: non eadẽ ſpecie: quia ſic eſſet contractus innominatus. deinde in quibus rebus conſiſtit, ſcilicet in his quæ pondere, numero &c. & aſſignat rationem quare in his cõſtat: quia in genere ſuo &c. id eſt, vt omnia ſua vice fungantur, ſi fuerit ſolutũ: magis quàm per ſpeciẽ, eandẽ ſcilicet. & ſubauditur magis. Tertio exponit quid ſit mutuũ, per definitionẽ. Quarto dicit differentiam inter mutuũ & creditum: q̄ creditum ſcilicet eſt in plus: mutuum vero eſt minus. itaque non eſt mutuum, niſi proficiſcatur. ſecus in certo. & la plana ſunt vſque ad l. cum quid. Viuianus.

r *Speciem.* id eſt rem, ſiue corpus. nã in ſpeciebus nõ cõſiſtit mutuum: vt infra. §. proxi. Sed quid ſi nũmos mutuem tibi: cum poſtea non indigeas, eoſdem reddis: nonne erit mutuum? Quidã vt Azo, quòd nõ: vt hic, & in fra prox. in fin. ibi, ſed idem genus &c. Sed dic contra: quia propoſitũ inſpicitur ex quo fuit tranſlatum dominium: vt inſtit. quibus mod. re cõtrahi. ob. in princ. ex eo quòd dicit multiplicando, & quandoque &c. & arg. C. de reſcin. ven. l. pretij cauſa. nec ob. quod hic dicit, recepturi nõ eandem. nam dic quo ad propoſitum vtriuſque. & hoc participiũ recepturi, non reſpicit id quod ſperat ſem per. ſic & infra e. qui pecuniam.

s *Alioquin.* id eſt ſi eandem ſpeciem.

t *Depoſitum.* vel alius cõtractus, prout voluerũt cõtrahẽtes: vt ſi trãſtuli in te dominiũ vt poſt tẽpus idẽ mihi faceres: qui eſt innominatus cõtractus, do vt des, vnde præſcrip. ver. act. naſcitur: vt ꝟ. de præſcrip. ver. naturalis. §. j. & l. ſi tibi areæ.

u *Sed idem genus.* id eſt aliud quo ad propoſitum, in eodẽ genere tamen. q. d. idẽ eſt quo ad genus, non quo ad ſpeciem.

x *Aliud genus.* ſcilicet recipere debemus.

y *Nõ erit mutuũ.* ſed innominatus cõtractus, do vt des, vnde præſcr. ver. act. naſcitur. vt d. l. ꝟ. de præſcrip. ver. naturalis. §. j.

z *Pondere.* quas res &c. vt inſtit. qui. mod. re cõtrahi. obli. in prin. Et no. hic tria. Primo ponit dictum. Secundo rationem reddit. Tertio rationem rationis aſſignat. Forma ergo ſic: ideo in his cõſiſtit mutuum, quoniam datione iſtorum, ſubaudi tantũm. aliàs non eſſet bona ratio iuriſconſulti.

a *In creditum.* id eſt mutuum. q. d. contrahere poſſumus mutuum vt de noſtro ſuum fiat. ſic accipitur. ꝟ. ad Maced. l. quia quod. ideo autem in ſupradictis fit mutuum, & non in alijs rebus, quia facultas datur debitori vt cõſumat, cum ſit ſuum factum: & quia poteſt liberari per ſolutionem alterius rei, in eodem genere tamen: vt ſi in numero datum fuerit, ad numerum reddatur: ſi in pondere, ad pondus: ſi in menſura, ad menſuram. & hoc eſt quod hic ſubijcit: quia in genere ſuo recipit functionem per ſolutionem. i. vt aliud omnino ſua vice fungatur ſi fuerit ſolutum, magis quàm per ſpeciem. ſ. eandem. nam debet hic eſſe dictio magis, vel ſubaudiri: & electiuè ponitur. q. d. non per eandem ſpeciem debet fieri ſolutio: quod intelligo quo ad propoſitum: vt in princ. huius l. dixi. at in alijs rebus non poteſt aliud ſolui quàm quòd daretur: ergo non eſt ibi mutuum, vt ſubijcit. & eſt ratio quare aliud reddi nõ poſſet: quia nõ inuenitur res per omnia ſimilis: ſed in ſupradictis tãta eſt ſimilitudo vt non aliud ſed idẽ redditum videatur. Et not. quòd genus dicitur, quod prædicatur de pluribus differentibus ſpecie. Species autem eſt quę prædicatur de pluribus differentibus numero ſecundũ Porphyrium. Sed hic genus dicitur vnum eorum quæ cõſiſtunt in pondere. aliud eorum quę in numero: aliud eorum quæ in menſura: in quibus tantum mutuũ conſiſtit. ſpecies verò dicitur aliquod corpus, vt Stichus. Sed quid ſi accepero pecuniã ad numerũ: nunquid potero reddere frumentum ad menſuram? Reſpõ. non: vt hic, vbi dicit, in genere ſuo &c. & facit ꝟ. de fideiuſſ. ſi ita fideiuſſor. Itẽ quid ſi accepero argentũ ad põdus: nunquid potero reddere pecuniã? Reſpõ. ſic: nõ tamẽ ære contaminatam: vt ꝟ. de aur. & arg. leg. l. j. §. ſi. & l. cum argenti. & l. cum aurum. §. proinde. & C. de dona. l. ſi quis argentum. in fin. Sed H. dicit quòd non: vt infra. de ſolu. l. Paulus reſpondit, creditorem. & prædicta in vltima voluntate ſpecialia dicit. & in l. prædicta, ſcilicet de do. ſpeciale dicit fauore

per ſolutionem,[a] quàm ſpecie. * Nam in ceteris rebus ideo in creditum [b] ire non poſſumus, quia aliud pro alio inuito creditori ſolui nõ poteſt.[c]

*Hic ponitur vnde dicatur mutuum : & dicitur eo quòd fit de meo tuum : & ſi non fiat, non obligaris. Ale.*

Appellata[d] eſt autẽ mutui datio ab eo quòd de meo tuũ[e] fit: & ideo ſi nõ fiat tuũ, non naſcitur obligatio.[f]

*Creditum differt à mutuo vt genus à ſpecie : quod quatuor exẽplis probatur. h. d. hic §. diuiditur. Nã primo ponitur dictũ. Secundo probat illud per quatuor exempla. Secunda ibi, nam creditam. Item ſecunda diuiditur in quatuor partes, ſicut quatuor ſunt exempla. ſecunda ibi, item mutuum. tertia ibi, in mutui. quarta ibi, verbis quoque. Bartolus.*

Creditũ ergo à mutuo dif[g]fert, qua genus à ſpecie. Nã creditũ cõſiſtit extra eas res quæ pondere, numero, menſura continentur: ſicut ſi eãdem rem recepturi ſumus, creditũ eſt. Item mutuum [h] non poteſt eſſe, niſi proficiſcatur pecunia : [i] creditum autem interdum etiam ſi nihil proficiſcatur : veluti ſi

post nuptias [k] dos promittatur. In mutui datione oportet dominum [l] eſſe dantem. Nec obeſt quòd filiuſfamilias & ſeruus dantes peculiares nũmos, obligant.[m] Id enim tale eſt, quale ſi voluntate [n] mea tu des pecuniam.[o] nam mihi actio adquiritur, licet mei nummi non fuerint. Verbis quoque credimus, [p] quodam a- B ctu ad obligationem comparandam interpoſito, veluti ſtipulatione.

*Iſta notabilis lex. h. d. Quod agitur tacite, pro expreſſo habetur : & etiam tacite agitur, vt æquè bonum reddatur. h. d. Et diuiditur in tres partes. Primo ponit dictum. Secundo ponit rationem. Tertio docet practicam. Secunda ibi, nam in contrahendo. tertia ibi, id autem.*

III. POMPONIVS libro vicenſimoſeptimo ad Sabinum.

CVm quid [q] † mutuum dederimus, etſi[r] non cauimus vt æquè bonum nobis redderetur: non licet debitori deteriorẽ rem quæ ex C eodem genere ſit, reddere: veluti vinũ nouum[s] pro vetere. Nam in contrahendo

fauore donationis. & in l. ſi quis argentũ. ſpeciale ſit fauore exercentis liberalitatẽ. Itẽ quid ſi das frumentũ vt reddam vinũ vel argentũ, & cõſentimus ambo: nũquid eſt mutuum? Reſpon. non, ſed vel eſt cõtractus innominatus, vel vẽditio: vt hic, quia in genere ſuo &c. Itẽ quid ſi librũ ad pondus tibi dedero : vt librũ tanti ponderis mihi reddas: vel quid ſi oues ad numerum? Reſpon. non eſt mutuũ. Nam in mutuo quatuor conſiderantur : quorũ ſi quod defuerit, non erit mutuum. Natura, ſcilicet vt ad hoc ſit inuenta, ſicut pecunia ad numerandum: vt ĩ. de cõtrahẽ. emp. l. j. Item cõſuetudo. Item aptitudo, ꝙ datio talis ad numerum vel ad pondus aptetur ſuæ naturę. Itẽ actus, ſcilicet vt detur ſecundum ſuam naturam. nam ſi dedero pecuniam in ſacculo nõ numeratam, vt tantundem reddas : non erit mutuum: ſed innominatus contractus: vt ĩ. de leg. j. plane. §. j. Item nũquid in pane eſt mutuum? Reſpon. non, [a] ſed cõtractus innominatus. Accurſius.

a *Per ſolutionem*. ſcilicet faciendam. Accur.

b *In creditum*. locus à cõſequenti de ſtructo. conſequens fuit : quia in genere ſuo &c.

c *Non poteſt*. Not. non compelli creditorem aliud quàm quod debetur recipere : vt hic & ĩ. de re iudi. l. ſi ſe. §. ait prętor. & ĩ. de conſtit. pec. l. promiſſor. §. fin. & infra qui. mo. pig. vel hypo. ſol. item liberatur. §. qui paratus. Sed contra infra de lega. j. ſi domus. §. qui confitetur. Sed ibi ſpeciale ratione ſanguinis: vt argu. infra. manda. cum ſeruus. Item cõtra infra de re iudi. miles. §. j. Sed ibi ſpeciale, ne culpa ſeruorum vltra ipſorum æſtimationẽ dominos grauet: vt inſtit. de noxa §. j. Item cõtra in authẽ. de al. & emphy. §. ſi vero ſecundum prædictum. col. ix. Sed ibi ſpeciale fauore eccleſię. Item contra in auth. de fideiuſ. §. quod autem. col. j. Sed ibi eſt neceſsitas quæ legem non habet : vt ſ̃. de offic. conſu. l. j. Item contra ſ̃. de rei vindi. l. qui reſtituere. Sed ibi in eo grauatur, quòd iuratur in litem contra eum : vnde plus amittit debitor quàm lucretur. Item cõtra C. de dona. ſi quis argentum. §. ſi autem. Sed ibi fuit neceſsitas, nec ob. in ea. l. j. reſpon. vbi voluntariè ſoluitur æſtimatio, licet argentum debeatur : quia æſtimatio eſt in nummis argenteis, & non ære contaminatis. Item contra infra de conſtitu. pecu. l. qui autem. § ij. Sed ibi fuit neceſsitas. Vel reſpon. ad omnia ſupradicta, ſecundum Io. aut debetur quantitas, & tunc po- D teſt ſolui aliud pro alio: aut ſpecies, & tunc nõ, niſi iuſta cauſa intercedat : vt infra de lega. iij. fideicommiſſa. §. ſi ſeruo. Accurſius.

d *Appellat*. alluſio vocabuli. ſic ĩ. de acqui. poſ. l. j. j. reſpon.

e *Tuum*. ſtatim: & hoc in mutuo naturali. ſecus in ciuili: vt ſi confiteor me accepiſſe : quo caſu poſt biennium teneor : vt C. de non nume. pecu. l. in contractibus. Quandoque tamen ex poſtfacto reconciliatur quod ab initio non valuit: vt in ſtipulatione: vt C. eo. quanuis. Item conſumptione: vt ĩ. eod. nã & ſi fur. & ĩ. de fideiuſ. ſi quis pro eo. §. ſi nummos. Item vſucap. ad inſtar pecuniæ alienæ datæ in dotem: quam ſi triẽnio teneat maritus, & non cõſumat, vſucapit: vt ĩ. de iur. do. Proculus. & ar. ĩ. de don. cau. mor. l. ſi alienam rem. Item quarto modo, ſcilicet conditionis euentu, vel defectu: vt infra eod. l. proinde.

f *Obligatio*. ſcilicet mutui. Accur.

g *Genus*. nam quicquid eſt mutuum, eſt creditũ: ſed nõ conuertitur. ſic differt populus à plebe: vt inſtit. de iur. na. §. lex eſt. Et facit ĩ. cõmo. l. j. §. j. alias ſtrictiſsimè accipitur: vt ĩ. ad A Maced. Sed Iulianus. §. mutui. & l. quia quod. & ĩ. de priuile. cred. ſi ventri. § in bonis. Quandoque minus ſtricte: vt in authen. vt nul. mut. argi. te. eius terram. col. iiij.

h *Item mutuum*. ſcilicet naturale. nam quoddam eſt ciuile : vt dicam. ĩ. ea. l. §. fin. Accurſius.

i *Pecunia*. large accipe pro omni eo quod cõſiſtit pondere, numero, vel menſura. ſic accipitur ĩ. de leg. j. talis. Quandoq; ſtricte accipitur : vt ĩ. ad Maced. l. j. Quãdoque largiſsimè pro omni re: vt C. de conſtit. pecu. l. ij. in fin.

k *Poſt nuptias*. ſcilicet contractas fuit dos ꝓmiſſa ab vxore viro, ſecũdum quoſdam. eſt enim creditor vir, licet mulier ab eo nihil acceperit. & ideo dixi poſt nuptias : quia ſi ante nuptias vxor ꝓmitteret, non eſſet obligata: cum ſub conditione quadam, ſcilicet ſi matrimonium extiterit, intelligitur facta promiſsio, ſine quo nulla dos eſt : vt ĩ. de iur. do. ſtipulationẽ. licet ſit ar. cõtra vt etiã conditione pendente ſit obligata: vt argu. ĩ. de act. & ob. is cui. Vel dic ſecundũ Ioan. poſt nuptias ſcilicet ſolutas, fuit facta promiſſio à viro vxori de dote, quam non acceperat : nõ enim falſa demõſtratio impedit ſtipulationem : vt ĩ. de le. j. ſi ſic. §. ſi mihi. & ideo dixi ſolutas, quia ſi conſtante matrimonio fieret animo donandi, non valeret : vt C. de don. cau. l. quod de ſuo. & ĩ. de verb. obli. l. ſi diuortio.

l *Dominum*. vel quaſi dominum: vt ĩ. eo. ſi pecuniam. Accur.

m *Obligant*. ſcilicet accipientem.

n *Voluntate*. idem ſi ignorante: vt ĩ. eod. l. certi condictio. §. ſi nummos.

o *Pecuniam*. ſcilicet tuam, vel meam, nomine meo: vt ĩ. eod. certi condictio. §. ſi nummos. Accur.

p *Credimus*. id eſt alienam fidem ſequimur: vt ita de credito, non de mutuo loquatur iſte. §. Vel dic quòd loquitur de mutuo ciuili mixto: vt ſtatim dices. Quare diſtingue, mutuum aliud naturale: aliud ciuile, cui ciuili natura cooperatur: aliud ciuile tantum. Naturale, vt quando res mea ad te peruenit, in qua poteſt mutuum conſiſtere. & de hoc dicitur. ſ̃. eo. l. mutuum. Ciuile, cui natura fauet : vt ſi poſt factum, vel etiam ante, incontinenti ſtipulor reddi, quo caſu ſtipulatio eſt vtilis: & ex ea agitur, & non ex numeratione: vt ĩ. de nouatio. l. ſi ita fuero ſtipulatus. § fin. & l. ſeq. & hoc caſu loquitur hic D §. ſi autem vtilis, ex numeratione agitur: vt ĩ. eo. certi condictio. §. quoniam. Ciuile tantum, vt in chirographo ex quo obligatur quis poſt biennium: vt C. de non nu. pecu. in contractibus. in princ.

C*Vm quid.*} CASVS. Mutuaui tibi vinum, vel quid aliud, quod cõſiſtebat in pondere: & tũc non caui vt æquè bonum redderes. dicitur ꝙ iſtud ſubintelligendũ eſt. nã in cõtrahendo ſubintelligitur ne deterius mihi reddas. Viuia.

q *Cum quid*. quod pondere, numero, vel menſura conſiſtat: vt ſ̃. l. proxi. §. j.

r *Etſi*. id eſt quamuis.

s *Nouum*. quid ſi pro nouo velit reddere vetus? Reſpon. Io. non liberatur, quia non videtur æquè bonum reddere: vt inſti. de ac. §. præterea. & ſ̃. de vſu & ha. l. fin. Sed ar. contra. ſ̃. ſi ſerui. vin. & ſi forte. §. ſi. & ĩ. de verb. oblig. l. vbi. nam ibi dicit: quod eſt optimum, ipſum quoque bonum eſt. Sed hic, cũ eſt eiuſdem qualitatis, vt vtrunque nouum vel vetus: vt ĩ. de ſol. Paulus reſpõ. ſecus ſi datũ eſt vetus, & reddatur nouum. vel econtra. & poteſt hic ſumi arg. qualequale ſecundũ Bul. ad teſtes ſeniores, & ꝙ eligãtur in dignitatibus ſeniores. ar. contra in auth. de mona. §. fin. col j. ADDITIO. Dic quòd

† *Ang. in princ. inſti. qui. mo. re cõtrahi. ob. collegit iſtũ tex. vnà cũ glo. ibi, practicã, dicẽs vbi aliquid venit ex natura cõtractus, præſumi illud tacitè agi: vt non ſit opus expreſſione.*

non obſtat: quia licet ſit præſumptio pro ſene: ſi appareat pro iuuene, præfertur ſeni. Alex. & Iaſ.

a *Quod agitur.* ſcilicet tacite. Accurſius.

b *Pro cauto.* ſcilicet expreſſum: immo contra deberet dicere vt quicquid non eſt expreſſum, pro omiſſo debeat haberi: vt ꝫ. de verb. oblig. quicquid. quæ eſt contra. Solu. ſi agitur inter vtrũque, tacitũ pro expreſſo habetur: vt hic. ſi ab vno tantũ, ſecus. Vel verius ibi in obligatione verborũ: hic quãdo re contrahitur: vt inſti. qui. mo. re cõtrahi. oblig. in princi. Item & quãdoque nõ habetur pro expreſſo. C. de noua. l. fin. & infra de reg. iur. l. expreſſo. quæ ſunt ar. cõtraria. Sed quid ſi cui dixero in vulgari, tolle pecuniam iſtã: nũquid eſt mutuum, vel donũ? videtur mutuũ: vt C. de don. nec ignorans. Item videtur quòd ſit donum: quia non fuit dictũ vt eſſet mutuũ. Sed dic, refert quæ verba præceſſerint vel fuerint ſecuta: vt ꝫ. de teſt. heredes. §. pen. & ꝫ. de leg. j. ſi ſeruus plurium. §. fin. Sed quid ſi non appareat? dic, ſi magna eſt quantitas, nõ videtur donum, ſed depoſitũ, vel mutuum: cum non videatur iactare pecunias: vt ꝫ. de proba. cum de indebito. §. j. alias donũ præſumo, cum in transferẽdo dominio conſentire videamur: vt ꝫ. de adquir. re. domi. cum in corpus. Item not. hic arg. quòd quædam tacita pro expreſſis intelligũtur: vt ſ. de ſerui. ſi cui. & ꝫ. de ritu nup. l. quanquam. & ꝫ. de iure dot. l. res. Sed argu. contra infra de reg. iur. l. actus.

quod agitur[a], pro cauto[b] habendum eſt. Id autem agi intellegitur, vt eiuſdem generis, & eadem bonitate[c] ſoluatur qua datum ſit.

*Si depoſitum fiat gratia recipientis, ad eum ſpectat periculum. h. d. Primo ponit vnum dictum vbi conditio fuit expreſſa. Secundo vbi non fuit expreſſa, ſecunda ibi, nam & qui. Bartolus.*

IIII. VLPIANVS libro trigenſimoquarto ad Sabinum.

SI quis nec cauſam[d] nec propoſitũ fœnerandi habuerit, & tu empturus prædia deſideraueris mutuam pecuniã, nec volueris crediti[e] nomine antequam emiſſes, ſuſcipere, atque ita creditor quia neceſſitatẽ fortè proficiſcẽdi[f] habebat, depoſuerit apud te hanc eandẽ pecuniã, vt ſi emiſſes, crediti nomine obligatus eſſes: hoc depoſitũ periculo[g] eſt eius qui ſuſcepit. Nam & qui rem vendẽdam acceperit vt pretio[h] vteretur, periculo ſuo rem habebit.[i]

*A fure & malæ fidei poſſeſſore res condici poteſt. quod tribus probatur exemplis. h. d. totus iſte. §. admodum vtilis. Bartolus.*

Res pignori data pecunia ſoluta cõdici poteſt[k]: & fruct⁹ ex iniuſta* cauſa percepti[l], cõdicẽdi ſunt[m]. Nam & ſi colonus[n] poſt luſtrum cõpletũ fructus perceperit, cõdici[o] eos conſtat, ita demum, ſi non ex voluntate[p] domini percepti ſunt. nam ſi ex voluntate[q], proculdubio ceſſat condictio. Ea quæ vi fluminum importata ſunt, cõdici poſſunt[r].

*Magiſtralis lex. & h. d. Ad debitorem ſpeciei poſt moram ſpectat periculum interitus. h. d. & diuiditur. Primo ponit theoricam. Secundo practicam. ſecunda ibi, ſed cum quæritur. Bartolus.*

V. POMPONIVS libro vicenſimoſecundo ad Sabinum.

QVod te mihi dare oporteat, ſi id poſtea perierit quàm per te factum[s] erit quo minus id mihi dares, tuũ fore id detrimentũ[t] cõſtat. Sed cũ quæritur an per te factum ſit, animaduerti debebit non ſo-

c *Bonitate.* quo ad intrinſeca, vt ſit ſimilis ſaporis, licet pretiũ curſu temporis ſit mutatum: vt ꝫ. eo. vinum.

SI *quis.*} CASVS. Volebam à te accipere pecuniam mutuo, vt eam collocarem in emptionem alicuius prędij: ſed antequam emiſſem, nolui teneri nomine crediti. cum proficiſci deberes, depoſuiſti apud me pecuniam: ita quod ſi emiſſem, tenerer tibi nomine crediti. amiſi pecuniam. cuius periculo ſit quæritur. Et reſpon. quòd illius qui accepit. & hoc probat per ſimilia verba. Viuianus.

d *Si quis nec cauſam.* vt quia non præceſſerat meritum accipientis. Idem tamẽ dicit Ioan. ſi haberet cauſam, nec eſt propoſitum: quia expediebat ei potius in emptionem prædiorũ collocare. vnde apparet ſola miſericordia vel amicitia eum eſſe motum ad mutuandum, & ſecundum hoc erit ratio ſecundum Io. quare accipiens de fortuito caſu teneatur[a]. alioquin idem videtur quod in commodato dicendum: nec caſus, ſed culpa leuiſsima veniat. illud non curo an hoc caſu fœnerauerit, vel gratis mutuauerit: vt infra eo. rogaſti, ibi, maximè ſi ſine, &c.

e *Crediti.* id eſt mutui.

f *Proficiſcendi.* id eſt exeundi de ciuitate.

g *Periculo.* etiam caſus fortuiti ſecundum Io.[b] vt probatur ꝫ. e. rogaſti ibi enim loquitur de caſu fortuito: quia dicit, ſine culpa. Quod enim dicitur C. de pig. act. quæ fortuitis. fallit hic cum gratia accipiẽtis tantùm erat datum. Item & ibi, vbi tale pactum in initio interuenit. Vel dic ſecundum Azo. æquius periculo ſuo &c. vt. ſ. de caſu fortuito non teneatur: ſed de culpa. nec ob. ꝫ. e. rogaſti. quia quod ibi dicit, ſine culpa, ſubaudi lata vel leui: leuiſsima tamen interuenit. & facit ꝫ. depoſiti. ſi quis inficiatus. Accur.

*a Immo ſolũ tenetur de lata, leui, leuiſsima culpa. Bartol. Paul. & Iaſ.*

*b Reprobatur per Bart. Ba. Pau. Alex. & Iaſ. Alci. putat opinionem Io. ã. veriorẽ, quia ea pecunia in mutuũ cõuerti ex ſola recipiẽtis voluntate ſtatim poſſit. proinde idẽ hic ſtatuendũ eſſe quod in mutuo. Zaſ. autem Bar. ſecutus Azonis opinionẽ amplectitur.*

h *Pretio vteretur.* non ſub conditione ſi venderet prædia: vt ſupra fuit ſi emeret.

i *Habebit* cum diſtinctione tamen vtrum habeat rem venalem, vel non: vt ꝫ. eo. rogaſti. in prin. Accur.

k *Condici poteſt.* cõdictione furtiua. & qualibet alia cõdictione, ſi res mobilis eſt, in qua furtũ poſsit cõmitti: vt inſti. de vſucap. §. quod autẽ. Item cõdictione ſine cauſa, etiam pro immobili à creditore fure ſiue prædone, ab alio non: vt inſtitu. de act. & ſic itaque. & reſpectu poſſeſsionis: vt ꝫ. de condict. indebi. l. indebiti. §. ſed & ſi nummi. ſecundũ Lota. facit enim poſſeſsio vt, eius reſpectu detur cõdictio furtiua, cũ videatur facere furtũ ſtatim ex quo ſibi[c] habere deſtinauit: vt ꝫ. de fur. inficiando. in fi. j. reſpon. quod nihil eſt, quòd tãtum poſſeſsio condicatur: quia tunc poſſeſsionem nõ rem condiceret, ſi non ſit dominus: vt ꝫ. de tri. l. ij. hic autem loquitur de condictione rei.

*c Immo requiritur q interueniat realis tractatu. Bart.*

l *Cauſa percepti.* poſtea, non ante.

** Male legatur iniuſta, Anto. Aug. 4. emẽ. ca. 17.*

m *Condicendi ſunt.* cõdictione ſine cauſa: vt C. de cõdic. ex lege. l. mala. Item furtiua, cũ furtũ facere incipiat ipſorum fructuum.

n *Nam & ſi colonus.* bona ratio: quia ſicut hic, ita & ſupra domini præceſsit voluntas.

o *Condici.* quo caſu non facit eos ſuos: immo & furti tenẹtur. vt ſ. de fur. inficiando. §. fin. Accur.

p *Ex voluntate.* quæ ſemper adeſſe videtur niſi probetur abeſſe: vt ꝫ. loca. itẽ quęritur. §. fin. & C. loc. & cõ. l. legẽ. ſ. propter primã voluntatẽ. alias cõtra: vt ꝫ. de fur. qui vas. §. vetare. Accur.

q *Ex voluntate.* cũ animo non repetendi: vt hic, & ſ. de relig. at ſi quis. §. poteſt tamen.

r *Condici poſſunt.* à furibus, vel malæ fidei poſſeſſoribus: vt inſtit. de re. diui. §. ſi tamen. & de act. ſic itaque. & ſ. vſusfruc. quemad. caueat. l. ſi. & ꝫ. de damno infec. hoc amplius. §. ij.

Q *Vod te.*} CASVS. Debebas mihi Stichum: & per te ſtetit quo minus mihi dares. perijt Stichus. tuum erit periculum. ſed quando dicitur per te ſtare, vel quando fueris in mora, quæritur. Et reſpon. quòd nõ ſolum ſi potuiſti mihi dare, & non dediſti: vel dolo feciſti quo minus potuiſti: ſed ſi hoc ſciuiſti te debere: vel ſcire debuiſti: & tertium eſt ſi interpellatus es: quod non dicitur in hac. l. ſed ꝫ. de ver. oblig. l. ſi ex legati. Viuianus.

s *Factum.* Ad euidentiam huius. l. nota, quòd debitorum, (id eſt eorum quæ debentur, & ſic neutraliter ponitur) tria ſunt genera. vnum in quantitate: aliud in genere, vt homo: aliud in ſpecie. primũ ſemper eſt in periculo debitoris: vt C. ſi cer. pet. l. incendium. & inſt. eo. §. item is. In ſecundo idẽ: quia genus[d] perire non poteſt: vt l. in ratione. §. incertæ. ꝫ. ad l. Falc. & hoc niſi oblatio fuerit in vtroque eius quod debetur: vt ꝫ. de ſol. l. qui decem. in tertio habet locũ iſta lex, in qua dicitur q ſi per eũ factum fuerit, q ſit periculũ debitoris, id eſt, poſtquam fuerit in mora: vt ꝫ. de verb. obl. l. cum filius. & de ſol. ſi mihi alienum. & ꝫ. de vſu. l. ſciendum. quod ſit tribus cõcurrentibus: quorum duo per hãc legem probantur: ſi dare potuit, vt hic, & ꝫ. depoſi. l. ſi in Aſia. §. fin. & interpellatus fuit: vt ꝫ. de leg. j. Titiæ textores. §. fi. & ꝫ. de verb. oblig. ſi ex legati. & l. nemo. §. j. & ſe debere ſciuit: vt hac l. dicitur. & hoc eſt verũ quãdo res per ſe perijt. vbi autẽ debitor occidiſſet, nõ exigitur ſcientia. potuit enim ignorare: quia debitori ſucceſsit: vt ꝫ. de verb. oblig. l. ſi ſeruum. in princ.

*d Generaliſsimũ, ſecus ſi ſubalternũ: ſecundum Bar. Al. & Iaſ.*

t *Detrimentum.* Not. poſt moram rei periculum ad creditorem non pertinere: vt hic, & infra ad Trebel. mulier. §. ſed enim. & ꝫ. de col. bo. ſi quis. §. fi. & ꝫ. depoſi. ſi in Aſia. in fin. & ſ. ad exi. l. de eo. §. ſi poſt. Nec diſtinguitur ſecundum Ioan. vtrum eodem modo perijſſet penes creditorem, vel non: vt ꝫ. de verb. obl. cũ filius. §. fin. & ꝫ. de vi & vi ar. l. j. §. rectiſsimè. & l. merito. & infra de leg. j. cum res. in fi. & l. apud Iulianum. §. ipſius quoque. ſed M. diſtinguebat per l. ſupra quod me. cau. l. ſi cum ex. § quòd ſi homo. ſed ibi in pœna tripli tenebatur tantum. vnde in hoc releuatur: vt arg. infra de iureiur. l. eum. qui. Item pro M. ꝫ. depoſi. ſi plures. §. fi. ſed dic, ſpeciale eſt in depoſito. Vel dic quòd iuſtam cauſam litigandi depoſitarius habebat. Item pro eo eſt. ſ. de rei vind. item ſi

verberatum

verberatum.§.fi.ſed ibi in actione in rem, & in eo poſſeſſore qui bo.fi.fuerat à principio: licet non haberet iuſtã cauſam, litigandi: ſed ſi habet iuſtam cauſam, indiſtincte de interitu non tenetur: vt ſ.de rei vindi.l.vtique. hic autem in perſonalibus loquitur, cum dicat dare. Accur.

lum in poteſtate[a] tua fuerit id nécne: aut dolo malo[b] feceris quo minus eſſet, vel fuerit, nécne: ſed etiam ſi aliqua iuſta † cauſa ſit propter quam intellegere deberes[c] te dare oportere.

*Illud eſt certum, quod apparet quid quale quantúmve ſit. h.d. Primo ponit dictũ, Secundo probat per auctoritatem. ſecunda ibi, nam & Pedius. Bal.*

VI. PAVLVS libro vicenſimooctauo ad Edictum.

CErtũ eſt,[d] cuius ſpecies vel quãtitas quę in obligatione verſatur, aut nomine ſuo, aut ea demõſtratione quæ nominis vice fungitur, qualis[e] quãtaq; ſit oſtẽditur. Nã & Pedi⁹ libro primo de ſtipulationibus nihil referre ait, proprio nomine* res appelletur, an digito oſtendatur, an vocabulis[f] quibuſdã demõſtretur: quatenus[g] mutua vice[h] [res[i]] fungantur,[k] quæ tantundem præſtent.

*Mutui datio poteſt ſuſpendi in euentum conditionis expreſſæ vel tacitæ. h.d. cum l. proinde. Et diuiditur, quia primo ponit dictum in genere. Secundo illud exemplificat in conditione expreſſa. Tertio in conditione tacita, ſecũda ibi, in l. proinde. tertia ibi, item ſi legatam.*

a *In poteſtate.* immo & ſi non in poteſtate: vt j.de verb.obl.l.continuus.§.illud. ſed dic, in poteſtate. i. in rerũ natura. Aliter accipitur ſ.de noxa. quotiens. §. in poteſtate. Alij ad maiorem contumaciã dicunt dici quòd habeat eum in poteſtate. quod in idem recidit. Tertij quòd licet difficultas non noceat vt poſsit reconueniri, & recondemnari: non tamen ſit in mora.

b *Dolo malo.* nam tunc poſſe præſumeris: vt ſ. de noxa. electio. §. itẽ ſi ex & §. ſi is.

c *Deberes.* ergo & ſi non intellexit, ſi tamẽ debuit intelligere, tenetur: quia lata culpa poteſt ei imputari: vt quia credebat ſe non teneri quia ſcriptura non interuenit: licet alia lex excuſare eum videatur hoc ipſo ꝙ nõ eſt in dolo. vt j. de reg.iu.l. qui ſine dolo. Sed ibi ſubaudi culpa. Et caue tibi: quia hæc lex dicit de effectu moræ quantum ad interitum tantum. Eſt etiã alius effectus circa fructus rei, in quibus dic quòd ſi petam quod aliquando fuit vel eſt meum, ex tempore moræ veniunt fructus. alias à tempore lit. cõteſtatæ in contractibus ſtricti iuris: ſed in bon.fi. ſemper ex tempore moræ: vt j.de vſur. videamus.§. ſi actionem. & §. ſeq. ſed habet & alios effectus. quos plene dicemus. j.de vſur.l.mora. in prin. Accur.

CErtum.} CASVS. Hæc lex reſpicit vltimam partem rubricę, ſi certum petatur. dicit ergo quid ſit certum. Certum eſt illud cuius ſpecies eſt certa nobis, & hoc probat per Pedium iuriſconſult. vt ſequitur. Viuianus.

d *Certum eſt.* quia ſ.e.l.j. promiſit interpretationem huius verbi certum, quod fuerat poſitum in rubrica, ſi certum petatur, dicit hic qualiter accipiatur tam in mutuo, ſicut accipitur in rubrica, quàm alibi vbicunque certum petatur. vt certi condic. vel ſpecialis ex mutuo vel generalis locum habeat.

e *Qualis.* qualis tam ad ſpeciem quàm ad quantitatem referas: ſed quantum ad quantitatem referas tantum. & in vtroque adijcias quid: vt vini: ecce quid. optimi, ecce qualitas. x. corbes vini, ecce quantitas: vt j.de verb.obl. l. ſtipulationũ. & l.ſeq. & ita pro homine in genere promiſſo. & vino bono etiam quantitate expreſſa promiſſo, non agitur certi cõdict. quia bono melius inueniri poteſt: vnde non eſt certa qualitas: vt infra de verb.obli. vbi autem non apparet: in fi. j. reſp. nec obſtat quod agitur cõdic. ex mutuo dato aliquo ad mẽſuram etiam non optimo, vel ad pondus, quia ibi eſt certum, inſpecto eo quod eſt mutuatum: vt ſ.eo. cum quid. Alij volunt dicere ꝙ in homine in genere promiſſo eſt certũ quid, cum homo certa ſpecie contineatur: vt j.de verb.obli. inter ſtipulantẽ.§. ſacrã & in vino bono promiſſo in x. corbes, eſt certũ quid & quãtum, & ideo datur certi condic. licet qualitas ſit incerta in vtroque. & ad factum tantum actio ex ſtip. datur: vt j.de verb.oblig. vbi autem non apparet. §. qui id. & inſt.de verb.obli. in prin. Sed prima verior eſt: cùm ſit incerta ſtipulatio, niſi ſint ibi omnia ſupradicta: vt j.de verb.obli. vbi autem non apparet. in prin.

f *An vocabulis.* vt ſeruum cæcum vel rubeum. ſic no. nil referre quid horum fiat: vt hic, & de condi. & demon.l. nominatim. & ſ.de rei vin. ſi in rem.§. penult. Sed quandoq; intereſt: vt j.ad Treb. quotiens.§. fin. & l. ſeq. & de ſtip. ſer. l. ſi cõmunis ſeruus, & j.de duo. re.l. ſiue. & de leg. j. turpia.§. fi. Vel

A illud in perſonis: hoc in rebus. Vel dic quòd nil refert, quia certi condict. ſemper habet locum.

g *Quatenus.* i. quia. ſic & j.de fideicõ. liber. l. ſi quis rogatus.

h *Mutua vice.* id eſt loco propriorum nominum.

i *Res.* id eſt appellatiua nomina vel æquipollentia.

VII. VLPIANVS libro vicenſimoſexto ad Edictum.

OMnia quæ inſeri ſtipulationibus poſſunt, eadem poſſunt etiam numerationi[l] pecuniæ: & ideo & conditiones.

VIII. POMPONIVS libro ſexto ex Plautio.

B PRoinde[m] mutui datio interdũ pendet, vt ex poſt facto cõfirmetur: veluti ſi dẽ tibi mutuos nummos, vt ſi conditio aliqua extiterit, tui fiãt,[n] ſiſque mihi obligatus. Item ſi legatã pecuniam heres crediderit, deinde legatarius eã noluerit ad ſe pertinere: quia heredis ex die aditæ hereditatis videtur[o] nũmi fuiſſe: vt credita[p] pecunia peti poſsit. Nam Iulianus ait & traditiones ab herede factas ad id tẽpus redigi,[q] quo hereditas adita[r] fuerit, cum repudiatum ſit legatũ,[s] aut adpoſitum.[t] *

C

k *Fungantur.* i. tantundem valeant. & facit C.de conſtit. pe.l. receptitia.§. ſed vt ſubtilitati. vel dic fungãtur, ſcilicet pluribus vocabulis quæ &c.

OMnia.} CASVS. Hæc. l. & ſeq. cõtinuãtur: in quibus dicit ꝙ ſicut ſtipulatio cõtrahitur pure & ſub conditione: ſic & mutuum. vnde pendet cõditio interim, cõtrahatur mutuum an non. & eſt in ſuſpenſo. ſic: mutuaui tibi pecuniã vt tenearis mihi ſi nauis venerit ex Aſia. nõ eſt mutuum vt nũc ſis mihi obligatus, ſed vt tunc. ſ. cum extiterit cõditio. {ITEM SI.} Sempronius deceſsit me herede inſtituto: & legauit Titio x. in ſpecie quæ erant in illa arca. iſtam pecuniã mutuaui alij. in pendenti eſt an mutuũ ſit: quia ſi legatarius agnouit legatũ, non contrahitur mutuũ: ſecus ſi repudiauit. & hoc probat iuriſcon. quia tempus repudiationis trahitur ad tẽpus aditæ hered. ſed ſi illud tempus iũgatur: apparebit quòd ego heres ſum dominus legati. Viuianus.

l *Numerationi.* i. mutuationi. q.d. ſicut ſtipulatio poteſt fieri in diem, & purè, & ſub condi. vt inſti. de verb.obli.§. omnis. ita & mutuum. & hoc probat lex infra proxi. idem & econtra: vt ſicut obligatio eſt conditionalis, ita & ſolutio creditoris poteſt fieri conditionalis: vt j.de ſol. ſub cõditione. ſic j.de iure do.l. dotis.§. fi. & l. ſeq. Accurſius.

m PRoinde. id eſt ergo: & eſt coniunctio illatiua.

n *Tui fiant.* interim ergo ſunt numerantis. & j. proxi. caſu ſunt legatarij: cum mortuo teſtatore recta via tranſeat dominium in legatarium:[a] vt j. de fur. à Titio. Dicitur autem pendere, ratione ſpei de futuro. ſic ſ.de vſufr. ſi fur. in fi. & l. ſed & ſi quis ſtipuletur.§. j. & inſti. quib. mod. ius pa. po. ſol.§. ſi ab hoſtibus.

o *Videtur.* ſed nõ fuerũt, niſi fictione iuris, vel ratione ſpei.

p *Vt credita.* ſupple dicendum eſt, vt credita pecunia poſsit peti, ſcilicet ab herede, vt eam heres petat. Accur.

q *Redigi* fictione iuris inſpecta vt ſi repudiet, vel conditio legati deficiat, valeat traditio. ſi verò exiſtat conditio, nõ valeat traditio.

D r *Adita.* vt extunc videatur fuiſſe heredis, & ſic poſtea tradidiſſe vt ſuam.

s *Legatum.* ſcilicet in ſpecie: aliud ſi in genere.

t *Adpoſitum.* i. defectũ,[b] aliqua cõditione ſub qua relictũ fueret, deficiẽte: vel ecõtra i. queſitũ legatario cõditione exiſtẽte. ſic C. cõmunia de leg.l. vlti.§. fi. & facit ad hoc. j.de rebus dub.l. quædã ſunt,§. j. & j.de leg. j. ſeruum filij.§. j. & j.de mili. teſta. ſi miles Titio. & ſ. ad leg. Aquil.l. quia. & l. nam ſicut.

CErti condictio.} CASVS. Quid ſit certum, dictum eſt ſupra l. certum. hic oſtendit quando detur certi condictio. Quandoque certum eſt in obligatione: ſiue contractus ſit certus, ſiue incertus: dum tamen pura ſit obligatio. Si autem ſit in diem, vel ſub conditione: non poteſt agi ante diẽ, vel conditionem. {COMPETIT.} Supra dixi certi condictio, competere ex omni cauſa: hic ſpecificat finem ex cauſa legati &c. & pateſcit exẽplo. {QVONIAM IGITVR.} Ponit iuriſcon. continuationem in textu: & ex quo certi cõdictio datur ex omni contractu, ponit quoſdam caſus in quibus dubitari poteſt an locum habeat condictio. Primus eſt: Mutuaui tibi x. ſtipulatus fui iſta x. alij reddi. an locum iſta condictio habeat, quæritur. Et reſpond. quòd ſic: neque obſtat

** Baro. repoſuit agnitũ: Duaren⁹ interpretãs hãc l. legit adquiſitũ, q̃ rectum eſt.*

*a Quando ſpecies eſt legata. ſecus ſi quãtitas. Bart.*

*b Iſtæ expoſitiones non tenentur: ideo dic vt in tex. Bar. Alex. & Iaſ.*

*Famoſa eſt lex iſta: nec difficilis in text. ſed bene in gloſ. & breuiter h.d. Certi cõdictio competit ex omni cauſa ex qua certum petitur, ſiue ex contractu vel quaſi, ſiue ex maleficio vel quaſi, vel quomodocunque. h.d. vſque ad §. quoniam. Et diuiditur in quinque. Primò dicit quòd certi condictio competit. Secundo ex qua cauſa competit. Tertio ad quid. Quarto quando. Quinto ponit de hoc plura exempla. Secunda ibi, ex omni. Tertia ibi, licet enim. Quarta ibi, dummodo. Quinta ibi, competit. Bartolus.*

IX. VLPIANVS libro vicenſimoſexto ad Edictum.

B CErti condictio[a] cõpetit ex omni cauſa [b] & ex omni obligatione ex qua certum [c] petitur, ſiue ex certo [d] cõtractu petatur, ſiue ex incerto. Licet enim nobis ex omni contractu certum cõdicere, dummodo præſens [e] ſit obligatio. Ceterum ſi in diem ſit vel ſub conditione obligatio, ante diẽ vel conditionẽ non potero agere [f]. Competit hæc actio etiã ex legati [g] cauſa: & ex lege Aquilia [h]. Sed & ex cauſa furtiua per hanc actionem cõdicitur. Sed & ſi ex ſenatuſcõſulto [i] agetur, competit hæc actio, veluti ſi is cui fiduciaria [k] * hereditas reſtituta eſt, agere volet. Siue autem ſuo nomine quis obligatus ſit, ſiue alieno [l], per hanc actionem rectè conuenitur.

*Inutilis ſtipulatio non impedit actionem oriri ex vtili numeratione. h.d. Et diuiditur: quia primo continuat ſe ad præcedentia. Secundo ponit exemplum quando ſtipulatio eſt inutilis ratione eius cui quis ſtipulatur. Tertio quando eſt inutilis ratione perſonæ promittentis. Quarto quando ſtipulatio eſt inutilis ratione conditionis adiectæ. Quinto quando ſimiliter eſt inutilis ratione perſonæ promittentis. Secunda ibi, numeraui. Tertia ibi, idem erit. Quarta ibi, item quæri. Quinta ibi, ſed ſi ei. Bartolus.*

Quoniã igitur ex omnibus cõtractibus hæc certi condictio cõpetit, ſiue re fuerit cõtractus fact⁹, ſiue verbis, ſiue

A obſtat ſtipulatio quæ inutilis eſt. Item ſi mutuaui tibi pupillo tutore auctore, & ſtipulatus ſum tutoris auctoritate. Item ſi mutuaui, & ſtipulatus ſum mihi reddi ſub impoſsibili conditione. Item ſi mutuaui alicui cum eſſet compos mentis: & ſtipulatus ſum cum fuerit furioſus: in omnibus iſtis caſibus dabitur mihi cõdictio. {SI NVMMOS.} Plan⁹ eſt. {DEPOSVI.} Depoſui apud te x. rogaſti in b. vt eis vtereris. in c. vſus es non in b. quo illorũ tẽporũ agi poſsit condictione certi ex mutuo, quæritur. Et reſpon. ꝙ in b. & reddit rationẽ. Retento eodẽ caſu, in a, permiſi tibi vti in b. vſus es non in a, ſed in b. dicitur pecunia mutua. & agi poteſt. & hoc dicit lex ſeq. Viui.

a *Certi condictio.* ſcilicet generalis, quæ cõtinet ſub ſe certi cõdi. ſpecialẽ, quæ pro mutuo tantum datur, de qua dicit. ſ. eod. l. ij. in prin. & §. j. Item triticariã, cũ hęc ad omnia certa competat: illa verò ad pecuniam numeratam non datur: vt j. de tri. l. j. ibi, quæ autem, &c. licet econtra & illa habeat ſub ſe hanc: quia illa ad incerta datur, hæc non. vnde ſe habent vt excedentia & exceſſa: vt j. de triti. l. j. §. generaliter. Item dixerunt quidam eſſe quandã ſpecialem quæ ad numeratam pecuniam tantum datur: & illa nominetur ſi cert. pet. vt infra de condic. tritica. l. j. in princ. quod nihil eſt. illam autem dicebant ſubeſſe iſti generali ſimiliter. Item differt hæc à condic. ſine cauſa: vt infra de cõdic. ſine cauſa. l. j. in princ. Item quid ab acti. in factum ſubſidiaria? Reſp. illa enim in defectum ſpecialium actionum: hęc concurrit cum alijs.

C b *Ex omni cauſa.* inculcatio verborum eſt, ſecundum quoſdam. nam idem eſt cauſa quod obligatio. Vel dic. cauſa ſcilicet ex maleficio, vel quaſi: obligatio ſcilicet ex contractu, vel quaſi, vel ecõtra. Vel dic ſecundum Io. ex omni cauſa denotare generalitatem obligationum. ſ. ex cõtractu, vel quaſi, ſiue ex maleficio, vel quaſi: & ex omni obligatione denotare generalitatem rerum debitarum: vt ſiue ſpecies ſiue pecuniæ debeantur. Vel verius dic, ex omni cauſa, i. contractu, vel quaſi, vel maleficio, vel quaſi commiſsione: & ex omni obligatione, ſcilicet quæ oritur ex prædictis. nam primo eſt factum, ſiue contractus, & ex eo oritur obligatio, & ex obligatione actio: vt ſ. de proc. l. licet. §. ea obligatio. & inſt. de verb. obli. in prin. ibi, ex qua re, &c. Sed cũ cõpetat ex omni cauſa, nunquid hæc cauſa proponenda eſt in libello? Reſpõ. vtique: vt j. de excep. rei iud. & an eadem. §. actiones. Itẽ cur hæc actio fuit inducta, cum ſpeciales ſufficiant? Reſpon. non ſemper ſpecialis datur, vt vbi ſtipulor. x. vt j. eo. l. ſi quis certum. Azo. Sed nonne competit ſpecialis ex ſtipulatione: vt D inſti. de verb. obli. in prin. ſecundum Azo. ſed non dicebat eſſe ſpecialem ex ſtipulatione. Item eſt bonum exemplum, ſtipulor factum, & peto intereſſe. nam hic ſola generalis locum habet: non autem certi condictio[a] ex ſtipulatione: quia non ſum ſtipulatus[b] intereſſe. Item & ſi detur ſpecialis: expedit tamen hanc dari ſi ſpecialis ſit famoſa. quia nolo fratrem meum infamare: pecuniam tamen volo. hæc enim non infamat: vt j. de act. & obli. ceſſat. Item nunquid perit hæc actio tanto tempore quanto ſpecialis: vt redhibitoria, & quanto minoris, in quarum locum datur? Reſpon. vtique. vt ſ. ſi quis cau. ſi eum. §. fi. & j. de iureiur. duobus. §. exceptio. Item nunquid hæc creſcat per inficiationem, ſicut illa in cuius locum daretur? Reſpon. non: vt ſ. de peti. here. item veniunt. §. cum prædiximus. & eſt ratio, quia aſſumit ſibi eam naturam, id eſt formam & ſtatum, quem actio habet primordialiter: non ex ſuperuenienti caſu. Ar. contra. d. l. ſi eum. §. qui iniuriarum, & de ſeruo cor. hæc actio. & l. ſeq.

*a Reprobatur per B. B. P. Ar. Alex. & Iaſ.*
*b Expreſſe: ſed bene tacite ſecundũ prædic.*

c *Certum petitur.* quid ſit certũ, habes ſ. e. l. certũ. & ſubaudi hic. ſcilicet dari vt debitũ, non vt meũ: quia tunc vindicatio nõ condictio datur, niſi cõtra furem: vt ſ. vſufru. queãd. ca. l. fi. Sed nunquid cum actione ex empto vel præſcr. ver. datur, vel ſimilibus, in quibus ad tradendum agitur, non ad dandũ: vt j. de act. emp. l. ex empto. in prin? Reſpõ. ſic[c] vnde dic, certũ petitur. ſ. dari vel tradi. at vbi factũ purũ eſt, vt facere foſſam & ſimilia, habet locũ ex ſtipulatu: vt j. de verb. obli. vbi autẽ. §. qui id quod. ſed cũ in actione ex empto intereſſe pręſtando liberetur: vt j. de act. emp. l. j. nũquid in hoc idẽ eſt quando in eius locũ datur? Dic ꝙ ſic: vt arg. ſ. ſi quis cau. ſi eũ. §. qui iniuriarũ. & inſt. de ac. §. fuerat. ibi, nam naturam &c. ſed nunquid in locum actionis cõmodati, vel pigneratitiæ, vel ſimilis datur hęc cõdictio? Reſpon. non: quia ibi neq; ad dandũ neque ad tradẽdum, quod nõ ſit meũ daretur, ſed ad meũ reſtituendũ. Acc.

*c Reprobatur, ſecundũ communiter ſcribentes hic.*
** Fiduciaria hoc loco pro fideicommiſſaria accipitur: quod tamen elegantius eſt quàm fideicommiſſaria: quod hic Hal. an. repoſuit. Aug. 3. emend. c. 6.*

d *Ex certo.* dic certũ contractũ, in quo cõtinetur certum: incertum, in quo cõtinetur incertũ, vt factum: nõ vt agatur ad factũ, ſed ad intereſſe certificandũ per ſententiã iudicis: vt j. de ver. oblig. l. vbi autem. §. qui id. ex quo facto agitur duobus modis: ad factum præciſe [d], & tũc actione ex ſtipulatu: vt inſtit. de verb. obli. in princip. Item ad intereſſe: & tunc certi condict. vt infra de re iudi. ſi quis ab alio. §. fin. & inſti. de verb. oblig. §. penul. quod intereſſe licet ſit incertum prima facie, tamen per ſubtilitatem iudicis in ſententia fiet certum: vt C. de ſen. quæ C pro eo quod intereſt. l. vnica. §. in alijs. & inſt. de act. §. curare. at ſi ad factum præcisè agitur prius & poſtea, eſt ibi incertitudo: nec obſtat quod hic dicit, certum petitur: quaſi principium ſit conſiderandum: vt tunc ſit certũ: quia etiam prius eſt certum ratione ſpei infallibilis. nam debet probari, & cõdemnatio fieri certa ſuper intereſſe: vt C. de ſen. quæ pro eo quod intereſt. l. j. Item non ob. ſ. ſi quis in ius voca. non ierit. l. fin. quia ibi agitur incerti ad intereſſe: vt ibi dicit, id eſt agitur[e] condict. certi ad intereſſe, quod eſt incertum prima facie, certificandum tamen poſtea. Alij dicunt, ad intereſſe agi ex ſtipulatu per dictam legem, ſi quis in ius voca. & exponunt hic ex certo, id eſt nominato: ſiue ex incerto. i. innominato contractu: dummodo certum petatur inſpecto principio & fine cauſæ. & eſt etiam arg. pro eis. ſ. de iuriſdict. omni iudi. l. pen. Accur.

*d Illud ſingulariter non poteſt fieri. Ba.*
*e Iſta expoſitio non violat ſuum text. Iaſ.*

e *Præſens.* id eſt pura.

f *Non potero agere.* propriè & impropriè ponitur verbum potero. nam ante condi. nullo modo ago: ante diem ago, ſed malè ago: vt ſ. quando dies vſusfruc. lega. ce. l. j. in fi. & j. de verbo. ſignifi. l. cedere. ſic ſ. de offi. procon. & leg. l. ij. in fi. ſic in verbo reddere: vt C. de fideiuſſ. l. ſancimus.

*Potero verbum, propriè & impropriè ponitur.*

D g *Ex legati.* ergo ex quaſi contractu: vt inſti. de obli. ex quaſi cõtract. §. heres. & dic quod teſtator [f] legauit rem alienam ſciens. pro ſua enim non datur condictio: quia habet rei vin. vt ſ. vſufruct. quemadmo. cau. l. fi. & quemadmodũ ſer. amit. ſi partem. §. j. Vel dic quantitatem fuiſſe legatam. Accur.

*f Reprobatur ſecundũ Bar. & Iaſ.*

h *Ex lege Aquilia.* ergo ex maleficio. Sed nunquid creſcet per inficiationem? Reſpon. non: vt ſ. de peti. here. item veniunt. §. cum prædiximus. argu. contra. ſ. ſi quis cau. ſi eum. §. qui iniuriarum. Itẽ nunquid erit temporalis cum redditur loco edilitiarum? Reſpon. ſic: vt arg. dicti. §. qui iniuriarum. vt & ſupra proxi. no.

i *Senatuſconſulto.* ſcilicet Trebelliano.

k *Fiduciaria.* id eſt fideicommiſſaria. & vult hic fideicommiſſarius agere contra debitores hereditarios. Prætor enim ei & in eum decernit vtiles actiones cui hereditas reſtituitur: vt inſtit. de fideicommiſſ. here. §. reſtituta. ſi autem non eſſet reſtituta, non poſſet agere, niſi in tribus caſibus: vt C. ad Trebel. l. pen. §. fin.

l *Siue alieno.* vt defuncti. q. d. ſiue ſe obligauit: ſiue iure ſucceſsionis teneatur. ſic ponitur ſupra de his qui no. infa. l. furti. §. ſi quis alieno. Accurſius.

Conium-

coniunctim [a]: referēdæ ſunt nobis quædā ſpecies quę dignū habent tractatū an hęc actio ad petitionē eorū ſufficiat. Numeraui tibi decē, & hæc alij ſtipulatus ſum. nulla [b] eſt ſtipulatio. An cōdicere decē per hanc actionē poſſim, quaſi duobus cōtractibus interueniētibus: vno, qui re factus eſt, id eſt numeratione: alio qui verbis, id eſt inutiliter: quoniā alij ſtipulari nō potui? Et puto poſſe [c]. Idē erit ſi à pupillo fuero ſine tutoris auctoritate ſtipulatus [d], cui tutore auctore credidi. Nam & tunc manebit mihi condictio ex numeratione [e]. Idem quæri poteſt & ſi quod tibi numeraui, ſub impoſſibili conditione ſtipuler. Cū enim nulla ſit ſtipulatio [f], manebit cōdictio. Sed & ſi ei numerauero cui poſtea bonis interdictū eſt, mox [g] ab eo ſtipuler, puto pupillo [h] eum comparandum: quoniam [i] & ſtipulando ſibi adquirit.

*Numerando pecuniam noſtram nomine abſentis & ignorantis, ei quærimus actionem. hoc dicit. Diuiditur: quia primo ponit dictum. Secundo probat illud per auctoritatem Iuliani. Tertio probat illud per argumentum à communiter accidentibus. Secunda ibi, Iulianus. Tertia ibi, cum quotidie. B.*

Si nūmos meos tuo nomine dedero velut tuos [k] abſente te & ignorante, Ariſto ſcribit adquiri tibi condictionē. Iulianus quoque de hoc interrogatus libro decimo ſcribit, verā eſſe Ariſtonis ſententiam: nec dubitari quin ſi meā pecuniā tuo nomine voluntate [l] tua dedero, tibi adquiratur obligatio: cū quotidie [m] † credituri pecuniam mutuam ab alio poſcamus, B vt noſtro nomine creditor * numeret futuro debitori noſtro.

*Pecunia debita ex cauſa depoſiti, poteſt conuerti in cauſam mutui ex ſola voluntate deponentis & depoſitarij abſque eo quòd de loco moueatur vel tangatur. & ſi fuit depoſita, vt depoſitarius ea vtatur ſi volet, non prius ſit mutuum, quàm moueatur per depoſitarium. Hoc dicit cum l. ſequen.*

Depoſui [n] apud te decem: poſtea permiſi tibi vti. Nerua, Proculus, etiam antequā moueantur, condicere quaſi mutua tibi hæc poſſe aiunt: & eſt verum: vt & Marcello videtur. animo enim cœpit poſſidere [o]. ergo tranſit C periculum ad eum qui mutuum rogauit: & poterit ei [p] condici. [q]

x. IDEM libro ſecundo ad Edictum.

QVod ſi ab initio cū deponerem, vti tibi, ſi voles, permiſero, creditam non eſſe antequā mota [r] ſit:

a *Coniunctim*. id eſt verbis interueniēte re, vt patet in ſocietate quandoque: vt infra pro ſocio. l. iiij. in princ. vnde re & verbis non poſſet contractus fieri. ſic j. de act. & obli. l. obligamur. §. iij.

b *Nulla eſt*. quia alteri ſtipulari nemo poteſt: vt inſtitu. de inut. ſtip. §. ſi quis alij. & §. ſi quis alteri. niſi ſua interſit: & tunc ipſe agit, non ille cui ſtipulatus eſt: vt infra de verbo. obligat. liber homo. §. fina. in caſibus autem & alteri poteſt quis ſtipulari, quos not. inſtit. de inut. ſtip. in d. §. ſi quis alij.

c *Et puto poſſe*. ſcilicet cōdicere ex prima obligatione. ſed videtur prima obligatio per ſequentem ſtipulationem nouata: vt j. de noua. ſi ita fuero. §. fin. & l. ſeq. quæ ſunt contra. ſed diſtingue, an egerint inter ſe contrahentes vt ex numeratione actio non naſceretur: & tunc nulla naſcitur: vt l. cōtraria. & j. eod. l. non omnis in princ. aut eſt in dubio: & tunc ſi ſtipulatio ſequens valet naſcitur ex numeratione actio: ſed fingitur non nata: vt infra de verb. oblig. ſi ita ſtipulatus. §. Chryſogonus. & l. cōtraria. & de act. & oblig. obligationū fere. in fin. ſi verò non valet, remanet actio prima: vt hic. Si verò ſtipulatio valet, & nomine vnius eſt numeratum, pręualet numeratio: vt j. de ſtip. ſer. l. j. §. ij. Item quid ſi pro parte tenuit, & pro parte nō ſtipulatio: vt quia mihi & alij ſum ſtipulatus? Reſpō pro ea parte quæ tenet, fit nouatio: pro alia remanet prima actio ex numeratione, ſecundū R. vt j. de vſuris. l. iiij. §. fin. Item no. hic argu. quòd non vitiatur vtile per inutile. ſic infra de verb. obli. l. j. §. pen. Argu. contra ſupra de arbi. l. parui. §. j. & hæc omnia locum habent hic, & in ſequentibus reſponſis.

d *Stipulatus*. ſ. quod eidē mutuaueram cum auctoritate tutoris, vt ſubijcit. nā ſi ſtipulatus fui à pupillo quod alius debebat, prior iure nouationis tollitur, & poſterior obligatio non potuit ſortiri effectum: vt inſtit. qui. mod. tol. ob. § præterea. quæ eſt cōtra. niſi forte iuſtam cauſam pupillus habuit promittendi, quia forte pecuniam debet ei pro quo ſpopondit: quo caſu datur actio ſtipulatori in pupillum, ad inſtar domini: vt ſ. de pac. in perſonam. §. qui pecuniam.

e *Ex numeratione*. facta interueniente tutore. Ioan.

f *Nulla ſit ſtipulatio*. vt inſtit. de inuti. ſtipul. §. ſi impoſſibilis. & j. de act. & obliga. non ſolum.

g *Mox*. cum iam interdictum eſt. Ioan.

h *Pupillo*. dic ergo quod in pupillo dixi. ſ. eo. §. & facit infra de verb. oblig. is cui.

i *Quoniam*. bene dico ſupra æquiparari pupillo, quoniam in hoc alij comparatur. Accur.

k *Velut tuos*. ſic dicendo, nomine Titij tibi mutuo: & ei reddes. vnde not. quòd hæc duo pacta, vel primum tantum plus valet quàm ſtipulatio etiam incontinenti appoſita: vt ſupra ea. l. §. quoniam. quæ eſt contra. aliàs quandoque plus valet ſtipulatio quàm pactum, etiam incontinenti vtroque appoſito: vt C. de vſur. l. iij. & ſupra de reli. quòd ſi locus. & C. de iure dot. auia. & infra de ſer. expor. l. ſeruus ea. Vel dic quòd hic non fuit pactus, ſed alieno nomine dedit. Item hoc intellige quando ſciebam meos nummos, vt tunc breui mA anu quaſi à te numerata pecunia condictio tibi quæratur: vt infra eodem. ſingularia. nam ſi errarem, dominium non trāſferrem: vnde non eſſet mutuum: vt infra de adquiren. re. do. ſi procurator. & de condict. cau. da. l. iij. §. ſubtilius. Sed quid ſi nomine tuo mutuo, & incontinenti ſtipulor illud mihi reddi. Videtur nouari prior obligatio: vt infra de noua. l. cum enim. Vel dic quòd ibi loquitur cum ſuo nomine numerat, & ſibi ſtipulatur: hic quā do alieno nomine numerauit: vnde actionem quæſitam non potuit ſibi incontinenti auferre: vt ſ. de procur. l. procurator totorum. & l. mandato. Econtra quid ſi mutuam pecuniam meo nomine dedero, & incontinenti reddi alij paciſcor eandem? Reſpon. hic non videtur loqui niſi cum ipſa numeratio fit alterius nomine, & tanquam nūmi ſint eius cuius nomine numerat. ſic enim dicit, velut tuos: & ita C. per quas perſo. no. acquir. l. fina. ſic ergo numeratio ex mutui cauſa vindicant ſibi hanc prærogatiuam: vt infra. e. ſingularia. non ſtipulatio, vel pactū incontinenti factum: vt ſupra ea. l. §. quoniam. Vel dic plus operari pactum quàm ſtipulationem: quia pactū ſuis & mutui viribus nititur: ſtipulatio ſuis tantum. Accurſius.

l *Voluntate*. ſubaudi, maxime. nam etiā me ignorante hoc facere poſſes: vt infra proxi. Sed quid ſi te ignorante tuo nomine mutuo, & ratum non habeas? Reſpon. mihi vtilis datur: vt C. eod. ſi abſentis. Accurſius.

m *Quotidie*. id eſt frequenter. vnde nota propter frequentiam aliquid concedi. ſimilis ratio eſt infra de preca. l. certè in fine. & l. ſequen. Accur.

n *Depoſui*. tibi roganti, volentique vti. Ioan.

o *Poſſidere*. vnde ciuiliter poſſidet, & poſſeſſionem tenet corporalem: & ita dominium eſt tranſlatum etiam ſine traditione: vt inſti. de re. di. §. interdum. vnde poteſt cōdici. Sed contra, quia ſolo animo nemo incipit poſſidere: vt j. de acD cu. poſ. l. quemadmodum. Sol. hic [b] erat res in conſpectu: vt j. de acqui. poſ. quod meo. §. ſi per venditorem. & ſ. de rei vin. l. eius. & l. hæc ſi. nec ob. quod dicitur in d. §. inſt. de re. di. quia ibi non ex ſolo contractu habet dominium emptor: ſed ita demum ſi apprehendat, & vēditor patiatur eſſe apud emptorem: vt j. de acquir. re. do. qua ratione. §. interdum. vel dic eſſe ſpeciale hic: vbi licet non ſit in conſpectu, acquiritur tamen dominium: vt j. eod. l. ſingularia.

p *Et*. id eſt ab eo. Accur.

q *Condici*. ſcilicet certi condictione generali & ſpeciali.

r *QVod ſi ab initio. Mota.* cur nō eſt mutua ſtatim cū habuit voluntatē vel propoſitū vtendi, & mutuum habendi? Reſpon. quia dictū erat in depoſitione, ſi voles: quod verbū nimis eſt extenſiuū. licet enim ſemel velit, tamen poteſt mutare [c] propoſitū antequā moueat: & ſic plerūq; eſſet mutuū, & deſineret. Aliud in verbo, ſi volueris: vt j. de verb. oblig. ſi quis ſtipulatus. & ſecundū hoc, verbū hic poſitum, ſi voles, exponitur, id eſt ſi voluntarie vſus fueris. ſic ſ. de rer. di. l. fi. Et erit differentia inter hunc & ſuperiorem caſum: quia hic ſecuta fuit voluntas vtendi voluntatem dantis, ibi autem præceſsit. Alij autem faciunt differentiam tantum in verbo, ſi vo-

*† Scribētes hic colligūt quòd procedit argumētum à ſolitis. & ad hoc facit et cōcor. l. 2. §. merito, infra ne quid in lo. pu. & in l. ſufficit. j. de rit. nu. l certi. C. de iudi. tex. in c. 1. de cle. nō reſi. extra.*

** Flo. creditor (meus &) futuro, &c.*

*b Dic q̄ nō requiritur quod ſit in conſpectu: ſed quòd teneat: & habeat domini voluntatē. Barto. Alex. et Ia.*

*c Immo non poteſt mutare: quia quādo electio trahit ſecū executionem, non admittitur variatio. P. Ful. & Ia.*

ſi voles, vt ſiue à principio, ſiue poſtea dicatur, habeat locũ hęc lex. ſecus ſi hoc verbũ nõ apponitur: quod nihil eſt. Acc.
a *Debitum iri*. id eſt mutuum fieri, quia nõ eſt certum an vtatur, &c.

R*Ogaſti me.*} C A S V S. Eram amicus tuus. tranſactis nundinis veniſti ad me, & dixiſti: certe male negotiatus ſum in his nundinis: & ideo non poſſum ſatisfacere creditoribus: rogo igitur te, vt mihi centum ſcuta mutuo des. Ego reſpondi tibi: certe ego ſum in ea cauſa qua tu es: quia etiã malas nundinas habui, & pecunia careo: tamen ne credas me tibi nolle ſubuenire, habeo hic ſcutellã, vel ſcyphum. cetera dic vt in tex. {S I F V G I T I V V S.} Tria dicit. Et primum, quòd ſeruus cui conceſſa eſt peculij, adminiſtratio, mutuans pecuniam facit eam accipientis: & contrahitur obligatio. Secundum eſt: ſi ſeruus fugitiuus, vel non fugitiuus mutuet pecuniam contra domini voluntatem, non contrahit obligationem. vnde nummos vindicare poſſum, ſi extent, vel ſi dolo factum fuerit quo minus extarent. Tertiũ eſt, quòd ſi pecunia mutuata aliquo prædictorum caſuum conſumpta fuit: condictione tenebitur, qui mutuum recepit. Viuia.

** Vide in hunc locum Anto. Aug. lib. 2. ca. 2. vt ſit debitu iri, quaſi debitũ iri, eliſa ſcilicet in litera, veterũ more.*

quoniam debitu * iri [a] non eſt certum.

*Pecunia redacta ex vẽditione rei meæ de partium voluntate, ſtatim conuertitur in cauſam mutui: & periculum rei traditæ ad vendendũ, vt pretio quis vtatur, pertinet ad tradentem, ſi eam venalem habebat: aliàs ad recipientem Alexan.*

X I. I D E M libro vicenſimoſexto ad Edictum.

R Ogaſti me vt tibi pecuniam crederẽ: ego cum non haberem, lancem [b] tibi dedi, vel maſſam auri, vt eã venderes, & nummis vtereris. ſi vendideris [c], puto mutuam pecuniam factam. [d] Quòd ſi lancem vel maſſam ſine tua culpa [e] perdideris prius quàm venderes, vtrũ mihi an tibi perierit, [f] quæſtionis eſt. Mihi videtur Neruæ diſtinctio veriſsima, exiſtimãtis multũ intereſſe, venalem habui hanc lancẽ vel maſſam, necne: vt ſi venalẽ habui, mihi perierit: queadmodũ ſi alijs [g] dediſſem vendendam. Quòd ſi non fui propoſito hoc, vt vẽderem, ſed hæc cauſa fuit vendẽdi, vt tu vtereris, tibi eam perijſſe: & maxime ſi ſine vſuris credidi [h]. Si tibi dedero decem ſic, vt nouem debeas, Proculus ait, & rectè non amplius te ipſo iure debere, quàm nouem. Sed ſi dedero vt vndecim debeas, putat Proculus amplius quàm decem condici * non poſſe [i].

b *Lancem*. i. argenteã ſcutellam.
c *Si vendideris*. & nummos mutuos acceperis: aliàs [a] erit actio ex innominato contractu, do vt facias: vt infra de præſcript. verbo. rogaſti. in princip. Accur.

*a Id eſt, ſi nõ ſit receptũ pretiũ ex mente. Bart.*

d *Factam*. immo non ideo magis eſt mutua: vt infra man. l. qui negotium. §. his argumentum. quæ eſt contra: prout eſt ibi in litera, nihilo magis. Sed ibi dederam argentum vendendum, vt recepta inde pecunia mihi afferatur, & ita poſtea ſibi darem ex pecunia ſecundum arbitrium meum, hic non: ſed vt ſtatim eſſet mutua pecunia ex pretio recepta.
e *Culpa*. lata, leui, vel leuiſsima. Vel dic vt ſupra. eo. ſi quis nec cauſam. ſecundum Ioan. vel leuiſsima hic fuit ſecundum Azo.
f *Perierit*. quia vtriuſque gratia contractus interceſsit: vt infra commoda. l. ſi vt certo. §. nunc videndum. Accur.
g *Alij*. qui non debet habere pecuniam mutuam, vt ſtationario.
h *Credidi*. & hoc cum tu me dominum rogaſti. ſi vero ego te rogaſſem. indiſtinctè meum eſſet periculum: vt j. de præſcr. verb. l. ſi gratuitam. §. j.
i *Condici non poſſe*. & eſt ratio, quia quod eſt ſupra x. nec tanquam vſura peti poteſt: quia ſine ſtipulatione non debetur: vt Cod. de vſur. l. quamuis. nec vt mutuum, quia ſupra x. de ſuo nihil eſt vlterius factum: vt ſupra de pac. ſi tibi. x. & Cod. de non num. pecu. cum vltra nec vt donatio: quia ex donatione olim non agebatur, niſi interueniret ſtipulatio. hodie contra: vt C. de donatio. ſi quis argentum. §. penulti. ſed cum hoc pactum fuerit incontinenti appoſitum, nonne nouam actionem parit, & veterem informat? Reſpond. hic non, odio vſurarum? Sed pone factum, puta ſcribi librum, deueniſſe in pactum? Reſpond. nec tunc dabitur actio: quia in fraudem vſurarum videtur adiectum: nec diſtinguitur conſueuerit fœnerari, vel non. habet enim locum hæc diſtinctio in alijs contractibus, non in mutuo: vt j. de vſur. qui ſemiſſes. §. fin. præterea decre. dicit: Quicquid accedit ſorti vſura eſt. Accurſius.

*Seruus mutuans pecuniam domini voluntate, adquirit certi condictionem domino. ſi autem contra voluntatem domini pecuniam credat, non facit eam accipientis: ſed extans vindicatur, aut pro dolo malo conſumpta agitur ad exhibendum: & bona fide conſumpta condicitur. h. d. Alexan. de Imol.*

Si fugitiuus [k] ſeruus nummos tibi crediderit, an condicere tibi dominus poſsit, quæritur. Et quidẽ ſi ſeruus meus cui conceſſa eſt peculij adminiſtratio, crediderit tibi, erit mutua. Fugitiuus autẽ vel alius ſeruus contra voluntatem domini credẽdo [l], non facit accipientis. Quid ergo? Vindicari nũmi poſſunt, ſi extãt: aut ſi dolo malo deſinant [m] poſsideri, ad exhibendum agi. quòd ſi ſine dolo malo cõſumpſiſti [n], condici tibi poterunt. [o]

k *Si fugitiuus*. dic quis ſit fugitiuus, vt infra de ædi. edict. quis ſit. j. reſpon. Accurſius.
l *Credendo*. fugiens enim ſeruus ſtatim amittit liberam adminiſtrationem: vt infra de pecu. l. libera. Accurſius.
m *Deſinant*. ſcilicet poſsideri ab emptore.
n *Conſumpſiſti*. tu qui accepiſti mutuum à ſeruo.
o *Poterunt*. vtpote recõciliatio mutuo conſumptione: vt infra l. proxi. & facit ad hunc §. infra de act. & obli. ſerui. in fin. j. reſpon. & j. de ſol. fugitiuus. Accurſius.

** Quia ... ex cõſ... ſed ex n... deſcend... hæc actio*

*Licet ab initio non transferatur dominium, tamen conſumptione ſecuta reconciliatur mutuum: & tunc quæritur certi condictio numeranti ſiue ſciuerit, ſiue ignorauerit conſumptionem. hoc dicit. Alexand. de Imol.*

X I I. P O M P O N I V S libro ſexto ex Plautio.

S I à furioſo, * cum eum compotem mẽtis eſſe putares, pecuniam quaſi mutuam acceperis, eaque in rẽ tuã verſa fuerit, condictionem [p] * furioſo adquiri [q] Iulianus ait. Nam ex quibus [r] cauſis [s] ignorantibus [t] nobis

S*I à furioſo.*} C A S V S. Accepi pecuniam mutuam ab aliquo furioſo, quem credebã eſſe ſanæ mẽtis ab initio. non contrahitur mutuũ: & ex pecunia cõſumpta reconciliatur mutuũ & acquiritur cõdictio furioſo. {I T E M.} Mutuaui pecuniam ſeruo alicuius: cœpi ego mutuator furere: ſeruus in rẽ domini vertit: creditori acquiritur condictio: & hoc cum pecuniam meam mutuaui. idem eſt ſi alienam. Idem eſt in fure, quòd ſi pecuniam ſubreptã mutuauit alteri, & conſumpta eſt pecunia, mutuum reconciliatur, hoc dicit l. ſequens vſque ad §. ſi alienos. qui planus eſt. {S I S E R V V S.} Si ſeruus communis det mutuo. x. alicui, cuilibet domino competit condictio in quinque. & probat hoc per ſimile ibi, nam & ſi fur nummos. Viuianus.

** Con... l. ſi p... de ſolu...*

** ſine ca... l. 1. & ... cõndi... cauſa. C... 23. j. de...*

p *Condictionem*. quæritur an hæc condictio ex conſumptione naſcatur, an ex numeratione? videtur quòd ex numeratione: vt infra de fideiuſſ. ſi quis pro eo. §. ſi nummos. vbi dicitur, in omnem enim cauſam acceptus videtur, quæ ex ea numeratione naſci poteſt. Contra videtur quod non ex numeratione: quia numerationem pecuniæ non præceſsit conſenſus. furioſus enim erat. ſi ergo non daretur ex contractu, multo minus ex quaſi contractu, vel maleficio, vel quaſi: ergo nullo modo datur. Item ex conſumptione non datur: quia non eſt modus connumeratus in iure, vt quis obligetur, niſi præcedat conſenſus: vt infra eod. non omnis. in princ. & in §. ſi pupillus. Item nec poteſt dici furioſum videri conſentire: quia ad ſuum commodum ſpectat quod agitur: quia hic expreſſus ſeu verus, id eſt non tacitus cõſenſus eſt neceſſarius: vt in locato: vt infra loca. l. qui ad certum. Ioan. reſpon. dari vtilem, ſcilicet ſpecialem ex mutuo, ſcilicet furioſo: cui prædictis rationibus conſentire non valeo. dicam ergo condictionem ſine cauſa, vel certi generalem dari: vt infra eod. ſi & me. ſecundum Azo.
q *Adquiri*. propter conſumptionem.
r *Nam ex quibus*. à ſimili. & eſt exemplum ſupra eod. l. certi condictio. §. ſi nummos. Accurſius.
s *Cauſis*. vt infra de actio. & oblig. ſi à furioſo. & inſtit. de hered. ab inteſta. §. ſin autem.
t *Ignorantibus*. vt ſi mutuo pecuniam alienam quæ ignorante me conſumitur. Accur.

Adquiri.

a *Adquiri.* ratione conſumptionis magis, quàm conſenſus: vt hic, & ĩ. eod. l. non omnis. §. ſi pupillus. & ĩ. de fideiuſſ. ſi quis pro eo. §. ſi nummos. & ĩ. de iure dot. pater filiæ.
b *Poſſe.* condic. cert. ex mutuo de in rem verſo.
c *Nam & ſi fur. Condictio*, ipſi furi. Ioan.
d *Mutuos.* propoſito, vel deſtinatione. nam vere non fiebat ſtatim mutuum.
e *Dedi.* ſcilicet ego, non fur: vt differat à præcedenti caſu. Accurſius.
f *Conſumpſeris.* ſed tũc ſi propter conſumptionem: vt dixi ſupra. l. proxi. Sed quid ſi alienam pecuniam, quã dedi mutuo, ſtipulatus ſum mihi reddi: & dominus ſuam pecuniam vindicet antequam cõſumpta ſit: an tenebitur mihi ille cui eam numeraui? videtur ꝙ doli exceptio obſtet mihi creditori: vt pote cum debitor eã domino teneatur reſtituere: ꝓpter quod generatur creditori præiudicium. vnde illa ſine culpa amiſſa per debitorem non tenetur: vt infra de ſtip. ſer. l. j. §. ij. Item quid ſi dedi pecuniam alienam, neque vult eam conſumere: qualiter à me conuenietur? videtur quòd non certi condictione ex mutuo: ar. infra eo. l. non omnis. §. & cum pecunia. Itẽ & condictio ſine cauſa non datur: quia ex cauſa eſt apud eum, quæ non eſt finita: nec datur reſpectu poſſeſſionis, quia ad certæ pecuniæ poſſeſsionem non eſt adſtrictus: magis videtur verum vt teneatur quaſi cõſumpta pecunia: quia per eum fit ne conſumat: vt infra de condit. & demon. l. iure ciuili. Si vero bona fide hoc faciat, vt quia eſt ei denuntiatum à domino ne conſumat: ſecus eſt, vt hic ſubijcit.

actiones adquirũtur, ex hiſdem etiam furioſo adquiri[a]. Item ſi is qui ſeruo crediderat furere cœperit, deinde ſeruus in rem domini id verterit, condici furioſi nomine poſſe [b]. Et ſi alienam pecuniam credendi cauſa quis dederit, deinde furere cœperit, & conſumpta ſit ea pecunia, condictionem furioſo adquiri.

XIII. VLPIANVS libro vicenſimoſexto ad Edictum.

NAm & ſi fur nummos tibi credẽdi animo dedit, accipientis non facit: ſed cõſumptis eis naſcitur cõdictio.[c] Vnde Papinianus libro octauo quæſtionũ ait, ſi alienos nũmos tibi mutuos[d] dedi[e], non ante mihi teneris quàm eos conſumpſeris. ꝙ ſi per partes eos conſumpſeris[f], an per partes tibi condicam, quærit. Et ait condicturum, ſi [g] admonitus alienos nummos fuiſſe,[h] ideo per partem condico, quia nondum[i] totos conſumptos compereram.[k]

*Ex mutuo facto per ſeruum, quæritur actio dominis pro dominicis partibus: & ſi communis pecunia mutuatur, contrahitur mutuum pro parte quæ eſt mutuantis: & conlicitur pars nummorum pro mutuo, & non per ſingula corpora. Alex. de Imo.*

B Si ſeruus cõmunis[l] decẽ[m] crediderit, puto, ſiue adminiſtratio ſeruo cõceſſa[n] eſt, ſiue non, & conſumantur nummi, quinũ[o] competere actionem. Nam & ſi communes[p] tibi nummos credidero centũ, poſſe me quinquaginta condicere, libro octauo quæſtionum Papinianus ſcribit, etiã ſi ſingula corpora cõmunia fuerint[q].

*Conſumptio pecuniæ tantum operatur, quantum tranſlatio dominij à principio: et ideo ſi tranſlato dominio non fuiſſet orta obligatio, ſed exceptio: ſimiliter ex conſumptione pecuniæ non naſcitur obligatio: ſed extinguitur. h. d. Alex. de Imo.*

XIIII. IDEM libro vicenſimonono ad Edictum.

SI filiusfamilias* cõtra ſenatuſconſultũ[r] mutuatus pecuniam[s] ſoluerit, patri nũmos vindicanti nulla exceptio[t] obijcietur. Sed ſi fuerint conſumpti à creditore nummi. Marcellus ait ceſſare cõdictionẽ[u]: quoniam to-
C tiens[x] condictio datur, quotiens ex ea cauſa numerati ſunt, ex qua actio eſſe potuiſſet ſi dominium ad accipientem tranſiſſet. in propoſi-

g *Si.* id eſt quia admonitus.
h *Fuiſſe.* & ſi non conſumpſiſti omnes. Accur.
i *Nondum.* dupliciter litera eſt hic, cum vel, & ſine vel. & ſi non habes vel, eſt vnus caſus. ſ. ſi mutuaui tibi pecuniam alienam puta decem. conſumpſiſti. v. alia quinque non conſumpſiſti. ego partem conſumptam petere potero. Sed quare totum non condicam? Reſpon. quia pars tantum eſt conſumpta, non autem fuerunt conſumpta tota. x. quia fuit admonitus ne conſumeret. Literam autem ſic expone ibi, & ait condicturum: ideo per partes condico, quia nondum totos conſumptos compereram. ſed quare non erant omnes conſumpti? ſi, id eſt quia, ſubaudi fuit admonitus alienos nũmos fuiſſe. Si autem habes vel, ſunt duo caſus. Primus, mutuaui tibi pecuniã alienam, puta. x. conſumpſiſti. v. & alia. v. habes. nunquid partem repetam. Certe ſic. ſed quare partem condico? ideo certe, quia fuiſti admonitus alienos nummos fuiſſe. Secundus caſus eſt, quia ſi non fuit admonitus, non tenetur niſi pro parte: quia non erant omnes conſumpti. Literam autem ſic expone. & ait condicturum, ideo per partem condico, ſi id eſt quia admonitus ſcilicet fuit alienos nũmos fuiſſe: vel quia nondum totos compereram conſumptos ſubaudi etiam non admonitus. Accurſius.
k *Compereram.* ſupple quia non conſumpſit omnes: ſed in partem etiam non admonitus. Accur.
l *Si ſeruus communis.* æqualibus partibus.
m *Decem.* quæ erant communia dominorum æqualiter.
n *Conceſſa.* & tunc ſtatim datur actio, licet nummi conſumantur: vt ſ. eo. l. rogaſti. §. fin.
o *In quinum.* id eſt quinque & quinque: aliàs quinque.
p *Communes.* mihi & tibi. ſi autem mihi & alij, omnes con-
A dicam poſt conſumptionem: niſi & ſuo nomine dedi.
q *Communia fuerint.* vnde mero iure nec vnum nummum niſi pro parte condicere poteſt: ſed propter vtilitatem & difficilem diſcretionem eſt receptum, vt condicat rem communem inſolidum pro dimidia parte, id eſt quinquaginta: vt ar. ſ. de vſufr. l. vſufructuarium venari. in fi. ſecundum Ioan. & ad hoc. ĩ. de leg. ij. cum pater. in prin. & ĩ. pro ſoc. ſi Titius. & infra de condict. inde. l. ſi pœnæ. §. fin. Accurſius.

SI filiusfamilias.] CASVS. Mutuaui pecuniam contra ſenatuſconſultũ. filius accepit eam. & de pecunia patris ſoluit. an pater ſi extet, vindicare poſsit quæritur. & dicitur quòd ſic. Si verò conſumpta ſit, an eam condicere poſsit: dicitur quòd non. Videtur quòd ſic. nam cum alias ſi mutuem alienã pecuniam, ab initio nón contrahitur mutuum: ſed poſtea ſi cõſumatur, per conſumptionem recõciliatur mutuum: ergo videtur in hoc caſu ſic eſſe debere, quòd non eſt verum: quia illud intelligendum eſt cum aliquis mutuat pecuniam, vt ſi ſua ſit, ſtatim dominio tranſlato obliget ſibi accipientem: ſed in hoc ſecundo caſu ſe liberat: & ita ſecus hic: & ſecus ibi. an autem ipſe filius eam per iuris errorem ſic ſolutam condicere poſsit? & dicitur quòd nõ. Viuianus.

** Ex tit. ad ſenatuſcõſ. Maced. Cõiunge. l. ſed & ſi. §. ſi ab alio. pro explicatione antinomiæ. eo. tit.*

r *Senatuſconſultum.* vt infra ad Macedo. l. i.
s *Pecuniam.* ſcilicet pertinentem ad patrem, & non de caſtrẽſi vel quaſi peculio ſolutam: vt ĩ. ad Maced. l. j. in fi. & l. ij. ſed profectitiam ſoluit, vel patris. vel etiam aduentitiam: vt C. de bo. quæ libe. l. fin. §. penult.
t *Exceptio.* ſed nonne eſt odioſa exceptio filio & patri competens? ergo ob. vt infra de condi. indeb. qui exceptionem? Reſpon. illud quando filius ageret etiam heres patris condict. indebi. qui non poteſt, etiam ſi ſit heres: vt ĩ. de condic. indebi. l. ſi non ſortem. §. ſi filius. hic pater agit rei vind.
u *Condictionem.* immo videtur competere: vt ĩ. ad Maced. ſed & ſi. §. ſi ab alio. in fi. §. quæ eſt contra. Solu ſecundum Ir. ſi vult ex ſua perſona pater condicere, poteſt: vt ibi. ſi ex filij, non poteſt: vt hic. ſed ſecundum Ioan. dic quòd ſi extat,
D vindicat pater ſi conſumpta eſt mala fide, & vt furtiua, quia ſciebat ꝙ erat patris. tunc condicet, vt ibi. ſi bona fide, non condicit: vt hic. & etiam rei vin. tenetur. quando mala fide conſumpſit, quaſi lata culpa deſijt poſsidere, vel dolo: vt ſupra de rei vin. ſi culpa. & l. qui reſtituere. Alij diſtinguũt: aut nomine patris fuit facta ſolutio: & tunc repetit pater, cum ipſe non tenebatur etiam de peculio: vt C. ad Maced. ſi filius. aut filij, & tunc non. arg. ad hanc diſtinctionem. ĩ. de conſtit. pe. l. j. in fi. & l. ij.
x *Quoniam totiens.* ſ. demum. & quod dicit, condictio datur, ſcilicet ex conſumptione pecuniæ. Et not. hic quatuor proportionalia: & prima duo ſunt paria, vt quotiens ex ea cauſa numerati ſunt, ex qua dominio tranſlato ſtatim naſcitur actio, vt crediti id eſt mutuati, & ſoluti indebiti, & locati, quando ex locatione dominium tranſit: vt infra. loca. l. in naue. item ex eadem cauſa facta ſolutione, id eſt numeratione, dominio ſtatim non tranſlato reconciliatur obligatio ex conſumptione. nam tantum facit conſumptio, quantũ dominij tranſlatio: vt hic, & ſupra eod. nam & ſi fur. ij. reſpõ. Alia duo quæ ſumuntur ex eo quòd dicit, in propoſito autem non ita ſunt hæc, vt ex qua cauſa facta ſolutione, & dominio

minio ſtatim tranſlato non naſcitur actio,ſed competit libe- A ratio, vt ſoluta pecunia caſtrenſi vel quaſi ab hoc filio vel etiam ab alio,ad hoc ipſum vt creditori ſoluat ſibi datam: vt infra ad Mac.ſed & ſi.§.ſi ab alio.ex eadem cauſa facta ſolutione.& dominio non tranſlato,per conſumptionem nō reconciliatur obligatio patris: immo mortificatur quæ erat. quod ergo dicit,in propoſito autē non eſſet,ſubaudi ita. nam ſi eſſet dominus factus ipſa ſolutione creditor nō tenetur reddere: vt ſi de caſtrenſi vel quaſi ſolutum eſſet: vt modo diximus.

a Denique. pro certe.

b Per errorem. ſ. iuris: vt quia Macedoniani beneficium ignorauit filius. Si autem in facto, vt credens ſe ex alia cauſa quam mutui teneri, repetit.vt enim promiſſio ſibi non noceret errore facti interueniēte:vt ꝉ.ad Maced.l.fin.ita eodem errore facta ſolutio non nocet:vt C.ad le. Falc. error.ſed Pla. de errore vtroque intelligebat id quod hic dicit.*

b Errorem. non ſolùm ex certa ſcientia: vt ſupra.

c Soluti. i. conſumpti quo ad patrē: ſed quo ad filium, etiam non conſumpti.

d Repetitionē.ſiue ſoluat pecuniam caſtrenſem vel quaſi filiusfa. adhuc, ſiue factus ſui iuris quandocunque. Accur.

*Ex titu. mādati.vide. l. qui negotia.eo. tit.

*Cuius ſententiam hic amplectitur Alciat.

*Verbum hoc diligenter expenſum eximet ſcrupulum iniectū ex d.l. qui negotia.eod. tit. manda.

to autem non eſſet. Denique [a] per errorem [b] ſoluti [c] contra ſenatuſconſultū crediti, magis eſt ceſſare repetitionem [d].

*In mutuo ſunt quædam ſingularia cōtra regulas mutui, ſ. quod iubendo debitorem tibi ſoluere,vel debitum à te ex vna cauſa,in cauſam mutui conuertendo, mutuum contrahitur,licet verè non fiat de meo tuū, hoc dicit. Diuiditur in tres partes. Primo ponit vnum dictum generale. Secundo illud exemplificat in duabus perſonis. Tertio illud exemplificat in vna & eadem perſona. Secunda ibi,nam & ſi tibi. Tertia ibi, quod igitur. Bartolus.*

XV. IDEM libro trigenſimoprimo ad Edictum.

SIngularia* quedam [e] recepta ſunt circa pecuniam creditam. [f] nam ſi tibi debitorem meū iuſſero dare pecuniam,obligaris mihi.quāuis meos nummos nō acceperis [g]. Quod igitur in duabus perſonis recipitur,hoc & in eadem perſona [h] recipiendū eſt:vt cum ex cauſa mandati pecuniam mihi debeas, & cōuenerit* vt crediti [i] nomine eā retineas,videatur mihi data pecunia, & à me ad te profecta [k].

*Pecuniam meam alteri debitam poſſum mutuare,ſed alienam non ſine domini voluntate.h.d.duo ponit,vt patet in ſummario. Secunda ibi,quod ſi. Bartolus.*

S *Ingularia quædam.* ℣. CASVS. Dicit ꝙ quædam ſpecialia obſeruantur in pecunia credita,quæ in alijs creditis non obſeruantur:quę licet multa ſint,non oſtendit niſi vnum: vt petebas à me mutuam pecuniam:dixi debitori meo vt tibi ſolueret.teneberis mihi ex mutuo:etſi nummi nunquam mei fuerunt.Item debebas mihi decem ex cauſa commodati,vel alia ſimili cauſa.conuenit inter me & te vt deberes ex cauſa mutui ea habere. mutuum erit:& tamen nil mutuaui. Viuianus.

e *Singularia quædā.*id eſt quædam ſpecialia ſeruantur in cauſa pecuniæ creditæ,quæ non ſeruantur in alijs contractibus. Sunt autem octo ſpecialia:& duo [a] ponit hæc lex. Eſt tertiū, quòd facilius pecunia conſumitur,vt ſola immixtione:vt infra de ſolu.ſi nummi. Item pecunia ex bonis debita, partem quamlibet reſpicit facultatum:quod non eſt in ſpeciebus: vt infra ad Trebel. deducta. §. nummis. & de leg.ij. cū pater.in prin.& ad idem ſupra de iudi.ſi fideicommiſſum. §. tractatū. Item vt ſola ſcriptura tutor ex hac cauſa [b] ſe faciat pupilli debitorem, & econtra ſi eſt creditor, ſibi ſoluat:vt infra de admi.tu.quotiens.§.nō tantū.& §. ſicut. quod non eſt aliàs: vt infra de contrahen.emp.l.ſi in emptione.in §. vlt. & ꝉ. de auct.tu. l.v. Item vt facile per pactum alteri actio quæratur dummodo nomine ſuo contraham:vt C. per quas perſo. no. adqui.l.fin.& ſ.eo certi condictio.§.ſi nummos. Item aliud quod ex nummis mutuatis pars cōdicatur,licet omnia [c] corpora fuerint communia:vt ſ.eo. nam & ſi.§.fin. Item aliud,vt vſuræ peti non poſſint,niſi ſtipulatio interceſſit:vt C. de vſur.l.quāuis.poſſet etiam ſtrictè intelligi,vt cum natura mutui ſit vt de meo tuum fiat, hoc tamen fallit in duobus caſibus.Sed ſecundum primum,creditam large pro omni credito dicit. ADDITIO. Iſta glo. non eſt Accurſij, ſed additio Seruotij: & ponit veram lecturam, ſecundum communiter ſcribentes hic.

a *Immo nō niſi vnum: ſed ſunt duo exēpla ipſius. Alc. & Ia.*

b *Immo ex qualibet alia,dum tamen bona fide & non clam faciat. ſecundum Iaſ.*

c *Immo etiā habet locū in alijs rebus mutuabilibus ſecundum Ful. Alex. & Iaſ.contra Bart.*

f *Creditam.* id eſt mutuatam & largo modo accipe pecuniā: vt ſ.eod.l.ij.§.item.& hoc prout ad exempla quæ ſunt in lege,refertur,ſed prout ad glo.ordinariam,creditam large ponitur pro omni credito.

g *Non acceperis.* ſcilicet verè:ideoque mutuum propriè non eſt,interpretatiue tamen erat mutuum:vt ꝉ.proxi.reſpō. ſed hoc nō videtur eſſe ſpeciale in pecunia, cum & idem videatur in alijs caſibus:vt ꝉ.de don.inter vi.& vxor.l.iij.§.ſi. & ꝉ. de fur.l.falſus.in princip.quæ ſunt contra.Solu.ibi erant res præſentes: vt infra de fur.l. falſus.§.ſed ſi is. & infra de ſol.qui x.& ſupra de rei vin. l.eius rei in fi.& l.ſeq.hic autem ſiue præſens, ſiue non.

h *Eadem perſona.* id eſt in te ſolo.

i *Crediti.*id eſt mutui.

k *Profecta.*ſ.breui manu:vt hic, & ꝉ. de iure do.licet.§.quotiens. & ſic nota quod alius cōtractus in cauſam mutui poteſt conuerti.vt hic,& C.de non nu.pecu.l.aduerſus. ſed contra. ꝉ. man. qui negotia.Sol. ibi non erat pecunia in præſenti: hic ſic, ſecundum Ir. Tu dic quòd hic extabat, & parata erat ſolutio- ni,ſit pręſens,vel non, animo enim,&c. vt ſupra eod. certi condictio.in fin.l. ibi autem conſumpta erat. Item ad idem eſt contra C. eo.ſi ex pretio.Sol.hic paratus [a] erat ſoluere. ibi non. Alij quòd ibi non erat præſens: hic ſic. Tu dic quòd quantum ad vſuras eſt ibi contractus pro infecto, niſi ſtipulatio interceſſit: ſed quantum ad ſortem ibi.& hic valet,ſi erat deſtinata ſolutioni. Itē quod hoc caſu dicitur,non videtur in pecunia ſpeciale: cum idem ſit in re alia: vt infra de ſol. ſi pecuniam, & modo ſuperiori caſu dixi. Reſpondent quidam [e] quòd in l. ſi pecuniam iuſſit ponere: hic non. hoc non valet: quia idem & ſi non iuſſit: vt infra de fur. falſus. §.j.tu dic in hoc eſſe ſpeciale: quia licet res non ſit in conſpectu,nihilominus tamen intelligatur in me transferri dominium,ſi tamen aliquis paratus ſit ſoluere. hoc eſt quod ait Ir.ſi tamen deſtinata eſſet ſolutioni, & pecunia retinetur in cauſam mutui: vt ſupra eod.certi.§.fin. aliàs non, niſi res in conſpectu ſit:vel niſi interueniat ſtipulatio.Quæret aliquis, cur ergo in caſu ſuperiori non dicitur mea facta pecunia:cū idem in vtroque caſu dicat ſtatim ſe debere: & tamen dicit ibi,quamuis nummos meos non acceperis? Reſpon.verè nō accepit meos:ſed fictione iuris mei ſunt breui manu facti:vt infra de iur.dot.licet.§. quotiens. & cum hac determinatione poteſt intelligi quod dicitur.C.eo.l.ſi pro mutua. quia res ibi erat præſens. Accur.

B

XVI. PAVLVS libro trigenſimoſecundo ad Edictum.

SI* ſocius [l] † propriam pecuniam mutuam dedit, omnimodo creditam pecuniam facit, licet ceteri diſſenſerint. Quòd ſi communem numerauit, non aliàs creditam efficit, niſi ceteri quoque conſentiant: quia ſuæ partis tantùm alienationem habuit.

*Filio exiſtenti in ſtudio,de æquitate ſubuenitur vt agere poſſit:licet patri actio competat. Bartolus.*

XVII. VLPIANVS libro primo Diſputationum.

CVm filiusfamilias* viaticum [m] ſuum mutuum dederit cum ſtudiorum cauſa Romæ ageret,reſponſum eſt à Scæuola, extraordinario [n] * iudicio eſſe illi ſubueniendum.

*Error in ſpecie contractus, impedit contractum,& dominij trāſlationem: quæ reconciliatur conſumptione ſecuta: et quo ad dandam petitionem ſeu actionē inſpicitur recipientis intentio:quo ad dandam exceptionem inſpicitur animus dantis.h.d. multum pulchra lex.Bartolus.*

C

XVIII. IDEM libro ſeptimo Diſputationum.

SI ego pecuniā tibi quaſi donaturus dedero, tu quaſi mutuā accipias, Iulianus ſcribit donationem nō eſſe:

D

S *I ſocius.* ℣. CASVS. Habebam ſocium. conuenit inter nos quòd omnia bona noſtra eſſent cōmunia. meam propriā pecuniam mutuaui:poſtea adquiſitam,ſed non communicatam:vt ꝉ.pro ſocio.l.ſi quis ſocietatem. circa fi.licet ſocij diſſenſerint,erit mutuum:quia ſi fuit cōmunis, & diſſenſerint, pro parte mea erit mutuum. Viuianus.

l *Si ſocius.*omnium bonorum:vt aliqua ſit huius legis dubitatio:adhuc tamen non poſuerat in communi quod poſt cōtractam ſocietatem quæſierat.vt ꝉ. pro ſoc.l.nemo ex ſocijs. §.fin.& l.ſi quis ſocietatem. & ad hoc infra de ſuc. edi.l.j.§. vnuſquiſque.& ꝉ.de ſol.l.ſi cui. Accur.

CVm filiusfamilias. ℣. CASVS. Si filiusfamilias mutuauit ſuum viaticum, id eſt pecuniam quam ſibi pater miſit cauſa ſtudij, poterit petere officio iud. vel vtili certi condictione, directa patri competente, patre non præſente exiſtente. Viuianus.

m *Viaticum.* id eſt viæ & itineris diſpendium & moræ, vel quam portauit cauſa expendendi in ſtudio. Accur.

n *Extraordinario.*i.officio iudicis,ſecundum M.& Azo.vt ar. infra

ſed an mutua ſit, videndum. Et puto nec mutuã eſſe: magiſque nũmos accipiẽtis nõ fieri,[a] cum alia opinione acceperit.[b] Quare ſi eos conſumpſerit,[c] licet condictione[d] teneatur, tamen doli exceptione vti poterit: quia ſecundum voluntatem dantis[e] nummi ſunt cõſumpti. Si[f] * ego quaſi deponens tibi dedero, tu quaſi mutuum accipias, nec depoſitum, nec mu-

B tuum eſt. Idem eſt[g] & ſi tu quaſi mutuam pecuniam dederis, ego quaſi commodatum oſtendendi[h] * gratia accepi. Sed in vtroque[i] caſu conſumptis nummis condictioni[k] ſine doli exceptione locus erit.

*Actus numerationis nõ operatur vt quis obligetur vltra intentionem agẽtium. h. d. Primo ponit dictum. Secũdo illud per duo probat exempla. Secũda ibi, nã & is. Tertia ibi, & cum pecunia. Bartolus.*

XIX. IVLIANVS libro decimo Digeſtorum.

NOn omnis numeratio eũ qui accepit obligat:[l] ſed quotiens idipſum agi-

C tur,[m] vt confeſtim obligaretur. Nã & is qui mortis cauſa pecuniã donat, numerat pecuniã, ſed non aliter obligauit accipientem, quàm ſi extitiſſet caſus[n] in quem obligatio collata fuiſſet: veluti ſi donator conualuiſſet: aut is qui accipiebat, prior deceſſiſſet.[o] Et cum[p] pecunia daretur vt aliquid fieret, quãdiu in pendenti eſſet, an id futurum eſſet, ceſſabit obligatio.[q] Cum verò certum eſſe cœpiſſet futurum id non eſſe, obligabitur qui accepiſſet: veluti ſi Titio decẽ dedero vt Stichum intra kalẽdas manumitteret, ante kalendas nullam[r] actionem habebo: poſt kalendas ita demum agere potero, ſi manumiſſus non fuerit.[s]

*Conſumptione facta per recipientẽ vel per alium, mutuum & ſolutio reconciliantur. h. d. Diuiditur: Primo loquitur quando pecunia eſt conſumpta per recipiẽtem. Secundo quando per alium. Tertio ponit vnã regulam generalem. Secunda ibi, quapropter. Tertia ibi, nam omnino. Bartolus.*

SI pupillus ſine tutoris auctoritate crediderit, aut ſoluẽdi cauſa dederit,[t] cõſumpta pecunia condictionẽ habet vel liberatur:[u] nõ alia ratione, quàm ꝙ facto eius[x] intellegitur ad eum qui acceperit, perueniſſe. Quapropter ſi eandem pecuniam is[y] qui in creditũ vel in ſolutũ acceperat, alij porro in creditum vel in ſolutum dederit: conſumpta ea & ipſe pupillo obligatur, vel eũ à ſe liberabit,[z] & eum cui dederit, obligatum habebit: vel ſe ab eo liberabit. Nam omnino qui alienam[a] pecuniam credendi cauſa dat, con-

ĵ. de condi. & demon. ſi cui. Item vtili[a] certi cõdictione ſecundum Io. vt ſ̃. de iud. ſi longius. §. j. quia directa datur patri: vt & quælibet alia quæſita per filium: niſi in quatuor caſibus: qui ſunt infra de act. & obli. filiusfa. & niſi in actione in factum: vt in eo. tit. in factum. Nec eſt abſurdum prædicta duo auxilia dari: cum ambo ex æquitate dentur. ſic & ſupra de rei vin. ſi autem. §. ſi homo.

SI ego.} CASVS. Petebas à me mutuũ: numeraui tibi non ex cauſa mutui, ſed ex cauſa donationis: tu credebas me mutuaſſe. vtrum erit donatio, vel mutuum? Nec erit donatio, nec erit mutuum: ſed ſi conſumpta ſit, erit credita pecunia: ſed obſtabit mihi donatiõis exceptio, ſcilicet quòd pecunia mea voluntate & animo non repetendi ſit conſumpta. idẽ erit in caſibus ſequentibus: ſed in his non obſtabit exceptio petenti: ſicut in ſuperiori: & conſumptione reconciliabitur mutuum. Viuianus.

a *Non fieri.* immo videtur fieri: quia in corpore conſentimus, & in dominij tranſlatione: licet in cauſa diſſentiamus: vt infra de adquir. re. do. l. cum in corpus. quæ eſt contra. Solu. hic erat certa cauſa ex qua ſola volebat dominium tranſferre, ſcilicet donatio: nec ex alia cauſa volebat rem ad aliũ pertinere. ibi etiam aliter volebat fieri rem accipientis. Vel dic quòd ibi de donando promiſſio vel debitũ præceſſerat traditionem: vnde licet vno modo vt donum tradatur, tu vero vt creditam accipias: tamen tua fit: vt ĵ. eo. l. ij. §. fi. hic autem de donatione futura intelligitur: & potes hic dicere quot ſunt errores qui vitient contractus: vt dixi ĵ. de contrahen. empt. l. in venditionibus. Accur.

b *Acceperit.* mutat perſonas.

c *Conſumpſerit.* ſed quid ſi extent? Reſpon. idem: quia cũ extent, vtriuſque voluntate videtur recõciliari poſſe donatio: arg. ſ̃. de tranſac. l. & ſi poſt rem iudicatam. §. j.

D d *Condictione.* ſine cauſa. Azo. vel certi generalis inſpecta opinione recipientis. Azo.

e *Dantis.* quia non habuit animũ repetendi: aliàs non eſſet bona ratio: quia & in mutuante alienam pecuniã accidit. Ac.

g *Nam & ſi.* vere ſupple ita eſt. nam & ſi ego &c.

g *Idem eſt.* econtrario. Accur.

h *Oſtendendi.* vt diues appaream: vt infra. commo. l. iij. in fin. & ſic ex prædictis tribus reſponſis colliges ſic dominium non tranſire, niſi vterque conſentiat: vt ĵ. de act. & oblig. l. in omnibus.

i *In vtroque.* ſ. ſecundo, & tertio, non primo. Accur.

k *Condictioni.* ſine cauſa.

NOn omnis.} CASVS. Ponit hic regulam: & eam probat exemplis. Regula eſt quòd non ſemper obligatur cui pecunia mutuatur. donaſti mihi cauſa mortis. non aliter tibi obligor, niſi conualueris, vel prius deceſſerim. Item dediſti mihi decem vt ſeruum meum intra kalen. manumittam, vel domum ædificarem: obligor ex numeratione ſi intra kalen. non manumittam. {SI PVPILLVS.} Pupillus mutuauit mihi pecuniam, vel ſoluit non auctore tutore. Primo caſu cõſumpta pecunia ero ſibi obligatus. In ſecundo erit à me li-

A beratus ſi ego eandem pecuniã alij credam, vel ſoluam: quia & eum in primo mihi obligo. In ſecũdo autem me ab eo libero. Viuianus.

l *Obligat.* cur ergo dicitur re cõtrahi obligatio: vt inſt. quibus mod. re cõtrahi. oblig. in princip? Reſpon. nõ dicit ideo quia aliud non exigatur, ſed dicitur quia ſine re contrahi non poteſt. Azo.

m *Agitur.* ſcilicet expreſſe vel etiam tacite. nam ſæpè extra id quod agitur tacita naſcitur obligatio: vt ĵ. commo. ſi is qui. in fi.

n *Caſus.* ſcilicet vnus de tribus. ĵ. dicendis.

o *Deceſſiſſet.* aut pœnituit donantem. Et ſic not. quod tribus modis reuocatur donatio cauſa mortis: vt hic, & inſtit. de dona. §. j. & ĵ. de dona. cau. mor. Seia. in fi. j. reſpon.

p *Et cum.* aliud exemplum.

q *Obligatio.* i. effectus obligationis. ſic ĵ. de condict. cau. da. l. quod Seruius. & eſt hic ar. ad quæſtionẽ quam feci ſ̃. eo. l. nam & ſi fur. Item quid ſi. x. dedi vt domum faceres vſque ad kalendas, & iam ſumus prope kalendas, vt certũ ſit te opus facere non poſſe: an agã ſtatim? videtur quòd ſic: ſed obſtat doli exceptio: vt ĵ. de verb. oblig. cum ſtipulatus ſim mihi à Proculo. & l. ſtipulationes. §. plane. Econtra videtur ꝙ non agam vllo modo niſi prius illa die elapſa: vt ĵ. de verb. obli. l. ſi ſtipulatus eſſem abs te. & melius. ſ̃. ſi quis cau. l. ſi eum. §. homo.

r *Nullam.* niſi pœniteam: vt infra de con. cauſa da. l. dedi. §. j.

s *Non fuerit.* ſed lex eũ facit liberum. vnde videtur quòd nunquam repetam: vt C. ſi man. ita fue. ali. l. iij. & l. ſi puellã. quæ ſunt contra. Solu.[b] hic cogitauit de actu manumittentis, ibi de effectu: vt ĵ. de verb. oblig. qui Romæ. §. Flauius. Accur.

t *Dederit.* cuidam ſuo creditori.

u *Liberatur.* quod eſt poſt conſumptionem.

x *Eius.* ſcilicet accipientis: puta quia eam conſumpſit. vnde ſi eam perdidit qui eam accepit, non contingit liberatio pupillo ſecundũ Azo. ſed tu dic, facto eius, ſcilicet pupilli ſoluentis, vel credẽtis. nam ad ſuperiora facienda eſt relatio. eſſet enim iniquum eum qui accepit, licet non habeat, nec dolo deſijt habere, non teneri pupillo, vel non liberari pupillũ. ſic enim eſſet eius mutuantis vel ſoluentis cõditio deterior, quàm maioris in cuius periculum tranſit hæc pecunia: vt inſti. quib. mod. re. contrah. obli. §. item is. pro prima opinione eſt, quia dominium non erat tranſlatum hic, quod ſecus eſt in maiore. Item in eo quod dicit quòd peruenit ad creditorem, ita quòd pupillus liberetur, & ſic per conſequens non repetet pupillus: vt hic, & ĵ. de ſol. quòd ſi forte. in fi. eſt cõtra. ĵ. de condict. inde. l. interdum. Solu. hic fuit naturale debitum & ciuile: ibi naturale tantum: quo caſu fauore pupilli locus eſt repetitioni: vel hic & ibi competit liberatio, ſi voluerit. vel ſecundum M. hic de æquitate: ibi de rigore.

y *Is.* primus acceptor.

z *Liberabit.* ſic ergo conſumptione reconciliatur ſolutum & creditum: vt hic, & ſ̃. eod. l. nam & ſi. & ĵ. de iure dot. l. pater filiæ.

a *Qui alienam.* vt hic fuit in primo acceptore qui dedit ſecundo.

*Mortis cauſa donatio tribus modis reuocatur.*

*b Vera eſt in ſe, ſed nõ quo ad contrariũ: ideo dic quòd hic erat ſeruus propri⁹ debẽtis manumittere: ibi erat dãtis pecuniã ſecundum Bart. Alex. & Iaſ.*

Acce-

a *Acceperit.* ſecuta conſumptione. Accurſius.

S *I tibi pecuniam.* } C A S V S. Donaui tibi tali lege pecuniã. vt eam mihi incontinenti mutuares. dicitur quòd improprie loquor: quia non eſt donatio nec creditum. donatio non eſt: quia non habui animum donandi. i. vt pecunia ſemper penes eum maneret. Item idcirco non eſt creditum, quia creditum debet eſſe ſpontaneum: & ſic non credis: quia facis hoc ad quod tenebaris. iſta ſunt de iuris ſubtilitate. verius tamen eſt vt ſit mutuũ, & donatio. Viuianus.

ſumpta ea habet obligatum eum qui acceperit[a]. Item qui in ſolutum dederit, liberabitur ab eo qui acceperit.

*Donatio in qua aliquod pactum apponitur, & pecunia quæ ſpontanea voluntate non creditur: nõ dicitur proprie donatio, vel creditum de rigore, ſecus de æquitate. Bartolus.*

XX. IDEM libro decimooctauo Digeſtorum.

SI tibi pecuniam donaſſem, vt tu mihi eandem crederes, an credita fieret? Dixi, in huiuſmodi propoſitionibus[b] non proprijs* verbis nos vti. nam talem contractum neque donationẽ eſſe, neque pecuniam creditam. Donationem non eſſe: quia non ea mente pecunia daretur, vt omnimodo penes accipientẽ maneret. Creditam non eſſe, quia exſoluendi[c] cauſa magis daretur, quàm alterius obligandi. Igitur ſi is qui pecuniam hac cõditione accepit vt mihi in creditum daret, aceptã dederit, non fore creditam. magis enim meũ[d] accepiſſe intellegi debeo. Sed hæc intellegẽda ſunt propter ſubtilitatem verborum[e]. Benignius[f] tamen eſt vtrunque valere.

*Creditor tenetur partem debiti confeſſatam recipere: de parte vero dubia litigare. Bartolus.*

b *Propoſitionibus.* ſcilicet ſupradictis, & ſubauditis hac lege.

c *Exſoluendi.* ex pacto quod feceras de re mutuanda. Accurſius.

d *Meum.* id eſt mihi debitum. vulgariter enim dicit. ſic infra eod. ſi & me. in fin. & ſic nota quòd nec eſt mutuum, nec donum: vt hic, & infra de ſoluti. qui ſic. quod ſecundum rigorem intelligitur. aliter de æquitate: vt hic ſubijcit, & infra de dolo. l. qui id. §. j. quæ eſt contra. & hic ęquitas pręualet: vt C. de iud. placuit. & facit infra de ſol. ſi quis duos.

*A ſubtilitate verborũ interdũ recedendũ ſi æquitas ſuadeat, & mens aut contrahentium fuiſſe videatur: quamuis in re dubia verbis ſeruãdum ſit. l. nõ aliter. de lega. 3. l. 1. de exercito.*

e *Verborum.* id eſt donatiõis & mutui, quorum primum ſignificat rem penes donatarium permanſuram: vt infra de donat. l. j. in princip. ſecundum ſignificat ſpontaneam voluntatem credentis: vt C. de actio. & oblig. ſicut. & facit ad hanc. l. infra de verbo. oblig. ſi pœnam ſtipulatus.

f *Benignius.* ſcilicet de æquitate. & ſic not. ꝙ finis corrigit totam legem Accurſius.

Q *Vidam exiſtimauerunt.* } C̄ A S V S. Quidam petebat à me. x. vel fundum: dico me non debere ſibi niſi. v. vel partem fundi. & illa quinque volui ſibi ſoluere. noluit particulatim ſolutionem admittere. iudex ad quem &c. ipſum compellere debet vt partem recipiat. Viuianus.

g *Quidam exiſtimauerunt.* & male: vt in fi. huius legis.

h *Iudicio.* ſubaudi, & partem accipere: & erat pro eis ratio: quia ſolutio & exactio, &c. vt ſ. fami. erciſc. plane.

i *Ad accipiendum.* non præciſe: ſed ſi non accipiat, poſt oblationem eius periculo pereat: niſi iuſtam cauſam deferendi habuit: vt infra de ſolu. qui decem. in princip. Et ſic not. quòd creditor compellitur recipere particularem ſolutionem: vt hic, & infra de ſtatulib. cum heres. §. Item ſi decem. & infra quibus mod. pignus vel hypo. ſol. l. fin. & ſupra ſi quis cau. ſi ſeruus. §. ſi plurium. & C. de col. fun. pa. l. placuit. in princip. lib. xj. Sed contra infra de vſur. tutor. §. Lucius. & ad idem infra de actio. empt. l. Iulianus. §. offerri. & infra de pigno. l. qui pignori. Solut. debitor qui totum debitum confitetur, non poteſt particulariter ſoluere: vt in ll. contrarijs. Si verò non confitetur de toto, partem confeſſatam tantum recipere debet creditor: ſed negatam debet repetere. Vel hic de æquitate, ibi de rigore: vel hic in iudicio, ibi extra iudicium: vel ibi in vſurarium debitum, hic non. Prima verior eſt, vt hac l. quia dicit partem accipere quaſi confeſſatam, partem perſequi quaſi negatam. Hoc ergo eſt ius commune, quòd non admittatur ſolutio particularis, ſi totum debitum eſt liquidum. Nec ob. d. l. de ſtatuli. quia ſpeciale eſt fauore libertatis: & ſic etiam eſt ſpeciale in iudicijs: vt in alleg. l. ſi quis cau. Item non ob. illa, quib. mod. pignus vel hypo. ſol. quia ibi duo erant debita integra: & vnum totum ſoluebat debitor. Item collatores, id eſt tributarij ideo pro parte ſoluunt, quia multum grauantur in tributis: vnde in hoc releuentur: vt C. de col. fun. pa. l. ij. lib. xj.

*Solutio particularis an ſit admittenda.*

XXI. IDEM libro quadragenſimooctauo Digeſtorum.

QVidã* exiſtimauerũt[g], neq; eum qui decẽ peteret, cogendũ quinq; accipere, & reliqua perſequi: neq; eum qui fundũ ſuum diceret, partẽ duntaxat iudicio[h] perſequi. Sed in vtraque cauſa humanius facturus videtur prætor, ſi actorem cõpulerit ad accipiendum[i] id quod offeratur: cum ad officium eius pertineat lites† deminuere[k].

*Aeſtimatio vini debiti incipit creſcere à tempore moræ, ſecundum vnam lect. vel à tempore litis conteſt. ſecundum aliam: & habetur conſideratio loci vbi debet ſolui, vel vbi petitur. hoc dicit. Diuiditur: primo dicit habẽdam rationem æſtimationis propter tempus. Secundo propter locum. Secunda ibi, interrogatus. Gloſſa ponit caſum in terminis. ideo dic vt in ea. Bartolus.*

XXII. IDEM libro quarto ex Minicio.

VInum quod mutuum datum erat, per iudicẽ* petitũ[l] eſt. Quæſitum eſt, cuius tẽporis æſtimatio fieret: vtrum cum datum eſſet, an cum litẽ cõteſtatus[m] fuiſſet, an cum res iudicaretur. Sabinus reſpondit, ſi dictum eſſet quo tempore redderetur: quanti tunc fuiſſet. ſi non, quanti tunc[n] cum petitum eſſet[o]. Interrogaui, cuius loci pretium ſequi oporteat. reſpondit, ſi con-

k *Deminuere.* Not. lites minui debere. ſic infra de aqua plu. arcen. l. ij. j. reſpon. & in auth. vt cle.* apud proprios epiſcopos cõue. §. fin. col. vj. Accurſius.

l V *Inum. Petitum.* lit. conteſta. vt infra rem ratam hab. amplius. Accurſius.

m *Conteſtatus.* an etiã tempus quando petitum fuit, extra iudiciũ ſupple. Et dic vinum datum mutuo in kalend. Iulijs. & tunc valebat x. & petitum in iud. vel extra in kalẽd. Auguſt. & lis conteſtata in kalend. Octobris: & ſententia data in kalend. Ianuarij. & his & alijs temporibus minus valuit: ſubaudi, quàm valuit tempore dati mutui: vult reddere debitor æquè bonum: ſed minus valet nunc. vnde vult actor æſtimationem quanti plus tũc valuit quãdo mutuauit. vnde quæritur ſecundum quod tempus hæc æſtimatio pluris habeatur: & de loco etiã hic quærit.

n *Quanti tunc.* vel poſt ea ſecundum Ioan. vt infra de con. tri. ſi res. & l. in hac. in fin. ſed certe immo tẽpus contractus: vt infra de actio. & obli. cum quis. quæ eſt contra. Sed ibi fideiuſſor fuit conuentus: hic reus. Vel dic ibi tempus inſpici ſatiſdationis, id eſt appoſitum in ſatiſdatione: vt infra de verbor. obliga. quotiens in diem. & l. idem erit.

o *Cum petitum eſſet.* etiam extra iudicium, & congruo loco & tempore, & non habeat iuſtam cauſam litigãdi reus, ſecũdum Ioan. nam tunc eſt in mora: vt infra de verbor. obliga. ſi ex legati. & infra de vſur. l. mora. & l. ſciẽdum. Nec ob. infra de tri. l. fin. vbi dicit tempus accepti iudicij conſiderari: quia ibi rem ſoluere non valebat, hic ſic. vel ibi ante non fuerat in mora. Sed certe tempus dati mutui videtur debere conſiderari: vt ſupra eodem. cum quid. Sed dic quod ibi bonitas intrinſeca conſideratur ſecundum tempus dati mutui: non extrinſeca, ſcilicet quòd tantum valeat. Item quod tempus dationis conſideretur, adhuc videtur: vt infra de noua. fundum Cornelianum. in fin. Sed dic quòd ibi erant duæ ſtipulationes: vna æſtimationis erat, alia rei: vt ibi not. & ſtipulando æſtimationem, videtur de præſenti æſtimatione cogitaſſe: & ſic de præſenti die videtur egiſſe. Item adhuc videtur idem: vt infra de act. empt. l. ratio. §. ſi per venditorem ſecundum Io. ſol. ſecundum M. hic debebatur ex contractu ſtricti iuris: ibi bonæ fidei. ſed ſecundum hoc erit fortiter contra: vt j. commo. l. iij. §. in hac. niſi dicat in contractu bonæ fidei moram conſiderari: in contractu ſtricti iuris tempus litis cõteſta. Sed dic ſecũdum Ioan. hic, & dictam. l. ratio. loqui quo ad rei æſtimationem: ibi quo ad fructus, in quibus conſiderantur tempora prædicta: vt infra de vſur. l. videamus. §. ſi actionem. & §. ſeq. Sed quod dixi in bonæ fidei, idem dicas in legatis & fideicommiſſis: vt C. in qui. cau. in integr. reſtitu. non eſt neceſſ. l. in minorem. ſed videtur in ſtricti iuris iudicijs tempus moræ ſpectari, etiam quo ad fructus: vt ſupra de rei vindi. fructus. Sed dic quòd rei vind. ſimilia habet cum

uenifſet vt certo loco redderetur, quanti eo loco eſſet. ſi dictum non eſſet, quanti vbi eſſet petitum.[a]

*Ille ad quem peruenit pretium rei meæ, ad id reſtituendum re perempta certi cõdictione tenetur. Bartolus.*

XXIII. AFRICANVS libro ſecundo Quæſtionum.

SI eum * ſeruum qui tibi legatus ſit, quaſi mihi[b] legatum poſſederim, & vendiderim, mortuo eo poſſe te mihi pretium condicere[c] Iulianus ait, quaſi ex re tua locupletior factus ſim.

B

*Ex ſtipulatione continente certum oritur certi condictio. Bart.*

XXIIII. VLPIANVS libro ſingulari Pandectarum.

SI quis certum [d] ſtipulatus fuerit, ex ſtipulatu actionem non habet: ſed illa condictitia actione id perſequi debet, per quam certum petitur.

*Mutuans in rei refectionem habet priuilegium. Bartolus.*

XXV. IDEM libro ſingulari de officio Conſularium.

C Reditor qui ob reſtitutionem[e] ædificiorũ crediderit, in pecuniam quam crediderit, priuilegium exigendi habebit[f].

C

cum bonæ fidei iudiciis: & hoc ſecundum Ioan. Vel dic ſecundum Azo. in l. commodati. de æſtimatione rei loqui: vt patet ibi: quia dicit, & quanti in qua conſideratur tempus lit. conteſt. ſcilicet vt vltra non procedat: ſed ex tempore petitionis, ſiue moræ, vt hic: & hoc quando propter culpam agitur. Si autem propter dolum agitur: vſque ad ſententiam ex tempore moræ poteſt æſtimatio creſcere: vt ſupra de rei vindicat. l. Iulianus libro ſexto Digeſtorum. §. j. Vel dic vbi res debita perit, ſit. conteſt. tempus ſpectatur: vt ibi: hic non perit. Vel dic vt no. in d. l. cõmodati. Sed quæro extra, ſi egit ad vinum condict. certi ex mutuo, quomodo fit condemnatio ad vini pretium, maxime cum nec ſit in obligatione: nec ſit hæc actio arbitraria: vt C. de fideicommiſ. li. l. fin. In arbitrari: enim eſſet aliud: vt ſ. de do. l. arbitrio. §. ij. & ſupra de rei vindicat. quòd ſi poſſeſſor? Reſpon. vinum tantum eſt in obligatione: & vinum tantum debet peti: vt hic innuitur: ſed petitur dari in eadem bonitate quantum ad pretium, in quo erat tempore moræ: & ita fit æſtimatio iudicis officio. vt j. de eo quod cer. lo l. quòd ſi Epheſi. & de ædil. edic. l. ędiles. §. item ſciendum. Aeſtimatio autem vini non eſt in obligatione: & ideo nec poteſt peti. Sed ar. contra infra de condic. fur. l. in re. ſed ibi ſpeciale eſt in odium furis. Alij dixerunt. l. illam. C. de fideicom. liber. l. fi. loqui in ſpecie: hanc in quantitate. Alij dicunt illam loqui fauore libertatis. Alij quòd ibi fuit petitum vinum, id eſt vini æſtimatio: cum vinum haberi non poſsit. Alij quòd de æſtimatione illa hic dicit, quæ per ſecundam ſententiam venit: vt ſit in arbitrariis. Alij dicunt hanc loqui ſecundum ſua tempora, quando libellus non dabatur, ſed iudex ius ſuum dabat qualitercumque eſſet petitum. prima eſt verior.

a *Vbi eſſet petitum.* ita tamen ſi iure ibi conueniatur: vt infra de act. empt. ratio. §. fin. Accurſius.

S *I eum ſeruum.* } CASVS. Duo ſunt Titij: vnus faber, & alius ſutor. ſeruum Titio legaui ſutori. Titius faber credens eũ ſibi legatum, apprehendit per heredem poſſeſsionem: & vendit & deceſsit ſeruus. Titius ſutor habet cum fabro actionem ad ſerui æſtimationem condignam. Viuianus.

D

b *Quaſi mihi.* vt quia ego & tu eiuſdem nominis ſumus: vt infra pro lega. l. iiij.

c *Condicere.* ſcilicet certi condic. generali. cum enim veniat in act. nego. geſto. te habente ratum in ſubſidium: vt ſupra de nego. geſt. l. fin. & C. de re. alie. non alie. l. j. & C. de rei vindi. l. mater. debet venire & in hac actione: vt ſupra eod. certi condictio. in princ. Item ex eo quod eſt hic, dicunt quidam poſſe peti pretium per condictionem ab eo qui rem meam vendidit vt ſuam etiam re extante: ſed nos contra: niſi cauſam habeat à me: vel quia indebitum ſolui: vel quia eum procuratorem feci: vt arg. infra de condict. inde. ſi non ſortem. §. libertus. Alioquin ſi cauſam non lucratiuam habet ab alio, non tenetur, niſi vel culpa, vel ſua mora intercedat: vt ſupra de rei vind. l. Iulianus ſcribit, ſi hominem. Si autem à nullo cauſam habeat, vel habet ſed lucratiuam, non tenetur niſi in ſubſidiũ: vt hic & ſupra de neg. geſt. l. fi. nam in ſuperiori caſu, quando cauſam non lucratiuam habet, non videtur locupletari cum aliena iactura: quia tantum ſibi abeſt. quantum adeſt: argum. inſtitut. de leg. §. ſi res aliena. Item not. hic argumen. quòd pretium loco rei ſuccedit, vt ſupra de petit. heredit. ſi & rem. & infra de hered. vend. l. ij. §. perueniſſe. Sed argum. contra in



*Per procuratorem quæritur actio militi domino ſicut per tutorem & curatorem minori. Bartolus.*

XXVI. IDEM libro quinto Opinionum.

SI pecuniam militis procurator eius mutuam dedit, fideiuſſoremq; accepit, exemplo,[g] eo quo ſi tutor pupilli aut curator iuuenis pecuniã alterutrius eorũ creditam ſtipulatus fuerit, actionem dari

B militi cuius pecunia fuerit, placuit.

*Ex mutuo facto adminiſtratori ciuitatis, conuenitur ciuitas, ſi eſt in vtilitatem eius conuerſum: alias ipſe adminiſtrator. h. d. & eſt bona lex. Bart.*

XXVII. IDEM libro decimo ad Edictum.

CIuitas * mutui datione obligari poteſt ſi ad vtilitatem eius pecuniæ verſæ ſunt.[h] Alioquin ipſi ſoli qui contraxerunt, non ciuitas,[i] tenebuntur.

*Qui accepit pignus non idoneum, non renuntiare videtur propterea perſonali actioni. Bartolus.*

C XXVIII. GAIVS libro viceſimoprimo ad Edictum Prouinciale.

CReditor * qui non idoneũ pignus accepit, non

A eo. titu. l. venditor ex hereditate. ADDITIO. Dic quòd lex non eſt contra, quia illud quod dicitur in l. iſta, procedit ex æquitate. Ia.

S *I quis certum.* } CASVS. Stipulatus ſum certum, puta librũ: vel aliud: poſſum conſequi per condictionem certi, nõ per actionem ex ſtipulatu. Viuianus.

d *Si quis certum.* duo collige ex hac l. & quod ex ſtipulatu ad incerta tantum, & certi condictio ad certa detur: vt hic & inſtit. de verbo. obligat. in princ. & infra de noua. l. eum qui. ſed primo dicto eſt cõtra. C. de pac. ſi pacto quo. Sol. ibi agitur ex ſtipulatu, id eſt ex ſtipulatione certi condictione. Item eidem cõtra. inſtit. de ac. §. fuerat. & C. de rei vx. act. l. j. §. j. vbi etiam ad dotem certam actio ex ſtipulatu datur. Solu. ibi eſt ſpeciale. Ad ſecundum eſt contra. ſ. e. certi condictio. §. j. vbi ex incerto cõtractu certi condict. agitur. Solu. ſubaudi hic maxime. nam & ad incerta datur: puta ad intereſſe: ſi modo fieri non poteſt certum: vt ibi diximus.

C *Reditor.* } CASVS. Si alicui credidi pecuniam in refectionem domus ſuæ: quãuis aliis primo fuerit obligata, præferendus ſum in omnibus, & in realibus actionibus, & in perſonalibus. Viuianus.

e *Reſtitutionem.* id eſt refectionem: vt argu. infra de iti. actuque pri. l. iij. §. penul.

f *Habebit.* tam in tacito pignore: vt j. quib. cau. pi. ta. con. l. j. quàm in perſonali: vt infra de ceſ. bo. l. j. & de priui. cre. ſi ventri. §. diuus. & in auth. de æqua. do. §. his conſequens. col. vij. & infra pro ſoc. l. cum duobus. §. idem reſpondit. Et plene dices infra qui po. in pig. ha. l. interdum.

S *I pecuniam.* } CASVS. Procurator militis pecuniam mihi mutuauit: ſcilicet nomine militis. procura. ſtipulatus eſt eã ſibi reddi, & fideiuſſo. accepit, à quo ſtipulatus eſt pecuniam domino reddi. acquiritur actio militi per procura. & in hac ſtipulatione ſpeciale eſt, quia ſicut tutor ſtipulando pupillo, vel curator adulto acquiritur eis act. ſic procurator militi. Viuianus.

g *Exemplo.* vt enim per tutorem vel curatorem actio quæritur pupillo, vel adulto: vt hic & j. de conſti. pe. l. eum qui. §. ſi

D actori. & j. quando ex fac. tu. l. ij. ita per procuratorem militis: vt hic. ſic & aliàs aſsimilatur, vt C. de rei vind. ſi vt proponis. & C. ar. tu. l. curator. & caue tibi, quia non eſt ſpecialitas iſta in certi condic. ex numeratione: vt ſi dicas eum nomine militis numeraſſe: quia hanc procurator cuiuſlibet domino poteſt quærere: vt ſ. eod. certi condictio. §. ſi nummos. ſed eſt in ipſa actione perſonali ex ſtipulatu contra fideiuſſores, quæ militi quæritur: quæ alij non quæreretur: vt infra de acquir. poſſ. l. poſſeſsio quoque. §. fi. quæ eſt contra: niſi eſſet præſens dominus: vt infra de verb. oblig. l. ſi procurator præſentis. & ſecundum hoc dic nomine ſuo, ſcilicet militis. Vel dic ſuo, id eſt procuratoris & in vtraque ex ſtipulatu, & certi condic. eſt ſpeciale. Accurſius.

h C *Iuitas. Verſa ſunt.* Idem dici debet in quibuſlibet omnino collegiis: ſed & ipſe qui accepit, tenetur principaliter: vt Cod. eo. l. eum. & plene diſtingue: vt ſupra de neg. geſt. l. ſi pupil. li. §. j.

i *Non ciuitas.* ſed quis hoc probat? Reſpon. creditor: vt C. de ſol. & li. debi. lib. xj. l. j. & C. de ſacr. ſan. eccle. auth. hoc ius. in fine. & Cod. de prædi. mi. l. ſi prædium. Item & res eiuſdem ciuitatis in hanc cauſam obligari poteſt, cum accipit in vtilitatem eius: vt j. de pig. l. ſi is. in prin. Accurſius.

** Sumptum ex tit. quod cuiuſque vniuer. Cõiunge. l. 4. quod iuſſu. l. ſtatuas. de acqui. rer. domo. l. 4. de vi & vi ar. l. bona de verb. ſig.*

** Huic capiti nihil repugnat lex: Iuſtiniani, quia nõ negat actionẽ mulieri in maritũ de exactis nominibus, ſed vetat aliã hypotheca exigere, quam ab initio acceperit l. vlt. C. de pac. conuen.*

a Creditor. Non amittat. contra videbatur, quaſi renunciaue-rit ei quantitati, in qua pignus non ſufficit: vt C. de pac. conuen. l. fi. Sed tamen contra eſt: vt hic & j. de diſtract. pig. l. quæſitum. & C. eo. ſi in prouincia. in fi. & C. de act. & oblig. l. aduerſus. ſed Veneti non ſeruant legem iſtam.

A n Mihi traditus eſt. & ſic mihi acquiſitus. ſed ſi ipſi ſeruo Sticho eſſet traditus, non eſſet factus meus, ſed veri domini: vt j. de acqui. re. do. ſi ſeruus. quæ eſt contra. Sed videtur nullo caſu mihi acquiri: quia errauit venditor in tradendo. igitur non transfertur dominium, quia nemo errans dominium ſuæ rei amittit: vt j. de fur. fal-ſus. in princip. & l. ſi quis vxori. §. cum Titio. & l. ſi is qui rem. §. ſi tu Titium. & j. de acqui. re. domi. ſi procurator. & j. de condic. cau. da. l. iij. §. ſubtilius. & j. de contrah. empt. & ſi conſenſum. §. fin. Sed certe hic non fuit talis error in domino, vel in perſona. i. ſubſtātia perſonæ: ſed in accidenti, ſcilicet an ſit dominus. immo bene conſentiebat vt in eum tranſiret dominium. vnde tranſit: cū nihil tam naturale, &c. vt inſtit. de re. diui. §. per traditionem. Item bene ſciebat ſe dominium habere rei, ſcilicet hominis quem tradidit: ſed in hoc errabat, quia putabat me dominum ſerui: & pro ſe mihi teneri tradere: & ſic in cauſa tantum errauit: qui error non nocet. nam quando ſoluo indebitū ex cauſa aliqua quam puto veram, quæ non eſt, tranſfero dominium, licet poſtea repetere poſſim: vt j. de códic. indebi. per totum. Sed certe in l. falſus. fuit ſimilis error accidentis vt hic, & tamen non trāſit dominium. vnde dic vt ibi. Additio. Dic quòd ibi erat in dolo & mala fide: hic autem in bona fide. Bartol. Alexand. & Ia.

Si inſtitorem. Casus. Habebā ſeruū Thomam præpoſitū tabernæ. ex cōtractibus initis cum ſeruo illo potero conueniri: & ſi pecuniā fuerit mutuatus, tūc cōdici poterit. Vi.

b Poſſe ei. ſcilicet dire-cto: vt j. de inſt. ſi quis mancipiis. in prin. & in fi. & s. de iudi. heres. §. apud & inſti. quod cū eo. §. fin. & j. pro ſoc. l. fi. & hoc ſi in eam rem accepit, in qua fuit præpoſitus: vt j. de inſtit. l. quicunque. §. nō tamen.

c Ei. i. ab eo domino.

d Quaſi. veritatis expreſſiuū. ſic s. de ſenato. l. emancipatū. §. fin.

Qui pecuniam. Casus. Quidā fœnerator promiſit mihi mutuare pecuniā, cum tamen nō haberet, ſed in breui habiturus eſſet: fecimus inſtrumētum. & interpoſita fuit ſtipulatio, ac ſi recepiſſem: poſtea non indigui. Vnde ſi pecuniam non recepero, nō ero obligatus. Vi.

e Accepturus. quod ad propoſitum: nō tamen accepit. ſic j. ad Velle. l. quāuis. §. plane ſi mulier. Accurſius.

f Obſtringat. ſ. cum effectu. nam & tunc tenetur. ſed doli habet exceptionem, vel non numeratæ pecuniæ: vt j. de do. excep. l. ij. §. circa, & ad hoc j. quæ res pig. oblig. poſ l. pen. Sed quid ſi in annum aliquis ſub vſuris pecuniam accepit: ſed ante debitor ſoluere vult: an creditor accipere eam tenetur cum vſuris præteriti temporis tantum? Reſpon. non, niſi totius temporis ſoluat vſuras: vt j. de verb. oblig. qui Romæ. in prin.

[margin: amittit. — Coniunge l. 47. de pe cu. l. 5. quod iuſſu.]

amittat a* exactionem eius debiti quantitatis, in quam pignus non ſufficit.

*Ex contractu inſtitoris conuenitur dominus, ſicut ex contractu procuratoris. h. d. Gl. intellegit, ſi pecuniam accepit, in eā cauſam in qua propoſitus erat. Bart.*

XXIX. Pavlvs libro quarto ad Plautium.

Si inſtitorem* ſeruum dominus habuerit, poſſe b dici Iulianus ait, etiam condici ei c poſſe, quaſi d iuſſu eius contrahatur, à quo præpoſitus ſit.

*Qui ſpe futuræ numerationis promiſit, nō habet neceſſe recipere. Bartolus.*

XXX. Idem libro quinto ad Plautium.

Qui pecuniam creditam accepturus e ſpopondit creditori futuro, in poteſtate habet ne accipiendo ſe ei obſtringat. f

*In actionibus ſtricti iuris veniunt fructus & acceſſiones à tempore litis conteſtatæ. Bartolus.*

XXXI. Idem libro ſeptimodecimo ad Plautium.

Cum fundus vel homo per condictionem petitus eſſet, puto hoc nos iure vti, vt poſt iudicium accep-tum g cauſa omnis reſtituenda ſit, id eſt omne quod habiturus eſſet actor ſi litis con teſtandæ tempore ſolutus fuiſſet. h

*Ex æquitate, cauſa euitandi circuitus, datur condictio ei cum quo negotium non eſt geſtum: & ſi dominus approbat contractum ſerui, eius nomine tenetur inſolidum. ſi vero reprobat, tenetur tantum de peculio. h. d. Di uiditur. Primo ponit thema, & quæſtionem tacite reſultantem ex themate. Secundo ponitur reſponſio Sabini de æquitate. Tertio ponitur reſponſio Iuliani de rigore. Quarto ſuppletur per auctorem legis, quod dicto Iuliani deficiebat. Secunda ibi, Sabinus. Tertia ibi, nam & Iulianus. Quarta ibi, ſed adiicere. Bartolus.*

Seruum tuum i imprudens k à fure bona fide l emi. is ex peculio quod ad te m pertinebat, hominē parauit, qui mihi traditus eſt. n Sabinus, * Caſſius poſſe te mihi hominē condicere. o ſed ſi quis mihi abeſſet ex negotio p quod is geſſiſſet, inuicem me tecū acturum. q & hoc verum eſt. r nam & Iulianus ait, videndū ne dominus integram ex empto actionem habeat, venditor autem condicere poſſit bonæ fidei emptori. s Quod ad peculiares nummos attinet: ſi extant, vindicare t eos dominus poteſt: ſed actione de peculio tenetur venditori, vt pretium ſoluat. ſi conſumpti ſint, actio de peculio

Cvm fundus. Casus. Debebas mihi hominem, vel fundum. egi contra te, vt illum mihi dares: & obtinui. omnia ſunt mihi reſtituenda, quæ habiturus eſſem ſi litis conteſtatæ tempore res mihi ſoluta eſſet. Viuianus.

g Acceptum. id eſt poſt litem conteſtatam.

h Fuiſſet. vt j. de vſur. l. ij. & l. videamus §. ſi actionem. & s. de rei vin. l. ſi hominem. §. j. & j. de ver. obli. nemo. §. j. & s. ad ex-hi. Iulianus. §. quantum. & s. de peti. here. illud. & plene dices. j. de triti. l. pe. Accurſius.

i Seruum tuum. Caſus Stichum ſeruum Titij à fure emi bona fide. hic ſeruus ex peculio veri domini emit Pamphilū: & venditor mihi poſſeſſionem & dominium tradidit. ſolus ergo hic verus dominus inuenitur læſus: ideoq; ei conſulitur triplici via: Vna eſt vtilis, ſiue ex æquitate: & duæ ſunt per punctū rationis. Prima quòd dominus ſeruum Stichū vindicet, & Pamphilum condicat. condic. inde Secunda eſt vt agat ex empto, & habeat ratum contractū: & ſoluat venditori, ſi quid eſt ſoluendum: & venditor ei tradat, ſi habet: alias condi. indeb. cedet contra bonæ fidei emptorem: & hoc quæſiuit Iulia. vnde & ſoluitur in fine huius legis. Tertia eſt via vt non habeat ratum contractum: vnde nummos extantes tanquam ſpeciem vindicat: & ex contractu ſerui de peculio tenetur: & compenſatio non obiicietur. ſi autem ſunt conſumpti: vindicatio & de peculio actio eſſet.

k Imprudens. id eſt ignorans eum eſſe furem. Accurſius.

l Bona fide. putans eſſe tradentis.

m Ad te. poteſt enim habere peculium duplicis generis: vt j. de pe. hinc quæritur. §. poteſt. Azo. & huius peculium alienare non potuit: vt j. de pec. l. libera. quare verus dominus vindicat: vt infra dici.

o Condicere. Pamphilum. ſ. condi. inde. ſed Stichum rei vind. petes. Sed videtur quòd non contra me, ſed contra venditorē debeas agere tantum, qui non eſt liberatus cum alij ſoluit quā cui debuit: vt inſti. man. § recte. reſpon. non eſt nouum, quòd vnus ſoluat, & alius repetat: vt infra de condic. indebi. non eſt nouum. Vnde vtili condic. indebi. agitur cauſa vitandi circuitus: vt infra ſi cui plus quàm per leg. Fal. videamus. & infra de condic. indebi. l. dominus teſtamento. licet videatur neque ex contractu, vel quaſi: neque ex maleficio, vel quaſi, obligatus eſſe.

p Ex negotio. quolibet. Ir. puta ſeruum paui ex meo. vel alias geſſit, & male: ar. j. commoda. ſi is qui mihi. §. ſi libero. Azo.

q Acturum. per retentionem. nec enim dari videtur actio: vt pote cum in rem impenderat, quæ vere erat ſua: & ideo habet exceptionem antequam tradat. ſi vero tradat, habet codictionem ad poſſeſsionem, arg. j. de condi. inde. qui exceptionē. §. ſi pars. Azo. vel dic ſecundum H. nego. geſt. agi de peculio: vt arg. ſupra de negotiis geſtis. at qui. §. ſi libero. & j. commo. ſi is qui. §. fin. & j. de act. emp. ſi ſeruus. §. fi. Accurſius.

r Et hoc verum eſt. ſcilicet quòd poteſt directo à me condici, & hoc ex æquitate. directe autem videamus: & hoc ſubiicit, nam, &c. &. facit. j. de act. emp. & ven. l. ſi ſeruus. §. ſeruum.

s Emptori. condic. indeb. vel certi generali, quæ competit cū illa. & certe hoc verum eſt, vt ex empto & condictio detur, cum alij ſoluerit, quàm cui debuerit: vt infra ibi, ſed adiicere debuit Iulia. &c. ſed quomodo habet condictionem, cum dominus non deſierit eſſe: venditæ enim res &c. vt inſtitu. de re. diui. §. venditæ. & infra de tribu. l. procurator. §. penult. ſed hic non eſt ſolutum pretium, nec fides habita, cum non ſit de pretium factum accipientis, quod eſſe debet: vt infra de act. emp. l. ex empto. §. emptor? Sed reſpon. conſumptio vel ratihabitio domini hoc reconciliauit: argument. ſupra eod. non omnis. §. fina.

t Vindicare. vt ſpeciem: ideoque non admittitur compenſatio. vt ia:

euaneſcit.[a] Sed adiicere debuit Iulianus, nō aliter domino ſerui venditorē ex empto teneri,[b] quàm ſi ei pretiū ſolidum,[c] & quæcunq; ſi cum libero contraxiſſet deberentur,[d] domin⁹ ſerui pręſtaret.[e] Idem dici[f] debet, ſi bonæ fidei poſſeſſori ſoluiſſem:[g] ſi tamen actiones quas aduerſus eum habeam præſtare domino paratus ſim.[h]

*Si res mea ad te peruenit, nec eſt cauſa quare apud te debeat remanere, eam certi condictione vel ſine cauſa condicam. Bar.*

B XXXII. CELSVS libro quinto Digeſtorum.

SI & † me & Titium mutuam pecuniā rogaueris, & ego meum debitorē tibi[i] promittere iuſſerim, tu ſtipulatus ſis,[k] cum putares eum Titij debitorem eſſe, an mihi obligaris? ſubſiſto:[l] ſiquidē[m] nullum negotium mecum contraxiſti. Sed propius eſt[n] vt obligari te exiſtimem: nō quia pecuniam tibi credidi: (hoc enim niſi inter conſentientes fieri non poteſt) ſed quia pecunia mea[o] quæ ad C te peruenit,[p] eā mihi à te reddi[q] bonum & æquum eſt.

*Officiales non poſſunt contrahere cum ſubditis, niſi ſint perpetui, vel ad eorum vtilitatem h. d. cum l. ſequen. Bartolus.*

XXXIII. MODESTINVS libro decimo Pandectarum.

PRincipalibus * conſtitutionibus[r] cauetur, ne hi qui prouinciam regunt, quíve circa eos ſunt, negotientur, * mutuámve pecuniam dent, fœnúſve exerceant.[s]

B XXXIIII. PAVLVS libro ſecundo Sententiarum.

PRæſidis prouinciæ officiales quia perpetui[t] ſunt, mutuam pecuniam dare, & fœnebrem exercere poſſunt: Præſes prouinciæ mutuam pecuniam fœnebrem ſumere non prohibetur.[u]

*Si debitorū nomina efficiantur deteriora, periculum pertinet ad adminiſtratorem culpabiliter differentem exigere.*

XXXV. MODESTINVS libro tertio Reſponſorum.

PEriculum * nominum[x] ad eum cuius culpa deterius factum[y] probari poteſt, C pertinet.[z]

vt infra de legat. j. l. planę. §. ij. & l. ſed ſi certos. & j. de pecu. l. ſi creditor. §. j. ſed ſecundum Lotha. admittitur compenſatio. Item no. quòd non opponit venditor exceptionem aliquam contra vindicātem, licet dicat ſe paratum cedere actionem quam habet contra bonæ fidei emp. & ſic videtur contra infra de ſolu. cum quis. §. j. Sed ibi ideo eſt aliud, quia præceſsit voluntas, & mandatum ſoluendæ pecuniæ: hic nequaquam. Accurſius.

a *Euaneſcit*. admiſſa compenſatione inter venditorē & dominū, ſecundū Io. quod non placet: quia cum prius teneretur rei vind. pecunia exiſtente, & deſinat poſsidere nō mala fide, deſiit teneri rei vindicat. Cum ergo ab vtraque parte non ſubſit debitum: quomodo fiet compenſatio? Tu ergo dicas euaneſcit ideo, quia eſt ei ſoluta pecunia, quæ iā ab eo reuocari non poteſt: vt ſupra eo. l. ſi filius. & l. non omnis. §. ſi pupillus. Sed nonne remanet dominus in damno, quod eſſe non debet: vt infra de condictio. indebi. l. nā hic? Reſpon. ſibi[a] imputet cum non habuit ratū: quod nihil ei nocet. Item pone vēditorem actio. de pecu. tantum x. conſequi poſſe: quia non plus eſt in peculio: & nummos peculiares fuiſſe, qui fuerunt ibi ſoluti xx. & conſumpti ſunt. quia tantum fuit ſerui pretium conſtitutum: nunquid poterit verus dominus repetere illa x? Reſpon. Lot. poſſe. arg. infra l. proxi. in fi. l. Sed H. contra. arg. infra de condic. inde. l. ſeruus cuiuſdam. Tu dic, extantem ſic: conſumptā non. Item pone pretium ſerui fuiſſe xx. nunc autem in peculio ſunt x. tantum: & ſeruus nunc bene valet xxx. igitur illa x. retinet venditor non conſumpta, ſiue petit act. de pecu. Sed nunquid & alia x. per act. de in rem ver? Reſpon. non: cum nō habuit occaſionem obligandi dominum: vt argu. infra de in rem ver. ſi res. §. fin. & l. ſequen. Ar. contra. infra de in rem ver. l. iij. in prin. Item hic ſeruus qui hominem emerat, aut habuit liberam peculij adminiſtrationem: aut non. ſi habuit: ergo potuit tranſire dominium peculij. non ergo dominus eius poterit poſtea vindicare: & hic dicit quòd poteſt. Si non habeat liberam peculij adminiſtrationē, ergo eius dominus non debet teneri de peculio: arg. C. quod cum eo. ſi liberam. & infra de pig. ac. ſi conuenerit. §. fin. Ad quod reſpon. quòd non habebat liberam peculij adminiſtrationem: & nihilominus tenetur eius nomine de peculio: vt hic & infra de pecu. libera. & l. quæſitum. in prin. & l. quam Tuberonis. §. ſunt quidam. & §. alia. Item not. intereſſe eſſe in obligatione. quod dic vt j. de re iudi. l. ſi quis ab alio. in fine. Accurſius.

D

b *Teneri*. ad tradendum ſeruum: quia nondum tradiderat bo. fi. emptori. vel tradidit, ſed fuit condictus.

c *Solidum*. ſi ſolutum non eſt. Accurſius.

d *Deberentur*. puta tale pretium, quod fiat accipientis.

e *Preſtaret*. quia quotienſcunque ex contractu ſerui ſui dominus aliquem conuenire vult, eiuſdem contractus nomine inſolidum tenetur: quia videtur habere ratum: quia ratihabitio iuſſui comparatur: vt infra quod iuſſu. l. j. §. ſi ratum. & infra de pecu. depoſui. §. ſi nuptura. & infra de compen. ſi cum filio. & infra de ædil. edic. ſi ſeruus. & infra re. amo. l. & ideo. §. fina.

f *Idem dici*. ſcilicet quod ſupra dictum eſt, vbi nondum tradidit venditor ſeruum. Nam ſi à domino ſerui conueniebatur ex empto venditor: omnia ſibi à domino ſerui præſtabuntur, quæ præſtarentur ſi cum libero contraxiſſet. Accurſius.

g *Soluiſſem*. ſeruum venditor. Azo.

h *Paratus ſit*. ſed quare, cum ſine ceſsione habeat: vt ſupra ea. l. §. j? Reſpon. habet vtilem: ſed directa ceditur. Item nun-A quid liberatur cedendo actionem? Reſpon. ita domino agente ex empto: ſicut & ſi rem venditam ſine culpa habere deſiiſſet: vt infra de contrahen. empt. quod ſæpe. §. ſi res. & j. ar. de pecu. l. quod debetur. in fin. Sed argu. contra huic reſponſo infra de ſolu. ſi fugitiuus. Accurſius. ADDITIO. Dic quòd illa lex debet intelligi ſecundū iſtū §. Bar.

SI & me.} CASVS. Rogaſti me & Titium vt pecuniam mutuam haberes. iuſsi debitori meo vt tibi mutuaret: & ſtipulatus es ab eo pecuniam tibi reddi: credebas illū fuiſſe debitorem Titij: an mihi ſis obligatus, quæritur. Et videtur quòd non: quia nō contraximus: verius tamen eſt, cum mea pecunia ad te profecta ſit, tu mihi tenearis. Viuianus.

i *Tibi*. dari ſubaudi, ſecundum Ir. vel nihil ſubaudi, vt ſit hoc de verbis quę regūt duos accuſatiuos diuerſos. Accurſius.

k *Sis*. & tandem habuiſti: vt infra.

l *Subſiſto*. id eſt dubito. ſic ſupra de procura. l. ſeruum quoque, in prin. Accurſius.

m *Siquidem*. id eſt quia.

n *Propius*. id eſt verius eſt. Accurſius.

o *Pecunia mea*. id eſt mihi debita. ſic & infra quod cum eo. l. j. & C. de negotiis geſt. ſi pecuniam. Accurſius.

*Coniungi l. ſi quis officium. de ritu nupt.

* Huc pertinet Thebanorū lex de aqua Ariſtoteles. libro. 3. Politi.

*Coniunge l. tutor. 41. de vſur. vbi ſpecies huius legis.

p *Peruenit*. nec ſit ratio quare apud te manere debeat. Azo. & ad hanc æquitatem facit j. de condic. ob tur. cau. perpetuo. & infra man. ſi negotia. & infra ad Vell. l. quanquam. in ſin. & infra de donat. inter virum & vxo. l. vxor. & l. mandato. & infra de iur. do. l. vir ab eo. Sed arg. contra. s. fami. erci. l. cum putarem. §. pe. Sed quid antequam habeas? Reſpon. fit nouatio, & ſic breui manu: & ſupra eo. ſingularia.

q *Reddi*. condictione certi generali, vel ſine cauſa: non mutui: vt dixi.

PRincipalibus.} CASVS. Hæc l. & ſequen. loquuntur de eadem materia. illi qui præſunt ciuitatibus, mutuare non poſſunt: ſed eam recipere poſſunt à non ſubditis ſuis. Viuianus.

r *Conſtitutionibus*. quæ ſunt vt infra de contrahen. empt. non licet. & l. qui officij. & C. de contra. iu. l. j. & C. de nu. actu. & char. l. ſcrinarios. li. xij. Accurſius.

s *Exerceant*. ſcilicet mutuando aliis: vt hic & C. eo. l. eos. ſed ſumere poteſt: vt infra l. proxima. Vel dic dare & ſumere poteſt à non ſubditis, ſed à ſubditis non: vt ar. d. l. eos. & l. quiſquis. Accurſius.

D t PRæſidis. Perpetui. id eſt vel quia perpetuo durabat eorum officium: vel quia ibi perpetuo habitabant, cum eſſent inde orti. Accurſius.

u *Non prohibetur*. immo videtur prohibitus: vt C. eo. l. quiſquis. Sol. hic à non ſubditis poteſt: ſed etiam ab indigenis poteſt ciuibus, in vtilitatem publicam: vt s. eod. l. ciuitas. vel dic non prohibetur ad vſum ſuum quotidianum: ſed ad fœnus exercendum vel negotiationem prohibetur: vt s. eo. l. principalibus. Accurſius.

PEriculum.} CASVS. Hæc lex loquitur in tutore, curatore, vel adminiſtrationem habente, qui à debitore non exigit, ſi ſit debitor non ſoluendo: quòd ad tutorem periculum ſpectat, ſeu ad adminiſtrationem habentem. Viuianus.

x *Nominum*. id eſt actionum.

y *Factum*. ſcilicet nomen. Accurſius.

z *Pertinet*. ad ipſum principalem: vt hic, & C. arbit. tu. l. ij. & l. quicquid. & infra de admini. tu. chirographis. & ſupra de neg. geſt. litis. §. ſi pecuniæ. & infra mā. l. ſi remunerādi. §. apud. & infra de conſtit. pecu. id quod. §. ſi pater. conſequenter autem venietur ad fideiuſſores & mādatores. & hoc ſi ſolus adminiſtrauit.

ſtrauit,diuiſa adminiſtratione à iudice, vel à teſtatore:& cōſequenter ad collegā. ſi autem non fuit diuiſa, vel per ſe diuiſerunt:ad vtrunq; ſtatim pertinet periculum, poſtea ad fideiuſſores vel mandatores:vt C. de ſuſcepto.& arca.l.ij. li. x. & C. quos quis or.conue.l.quotiens.& l.fin.li.xj.& l.ſi tutor. infra de admini.tut.& fit nomen deterius culpa, quando efficitur non ſoluendo negligentia eius qui petere debet. Accurſius.

PEcuniam.} CASVS. Debebas mihi x. pure. iuſsi vt ſolueres Sticho ſub conditione hac, ſi nauis ex Aſia venerit. dicit quòd ego videor mihi eā ſtipulaſſe ſub contraria conditione†, ſi nauis non veniret. vnde deficiente cōditione potero eam petere ac ſi nunquam fuerit promiſſa Titio. pendente tamen conditione petere non potero cum effectu: manet tamen actio,ſed obſtat exceptio. Viuianus.

† De dictione tanquā, habes ꝙ eſt nota improprietatis.eſt gl. de hoc in c. ſolitæ.cū gl. in verbo tanquam. de maio.& obedien.

*Stipulatio conditionalis obligationē præcedentem puram ſuſpendit,& eam nouat in conditionis euentum. Bartolus.*

XXXVI. IAVOLENVS libro primo Epiſtularum.

PEcuniam quā mihi ſine conditione debebas,iuſſu meo promiſiſti Attio ſub cōditione.[a] cum pendente conditione in eo ſtatu ſit obligatio tua aduerſus me,tanquā† ſub contrariam conditionē[b] eam mihi ſpopondiſti:ſi pendente conditione petam, an nihil acturus ſum? Reſpōdit, Non dubito,quin mea pecunia quam ipſe[c] ſine conditione ſtipulatus ſum, etiā ſi conditio in perſona Attij,qui ex mea voluntate eandem pecuniam ſub conditione ſtipulatus eſt, non extiterit, credita eſſe permaneat. Perinde eſt enim, ac ſi nulla ſtipulatio interueniſſet. Pendente autem cauſa conditionis idem petere non poſſum:[d] quoniam cum incertum ſit an ex ea ſtipulatione deberi poſſit, ante tempus petere videor.[e]

*Conditio de præſenti vel præterito nō ſuſpendit:ſecus in conditione de futuro. Bar.*

XXXVII. PAPINIANVS libro primo Definitionum.

CVm ad præſens tempus conditio confertur, ſtipulatio non ſuſpenditur. Et ſi conditio vera ſit,[f] ſtipulatio tenet:quamuis tenere contrahentes conditionem ignorent:veluti, ſi Rex Parthorū viuit,centum milia dare ſpōdes? Eadem ſunt & cum in præteritum conditio confertur:[g]

XXXVIII. SCAEVOLA libro primo Quæſtionum.

REſpiciendum enim eſſe, an quantum in natura hominum[h] ſit,poſsit ſciri cā debitu iri.[i] *

XXXIX. PAPINIANVS libro primo Definitionum.

ITaque tunc poteſtatē conditionis obtinet,cum in futurum[k] confertur.

*Etiam in contractibus ſtricti iuris pacta incontinenti appoſita inſunt vt nouam pariant,& veterem informent actionē:& vi exceptionis impediunt moram & ſtipulationem vſurarū propter moram:ſecus in ſtipulatione vſurarum propter ſtipulationē. h. d. Diuiditur. Primo ponitur thema,& quæſtio. Secundo ponitur reſponſio iuriſconſulti Pauli. Tertio impugnatio quorundam. Quarto reſpōſio Pauli ad illas impugnationes. Quinto determinatur quædam quæſtio circa prædicta, Secunda ibi,dicebā. Tertia ibi,pactū. Quarta ibi,ſed cum ſortis. Quinta ibi, ſed & ſi quantitatem. Bar.*

XL. PAVLVS libro tertio Quæſtionum.

LEcta † eſt in auditorio[l] Aemilij Papiniani præfecti prætorio iuriſconſulti

a *Sub conditione.* ſcilicet tali, ſi nauis venerit ex Aſia vſq; ad annum. Accurſius.

b *Contrariam conditionem.* id eſt ſi non venerit intra prædictū temp⁹,remaneas mihi obligatus. Et not. quòd licet parificentur, non tamen per omnia:cum hic interim ſit actio. ſed tamen except. repellitur. quod ex eo patet, quòd ſi deficiat conditio,ex prima ſtipulatione ago: vt hic: ar.infra de adi. lega.l. legata. Accurſius.

c *Ipſe.* ſ.ego.

d *Non poſſum.* vt ĵ.de iur.do.non enim. & l. ſi debito.& arg. ſupra de pac.l.in perſonā.§.fi.& ĵ. de condi. ob.cau.quod ſeruus.immo ſolutum repetitur:vt ĵ.de condic. indebiti.Iulianus.in fi. Sed videtur quòd interim poſſum petere, ſicut heres debitum pure, ſub conditione legatum:vt ĵ. de do.except.pure.in prin.quæ eſt contra.Solu.aliud eſt in ſtipulatione:vt hic.aliud in legato,vt ibi:cum per remediū cautionis ibi legatario conſulatur:hic autem debitori,ſi ante cōditionem conueniatur,in nullo caueatur.argu. ſume ſupra de rei vind.ſi autem.§.fi. Accurſius.

e *Videor.* vnde actionem amitto olim, ſecundum Azo. vt ĵ. de libe.leg.l.non ſolum.§.fi. ſed ſecundum Hug. duplicantur induciæ:vt inſti.de excep.§.penul.

CVm ad præſens.} CASVS. Ponit regulā,deinde ponit exemplum, ſic, cum præſens vel præteritum in ſtipulationem deducitur,non erit ſtipulatio conditionalis: vt promittis mihi ſi Rex Angliæ viuit.iſta ſtipulatio non eſt conditionalis.& ſi vera fuit in rerum natura,ſufficit vt pura ſit ſtipulatio, & vt ſtatim debeatur:licet contrahentes ignorent. ignorātia enim contrahentium non facit contractum conditionalem. tunc enim ſtipulatio conditionalis eſt, cum conditio cauſæ fertur in futurum. Viuianus.

f *Vera ſit.* id eſt vere,vel verum in ſe continet.

g *Confertur.* non eſt ergo conditio quę in præteritū vel pręſens confertur:vt hic,& inſti.de ver.obli.§.conditiones. & ĵ. de ver.oblig.l.conditio in præteritum.& l.ſi ita ſtipulatus fuero hanc ſummam.& infra de bo.lib.l.etiam.§. ſi patronus.ſed in futurum:vt infra l.itaque.

h REſpiciendum. *Hominum.* eſt ergo natura naturans, id eſt Deus:& ille omnia ſcit. nā mille anni ante oculos eius tanquam dies heſterna quæ præteriit. de hac dicit.ſ.de iudic. ſed & ſi reſtituatur.§.fina. Alia eſt natura naturata.ſ.hominis, quæ præterita & præſentia tantum ſcit:vt hic, & inſti.de ver. obl.§.conditiones.

Pſal.89.

i *Iri.* id eſt eam exiſtere:& ſic deberi promiſſum.

k ITaque. *Cum in futurum.* ſiue expreſſe, ſiue tacite:vt infra de verbo.obli.l.interdum. Accurſius.

LEcta eſt.} CASVS. Refert Papinia. quandam.q. quæ orta fuit inter quendam creditorem & quendam debitorem de quodam inſtrumento.& eſt talis: Lucius Titius accepit à Publio Meuio v.pondo auri mutuo:& inde factum fuit inſtrumentum.in quo ſcilicet Lucius Titius cauit ſe tantum accepiſſe: & iſtud fuit primum pactū,ſcilicet quòd promiſit Lucius Titius ꝙ iſtam pecuniam ſolueret kalen.ſed intelligitur de proximis. deinde factum fuit aliud pactum: quia dixit debitori ſuo creditor: quia credo te non poſſe ſoluere pecuniam ad terminum, volo quod promittas mihi vſuras ſi non ſoluas, pro ſingulis.c. denariis vnum denariū per ſingulos xxv. dies. deinde interuenit nudum pactum, hoc.ſ. volo tibi. ccc. ſoluere deducta ſorte quolibet menſe. & eſt iſtud pactum de particulari ſolutione: quia primum fuit de toto debito ſimul & ſemel ſoluendo. ergo habet triplex pactum. Primum, de tota ſorte ſoluenda kalen. Secundum, de vſuris ſoluendis ſi inſolidum ſors non redderetur. Tertium, de particulari ſolutione admittenda. kalendis aduenientibus debitor nō ſoluit: creditor petit vſuras totius ſummæ. debitor dicit ſe ad hoc non teneri: quia pactum vltimo loco interpoſitum videtur ineſſe ſtipulationi: vnde perinde habendum eſt ac ſi ab initio conueniſſent vt pro certa pecunia certæ vſuræ præſtarentur. per poſterius enim pactum videtur à primo receſſum. non ergo nomine totius ſummæ præſtabuntur vſuræ pro primo menſe: ſed pro illa ſorte tantum quæ tunc ſolui debuit, id eſt pro ccc. Item quia primo menſe non poteſt tota ſors peti, propter pactum illud de particulari ſolutione: ergo vſura totius ſummæ peti non poteſt: & hoc dicit vſque ad §. pactum. {PACTVM.} Iſtud autem pactum negat creditor, qui per pactum vltimo factum conceſsit particularem ſolutionem ſortis,& non vſurarum. vnde vſuras totius ſortis ſoluere debet in ſecundo pacto quocumque inter primum & vltimum,ſcilicet nudum: & ideo non valet, neque præiudicare debet pactum valido quod erat de ſolidis vſuris præſtandis. {SED CVM SORTIS.} Ille dicit, & vos dicitis,quòd tertium pactum ſortem reſpiciebat, vt ſcilicet tota ſors peti non poſsit: ſed ex quo ſolida ſors propter tertium pactum peti non poſsit, pactum ſit inualidum, tamen valet ad exceptionem. vnde cum petenti totam ſortem obſtaret except. non videtur in mora. Quod dictum eſt, quòd vſura debetur ex mora, ſcilicet in præcedenti caſu: aliquando tamen euenit quòd vſuræ debeantur, licet mora non interuenerit: vt ſi promiſi tibi fundum vſque ad annum: & ſi tunc non darem, conuenit vt præſtarem tibi fructus non ſolum ex tunc, ſed ex nunc, puta ex tempore ſtipulationis interpoſitæ. ſi fundum non præſtitiſſem ſuo die, tenebor ad fructus medij temporis, licet tunc non fuiſſem in mora. idem eſt in vſura: puta promiſi tibi x. & conuenit niſi intra annum tibi ſoluerem, quòd teneor non ſolum ad vſuras temporis futuri, ſed & præteriti: quo tempore præterito non fui in mora: vnde ſi ſuo die non ſoluam, ad vſuras medij temporis tenebor. Viuianus.

l *In aditorio.* id eſt in ſcholis,vel in palatio.

Cautio.

cautio[a] huiuſmodi: Luci[y] Titius[b] ſcripſi me accepiſſe à Publio Męuio quindecim[c] mutua numerata mihi de domo: [d] * & hæc quindecim proba [e] rectè [f] dari kalendis futuris [g] ſtipulatus eſt Publius Mæuius, ſpopondi [h] ego Lucius Titius, Si [ea] die [i] ſupraſcripta ſumma Publio Mæuio, ciue ad quem ea res pertinebit, [k] data, ſoluta, [l] ſatiſve [m] eo nomine fa= B ctum non erit, tunc [n] eo amplius quo poſt ſoluam, [o] pœnæ [p] nomine in dies triginta [q] * inque denarios cētenos, [r] denarios ſingulos dari ſtipulatus [s] eſt Publius Mæuius: ſpopondi ego Lucius Titius: conuenitque [t] inter nos, vti * pro Mæuio ex ſumma ſupraſcripta menſtruos refundere debeam denarios trecenos ex omni ſumma [u] ei, heredíve eius. Quæſitum eſt de obligatione [x] vſurarum: quoniam numerus [y] menſium qui ſolutioni competebat, tranſierat. Dicebam, [z] quia pacta incontinenti facta ſtipulationi [a] ineſſe creduntur, perinde eſſe [b] ac ſi per ſingulos menſes certam [c] pecuniam ſtipulatus, quoad tardius ſoluta eſſet, vſuras [d] adiecisset. Igitur finito primo [e] menſe, primæ penſionis vſuras currere: & ſimiliter poſt ſecundum & tertiū B tractum [f] vſuras non ſolutæ pēſionis creſcere: nec ante ſortis nō ſolutæ [g] vſuras peti poſſe, quam ipſa ſors peti potuerat. [h] Pactum * autem quod ſubiectum eſt, quidam dicebant [i] ad ſortis ſolutionē tantùm pertinere, non etiam ad vſurarum quæ [k] priore parte ſimpliciter [l] in ſtipulationem veniſſent: [m] pactumque [n] id tantum ad exceptionem prodeſſe: [o] & ideo [p] non ſoluta pecunia ſtatutis penſionibus, ex die ſtipulationis [q] vſuras

*Coniunge l. ſi ita ſtipulatus. 126. de ver. obl.*

*Facta incōtinenti an valeant.*

a *Cautio.* & proprie hic accipitur: vt C. de ver. ſig. l. ſancimus. A

b *Titius.* ſubaudi, ego, ne ſimpliciter prolatum tertiam perſonam ſignificaret. Azo.

c *Quindecim.* ſcilicet pondo auri: ſed accepit numerum in denariis ponderatis. Azo.

d *De domo.* ab ipſo, vel caſtaldo eius.

e *Proba.* probitas eſt in eo quòd eiuſdem bonitatis debeat reddere: quod non erat neceſſe exprimi: vt ſupra eodem. l. cum quid.

f *Rectè dari.* Eſt in eo, vt in congruo loco & tēpore fiat ſolutio: vt j. de ſolu. ſi ſoluturus. Vel dic proba, id eſt non reproba: vt C. de pig. ac. l. eleganter. §. qui reprobos.

g *Futuris.* ſcilicet proximis: cum non diſtinguat de quibus: vt infra de verbo. oblig. l. cum qui kalendis, id eſt poſt menſem primum: ſicut infra dicetur ibi, igitur finito, & cætera.

h *Spopondi.* hæc fuit prima ſtipulatio: & ſine calumnia.

i *Si ea die.* & hæc dilatio in vlterius tempus per pactum incontinenti factum prorogabitur.

k *Pertinebit.* vt heredi ſuo: vt infra de verbo. ſignific. l. ſciendum.

l *Soluta.* inculcatio verborū: vt ſ. e. certi condictio. in princ.

m *Satiſve.* vt aliud ſoluendo creditore volente. C

n *Tunc.* hic articulus, tunc, indicat vt finito primo mēſe pręſtetur vſura: vt infra de condit. & demonſt. l. iiij. §. j. & infra de vulg. ſubſt. l. in ſubſtitutione. in fi. & quod ſubiicit, eo amplius, id eſt præter ſortem. ex quibus verbis etiam ſortis obligatio ex ſecunda ſtipulatione contrahitur: vt infra de lega. iij. ſi tibi pure legauero. & l. ſi ſic. Accurſius.

o *Quo poſt ſoluam.* id eſt differam ſoluere contra voluntatem tuam. voluit enim creditor ſolui ſibi ſtatim, elapſo primo mēſe, vt prima ſtipulatione dicitur ſupra. Vnde bene reſpō. Paulus, non præſtari vſuras niſi propter moram ex ſtipulatione. cum enim dat dilationem, non poteſt dici illam ſtipulationē vſurarum committi: quia propter moram tantummodo fuit concepta. aliud ſi do certi temporis dilationem, & eiuſdem ſtipulor vſuram: quia tunc per pactum & ex pacto petuntur: hic propter moram ex pacto. Azo.

p *Pœnæ.* hanc pœnam poſtea vocat vſuram.

q *Triginta.* ſcilicet ſingulos. Accurſius.

r *In denarios centenos.* id eſt propter.

s *Stipulatus.* ecce ſecunda ſtipulatio: quæ erat expedita cum prima.

t *Conuenitq́;.* ſcilicet incontinenti: & hoc eſt tertium pactum ſine ſtipulatione inter eos adhibitum, ex quo altercatio & diſcordia eſt orta. D

u *Ex omni ſumma.* ſcilicet ex ſorte, nō vſura. alioquin male diceret eius præſtari vſuram: quia vſura vſuræ non debetur: vt j. de condic. indebi. ſi non ſortem. in prin. & C. de vſur. l. fi.

x *Obligatione.* ſcilicet quando incipiat currere ſtipulatio vſurarum, & eius ſortis. Item quoddam tertium præmittit: an ex tertio pacto prædicto actio naſcatur.

y *Numerus.* ſcilicet quidam: puta triū menſiū, in quibus debebant ſolui nonaginta, vel etiā omnia. Tria ergo pacta fuerunt facta in hac l. Primum fuit ſtipulatio de reddenda tota ſorte kalendis futuris. Secundum fuit, quòd ſi præſcripta die ſors non fuerit ſoluta, vſuræ ſiue pœnæ ſoluantur. Tertium fuit de ſorte reddenda diuerſis temporibus. ſed de vſuris in tertio pacto nihil cautum eſt: ſed per tertium pactum factum de diuiſione ſortis, videtur receſſum à priore obligatione ſortis: & per conſequens de vſuris. Azo.

z *Dicebam.* ſupple ego Paulus. & vt ſuæ reſponſionis cauſam clarius oſtendat, materiam ſuam altius exorditur.

a *Stipulationi.* primo factæ: & dic ineſſe vt in cōtractibus bo. fi. nouā pariat actionē: veterē informet: in ſtricti iuris tantū nouam pariat, ſecundum quoſdam. Sed nos contra: vt plene dixi. ſ. de pac. l. iuriſgentium. §. quinimmo. quando autem quid dicatur fieri incontinenti, probatur infra ad l. Iulia. de adul. l. quod ait. in prin. & j. de duob. reis. duos. §. duo rei. & j. de verbo. oblig. l. continuus. & infra de teſta. heredes palam in fin. Quandoque tamen etiam incontinenti nō valeret: vt ſupra de relig. l. quod ſi locus. & C. de iure do. auia. in fi. & de vſur. l. quāuis. & ſupra eod. rogaſti. §. ſi tibi. & infra de ſer. expor. ſeruus ea. in fi. Item not. quæ incontinenti fiunt, inſunt: vt hic & C. de re. cre. l. pe. §. j. & C. de inſtit. & ſubſtit. l. penul. in fi. & C. de pac. l. petens. & ſ. de pac. l. in traditionibus. & j. ſolu. matri. l. quotiens. & j. de inc. ru. nau. l. ſi quis. §. quod ita.

b *Perinde eſſe.* cū conuenit ſine ſtipulatione incontinenti. Azo.

c *Certam.* id eſt trecētorum denariorum.

d *Vſuras.* ſingulorum ſ. denariorum propter cētum denarios. Azo.

e *Primo.* ſicut enim ſortis exactio ex vi primæ ſtipulationis & pacti incontinenti facti cōpetit, ita pro eadem rata & vſuræ petentur ex ſecunda ſtipulatione: & dic penſionis, id eſt penſitationis. nec enim erat merces, vel vectura.

f *Tractum.* id eſt mēſem. ſ. vſq; ad xxv. dies. & poſt curſus earundē incipiet. pone ergo me ſtipulatū x. pure: poſtea incōtinenti feciſſe pactū nudū de non præſtandis niſi adueniēte cōditiōe. dico quòd ex pacto illo bene potui mihi præiudicare, cū ſit incōtinenti: vt ar. ſ. proxi. Sed quid ſi ex interuallo? Reſpon. idem, & dari exceptionem ex pacto reo. arg. ſ. eo. l. pecuniam. Item pone econtra primo me ſtipulatū ſub conditione, & poſtea ex interuallo appoſuiſſe pactū nudum de præſtādis pure. i. ſtatim. nam ſi incontinenti, cōſtat quòd actionem pareret. Reſpon. quidam, bene potero agere, licet non habeam actionem: quia ſi obiiciat ille de conditione appoſita, replicabo de pacto. nam pactum, cum non ſit contra bonos mores, debet ſeruari, & ſic ex eo mihi dari replicatio: vt illi exceptio. de quo dixi in præcedenti quęſtione & ſic cum ille nihil mihi poſſit obiicere, conſequar quod peto: arg. C. de tranſac. l. vbi. & j. de peri. & cō. rei ven. l. ſi in venditione. Sed ego contra dico, [a] argu. ſ. de pac. ſi vnus. §. ſed ſi pactum. in prin. Item cum per legem iſtam pactum incontinenti appoſitum videatur ineſſe contractui ſtricti iuris, puta ſtipulationi: pone in ſtipulatione venire certum: in pacto incertum, ſcilicet factum: nunquid tunc agetur certi cōdic. informata ad id quod deuenit in pacto? videtur quòd ſic: vt inſtit. de act. §. fuerat. Sed ar. contra. ſ. de peti. heredi. l. item veniunt. §. idem recte. D

*a Iſtud eſt verū, ſi eſt appoſitū ex interuallo: ſecus ſi incō tinenti, ſecundū Bar. & ſequitur Ia.*

g *Sortis non ſolutæ.* id eſt reſiduæ. Accurſius.

h *Potuerit.* hoc ideo, quia vſuræ currebant ex mora: ſecus ſi ex ſtipulatione, vt faciunt quotidie creditores: vt dixi. ſ. ead. l. ibi, tunc eo amplius quo poſtea &c. Et no. quòd vſque huc locutus eſt Pau. ſed nunc aduerſarij allegant, pactum autem &c. Accurſius.

i *Dicebant.* & bene: ſed non multum ad rhombum.

k *Quæ.* ſcilicet vſuræ. Accurſius.

l *Simpliciter.* i. non facta diuiſione per tempora. Accurſius.

m *Veniſſent.* & ideo videbatur eis quòd totius ſortis debeatur vſura in ſecundo menſe, ſicut ſtipulatio concepta fuit: ſed male. Azo.

n *Pactumq́; id.* ſcilicet tertium. & hæc eſt ſecunda reſponſio eorum. Accurſius.

o *Prodeſſe.* non ad actionem: & per hoc videtur quòd nō debeat ſtipulationi validæ præiudicare. Accurſis.

p *Et ideo.* id eſt quia tertium pactum ad vſuras nō pertineat: & quia valida ſtipulatio vſuræ non tollitur per friuolum pactum, concluditur: & ideo &c.

q *Ex die ſtipulationis.* ex qua poſſet agi ad vſuras totius ſortis ſi tertium pactū non interueniſſet, agetur etiam nunc ſimiliter

ad totam, vt dicunt: ſed ſtatim Paulus incipit eos reprehende A re: ſed cum ſortis, &c.

a *Dilata ſit*. per tertium pactum.

b *Ex eo tempore*. ſcilicet demum. Azo.

c *Putabat*. qui mihi erat contrarius.

d *Pactum*. ſcilicet tertium, quod fuit ſuper ſorte.

e *Obtinuerit*. ſcilicet quia valet etiã quo ad actionẽ: cum ſit incontinenti: vt ſ. ea. l. ibi dicebam.

f *Vſurarum*. ſcilicet totius ſummæ: ſed partis tantum.

g *Ipſo iure*. ſ. quantum ad effectũ: mero tamẽ iure elapſo primo mẽſe ſtipulatio ſortis totius eſt commiſſa: & per conſequens vſurarum: ſed propter pactum obſtat exceptio, niſi in trecentis. nec enim ſimplex pactum innouat: vt C. de iur. do. auia. & ſ. de pac. ſi vnus. §. pactus. & inſti. de except. §. præterea. & idem dici poteſt in ſecunda ſtipulatione vſurarũ, vt tota ſit cõmiſſa de rigore: licet ipſa ſit conditionalis. & quod dicitur, ipſo iure: ſubaudi, exceptionis, vel æquitatis. Itẽ arg. videtur contra prędicta. ſ. de arbi. Celſus. in fi. vbi ipſo iure non cadit in pœnã qui obtulit. ſed ibi ſtetit p creditorem: hic per vtrumque. Vel dic ad vtrumque non vi pacti hic fieri nouationem: ſed quia prorogatur ſolutio, nõ cõmittitur adhuc pœna ipſo iure: vt argu. ſ. ſi quis cau. l. ij. j. reſpon. & ſic in vſura ipſo iure repellitur: vt hic dicit.

deberi, atq; ſi id nominatim eſſet expreſſum. Sed cũ ſortis petitio dilata ſit,[a] conſequẽs eſt vt etiam vſuræ ex eo tempore[b] quo morã fecit, accedant. Et ſi (vt ille putabat[c]) ad exceptionem tantum prodeſſet pactum[d]: quamuis ſententia diuerſa obtinuerit,[e] tamẽ vſurarum[f] obligatio ipſo iure[g] non committetur. Non enim in mora[h] eſt is à quo pecunia propter exceptionem B peti non poteſt. Sed (ſi) quantitatem[i] quæ medio tempore colligitur, ſtipulamur[k] cũ conditio extiterit: ſicut eſt in fructibus, idem & in vſuris poteſt exprimi: vt ad diem non ſoluta pecunia, quod competit vſurarum nomine, ex die interpoſitę ſtipulationis præſtetur.[l]

*Diuiditur in quatuor partes. In prima thema, & iuriſconſultus elicit tres quæſtiones ſecundum intellectum glo. vel ſecundum alios eliciuntur quatuor: quia etiam de pignoribus quæritur. & hoc vſque ibi, placebat. Secundo reſpondet primæ quæſtioni: & etiam alteri quæſtioni ex ea incidenti: vſque ibi, quas vero. Tertio reſpondet ad ſecundam* C *quæſtionem confirmando reſponſionem per exemplum: & reddit rationem diuerſitatis inter primam & ſecũdam quæſtionem principalem: & etiam incidenter aliquid reſpõdet ad quartam quæſtionem circa pignora: vſque ibi, quòd ſi ſtipulatus. Quarto ponit reſpõſionem ad tertiam quæſtionem principalem vſque in finem: & hoc intendit: Morte domini, & mutatione ſtatus geſtoris, mandatum reuocatur: tamen debitores ignorantes reuocationem, ipſi ſoluentes liberantur. & illud quod quis facit non vt heres, non venit in actione fami. erciſc. & dominium in accipientem non transfertur: non contrahitur mutuum: nec pignoris obligatio: & ſi ſtipulatio confertur nominatim in perſonam domini qui tunc defunctus erat, eſt nulla. Si vero in perſonam ipſius geſtoris conferatur: tunc ſi hereditas non eſt adita, hereditati iacenti adquiritur actio ex ſtipulatione. ſi vero erat adita: tunc ſi heredes erant bonæ fidei, quia ignorabant illum eſſe effectum liberum, adquiritur omnibus heredibus. ſecus ſi erant malæ fidei. Alex. de Imo.* B

h *In mora*. vt j. de lib. le. non ſolum. §. illud. & j. de reg. iur. l. nulla. §. j. & j. de ver. obli. ſi pupillus. & j. depoſi. Lucius. in fi.

i *Sed ſi quantitatem*. dixi, vbi non eſt mora, nõ currunt vſuræ: ſubaudi contrarium in caſibus, vt hic dicit &c.

k *Stipulamur*. i. ſtipulari poſſumus. & non habeas. ſ. ſi.

l *Præſtetur*. ſubaudi & valet hæc ſtipulatio: vt hic, & j. de ver. ob. l. huiuſmodi. Sed contra. j. de vſur. l. cum quidam. vbi dicit non valere: ſed currebant ibi minores vſuræ: vnde eodem tempore non debent currere maiores pro eadem ſorte: hic autem nullæ aliæ.

EIus.} CASVS. Quidam miſit ſeruum ſuum in prouinciã, vt ibi pecuniam ſuam fœneraret: deceſsit inſtituto ſeruo D ſuo herede cum aliis duobus, antequam ſciuiſſet dominũ deceſsiſſe, medio tẽpore exegit. mutuauit. ſtipulatus eſt. pignora accepit. de hoc quarto non determinat, an valeat quod exegit. & dicit quòd primus actus valuit: & ipſo iure liberantur hi à quibus exegit, ſi ignorauerunt dominum deceſsiſſe: & communicabitur pecunia inter coheredes per act. neg. geſt. non famil. erciſ. Inſuper etiam mutuauit: & dicitur, pro parte ſua tenet, & non aliorũ. & hoc probat per ſimilitudinem quã inducit. Et poſtea reſpon. tacitæ obiectioni, quòd ſicut valuit actus de aliis à ſe liberãdis: ſic de aliis ſibi obligãdis. ſed hoc non eſt verum: ſed rationem non aſsignat. poteſt tamen eſſe ratio, quia proniora ſunt iura ad liberandum, quàm ad obligandum. Tertio diſtinguitur, an ſtipulatus eſt ſibi, aut domino: ſi domino, non valet. ſi ſibi: aut ante aditam hereditatem, aut poſt. ſi ante, acquiritur here. ſi poſt, aut ſciuerunt eum coheredem: & tunc non acquirit eis. aut ignorauerunt: & tunc ipſe pro duabus partibus eis, & ipſi ei pro vna parte acquirunt. Viuianus.

m *Eius*. pone Titij. Accurſius.

n *Kalendario*. id eſt nominibus faciendis: vt infra de leg. iij. A qui filium. & l. vxorem. §. legauerat. Accurſius.

o *Recitatum*. de recitatione ideo ponit, quia ſecundum has ll. ante aperturam tabularum non adibatur hereditas, niſi quis eſſet in totum inſtitutus, vel eſſet de liberis: vt Cod. de cadu. tollen. §. j. & infra de iur. & fac. igno. l. j. in fin. vnde nec ante competebat libertas. quod enim dicitur ſeruos ſtatim heredes fieri: vt inſtitu. de hered. quali. & diff. §. j. verum eſt ſi iam poſsit adiri hereditas, ſecundum Azo. Vel dic quòd etiã olim in ſeruis nõ erat neceſſaria apertura: vt argu. C. de iure deli. l. iij. & inſtitu. de hered. qua. & diffe. §. j. ſed ſic euenit quod hic fuit recitatum, vt alij non neceſſarij forte poſſent adire.

## XLI. AFRICANVS libro octauo Quæſtionum.

EIus[m] qui in prouincia Stichum ſeruum kalendario[n] † præpoſuerat, Romæ teſtamẽtum recitatum[o] erat, quo idem Stichus liber,[p] & ex parte[q] heres erat ſcriptus. qui ſtatus[r] ſui ignarus pecunias defuncti[s] aut exegit, aut[t] credidit,[u] vt[x] interdum ſtipularetur,[y] & pignora acciperet. Conſulebatur quid de his[z] iuris eſſet. Placebat,[a] debitores quidẽ qui ei ſoluiſ- C ſent, liberatos[b] eſſe: ſi modo ipſi quoque ignoraſſent[c] dominum deceſsiſſe.* Earum autem ſummarum nomine quæ ad Stichum perueniſſent, familiæ erciſcundæ quidem actionem non competere[d] coheredibus, ſed ne-

p *Liber*. in ſolidum: vt infra de libe. cau. duobus. Accurſius.

q *Parte*. dimidia, vel tertia.

r *Status*. id eſt libertatis: quæ ſecundum ius naturale primæuus ſtat⁹ hominis eſt. Nã teſtatore mortuo liber & heres eius eſt: vt eſt inſtitu. de here. qua. & diffe. §. primo. Azo.

s *Defuncti*. ſub his verbis duæ fuerunt improprietates. Prima eſt in eo quod dicit, pecunias defuncti: cum defunctus nil habeat. Mors enim omnia ſoluit: vt in auth. de nu. §. deinceps. col. iiij. Sed dicitur pecunia defuncti, id eſt quondam Titij qui poſtea defunctus eſt. Secunda eſt: quia non erat ſua, ſed ſibi debita. Azo. ſic & ſupra e. l. ſi & me in fine. Accurſius.

t *Aut*. pro &.

u *Credidit*. ſine ſtipulatione: & hoc fuit ſecundum. & ſtipulatus eſt: & hoc ſubiicit: & fuit iſtud tertium. Accurſius.

x *Vt*. ponitur pro, &.

y *Stipularetur*. hoc tertium ſubdiuidet in ſolutione.

z *De his*. ſcilicet tribus quæſtionibus. Accurſius.

a *Placebat*. hic de prima quæſtione tractat, & ſoluit. Accurſius.

b *Liberatos*. ipſo iure ſi pecunia eſt hereditati quæſita. aliàs per exceptionem, vt quia mala fide recepiſſet: vt infra de ſol. vero. §. j. & l. ſi quis ſeruo. & l. cum quis. §. j. & l. qui hominem. §. ſi Titium.

D c *Ignoraſſent*. ergo ſi ſciuiſſent, non liberantur. Sed contra. j. de inſtito. l. ſi quis mancipiis. §. & ſi impubes. in fine. ibi enim ſciebant mortuum dominum eſſe: & tamen ſoluendo inſtitori, liberantur. Sol. ibi credebant quòd heredes vterentur eodem inſtitore, eo quòd non videbant reuocatum: ar. infra de ſolu. l. quod ſeruus. & l. ſi quis ſeruo. hic ergo eſſet idẽ ſi ſcirent dominum mortuum, & crederent debitores iſtos eſſe heredes, & vti iſto inſtitore: vt ibi. vel aliud in inſtitore. ſed iudicis delegati ſententia non valet, ſi eſt mortuus delegans ante lit. conteſta. licet ignoret: vt ſ. de iuriſd. om. iudi. l. & quia.

d *Non competere*. duabus rationibus. Prima, quia non exigit vt heres: vt ſ. familiæ erciſcundæ l. qui erat. circa fi. & l. & puto. §. ſed ſi dolo. Secunda, quia pro parte negotium potuit expediri: vt ſ. familiæ erciſcundæ. l. heredes. §. ſi vnus. ſed contra. ſupra familiæ erciſcundæ. l. Mæuius. §. ſeruus. vbi familiæ erciſcundæ actionem dicit dari. Solu. ibi de acquiſitis ſiue geſtis in bonis defuncti ante mortem teſtatoris: hic de acquiſitis poſt, ſiue debitis. ADDITIO. Iſta vltima. ſol. reprobatur: ideo dic quod hic pecunia erat conſumpta per inſtitorem: ſed ibi non, ſed extabat, ſecundum Bartolum, Alexan. & Iaſ.

a *Negotiorum geſtorum*. ſed quomodo de quatuor modis potuit dici negotium coheredis Stichi fuiſſe? Reſpō. ratihabitione: quia nomine eorū videtur feciſſe, cum fecit nomine defuncti cuius ſunt heredes: argumentum in authentica de iureiurando à moriente præſtito, §. primo, collatione quinta. Vel dic ſecundum Hugo. in ſubſidium demum haberi ratum: quia debitores liberati ſunt: vt C. de rei vindicatione, l. ege, mater. & de rebus alienis, l. prima. Accurſius.

b *Quas vero*. nunc ad ſecūdam quæſtionem.

c *Alienatas eſſe*. Sed nec etiam pro illa, cū errauerit: vt j. de contrahē. emptio. & ſi cōſenſum. in fin. & infra de acquirē. rerum do. l. ſi procurator. infra de condic. cau. da. l. iij. §. ſubtilius. quæ ſunt cōtra. Solut. ſecundum Ioan. ſpeciale in pecunia credita: vt hic, & ſupra eod. l. ſingularia. Alij dicunt quòd hic non errauit. nā credebat domini eſſe, & ipſe erat dominus. Tu autem diſtingue cū quis ignorat rem eſſe ſuam quam tradit, vel iubet tradi: aut putat eā eſſe ei' cui tradidit, & ideo nihil ad eum aperta ratione tranſit, ſcilicet quia tradens nihil voluit in eum trāsferre, cum crederet eū eſſe dominum: vt dicto. §. ſubtilius. aut putat eſſe tertij: & tunc aut eſt eius à quo dominium habet. & auctoritatem alienandi: & tunc transfertur: vt hic. aut eius à quo non habet, & tunc non transfertur: vt infra de acquiren. re. do. l. ſi procurator. & d. l. infra de contrah. empt. & ſi conſenſum. §. fina.

A

gotiorum geſtorum[a] dari debere. quas verò[b] pecunias ipſe crediſſet, eas non ex maiore parte quàm ex qua ipſe heres eſſet, alienatas eſſe[c]. Nam & ſi tibi[d] in hoc dederim nummos, vt eos Sticho credas, deinde mortuo me ignorans dederis, accipiētis non facies[e]. Neque enim ſicut illud receptum[f] eſt, vt debitores ſoluentes ei liberentur, ita hoc quoque rece-

B

ptum, vt credendo nummo* alienaret[g]. quare ſi nulla ſtipulatio interueniſſet, neque vt creditam pecuniam pro parte coheredis peti poſſe, neq; pignora teneri[h]. Quod ſi ſtipulatus[i] quoque eſſet, referret quemadmodum ſtipulatus eſſet. nam ſi nominatim, fortè Titio domino ſuo mortuo iam[k], dari ſtipulatus ſit[l], proculdubio inutiliter eſſet ſtipulatus. quod ſi ſibi[m] dari ſtipulatus eſſet, dicendum hereditati eum adquiſiuiſſe[n]. Sicut enim[o] nobiſmetipſis ex re noſtra per eos qui liberi vel alieni

C

d *Nam & ſi tibi*. bonum ſimile. ſicut enim hic reuocatur morte mandatum, & poſtea non facit accipientis: ita nec ſuperiori caſu cum teſtator præcepit nomina fieri, & ſic dominium transferri, & mortuus eſt. & dicas quòd dati fuerunt hic nummi vt ſpecies: & ſic eo mortuo non poterat transferre dominium in accipientem: vt infra de dona. l. ſi cum filiusfami. §. ſi pecuniam. in fi. §. ſecus ſi eos dederit vt quantitatem: vt infra de dona. hoc iure §. ſi quis dederit. quæ eſt contra. eſt enim tunc ſua facta quantitas quam in alium transferre poſtea poſſet. ſed certe & quando vt ſpecies dantur, videtur non reuocatum mandatum: vt infra de acquirend. poſ. l. fundi. §. item ſi amicus. quæ eſt contra. Solu. ibi ipſe dominus ad hoc tenebatur ex empto: vnde facilius dicimus non reuocari mandatum.

e *Non facies*. quia mandatum morte reuocatum eſt: vt inſtit. manda. §. recte. & j. manda. l. inter cauſas. cum ſimilibus.

D

f *Receptum*. vt ſupra §. proxi. ibi enim non finitur mandatum morte. & eſt ratio, quia proniores, & cætera. vt infra de actio. & oblig. l. Arrianus.

g *Alienaret*. niſi pro parte ſua. Accurſius.

h *Teneri*. cum principale non teneat: vt j. de reg. iur. cū principalis. ſed conſumptione[a] facta reconciliatur mutuum, & pignora tenentur: vt infra de fideiuſ. l. ſi quis pro eo. §. nummos. ſed non aperit cui. ſed infra dicam in gloſ. quæ incipit, generaliter.[b] & in glo. idem & ſi haberent.

i *Quod ſi ſtipulatus*. nunc ad tertiam quæſtionem.

k *Mortuo iam*. hoc non expreſſo. Azo.

l *Stipulatus*. vt infra de ſtipu. ſer. l. ſi ſeruus communis. §. ſeruus capto. & ſic demum facta conſumptione reconciliatur mutuum.

m *Quod ſi ſibi*. idem ſi ſimpliciter: vt ar. inſt. de ſtip. ſer. §. ſiue. & infra de ſtipu. ſeruo. l. ſiue. A d d i t i o. Dic quòd illa iura procedunt quando viuit dominus: hic quando eſt mortuus, ſecundum Iaſo.

n *Adquiſiuiſſe*. pro portionibus coheredum: pro ſua ſibi quæſiuit. Azo.



A

o *Sicut enim*. aliàs non reperitur hæc regula: ergo no. Io.

p *Hereditati*. iacenti. immo ſemper heredibus, nunquā hereditati acquirit. nam alij erant neceſſarij ſicut ipſe: vnde ſtatim ſunt heredes: vel ipſe ſaltem erat heres: vt inſtit. de here. qua. & dif. §. j. & ita hereditas non poteſt dici. Reſpon. remanet hereditas pro partib' aliorū qui nō erāt neceſſarij ſicut ipſe: & ideo dicit infra quòd forte ipſi quoque &c.

q *Re*. ſ. pecunia.

r *Non æquè idē*. ſcilicet generaliter. nam ſubdiſtinguitur hic caſus ſcilicet poſt aditā hereditatē, an ſcirent ſibi hunc coheredē datum & ſic liberum: vt tunc per eum non acquirāt: alias ſic. Et no. quòd in pignoribus nō reſpōdet Africanus auctor huius legis. Quid ergo? pro ſua parte ſibi obligata ſunt: ſed aliis coheredibus pro partibus eorum non: vt j. proxi. §. niſi in eo caſu quo eis datur actio: vel conſumptione, vel ſtipulatione ſimpliciter facta: vt j. de fideiuſſo. l. ſi quis pro eo. §. ſi nummos.

ſerui bona fide ſeruiunt, adquiratur, ita hereditati[p] quoque ex re[q] hereditaria adquiri. poſt aditam verò à coheredibus hereditatem nō æque[r] idem dici poteſt: vtique ſi ſcierint eum ſibi coheredem datum: quoniam tunc non poſſent videri bonæ fidei poſſeſſores eſſe, qui nec poſsidendi animum haberent.[s] Quod ſi proponatur coheredes eius id igno-

B

raſſe[t], quòd fortè ipſi quoque ex neceſſariis[u] fuerint, poteſt adhuc idem reſponderi[x]. quo quidem caſu[y] illud euenturum eſt, vt ſi ſuæ conditionis[z] coheredes iſte ſeruus habeat, inuicem bona fide ſeruire[a] videantur.

*Qui in defectum alterius ſoluere promiſit, petitione aduerſus illum primum facta non liberatur, ſed facta exactione ſic. & idem econtra ſi accipiatur à ſecundo. h. d. vſque ad §. Labeo. Alex. de Imo.*

XLII. C E L S V S libro ſexto Digeſtorum.

SI ego decē ſtipulatus à Titio, deinceps ſtipuler à Seio quāto minus[b] à Titio cōſequi

C

s *Haberent*. idem & ſi haberēt. nec enim ſolo animo incipere poſſunt poſsidere: vt infra de acquirē. poſſeſ. l. iij. j. reſpon. Sed cui hoc caſu acquirit? Reſpon. ei ſoli qui numerauit. ſi ſtipulatus eſt ſibi: vel ſi ſimpliciter conſumptione facta. nec ob. ſi dicas quòd nomine alterius nō ſuo numerauit, ſaltem pro aliorum partibus: & totiens actio ex conſumptione detur, quotiens &c. vt ſ. eo. ſi filius. quia & aliàs hoc contingit, quòd alienam pecuniā & alieno nomine mutuat, & tamen cōdictio datur numeranti: vt C. eo. l. iiij. Vel ſecundo dic vt ſ. in glo.[c] generaliter. in fi. ſecundum Azo. Item quid eſt in aliis duobus caſibus, ſcilicet cum nondū eſt adita hereditas? Item & cū eſt adita hereditas: ſed vtroq; caſu coheredes neſciunt hunc coheredem in vtroq; caſu: & ipſe ſtipulatus eſt ſibi, vel ſimpliciter coheredes conſtat ex ſtipulatu agere non poſſe. de ipſo nō videtur: quia voluit alij acquirere ſtipulationem, id eſt domino. Item ex cōſumptione nō videtur, ſiue ex numeratione, quādo ſtipulatio fuit ſubſecuta: vt j. de noua. l. cum enim? Reſpon. ſatis poteſt dici[d] dari vtilem actionem pro parte ſua ex ſtipulatu ſtipulanti: licet gereret in animo alij ſcilicet domino acquirere: ſic infra de acquir. re. do. l. liber homo. §. fi.

*c Dic quòd ibi eſt alia quæſtio quā hic, ſecundum præd.*

*d Reprobatur ſecundū Bar. Pau. Ale. & Iaſ.*

t *Ignoraſſe*. ſcilicet eum coheredem, & ſic liberum.

u *Ex neceſſariis*. Vnde illud: Seruus neſcit quid faciat dominus eius.

D

x *Reſponderi*. quod dicimus ante aditam hereditatem.

y *Quo quidem caſu*. id eſt adita hereditate: & iſtis ignorātibus hūc coheredē: vel ſecundū alios, id eſt ante aditā hereditatē.

z *Conditionis*. id eſt ignorantes eum liberum.

a *Seruire videantur*. & ſic poſsident ſe, & ſibi inuicē acquirūt. & hoc eſt de fictione iuris. Nam verum eſt quòd qui poſsidetur, alium poſsidere non poteſt: vt j. de acqui. re. domi. homo liber. in fi. ſed hereditatem dico nō poſsidere: vt j. ſi quis teſt. li. eſſe iuſ. fuerit. l. j. §. Scæuola.

SI ego.} C A S V S. Promiſiſti mihi decē. quia credebā tunc te nō poſſe ſoluere ſolida x. ſtipulatus ſum à Seio quanto minus cōſequi poſſem à te. ſi cōtra te inſtitui actionē, non ꝓpter hoc liberabitur Seius, niſi tota x. in lite eſſem cōſecutus. Sed pone ꝙ primo agerē cum Seio ad quinq;: ſed nō ſum conſecutus niſi tria, quia ſoluendo nō eſt: quia vidi te Titium ſoluere poſſe v. tantū: ſi tu poſtea factus fueris ſoluendo, nō ideo plus conſequar à te. {L A B E O.} Promiſi me curaturū tibi dari x. nō vt tibi darem x. ſi dedero tibi expromiſſorē, an ſum liberatus, quæritur. Et dicitur quòd ſic: quia præciſe compelli non debeo ſoluere: ſed ſufficit ſi dedero expromiſſorem. Viuia.

b *Quanto minus*. hæc ſunt verba ſtipulatoris, quāto minus &c.

a *Poſſim.* id eſt ex poſsibilitate conſecutus fuero. ſic & ſupra de re.diui.l.ſi. Accurſius.
b *A Titio.* nec exegero.
c *Non liberatur.* hoc ipſo quòd petij, niſi exegiſſem: & totum, vt ſubiicit, at ſi &c.

A *creditor vel debitor: & hoc ſimiliter de credulitate: vt in authenti. vt hi qui ob.per.§.1.col.6. Itē teſtis: & hoc de veritate: vt C.de teſti.l.iureiurā do. & l.teſtiū. Item operarum: vt infra de ope.lib.l.vt iuriſiurandi. Item purgationis: vt C.de his qui ad eccle.con.l.præſenti.§.ſicubi. Item ratione ætatis: vt in conſtitu.de pa.te.c.hac edictali.§.item ſacramenta. Item iudicis & aduocati: vt C.de iud.l.rem non nouam.*

poſsim[a]: ſi decē petiero à Titio[b], nō liberatur[c] Seius. alioquin[d] † nequicquā mihi caueatur[e]. Atſi iudicatum fecerit Titius[f], nihil vltra Seius tenebitur.[g] Sed ſi cum Seio egero[h], quantumcunque eſt quo minus[i] à Titio exigere potuero[k] eo tempore quo iudicium inter me & Seium acceptum eſt, tanto minus[l] à Titio poſtea petere poſſum.[m]

*Imperſonalitas circa verbum executiuū, obligationem non vitiat: & tunc dando fideiuſſorem idoneum liberatur.* Bartolus.

Labeo ait, *cum decem curari[n] ſtipulatus ſis, ideo * non poſſe te decem dari oportere intendere, quia etiam reum locupletiorem dando promiſſor liberari poſsit. quo ſcilicet ſignificet non eſſe cogendum[o] eum accipere iudicium, ſi reum locupletem offerat.

## DE IVREIVRANDO ſiue voluntario, ſiue neceſſario, ſiue iudiciali.

### TITVLVS II.

*Iuſiurandum eſt inductum ad lites finiendas.*

I. GAIVS libro quinto ad Edictum Prouinciale.

MAximū remedium[p] expediēdarum litiū in vſum venit iuriſiurandi* religio: qua vel ex pactione[q] ipſorū litigatorū, vel ex auctoritate iudicis deciduntur controuerſiæ.

II. PAVLVS libro decimooctauo ad Edictum.

B IVſiurandum ſpeciē tranſactionis continet,[r] maioremque[s] habet auctoritatem quàm res iudicata.

*Iuramento præſtito aduerſario deferente ſtandum eſt in omnibus quo ad ipſos litigātes: ſecus quo ad extraneos. hoc dicit vſque ad §.iurari.* Bartolus.

III. VLPIANVS libro viceſimoſecundo ad Edictum.

AIt prætor: *Si is*[t] *cum quo agetur, conditione delata*[u] *iurauerit.*[x] Eum cū quo agetur, accipere debemus ipſum reum. † Nec fruſtra adiicitur, *conditione delata.* nā ſi reus iurauerit nemine ei iuſiurandū deferente, prætor id iuſiurandum non tuebitur. ſibi enim C iurauit. alioquin facillimus quiſque ad iuſiurandum decurrens, nemine ſibi deferente

d *Alioquin.* id eſt ſi diceres eum liberari ſola conuentione Titij. Io.
e *Caueatur.* id eſt nullam cautelam haberē contra Seium.
f *Titius.* id eſt condēnatus fuit in totum.
g *Tenebitur.* non dicit, liberatus eſt: quia nec fuit obligatus: vt infra de verbo.obliga.l. decem.
h *Sed ſi cum Seio egero.* ſcilicet primo: qui nō debet conueniri antequam Titius cōueniatur, ſi eſſet dubiū quātum poſſet facere Titius: vt infra de verborum obligatio.l.decem. quæ eſt contra. Sed hic erat certū: puta quinque tantum poterat facere Titius. vnde Seium conuenio in aliis quinque. licet enim Titius ſua v. amittat vel conſumat: tamē Seius nō niſi in v. tenebitur: & hic caſus non eſt hic: & licet à Seio nil conſequar: tamen Titium non conueniā in hoc quod ſoluere non poterat tunc cum Seium conueni: ar. C. de fideiuſ. liberum. & ſic duo ſunt pacta de non petendo. ſecus in legatis, vbi non præiudicat ſibi in eligendo: vt infra de lega.j.ſi ex toto.§.j. quæ eſt contra. & hoc ſi habes in litera, quod minus. &c. ſi autē habeas, quo minus, non videtur poſſe legi niſi ponatur quo, id eſt propter quod habet Seius ſcilicet tria. & legatur ita, quantumcunque eſt, ſcilicet quod habet Seius eo tempore quo minus &c. & potero, non exponitur tunc in præterito: ſed ſecundum primam literam ſic, ſecundum Azo. & dic ſecundum Io. cum prius egiſſem cum Titio ad decem, & non poſſem exigere niſi tria: ſi poſtea egero in vij. cum Seio: & ſimiliter non ſum conſecutus ab eo niſi alia tempore huius iudicij: remanent quatuor quæ poſtea petere potero à Titio: & ſecundum hoc lege literam prout ſecundo modo legi.
i *Minus.* id eſt non. Azo.
k *Potero.* id eſt potui. Azo.
l *Tanto minus.* id eſt illud minus: & ſubaudi, non ſecundum primum caſum.
m *Poſſum.* & ſic me facere oportet. & hoc ſecūdum primum intellectum.
n *Curari.* ſi habeas dari curari, bene eſt. ſi habeas tantū, dari, tunc ſubaudi curari: & ſic valet: aliàs nō valet: vt hic, & inſtit. de inuti.ſtipu.§.ſi quis alium. & infra de verbo.obli.inter ſtipulantem.in prin. & l.illa.ij.reſpon. Accurſius.
o *Cogendum.* quia hoc ſolum promiſit ſe curaturum: ſcilicet vt decem ſoluerentur: & ideo non tenetur ad plus, vt hic, & infra de verb.oblig.l.ſi ita ſtipulatus fuero.§.j. & l. ſi quis ſtipulatus ſit.§.fi. & l.illa ſtipulatio.§.eum. Sed contra infra de lega.j.l.ſi heres.vj. char. vbi dicit heredem ſic iuſſum vt curet, teneri ad dandum. Solu. illud fauore vltimæ voluntatis. ſed ſi ſimpliciter x. promiſiſſet, non liberaretur dando fideiuſſorem: vt infra de conſtitu.pec.l.promiſſor. in fi. nam creditori ſatisfieri debet[a] quemadmodum voluit: vt j.de pig.act.ſi rem.§.omnis.

DE IVREIVRANDO, & cætera.

*Multipliciter in iuris corpore de iureiurando dicitur. Eſt enim voluntarium. & neceſſarium, & iudiciale: & hoc de veritate: de quo dicit hic titulus. & C.eod.tit. Item eſt in litem, quod procedit in infinitū. & eſt de affectione: de quo infra titu.I. dicitur. Item eſt iuramentum calumniæ, & hoc de credulitate: de quo dicitur. C.de iuramen.calum. Itē tutoris, qui eſt*

MAximū remedium. CASVS. Inter alia remedia quæ in iure reperiuntur cauſa finiendarum litium, eſt iuſiuran. & eſt maximū, ad quod peruenitur per pactū litigantium aut per iudicem. Viuia.
p *Maximum remedium.* triplex eſt remedium finiendarum litium. Sententia: vt infra de re iudi.l. prima. Item tranſactio: vt C. de tranſactio. l. fratris. Item iuſiurandum, & hoc eſt maximum: vt hic: & dices infra lege proxi.
q *Pactione.* ſcilicet extra iudicium: & dicitur conuentionale: vt infra eod.l.iuſiurandum quod ex. Iudiciale autem eſt, quod defertur à parte parti in iudicio, iudice approbante & confortante: licet quidam dicāt hoc neceſſarium. quandoque tamen aliter accipitur iudiciale: vt C.de iudi.l. rem non nouā. & eſt neceſſarium: quia ipſe iudex defert, & etiam conſtringit ad iurandum: vt infra de in lit.iur.l.fina. niſi iuſtam cauſam viderit recuſandi: vt C.e.l.generaliter.§.ſin autem. ſed quidam hoc voluntarium appellant: quod nihil eſt. Accurſius.
r IVſiurandum. *Continet.* prout tranſactio large accipitur, quaſi litis deciſio: ſed prout ſpecies, tunc eſſet ſpecies oppoſita. Ecce ergo tria remedia quę dixi.ſ.l.prox. & ſunt paria in excipiēdo. Nā ex tranſactione datur exceptio: vt C.de pactis.l.cū proponas. Itē ex iureiurādo, & ex ſententia: vt inſt.de excep.§.æque ſi debitor. & §.ſeq. Superat autē vnū aliud in multis. ecce enim iuſiurandū tranſactionē excedit: quia ex eo agitur: vt C.de reb.cred.l.actori. ex trāſactione nō: vt C.de trāſactio. ſiue apud acta. & C.de pact.l.cū proponas. Aequiparantur autē in naturali obligatione, quā vtrunq; tollit. j. de ſol.Stichū.§.naturalis. Itē iuſiurandū, & res iudicata, pares ſunt in agendo: vt C.de rebus credit.actori. ſed ſentētia ſuperat iuramentū D in multis. Sentētia enim cōtra ſententiā nō valet: vt C.quando prouo.non eſt neceſſe.l.prima. Sed contra iuramentū ſic: vt j.eo.l.nā poſtea.§.ſi dānetur. Item ſi iuraui me patronū, pro patrono non habebor quo ad ſuccedendū. ſecus ſi ſententia pro me feratur: vt j.de iure patro.ſi iurauero. Item ſententia non retractatur per inſtrumenta poſt reperta, niſi in caſu: vt j.de re iudi.imperatores. & C.de re iudi.ſub ſpecie. ſecus in ſacramento[b]: vt j.eo.l.admonēdi. Et cōtrà minoris auctoritatis eſt ſententia: quia minor contra eū reſtituitur: vt C. ſi aduer. rem iudi.per totū tit. ſed nō cōtra ſacramentū: vt C.ſi minor ſe ma.di.ſi alterius. Item iuſiurandū tollit naturalem obligationem ipſo iure: vt j.de ſolu.Stichum.§.naturalis. non ſic in ſentētia: vt j.de condi.inde.Iulianus. Item à iuramento non prouocatur nec receditur niſi in caſu: vt C.eod.l.fin. à ſententia ſic. & propter hoc dicit, maioremque, &c.
s *Maioremq;.* ſcilicet in quibuſdam: vt modo dixi. & eſt ratio: quia nititur auctoritate iudicis approbantis delationē, & voluntate partium deferentiū & referentiū: ſed res iudicata ſolius iudicis auctoritate: ideoque primum plus valet: vt argu.ſ. de eden.l.ſi quis ex argentariis.§.primo. Accurſius.
t A*It prætor.* c*Si is.* ſcilicet reus. Accurſius.
u *Delata.* id eſt dato ſibi iuramento.
x *Iurauerit.* ſupple, eius rei &c. vt j.eo.l.ait prætor.

*† No. quòd fieri debet interpretatio vt ſtipulatio ad cautelā adiecta poſſit prodeſſe & operari. facit.l. quotiens in ſtipulationibus. j.de ver.obl. & c.abbate. de ver.ſignifi.*

*Coniunge l.illa ſtipulatio.67.de ver.obli.l.ſi quis ab alio.de re iud.

*Bud. legit non ideo. i. nō cōtinuo, tiō protin9.

*a Scribētes hic, & maximè Bal. dicūt iſtam glo.ſing.ad hoc quòd debitor carceratus nō poteſt exire de carcere, niſi ſoluat etiā ſi velit dare fideiuſſorē. & ſic cogitur ſoluere præciſe: quod intellige vt hic dicitur in ſecundis interpretatio. Bolog.*

*b Neceſſario in delatio probatione delatio...*

*c Caſus... l.vide.j.eo. ait prætor.*

Liberabit.

a *Liberabit.* ne ergo hoc ſit, dixit cõditione delata. Et ſic no. ꝙ auferetur occaſio delinquẽdi: vt inſti. vi bo. rap. §. ſed ne dum.
b *Pœnali.* Sed nonne hę perſonales ſunt? & ſic ſupra dixerat. Sed dic ſupra de ordinaria, hic de extraordinaria dicit: ſicut eſt illa, nau. cau. ſtab. vt s̃. nau. cau. ſtab. l. idem. §. ait prætor.

A quæ ſunt ſimiliter contrariæ. Accurſius.
l *Nec nocebit.* vt hic. Not. ergo quòd factum matris filio non nocet: vt hic. Sed contra j̃. de Carbo. edict. l. j. §. ſi. Sol. ibi contra ipſum filium erat ſententia lata: ſecus ſi contra matrem: quia tunc non noceret: vt hic dicitur. *Matris factum filio non nocet.*

c *Agatur.* Quid in criminali cauſa? Reſpon. idem, vt ar. j̃. eo. l. eum qui. §. in popularibus. licet enim non teneat tranſactio in criminali quando non ingeritur pœna ſanguinis, vt C. de trãſactio. trãſigere. delatio tamen ſacramẽti tenet tantum facta à parte parti: quia nõ ſic videtur cõfiteri de crimine iurãdo: imò negat: vt j̃. eo. l. ſi duo. §. idem Iulianus. ſicut tranſigit: vt infra de condic. fur. l. pro fure. §. furti. & ſupra de his qui no. infa. l. quoniam. Iudex autem in inopia probationum non ita facile decurret ad delationem iuramenti in criminali ſicut in pecuniaria cauſa: quia reus eſt abſoluendus crimine plene non probato: vt C. de probat. ſciant. Itẽ quid in cauſa matrimoniali, ſi detulit vxor iuſiurandum viro vt iuret maritus ſe maritũ non eſſe? videtur quòd nõ præiudicet ſi poſtea veritas inueniatur ꝙ ſit maritus. ſic enim eſſet ſi iudicaretur ꝙ non eſſet maritus, & veritas poſtea pateret eccleſiæ: vt in Decreta. de ſenten. & re iudica. ca. lator. Itẽ quid in cauſa conuerſionis & monachationis? Videtur quòd ſit ſtandum: vt C. ad l. Iul. repet. l. fi. & j̃. proxi. reſponſo. Sed dic contra, vt arg. in authen. vt lice. ma. & auiæ. §. quia vero & ex conſenſu. col. viij.
d *Si de poſſeſſione.* dãda mulieri nomine vẽtris.
e *Contradiceretur.* quòd non ſit prægnans.
f *Vel ipſa iurauit.* ſcilicet ſe prægnãtem eſſe. Ioan.
g *Contra eam.* ſcilicet iuratum eſt.
h *Ne conueniatur.* ab eo qui detulit. Io.
i *In poſſeſſionem.* & per hoc iuſiurandũ preſumitur quòd non fuerit in calumnia: & ſic non conuenitur: vt s̃. de his qui not. infa. l. ea quæ. aliàs act. in factum vſq; ad annum tenetur ad intereſſe: vt j̃. ſi mu. ven. no. in poſſ. calum. cauſa. l. j. §. hanc autẽ. & §. ſi mulier. & §. competit. & §. intereſſe.
k *Nocet.* ſcilicet partui: vt j̃. eo. l. nam poſtea. §. fi. & l. ſeq. & j̃. ſi mu. ven. no. l. j. §. j. & C. de tranſactio. l. tranſactio matris. ſed hoc fallit quando alius fingitur non alius: quod euenit ratione poteſtatis patriæ vel dominicæ: vt j̃. e. l. ſeruus. vſque ad l. qui iuraſſe. quæ ſunt contrariæ. Item ratione ſocietatis: vt j̃. e. l. duobus. & l. ſi duo. §. idem dicemus. quæ ſunt contrariæ. Item ratione contractus: vt j̃. e. l. ſi duo. §. ſi quis iurauerit. & §. Marcellus. quæ eſt contra. Item ratione procurationis: vt infra eo. l. iuſiurandum quod ex conuentione. §. fina. & l. ſeq.

te iuſiurandum, oneribus actionũ ſe liberabit.[a] ¶ Quacunq; autẽ actione quis conueniatur, ſi iurauerit, proficiet ei iuſiurandũ: ſiue in perſonã, ſiue in rẽ, ſiue in factũ, ſiue pęnali[b] actione, vel quauis alia agatur[c], ſiue de interdicto. Sed & ſi de cõditione perſonæ fuerit iuratũ, prętor iuſiurãdum tuebitur: vtputa detuli iuſiurandum, & iuraſti in poteſtate mea te nõ eſſe: tuendũ erit iuſiurandum. B ¶ Vnde Marcellus ſcribit, etiã de eo iurari poſſe, an pręgnas ſit mulier: vel non ſit: & iuriurando ſtãdum. Deniq; ait, ſi de poſſeſsiõe[d] erat quæſtio, ſeruari oportere: ſi fortè quaſi prægnas ire in poſſeſſionem volebat: & cũ ei contradiceretur,[e] vel ipſa iurauit[f] ſe prægnatem, vel contra eã[g] iuratum eſt. nam ſi ipſa, ibit in poſſeſsionem ſine metu. ſi cõtra eam: non ibit: quanuis verè prægnas fuerit. Proderitq; (inquit Marcellus) mulieri iuranti iuſiurandum, ne cõueniatur[h] quaſi calumniæ cauſa ventris nomine fuerit in poſſeſsionem,[i] néve vim patiatur in poſſeſsione. C Sed an iuſiurãdum eouſq; proſit, vt poſt editum partum non quæratur ex eo editus an nõ ſit, cuius eſſe dicitur, Marcellus tractat. & ait veritatẽ eſſe quærendam: quia iuſiurandum * alteri neq; prodeſt neque nocet.[k] Matris igitur iuſiurandum partui nõ proficiet, nec nocebit,[l] ſi mater[m] detulerit, & iuretur ex eo prægnas non eſſe.

*Iurari debet eo modo quo defertur: dum tamen ſit modus licitus: & poſtquam eſt iuratum, habetur pro vero. h. d. cum l. ſequen. vſque ad §. ſi neque. Bartolus.*

D Iurari autẽ oportet vt delatũ eſt iuſiurandum.[n] cęterũ ſi ego detuli vt per deũ iurares, tu per caput tuum iuraſti,

IIII. PAVLVS libro octauodecimo ad Edictum.

VEl filiorum tuorum:

V. VLPIANVS libro vicenſimoſecundo ad Edictum.

NOn erit ratũ† habendũ iuſiurandum. Quòd ſi exegi vt per† ſalutem tuam iurares, & iuraſti, ſtabitur.[o]† Omne enim omnino licitũ iuſiurandũ per quod voluit quis ſibi iurari, idoneũ eſt:[p] B & ſi ex eo fuerit iuratũ, prætor id tuebitur. ¶ Diuus Pius iureiurando quod propria[q] ſuperſtitione iuratũ eſt, ſtandum reſcripſit. ¶ Dato iureiurãdo non aliud[r] quæritur, quàm an iuratum ſit: remiſſa quæſtione an debeatur: quaſi ſatis probatũ * ſit iureiurãdo. ¶ Sed ſi quis illicitum iuſiurandũ detulerit, ſcilicet improbatæ publicè religionis:[s] videam an pro eo habeatur, atq; ſi iuratũ non eſſet. quod magis exiſtimo dicendum.

*Iuramenti delatio intelligitur vt incontinenti iuretur vel remittatur: ſed ſi remittatur, pro non delato habetur: & remittere, eſt volenti iurare iuramenti gratiam facere. h. d. cum l. ſeq. Bartolus.*

C Si neq; iuratum[t] eſt, neq; remiſſum[u] iuſiurandũ, pro eo debet haberi, atq; ſi res in iuſiurandũ admiſſa nõ eſſet[x]. proinde ſi poſtea[y] iurare paratus ſit, nihil ei hoc iuſiurandum proficiet: quia ex eo quod delatum eſt, iuratum nõ eſt.

VI. PAVLVS libro nonodecimo ad Edictum.

REmittit iuſiurandũ, qui deferente ſe, cum paratus eſſet aduerſarius iurare, gratiam ei facit, contentus voluntate ſuſcepti[z] iuriſiurandi. D Quod ſi non ſuſcepit iuſiurandum, licet poſtea parato iurare actor nolit deferre, non videbitur remiſſum. Nam quod ſuſceptum eſt, remitti debet[a].

m *Si mater.* bene dico non nocebit, & mater, & cætera.
n *Iuſiurandũ.* ſic quando hereditas reſtituẽda eſt: vt j̃. ad Trebel. ſed & ſi ante.
o NOn erit. Stabitur. vt j̃. codẽ. l. qui per ſalutem. † *iuratum.*
p *Idoneum eſt.* niſi ſpecialiter à iure prohibeatur: vt j̃. ea. l. §. ſed & ſi quis. & j̃. de cõdi. inſt. l. quæ ſub conditione in princip. Item not. hic quòd ſatis eſt ſi ſit aliquid ad voluntatem eius cui ſit: vt j̃. de pign. actio. l. ſi rem. §. omnis. & j̃. quib. modis pignus vel hypo. ſol. item liberatur. §. j. & §. ſecundo. & s̃. qui ſatiſda. cogan. l. prima. & j̃. de in rem ver. l. tertia. §. necnon illud. Accurſius.
q *Propria.* id eſt propria vana religione: puta Apollinis vel Dianæ. ſed alibi non eſt non: & tunc pone caſum in Iudæo, qui licet iuret per Deũ ſuũ, vel Sarraceno, ſtandum eſt.
r *Dato iureiurando, non aliud.* vt j̃. eo. l. duobus. in fine. & l. nam poſtea. §. j. & argu. infra de re iud. poſt rem. & j̃. de ædil. edic. quòd ſi nolit. §. in factum. ſed certe imò quæritur an ſit reuocatum: vt C. eo. l. ſi quis iureiurando. Item an ſit ab eo delatum qui potuit deferre: vt j̃. eod. l. iuſiurandũ. §. j. Dic ergo quòd iſtud non, nihil aliud excludit niſi debiti quæſtionem: ſed & debiti quæſtio ſit quandoque: vt C. eod. l. fi.[b] & j̃. eo. l. admonendi.[c] & ſupra de dolo. ſi legatarius.[d] quæ ſunt cõtra: ſed ſpecialia ſunt. Accurſius.
s *Religionis.* Apollinis vel Dianæ: vt s̃. eod. §. diuus. ſecus ſi non eſt publicè reprobata: vt ſi iuro per crede mihi, vt faciunt monachi. Accurſius.

t *Si neque iuratum.* cum fuiſſet delatum. Accurſius.
u *Remiſſum.* à deferente: vt j̃. l. proxi. in prin.
x *Non eſſet.* ſic legatum habetur pro non relicto, ſi legatarius repudiat: vt j̃. de lega. j. legatarius. §. ſi legatum. Accurſius.
y *Si poſtea.* ex interuallo, cum ad alium actum diuertiſſet:[e] vt arg. infra de duo. reis ſtipu. duos. §. fina. & infra ad l. Falcid. l. j. §. item ſi ita legatum.
z REmittit. Suſcepti. ad faciendum. Et ſic no. quòd iurare videtur, cum per eum non remaneat[f]: vt hic, & ſupra l. proxi. §. fina. & C. eo. l. actori. & infra eodem. l. nam poſtea. §. j. Accurſius.
a *Debet.* hoc autem non fuit ſuſceptum cum debuit: & ideo non videtur remitti: vt s̃. l. proxi. in fine.

*† Concor. tex. in c. 2. 22. q. 4. tex. in ca. ſi quis preſbyter & ibi glo. 2. q. 4.*
*† Quã varium & multiplex iuſiurandũ apud diuerſas gẽtes fuerit, Alex. ab Alexã. Gẽnier. lib. 5. ca. 10.*
** Iuſiurãdũ enim probationis loco eſt cum de empto puta agitur, aut alioqum certa cauſa obligationis. cũ vero dari oportere ex ea cauſa iureiu. in factũ actio cõpetit, nõ ex eo contractu. Barto.*
*b Ibi fuit in ratũ nõ inſpectis verbis teſtamenti. Iaſ.*
*c Ibi loquitur in iuramento neceſſario.*
*d Ibi fuit in ratũ nemine deferente, ſecundũ Ful. & Iaſ.*
*e Niſi acceptãti daretur tempus ad deliberandũ quid iuraret. Barto. Pau. Ale. & Iaſ.*
*f Idẽ in vaſſallo offerẽte iuramentum domino. Bald.*

*Ex iuramento oritur exceptio reo & eius ſucceſſori etiam in rem: quæ exceptio litis conteſta. impedit, niſi altiorem requirat indaginem. h.d. cum princip. l. nam poſtea. Bartolus.*

VII. VLPIANVS libro vicenſimoſecundo ad Edictum.

Ait prætor: *Eius rei de qua iuſiurandũ delatum*[a] *fuerit, neq; in ipſum, neq; in eũ ad quem ea res pertinet,*[b] *actionem dabo.*[c]

*Eius rei*, ſic erit accipiendũ: ſiue de tota re, ſiue de parte ſit iuratum.[d] Nã de eo quod iuratum eſt, pollicetur ſe actionem non daturum neq; in eum qui iurauit, neque in eos qui in locum eis cui iuſiurandum delatum eſt, ſuccedunt:

VIII. PAVLVS libro octauodecimo ad Edictum.

Etiam ſi in rem ſucceſſerint:

IX. VLPIANVS libro vicenſimoprimo ad Edictum.

Nam poſtea quàm iuratũ eſt, denegatur[e] actio. Aut ſi controuerſia erit, id eſt ſi ambigitur an iuſiurandum datum ſit,[f] exceptioni[g] locus eſt.

*Ex iuramento oritur actio & exceptio: & etiam pro veritate habetur. Alexan.*

Iureiurando dato vel remiſſo, reus quidem adquirit exceptionem ſibi, aliíſque:[h] actor verò actionem[i] adquirit: in qua hoc ſolum[k] quæritur, an iurauerit dari ſibi oportere: vel cum iurare paratus eſſet, iuſiurandum ei remiſſum ſit.

*Valet ſententia lata per iuramentum, & producit illos effectus quos produceret ſi eſſet lata per veras probationes. h. d. ſecundum primam lect. vel ſecundum aliam. Sententia lata contra iuramentum valet. Alexan.*

Si damnetur[l] quis poſt iuſiurandum ex famoſo iudicio, famoſum eſſe magis eſt.

*Iuramentum vim habet litis conteſt. ideo perpetuat actionem vbicumque per lit. conteſt. perpetuaretur. Alexan.*

Si is qui temporaria actione[m] mihi obligatus erat, detulerit iuſiurandum, vt iurẽ eum dare oportere, egoq; iurauero, tẽpore nõ liberatur:[n] quia poſt litem[o] cõteſtatam cum eo perpetuatur aduerſus eum obligatio.

*Minor aduerſus delationem iuramenti reſtituitur, & agere poteſt actione prima. & ſi excipiatur contra eum de iuramento, poterit replicari, præhabita tamen reſtitutione in integ. eodem tamen modo & intra illa tempora, ſicut ſi principaliter reſtit. in integ. petiiſſet. Alexan.*

Si minor vigintiquinque annis detulerit, & hoc ipſo captum ſe dicat, aduerſus exceptionem iuriſiurandi replicari[p] debebit, vt Pomponius ait. Ego autem puto hanc replicationem non ſemper eſſe dandam: ſed plerumq; ipſum prætorem debere cognoſcere an captus ſit.[q] & ſic in integrum reſtituere. Nec enim vtique qui minor eſt, * ſtatim & circunſcriptum ſe docuit.[r] Præterea exceptio[s] iſta ſiue cognitio ſtatutum tempus[t] poſt annum vicenſimumquintum non debet egredi.

Ait prætor.} CASVS. Ponit hic quædã verba prætoris: quæ inferius exponit. Dicit ergo quòd non debet iurari niſi deferatur iuſiuran. ſed ſi delatum fuerit: quacunq; act. quacunque ex cauſa actum fuerit, poteſt iurari, vt exẽplificat in tex. vſque ibi: vnde Marcellus. & dicit, ſi iurauerit mulier ſe prægnantem eſſe, & propter hoc miſſa ſit in poſſ. cauſa ventris, valebit: filio tamen non proderit vt ideo dicatur filius eius cuiꝰ mulier dicit eum eſſe filiũ: vnde iuramentum mulieris neque nocebit filio, neque proderit. & hoc dicit vſq; ad §. iurari. & ille planus eſt, & continuandus cum duabus ll. ſequen. vſq; ad §. diuus Pius. & abinde omnia plana ſunt vſque ad l. nam poſtea. Viuia.

a *Delatum.* & præſtitum vel remiſſum ſubaudi.

b *Pertinet.* ſcilicet ad ſucceſſorem vniuerſalem, vel ſingularem: vt j. l. prox. Accurſius.

c *Dabo.* quid boni, cũ ipſo iure cõpetat? ſed dic, id eſt cõpetentem ipſo iure efficacem nõ dimittam, ſed dabo exceptionem qua ipſa elidatur. Accurſius.

d *Sit iuratum.* nã & de parte poteſt iurari: vt j. re. amo. l. de rebus.

Nam poſtea.} CASVS in hac l. eſt planus vſque ad §. ſi is. {SI IS.} Tenebaris mihi act. temporali redhibitoria, vel quanto minoris. detuliſti mihi iuſiuran. & iuraui te teneri. ſi cõuenis me iterum exceptione quia tẽporalis fuit, replicabo de perpetuatione: & ſi tu minor xxv. an. detuliſti mihi iuſiuran. & iuraui: & tu iterum agis cõtra me: ſi excipiã quia iuratum ſit de iureiurando: replicabis de minori ætate. & hoc dicit Pompo. Vlpia. adiicit determinando, quòd cognoſcere debet iudex an ſit deceptus minor: quo caſu dabitur in integ. reſt. alioquin non. & ſi probationes alias habuerit, & eas omiſit, erit reſtituendus: & competit iſta replicatio intra annum vtilem poſt xxv. annos. {SED ET SI QVIS.} Debitor meus habebat debitorem: conuenit eum: & cum intentionem ſuam probare poſſet contra debitorem illum, detulit ei iuſiurandum in fraudem meam. ſi agam contra debitorem illum: ſi excipiat, replicabo de fraude. idem eſt ſi ille debitor meus habeat aliquos creditores contra quos poterat ſe defendere excep. pacti: vel finxit ſe habere, vt & mecum in poſſ. bo. mittatur: & detulit eis iuſiur. in fraudem meam: ſi illi petunt mitti in poſſ. bo. excipiam de fraude. {IVSIVRANDVM.} Conueni debitorem meum in iudicio: qui ſe defendit per procura. detuli illi procur. iuſiurã. & ipſe iurauit nihil mihi dominum ſuum debere. certe quæritur debitori meo except. idem econtra ſi debitor meus conuentus deferat procur. meo iuſiur. & ipſe iurauit mihi deberi, certe quæritur mihi actio in factum aduerſum debitorem deferentem. {SI PETITOR.} Egi contra te rei vindic. detuliſti mihi iuramentum: iuraui rem meam eſſe contra te. ex iſto iuramento competit mihi actio, qua non vtor contra alios: quia non debet aliis nocere &c. Viuianus.

e *Denegatur.* id eſt exceptione repellitur. Accurſius.

f *Datum ſit.* proprie. vel verius dic. i. præſtitum. Accurſius.

g *Exceptioni.* ſcilicet iuriſiurandi, admiſſo interim actore propter ambiguitatem, donec reus probet ſe iuraſſe. Vel dic exceptioni, id eſt replicationi. ſed cum nil ponat qui replicat, nõ probabit, ſed qui excipit.

h *Aliíſque.* ſcilicet ſucceſſoribus: vt ſ. e. l. ait prætor. Vel melius. id eſt fideiuſſoribus: vt infra eo. l. duobus. §. j.

i *Actionem.* ſcilicet in factũ, ſi iurauit informiter: vt Co. e. l. actori. alioquin ex hoc cõtractu: vt infra eod. l. ſi duo. §. ſi quis iurauerit. Azo.

k *Hoc ſolum.* vt ſ. eod. non erit. §. dato.

l *Si damnetur.* Dic caſum quòd actor iurauit in cauſa famoſa, & reus fuit condẽnatus: eſt quidem infamis, quia iuramentum pro veritate fit: vt j. e. ſed & ſi poſſeſſori. §. j. Vel dic quòd reus iurauit ſe non teneri: ſed conuentus poſtea non oppoſuit exceptionem: vt arg. j. de condic. indebi. l. eleganter. §. ſed & ſi quis poſt. & ſecũdum hoc no. quòd maioris eſt auctoritatis res iudicata, quàm iuramentum: contra quã ſi alia ſententia feratur, non valet:[a] vt C. quando prouo. non eſt ne. l. j. & dixi de hoc. ſ. eo. l. ij.

m *Temporali actione.* vt iniuriarum.

n *Non liberatur.* ab actione iniuriarum. Accurſius.

o *Poſt litem.* ergo & poſt iuſiurandum: loco ſumpto à pari: vt ſ. de iudi. ſed & ſi. §. ex quibus. & j. e. l. qui iuraſſe. §. ſi. Sed quid de actione de dolo? Reſpon. non perpetuatur iuramẽto: quia nec lit. conteſt. vt C. de dolo. l. fina. ſed actio in factum ſic. & idẽ vt non perpetuetur in integrũ reſti. vt C. de tẽp. in integ. reſt. ſuperuacuam. Accurſius.

p *Replicari.* à parte minoris petita prius reſt. in integ.

q *An captus ſit.* vt quia probationes habebat: non aliud: vt j. eodem. l. tutor. in principio.

r *Docuit.* no. nõ quia minor, ideo læſus:[b] vt hic, & ſ. de mino. l. verum. §. item non reſtituitur. & l. quòd ſi minor. §. non ſemper. Sed econtra immo videtur ſufficere, niſi aduerſarius eum probet locupletatum: vt C. ſi aduer. cre. l. j. quæ eſt contra. Sol. ſpeciale eſt ibi odio creditoris: ſicut & in eccleſia: vt C. de ſacroſan. eccle. authen. hoc ius porrectum. in fin. Item ſimiliter contra: vt C. de prædi. mi. l. ſi prædium. vbi aduerſarius probat minorem locupletatum. Solu. ibi ſponte non coactus probat. & melius eo. titu. prædiorum. vide ibi.

s *Exceptio.* id eſt replicatio. Accurſius.

t *Statutum tempus.* id eſt vtilem annum: loco cuius eſt hodie quadriennium: vt C. de temp. in integ. reſti. l. ſi. Sed quomodo exceptio eſt tẽporalis: cum ea quæ annua ſunt ad agendum, perpetua ſint ad excipiendum: vt j. de do. excep. pure. §. fin. & C. de excep. licet. quæ ſunt contra. Solu. hic exceptio ponitur pro replicatione.[c] ſic & j. de pecu. l. quæſitum. §. in dolo. & eodem modo reſpondeas ad aliud contrarium. ſ. ex quib. cau. ma. l. ſi is cuius. quia & ibi rem habuerat iam prior dominus: & ideo exceptionem & actionem perpetuam habet: hic autem non rem habuit: non ergo ſola reſtitutio perpetuauit ibi ius actoris. Item an in modum exceptionis poſſit obiici de læſione? Reſpon. non: vt no. ſ. ex quib. cau. ma. l. necnon. §. exemplo.

*Contra iuramentum præſtitum in fraudẽ creditorum ſuccurritur creditoribus replicando & excipiendo. Alexan.*

Sed & ſi quis in fraudẽ creditorum iuſiurandũ detulerit debitori, aduerſus exceptionẽ iuſiurandi replicatio fraudis creditoribus[a] debet dari.[b]

Præterea ſi fraudator detulerit iuſiurandum creditori,[c] vt iuret ſibi decem dari oportere,[d] mox bonis eius venditis experiri volet: aut denegari debet actio, aut exceptio B opponitur[e] fraudatorum creditorum.

*Iuramentum procuratoris vel defenſoris prodeſt domino quo ad actionem & exceptionem.*

Iuſiurandum defenſoris[f] vel procuratoris[g] ei ab aduerſario delatum prodeſſe, exceptionemq; domino[h] parere, Iulianus ſcribit. Idem ergo dicendum erit & ſi datus ad petẽdum procurator reo deferente iurauerit dari mihi oportere. nam actionem mihi parit.[i] quæ ſententia habet rationem.

*Actori ſuper actione reali iuranti rẽ eſſe ſuam, datur contra deferẽtem actio, nõ contra alium: ſed poſſeſſori iuranti rem actoris non eſſe, datur contra deferentem exceptio, non autem actio: ſecus ſi iurauit rem ſuam eſſe: quia tunc etiam datur actio, ſi ad deferentem peruenit poſſeſsio. h.d. cum duabus ll. ſe. vſque ad §. item ſi iurauero. Alex.*

C Si petitor iurauit poſſeſſore deferente, rem ſuam eſſe, actori dabitur actio:[k] ſed hoc dumtaxat aduerſus eum qui iuſiurandum detulit, eoſque qui in eius locum ſucceſſerunt. Cæterùm aduerſus alium[l] ſi velit prærogatiua iuriſiurandi vti, nihil ei proderit:

X. PAVLVS libro octauodecimo ad Edictum.

D QVia non deberet alij nocere,[m] quod inter alios actum eſſet.

XI. VLPIANVS libro viceſimoſecundo ad Edictum.

SEd ſi poſſeſſori fuerit iuſiurandum delatũ, iuraueritq; rem petitoris nõ eſſe, quãdiu quidem poſsidet, aduerſus eũ qui detulit[n] iuſiurandum, ſi petat, exceptione iuriſiurãdi vtetur. ſi vero amiſerit poſſeſsionem, actionem non habebit[o], ne quidem ſi is poſsideat qui iuſiurãdum detulit. non enim rem ſuam eſſe iurauit, ſed eius non eſſe. Proinde ſi cum poſsideret, (&) deferente petitore rẽ ſuam iurauit, conſequenter dicemus, amiſſa quoq; poſſeſsione, ſi is qui detulit iuſiurandũ, nanctus ſit poſſeſsionem, actionem in factum ei dandam[p]. & fructus[q] perceptos ex re quam meam eſſe iuraui, reſtitui mihi placuit. Sed & partum editum fœtusq; pecorum reſtituendos cõſtat poſt iuſiurandum delatum.

*Verba iuramenti ſi non poſſunt ſtare ſecundum propriam ſignificationem, intelliguntur ſecundum impropriam. Bart.*

C Item ſi iurauero[r] vſumfructum alicuius rei vel meũ eſſe, vel dari mihi oportere: eatenus mihi cõpetit actio, quatenus ſi verè vſumfructũ haberem, duraret. quibus verò caſibus amitteretur[s], non competit mihi actio. Sed ſi rerum in quibus vſusfructus propter abuſum conſtitui nõ poteſt, iurauerit vſumfructũ ſe habere, vel ſibi deberi: effectum iuriſiurandi ſequendum arbitror. Ideoque[t] tunc quoq; videri eum rectè iuraſſe puto: & ex eo iureiurando poſſe petere vſumfructũ cautione[u] oblata.

D *Iuramentum habet vim probationis & ſententiæ inter eaſdem perſonas, non inter alias. h.d. vſque ad l. ſi duo. Alex.*

a *Creditoribus.* agentibus Pauliana. Accurſius.

b *Dari.* ipſi autem qui detulit, non datur replicatio: vt C. de excep. aduerſus. & ad hunc. §. facit. j. de his quæ in frau. cre. l. ij. & iij. Accurſius.

c *Creditori.* futuro, vel putatiuo ab aliis. vel dicas, falſo. Azo.

d *Oportere.* vt ſic vnà cũ aliis in poſſeſsionẽ mittatur. Accurſius.

e *Opponatur.* quod verum eſt ſi velit mitti in poſſ. cum veris creditoribus. & opponitur hæc exceptio à veris etiam inuito debitore: vt C. de non nu. pe. l. ſi cui.

f *Iuſiurandum defenſoris.* ſine mandato.

g *Procuratoris.* ſcilicet cum mandato.

h *Domino.* id eſt ad vtilitatem domini, ſecundum quoſdam.

i *Parit.* vt j. de actio. empt. l. Iulianus. §. ſi procurator. & ſupra de pact. l. reſcriptum. §. ſina. & l. nam & nocere. Sed contra. ſ. de procur. l. non ſolum. §. qui alieno. Solu. hic adquirit domino. i. ad eius vtilitatẽ, ſed ibi procurator exercet. ſed hoc mihi non placet: quia in iudicio datur ex pacto procuratoris ac. vt ſ. de procur. in cauſæ. §. ſi ex parte. Dic ergo[b] ibi dicit de directa, hic de vtili. M. vel ibi fuit procurator in rem ſuam. Accurſius.

k *Actio.* in factũ contra eum cum quo fuit iuratum: etiam Publiciana contra[c] quemlibet ſi nitatur ex traditione: vt ſ. de Publi. l. eum qui. §. ſi petenti. quæ eſt contra. in eo quòd hic in factum, ibi Public. datur. Probatur ergo hic quòd ex iudiciali vel neceſſario iuramento datur in factum actio. hic enim iudicium erat cœptũ. loquitur enim de petitione: & nihilominus dabitur act. in factũ ex ſententia quæ ſequitur: vt j. e. l. iuſiurandum. §. ſi. & ſic duæ in factum: nec mirum: vt arg. infra de act. em. l. non eſt nouum. P. cõtra. dicit enim ex neceſſario vel iudiciali[d] non dari actionem in factum, cum ex ſententia ſperetur. idem probatur hic quòd actio in factum datur ex ſententia cum iudicatur rem meam eſſe: licet[e] quidam dicant iudicis officium tantum implorari poſſe ad executionem.

l *Alium.* ad quem veniret poſſeſsio.

m QVia non. *Nocere.* immo nocet quando ius ex ſententia fit, quod dic vt diximus ſupra de inoffi. teſt. l. Papinianus. §. ſi. Item & quando non videtur alius, ſed fingitur idem: vt infra eo. l. iuſiurandum. §. fin. & l. tutor. & dixi. ſ. e. l. iij. §. pe. Item & alias nocet quo ad qualequale præiudicium: vt ſupra de ap. l. à ſententia. Dic ergo, non nocet regulariter vt cauſam alij perimat prorſus: vt hic, & arg. C. qui. res iudi. non no. l. ij. & l. fin. & C. res inter ali. ac. l. ij. & ſ. de pac. l. ſi vnus. j. reſpon.

SEd & ſi. CASVS. Si tibi poſsidenti detuli iuſiu. aut iuraſti rem tuam eſſe: aut meã non eſſe. ſi meã non eſſe, tibi agen- A ti obſtabit excep. vnde ſi cecideris à poſ. licet eam nactus fuero non habebis act. contra me. & eſt ratio, quia non iuraſti tuã eſſe. ſi iuraſti tuam eſſe, & ad me peruenit, dabitur tibi ac. contra me: & non ſolum res, ſed fructus & partus reſtituentur per act. in factum. {ITEM SI IVRAVERO.} Dicebam me habere vſumfru. in re tua. detuliſti mihi iuſiuran. iuraui. de cetero habebor pro vſufructuario: & eiſdem modis habebor quibus ſi mihi per veritatẽ eſſet adquiſitus. Si vero iuraui mihi deberi vſumfru. illius rei in qua nõ poteſt eſſe vſusfr. præſtita cautione de iureiurando, tunc verus vſusfru. cẽſebitur. Vi.

n *Detulit.* ſed heres p peti. hered. petit: quia etiã ea de quibus tantum retentionem habemus, veniunt in peti. hered. vt ſ. de petit. hered. & non tantum §. veniunt. Azo.

o *Non habebit.* aduerſus aliquem. Et ſic no. quòd quædam retinemus quæ nõ petimus: vt j. de euic. l. ſi rem quam. §. j. & j. de condi. indeb. l. ex quibuſdam cauſis.

p *Dandam.* immo Pub. vt ſ. de Pub. eum qui. §. ſi petenti. quæ eſt cõtra. Sol. refert an actori deferatur: & tunc in factũ contra ſolũ deferentem: vt ſ. eo. l. nam poſtea. in fin. ſed Pub. contra quemlibet[f] ſi nitatur ex traditione, ſicut ſi eſſet traditio facta ex ſentẽtia: vt ſupra de Publi. traditionem. an poſſeſſori: vt tunc nõ detur ei Publ. vt hic: quia nec ei res traditur: ſed ex tranſactione apud eum remanere videtur: ſed datur ei contra deferentem in factum actio. ſed certe mirabiliſsimũ de act. in factũ hic hic cõtinetur: quia cũ ſit præſtitum vel quaſi præſtitum, ipſa non cõpetebat: poſtea tamen incipit cõpetere amiſſa poſſeſsione. ſed forte loquitur de act. in factum non quę datur ex ſacramẽto, ſed quæ datur in locũ Publ. ex edicto prætoris poſito ſ. de Publi. l. j. j. reſpon. hoc non valet, quia hic nõ fuit facta traditio poſſeſſori: vt modo dixi: ſed ſi velis hoc defendere, habes arg. inſti. de re. di. §. interdum. & d. l. ſiue. §. j. Vel dic eſſe in hac act. in factum ſpeciale, quæ ſequitur naturam realium actionum, ſicut not. ſ. ad exhi. l. iij. §. eſt autem. Item no. hic ar. contra P. quod enim ſit ad exceptionem, parit actionem: vt infra de lib. leg. l. quod mihi. & C. de dona. ante nup. cum ante.

*f Immo contra deferentem tantũ. laſ.*

*Actionẽ parit quod ad exceptionem fit.*

q *Fructus.* poteſt referri vel ad prox. dictũ, vel ad §. ſi petitor.

r *Item ſi iurauero.* & ſic iuramentum pro veritate accipitur: vt j. e. eum qui. §. ſi mulier. Sed arg. contra j. eo. eum qui. in prin. ADDITIO. Dic quòd immo ibi habetur pro veritate, ſecundum Bar.

s *Amitteretur.* ſcilicet ſi vere conſtitutus eſſet. Accurſius.

t *Ideóque.* Not. quòd ſi non valet quod ago vt ago, valet vt valere poteſt: vt inſti. de adop. in ſi.

u *Cautione.* quæ fit de reſtituẽda æſtimatione: vt ſ. de vſufru.

earum

earum re.quæ vſu conſu.l.ij.& inſtit. de vſufru.§.cōſtituitur. A

a Probatum eſſet. ſubaudi[a],& pronuntiatum.nec enim ex ipſa probatione naſcitur: nec furto probato irrogatur infamia, niſi ſententia vel confeſsio intercedat: & ita cōfeſsio & probatio non ſunt paria.

*a Iſtā gl. dicit ord. Ale. in addi. ad Bartol. in l. 2. de iur. fiſ. li. 10. C.*

b Vtilis. ſcilicet peti. hered. quia adiecta cauſa iurauit: & idem in rei vindic. Item in factum ex iuramento datur: vt ſupra ead. l. §. proinde.

c Iuſiurandum. etiam ſi iuraui meam, quia aut probatur de dominio, & tunc mihi non prodeſt Publiciana quam oppono iure excep. vt ſupra de Pub. l. fin. aut non probatur: & tunc etiam ſine except. oppoſita. ſ. de ſacramento vnico. Azo. Et not. quòd inter alios res acta, aliis non præiudicat: vt ſupra l. proxi. & ſupra de interro. ac. l. fina. & C. de libe. cau. l. ij. Sed argu. contra in eo. ti. de libe. cau. l. iubemus[b]. & j. de appel. l. à ſententia. ADDITIO. Dic qꝫ ibi præiudicat quo ad qualequale præiudiciū, non quo ad plenum, ſecundum Bar.

*b Dic qꝫ ibi inter eaſdē perſonas: hic inter diuerſas. Bar. & Salice.*

d IDem eſt. Velim. ſi iurat, actio. in factū vel peti. hered. ſecus ſi Publiciana. Accurſius.

e Petendo. ſcilicet ego.

SI duo patroni.} CASVS. Ego & Titius dicebamus nos habere ius patronatus in aliquo, ita quód quilibet inſolidum: libertus vero confitebatur aliquem noſtrum eſſe patronū eius. Titius detulit ei iuſiurandum: & iurauit ſe libertum eius non eſſe. quæro an mihi adcreſcat portio iuris quam habebat Titius in liberto, vt ita integrum ius patronatus penes me reſideret: & dicitur quòd mihi non adcreſcit: veruntamen magna præſumptio pro me ſtat me ſolum patronum eſſe. {IVLIANVS AIT.} Qui poſt præſcriptionem à poſſeſſore factam eo deferente rem ſuam iurauerat eſſe: non ſolum poſsidenti exceptio, ſed etiam dabitur actio: quia deferens iuſiuran. iuri ſuo & præſcriptioni videtur renuntiaſſe. Vel aliter: ſi cum poſſeſſor præſcribere cœperat, eo deferente rem tuam eſſe iuraſti: & idem poſtea impleuerat præſcriptionem: præſcriptio illa non tibi præiudicabit: quia ſicut per lit. cont. perpetuatur actio, ita per iuſiuran. Vel aliter: Si ex cauſa iuriſiura. poſsideres, potes præſcribere: & ideo ſi poſ. amiſeris poſtquam præſcipſeris, vtili dabitur actio. Si poſsideas rem meam, & te deferente rem meā eſſe iuraui: ſi poſtea vſucapionem impleueris, vtilis mihi vindicatio competit, quaſi iureiurando perpetuata, & vſuca. interpellata. {IDEM IVLIANVS.} Ex furto duæ dantur actiones, condictio furtiua, & act. furt. & egi contra te act. furti. detuli tibi iuramentum: & iuraſti. an ab vtraq; parte libereris? Dicitur quòd ſic. Tu iuraſti te furtum non commiſiſſe: poſtea deceſsiſti. res ad heredem tuum peruenerunt. cōdicam: ſed acti. furti contra eum intentare non poſſum. Vel dic ſic: Detuli furi iuramentum, & iurauit ſe furtum non feciſſe. q. d. neq; conueniam condictione furtiua, neq; furti: quia vtraq; teneretur ſi non iuraſſet. Si ergo agam condictione furtiua, excipies de iuramento: ſi poſtea conueniam eūdem non tanquam furem, quia iurauit ſe furem non eſſe, ſed tanquam furis heredem: vtrū condicam? Dicitur quòd ſic: nec ob. excep. & cum velim probare eum furem eſſe, non ſum audiēdus: cum de hoc prius iuraſſet: potero tamen eum probare eſſe furis heredem. {SI QVIS IVRAVERIT.} Dicebam te equum mihi vendidiſſe: & te deferente hoc idem iuraui. perinde eſt ac ſi mihi vendidiſſes: vnde pretium tibi ſoluere debeo: niſi de hoc ſit iuratum, ſcilicet quòd ſolutum ſit. Idem eſt ſi iuraui me ſocium ſuum eſſe, poſſum cum eo agere, & conueniri pro ſocio ac ſi ſocius eſſet in veritate. Idem eſt ſi iuraui me tibi ob decem, quæ accepi, fundum meum obligaſſe. non enim aliter fundū meum recuperabo per hypotheca. act. quàm ſi decem ſoluero: & ſi volui fundum liberare, agit creditor ex iuramento: & hoc probat per exemplum. Viuianus.

f Si duo eſſent. vt dicebant, libertus tamen neutrum eorū dicebat ſuum eſſe patronum: confitebatur tamen ſe cuiuſdam eſſe libertum qui eum manumiſerat.

Si cum de hereditate inter me & te controuerſia eſſet, iurauero hereditatē meā eſſe, id conſequi debeo, quod haberem ſi ſecundum me de hereditate pronuntiatum eſſet. Et non ſolū eas res reſtituere debes quas tunc poſsidebas, ſed & ſi quas poſtea cœpiſſes poſsidere: perindeq; haberi quod iuratum eſt, atq; ſi probatum eſſet [a]. idcirco vtilis [b] actio mihi competit. Quòd ſi ego ex eadē hereditate poſſiderem, tuq; cœpiſſes petere à me, cū aduerſus te iuraſſem: exceptione me vti debere iuriſiurandi. Planè ſi alius à me hereditatem petere cœperit: dubium non erit, vt & Iulianus ſcribit, nihil mihi iuſiurandum [c] prodeſſe. B

XII. IVLIANVS libro nono Digeſtorum.

IDem eſt & ſi ego à quolibet alio poſsidente res hereditarias petere velim [d]: quia & ſi petiſſem à te hereditatem, & probaſſem meam eſſe, nihilominus ab altero petendo [e], id ipſum probare neceſſe haberem. C

*Si alter ex patronis excludatur à iure patronatus per iuramentum liberti delatum ab ipſo, portio ſua alteri non adcreſcit: ſed hæc excluſio bene facit præſumptionem aliqualem pro altero, vt ipſe ſit inſolidum patronus, ſi hoc ipſe patronus aſſerat, licet libertus neget, & conſtet ipſum eſſe patronum, non tamen conſtet quod ſit inſolidum. h. d. ſecundum vtranque lect. habet enim duas. Alex.*

XIII. VLPIANVS libro viceſimoſecundo ad Edictum.

B SI duo patroni eſſent [f], & libertus altero deferente iuraſſet ſe libertum eius [g] non eſſe [h], vtrū alteri [i] totius debitæ patronis portionis, an verò dimidiæ debitæ [k] eis partis bonorum poſſeſsio competeret? Et ait, ſi is cui iuratum eſt, patronus fuiſſet, alteri ſuæ partis bonorum poſſeſſionem competere [l]: nec ei [m] prodeſſe [n], quòd aduerſus alterum libertus iuraſſet [o]: multum tamen fidei & auctoritatis [p] apud iudicem patronū habiturum [q] quo magis ſolū ſe patronum probaret, quòd libertus iuraſſet alterum patronum non eſſe. C

g Libertum eius. q. d. nō negat quin alicui' ſit.

h Non eſſe. quo caſu nec operarum petitio, nec bo. poſſeſſ. competit: vt j. eo. eum qui. §. pen. Secus ſi iurauit ſe patronū aliquis. nā licet non habeat bon. poſ. habet tamen operarū ſaltē naturalium petitionem: vt j. de iure patro. l. ſi iurauerit. & ſ. de in ius vocan. l. adoptiuum.

i Alteri. hæc dictio alteri, & hæc dictio ſibi, redduntur ei qui non detulit. & tunc intellige tantùm: & hæc dictio ei, refertur ad eū qui detulit: & ita erit punctus ibi, ſibi debitæ portionis. Vel ſecundum Azo. alteri, id eſt ei qui non detulit: ſibi, qui detulit: & vltimum ei qui nō detulit: & tunc bene eſt punctus poſt dictionem alteri: & ſubaudi, competeret. ſ. tantum: ſed qualiter iſti patroni contra hunc libertum agere [c] poſſunt? Reſpon. cum videret ſe diuitem, patronos contemnere cœpit: & ſe non eſſe eorum libertum aſſerebat: contra quem ad ius eorum conſeruandum proponunt hi patroni iudicis officium: vt arg. ſ. de offi. præd. vrb. l. j. §. cum patronus.

k Debitæ. intrāſitiuè. i. partis debitæ, quæ eſt dimidia olim, cū eſt vnus. hodie tertia. hic ergo cum ſint duo, dimidia dimidiæ debetur: vt inſti. de ſucceſ. lib. §. qua de cauſa. & §. ſed noſtra.

l Competere. ſcilicet tantum.

m Ei. ſcilicet non deferenti.

n Prodeſſe. vllo modo quādo ille qui nō detulit, fatetur alium fuiſſe patronum pro parte. vel ſecundo nō prodeſt ad plenariam probationem, quando inſolidum ſe dixerat patronum: vt ſubiicit. Et dic prodeſſe, quo ad bo. poſſ. petendam.

o Iuraſſe. vt ar. ſ. quemad. ſer. amit. l. aquam. §. fi. & diſtingue, aut à principio dicebat ſe ſolum patronū qui non detulit: quo caſu poteſt ei ſacramentum prodeſſe, vt ſubiicit. aut dicebat alium patronum eſſe: quo caſu non prodeſt. Azo. ſed videtur ſemper prodeſſe: vt j. de bo. lib. l. communi liberto. quæ eſt contra. Solu. ibi alter patronus ipſo iure patronatum amiſit: D vnde alteri adcreſcere poteſt quod omnino eſt amiſſum: hic autem non omnino eſt amiſſum per delationem. obſtat enim tantùm exceptio. Vel ſolue vt ibi Accurſius.

p Auctoritatis. quaſi dicat, plus creditur probationi patroni quàm liberti, propter iuramentum liberti.

q Habiturum. Præſumitur enim ita eſſe vt probatū eſt. vterq; enim patronorū vindicabat hūc liberum vt ſuū inſolidū: hic neutrius profitebatur à principio ſe libertū: concedebat tamē ſe ab aliquo manumiſſum. Poſtea verò delato ſacramento ab vno, iurauit ſe non eſſe illius libertū: & confitebatur ſe alterius pro parte tantum. Cū enim libertus confitebatur hunc eſſe patronum, licet pro parte tantū, quia aliū dicit fuiſſe pro alia parte: docet de ſuo periurio. Præſumitur tamen quòd inſolidū ſit patronus, cum de alio iurauit libertus quòd non eſſet patronus. ſed huic præſumptioni non ſtatur prorſus: quia & poſſet eſſe alterius: licet non eius qui detulit & ideo ſubiicit, quo magis &c. q. d. etiam alia probatio eſt neceſſaria. Item not. hic arg. quòd ex re inter alios acta qualequale præiudiciū etiam aliis [d] generauit: vt infra de app. à ſententia. & ſ. de inoffi. teſt. ſi ſuſpecta. & j. de re iudi. ſæpe contingit. & infra de Carbo. edic. l. iij. §. idem Iulianus. Sed argum. contra ſupra de his qui no. infa. l. Lucius. & ſupra eodem. quia non debet.

ADDI-

*Hic.§. legitur duobus modis in gl. ſecundum primã lec. h.d. Etiam ei qui ante præſcripſerat, ex iuramento competit actio vtilis. h.d. Vel ſecundum ſecundam, Poſt iuramentum præſcriptio non impedit actionem vtilem. Vel tertio extra glo. Etiam ille qui iurauit, poteſt præſcribere: & ex præſcriptione ſibi actionem adquirere. Bartolus.*

Iulianus ait, eum qui iurauit fundum ſuum eſſe poſt longi temporis præſcriptionem,[a] *etiã vtilem actionem[b] habere debere.

*Quando iuratur ſuper facto, tollitur omnis actio quæ poteſt oriri ex alio facto. Item iudex non debet admittere impertinentes articulos. Bartolus.*

Idem Iulianus ſcribit, eum qui iurauit furtum ſe nõ feciſſe, videri de toto iuraſſe: atque ideo neq; furti neq; condictia[c] tenetur: quia condictitia, inquit, ſolus fur tenetur. Nunquid[d] ergo qui iurauit ſe furtũ ne feciſſe, hoc ſolo nomine condictione ſi conueniatur, exceptiõe vtetur[e]? Ceterùm ſi cõtendat qui cõdicit, quaſi cum herede[f] ſe furis agere, nõ debet repelli. & quaſi[g] μονομερὴς *condictio dari debet aduerſus furis heredem[h]: nec pati eum iudex debet ſi cœperit tentare probare[i] furem.

*Ex iuramento præſtito firmiter datur actio vtilis ex eo contractu cuius forma continet iuramentum. Bartolus.*

Si quis iurauerit vendidiſſe me ei rem centum, ex empto agere poterit vt ei cetera præſtentur, id eſt res tradatur[k], & de euictione caueatur. An tamen ad pretium cõſequendum ex vendito conueniri poſſit, videndum. Et ſi quidem & de hoc ipſo iuratum eſt[l] quòd pretium ſolutũ eſt, nulla pro pretio actio ſupereſt. D Si verò hoc non fuerit iuratum, tunc conſequens eſt de pretio eum teneri[m].

Idem dicemus & ſi quis ſocietatem feciſſe iurauerit. nam & is pro ſocio poterit conueniri.

*Quando iuratur ſuper contractu, cõpetit vtilis ex eo contractu tunc quando competeret ſi verè contractus interceſsiſſet. Bart.*

Marcellus etiam ſcribit, ſi quis iurauerit ob decem pignori dediſſe fundũ, nõ aliàs eum pigneratitia agere poſſe, quàm ſi decem ſoluerit[n]. Sed & illud adiicit, fortaſsis eum etiam in decem ex iure-
B iurando ſuo poſſe conueniri[o]. quod magis probat. cui Quintus Saturninus conſentit: argumentoq; vtitur eius qui iurauit[p] eam quæ vxor ſua fuerit, rem ſibi in dotem dediſſe. nam & hic[q] vxori ait vtilem de dote actionem dandam[r]. Quæ non eſſe extra æquitatem poſita non negauerim.

*Qui iurando per principem peierat, fuſtibus caſtigetur. Bartolus.*

Si quis iurauerit in re pecuniaria per genium[s] principis dare ſe non oportere, & peierauerit: *vel dari ſibi oportere: vel intra certũ tempus
C iurauerit ſe ſoluturum, nec ſoluit: imperator noſter cum patre reſcripſit, fuſtibus eum caſtigandum dimittere: * & ita ei ſuperdici[t] †, προπετῶς μὴ ὄμνυε [id eſt, petulanter ne iurato.]

*Iuramentum veritatis parenti vel patrono non remittitur. Bartolus.*

XIIII. PAVLVS libro tertio ad Edictum.

QVotiens propter rem[u] iuratur, nec parenti nec patrono remittitur iuſiurandũ. Propter rem autẽ iuſiurandũ exigitur, veluti de pecunia credita cũ iurat actor ſibi dari oportere, vel reus ſe
D dare non oportere. Idem eſt cum de pecunia conſtituta iuſiurandum exigitur.

*Egregiæ perſonæ vel morbo impeditæ coram iudice ad iurandum venire non compelluntur. Alex.*

ADDITIO. Ibi non præiudicat quo ad plenum: ſed bene quo ad qualequale: vt hic Bar. & Salice.

a *Præſcriptionem.* vel poſt completam à poſsidente. & ſic determinat præcedentia. vel nondum inceptam[a]. vel cœptam quidem, ſed nondum perfectam: quia perpetuatur actio iuriſiurandi: vt ſupra eod. nam poſtea. §. ſi is. & infra eo. qui iuraſſe. in fin. §. lo. & his duobus caſibus determinat ſequentia.

b *Actionem.* in rẽ ſcilicet, & nihilominus in factum: vt ſupra eo. nã poſtea. §. fi. in prin. quia vtraq; datur ex æquitate. Accurſius.

c *Condictitia.* Immo ab actione furti tantũ videtur abſolutus: vt infra de cõdic. fur. ſi pro fure. j. reſpon. quæ eſt contra. Sol. hic per exceptionem: ibi ipſo iure dicit non tolli condictionem. Vel ibi fuerat actum tantũ actione furti, non condictione furtiua: ar. C. de tranſact. ſi de certa re. Nam & ſi iurauit ſe non teneri furti actione, poſſet teneri condictione furtiua: quia furti ſucceſsit. hoc tamen videtur impugnari ex eo quòd ibi dicit damnum deciſum: ſed certè in actione furti habetur ratio dãni. Sed tu dic ſecundũ Ioan. quòd hic fuit iuratum, per quod negatur furtum factum ibi de trãſactione, per quam videtur cõfeſſatũ: vt ſupra de iis qui not. infa. l. quoniam. Item adhuc contra infra de fur. ſi quis vxori. §. ſi quis iurauerit. Solu. ibi quaſi cũ herede agitur cõdictione furtiua. Vel dic ꝙ non furti vel furtiua condictione agitur: ſed rei vindi.

d *Nunquid.* reaſſumit eandem quæſtionem quam iam ſoluit. Accurſius.

e *Vtetur.* reſpõ. vtiq;, vt ſupra dictum eſt.

f *Cum herede.* cum Titium dixi furem: nunc dico cum heredem furis, ſcilicet Seij. & dicit quòd poſſum. Accurſius.

g *Et quaſi.* Hæc eſt Græci interpretatio, ſingularis vnius partis. & eſt ſenſus, quia cõdictio furtiua habet duas partes. Vna, vt contra furem detur: & hæc non datur hic. Alia contra furis heredem: & hæc datur hic. Et ſic ratione ſingularis partis datur, ratione alterius non.

h *Heredem.* reſpon. vtique, vt ſupra dictum eſt.

i *Probare.* No. ar. quòd teſtes nõ ſunt niſi ſuper certo articulo ſuper quo producti ſunt, interrogandi: vt dixi ſupra de peti. he. ſi quis liber. §. fi. in fi.

k *Res tradatur.* hæc enim veniunt in hac actione: vt infra de act. empt. l. ex empto. in princip. aliàs ad intereſſe agitur: vt j. de act. empt. l. j.

l *Iuratum eſt.* me deferente.

m *Teneri.* Nota mirabile, ſacramentum vim pacti obligatorij habere: vt C. eo. actori. ſic & j. de lib. cau. l. fi. §. fi. & j. de ope.
A lib. vt iure. Item not. etiam contra eum qui iurauit, actionem dari: vt j. prox. reſpon. & ſic eſt contra infra de excep. rei iud. l. euidenter. Sol. hoc contingit propter perplexitatem, id eſt connexitatem. & idem in ſeq. Accurſius.

n *Soluerit.* Not. offerri debere: vt infra de actio. empt. l. Iulianus. §. offerri. & j. de pign. act. l. ſi rem alienam. §. omnis. Sic ergo videtur deterioris conditionis qui iurauit ſe obligaſſe pro x. quã ſi in veritate obligaſſet: in quo caſu teneretur probare creditor ſe numeraſſe: vt C. de non num. pecun. l. j. ſed non eſt ita. Diſtingue ergo: quia aut iurauit ſe obligaſſe ꝓ x. in quo caſu probabit creditor ſe numeraſſe. an etiam iurauit ſe obligaſſe pro x. quę accepit: & tunc conuenitur ex ſuo iuramento: & ita hic.

o *Conueniri.* actione in factum, cum informiter ſit iuratum quantũ ad x. de quibus non eſt dictum qua de cauſa debeantur.

p *Iurauit.* ante finitum matrimoniũ. Accurſius.

q *Nam & hic.* id eſt hoc caſu. Et not. hic quod pro te admittis, & contra te debes admittere: vt ſupra prox. §. & ſ. ſi cer. pet. l. cum fundus. §. j. Item no. ꝙ alterius iuſiurandum alteri prodeſt: vt hic, & ſ. proxi. §. & ſic eſt contra. ſ. eodẽ. l. iij. §. ſed an iuſiurandum. Sol. vt ibi.

r *Dandam.* ſi ſolutum eſt marimonium.

s *Per genium.* Genius dicitur deus principis. qui ingentẽ, id eſt magnam ſuam potentiam exercet.

t *Superdici.* Expone Græcum, id eſt impor tune noli iurare. & ſic no. hunc puniri. Sed contra. C. eo. l. ij. in fin. Solu. ibi iurauit per ca lorem: hic non. Vel ibi non tenetur ordinaria pœna. ſ. crimine læſæ maieſtatis: hic autem caſtigatur. Item hic quando per imperatorem iurauit. ſi autẽ per Deum, maiorem & duriorem habet vltorem: vt C. eodẽ. l. ij. Accurſius.

** De pœna periurij Cice. l. 3. off. in fin. & Gel. l. 7. noct. At. cap. 18.*

** caſtigatũ dimitti.*

*† Vide Alc. li. Diſpunc. 4. ca. 2. Solebãt autẽ veteres, cũ de ſontibus ſupplicium ſumeretur, in loco ſupplicij cõſpicuo epigraphen ſeu titulum affigere, quo pœnæ à reo expetitæ cauſa intelligeretur à populo, vt à ſimili facinore perpetrando deterreretur.*

QVotiens.} CASVS. Libertus dicebat ſe x. ſoluiſſe patrono. hoc negabat patronus. detulit iuſiurandum, patronus voluit ꝙ ſibi remitteretur iuſiurandũ. an audiri debeat? Dicitur ꝙ non. Idem eſt ſi de pecunia inter eos erat controuerſia: vt quia libertus dicebat patronũ cõſtituiſſe ſe ei ſoluturum. Vi.

u *Quotiens propter rem.* id eſt propter veritatem: vel ſic eſſe vel non eſſe: vt hic ſubiicit. ſic ponitur. j. ad leg. Cor. de fal. l. j. §. qui in rationibus. Sed ſacramentum calumniæ eſt de credulitate: vt C. de iur. calum. l. ij. §. ſin autem. & hoc ſacramentum calumniæ olim remittebatur. quod dic vt j. eo. iuſiurandum. §. qui iuſiurandum.

AD perſonas.} CASVS. Ago contra aliquẽ epiſcopum, vel aliquem valetudine defectũ, volui vt cõpareret: vt ibi iuraret. Dicit ꝙ iudex debet mittere ad domũ ſuam, vt iuret. Vi.

Ad per-

XV. IDEM libro ſexto ad Edictum.

AD perſonas egregias[a], eoſque qui valetudine impediuntur, domum[b] mitti oportet ad iurandum.

*Non cogitur quis iurare ſuper actione quæ contra eum proponi non poteſt: & patrono remittitur iuramentū calūniæ. Barto.*

XVI. VLPIANVS libro decimo ad Edictum.

SI patronus * libertam ſuā vxorem duxerit, non cōpelletur[c] iurare de rerum a- B motarum iudicio[d]. Sed & ſi ipſe deferat iuſiurandum libertæ ſuæ, de calumnia non debet iurare.[e]

*Iuramentum conuentionale non poteſt referri. Bartolus.*

XVII. PAVLVS libro octauodecimo ad Edictum.

IVſiurandum quod ex conuentione extra iudiciū defertur, referri non poteſt[f].

*Qui non poteſt alienare, non poteſt iuramentum deferre. Alex.*

Pupillus[g] tutore auctore iuſiurandum deferre debet[h]. quod ſi ſine tutore auctore detulerit, exceptio quidem obſtabit[i], ſed replicabitur: C quia rerum adminiſtrandarū ius ei non competit.[k] Si tutor qui tutelam gerit[l], aut curator furioſi prodigive iuſiurandum detulerit, ratum id haberi debet[m]. Nam & alienare res[n], & ſolui eis poteſt: & agendo rem in iudicium deducunt.

*Procurator poteſt iuramentum deferre, ſi habet generale cum libera, vel ſpeciale mandatum: vel eſt in rem ſuam. aliàs ſecus, etiā ſi caueret de rato, propter dubium de mandato. h. d. iſte. §. cum duabus. ll. ſeq. Diuiditur in quatuor partes. Primo ponit vnum dictum de procuratore habente mandatum. Secundo ponit aliud quando de mandato dubitatur. Tertio ponit rationem ſecundi dicti. Quarto ponit rationem primi. Secunda ibi, nec multum. Tertia ibi, ſiue enim. Quarta ibi, ſi itaque. Bartolus.*

B Procurator[o] quoq; quod detulit, ratū habendū eſt: ſcilicet ſi aut vniuerſorū[p] bonorum adminiſtrationem ſuſtinet: aut ſi idipſum nominatim[q] † mandatum ſit: aut ſi in rem ſuam procurator ſit.

XVIII. VLPIANVS libro viceſimoſexto ad Edictum.

ALiàs[r] autem procuratorem deferentem iuſiurandum non eſſe audiendum Iulianus libro decimo Digeſtorum ſcribit: nec* poſtea[s] re⁹ qui ſemel iurauit, à domino conueniatur. Nec mul- C tum ei proficere, ſi fuerit ei de rato cautum. Siue enim dominus petat[t], cogetur[u] docere reus liquido[x] * ſe iuraſſe, poſita ſcilicet exceptione[y]. Siue ex ſtipulatione

a *Ad perſonas egregias.* vt ad epiſcopos: vt C. de epiſc. & cleri. A authen. ſed iudex. Idem de domina. aliàs qui contra fecerit, capite puniatur: vt C. de offic. di. iudi. l. j. Item & de ſenibus: vt in authen. de here. & Fal. §. hinc nobis. in fi. colla. j. Idem de legum doctoribus, & de eorum familia[a]: & ſimilibus quibus ſimilis reuerentia exhibetur: vt C. de profeſ. & me. l. medicos. Accurſius.

*a Bal. dicit iſtā gloſſ. ſo re ſingu. ad hoc, ꝙ familia gaudet eiſdem priuilegiis quibus gaudet domin⁹ familiæ. concord. glo. in l. reſtituendæ. C. de aduo. diuer. iud. glo. in l. 2. C. de epi. & cle. & glo. in c. nullus. de foro compet. Bolog.*

** Coniūge l. patronus. de re iudi. cum aliis.*

b *Domum.* ex hoc patet quòd per ſe debét iurare. Sed huic. l. eſt contra argu. C. de epiſcop. & cler. l. iubemus. §. fi. Accurſius.

SI patronus.} CASVS. Patronus duxerat libertam ſuam in vxorem: & celebrato inter eos diuortio, inſtituit liberta contra patronum actionem rerum amotarum, detulit ei iuſiurandum: an debeat iurare compelli? Dicitur quòd non. Sed pone: patronus in conſimili cauſa libertæ iuſiurandum detulit: & ipſa vult quòd patronus iuret de calumnia, ſcilicet quòd non calumnioſe detulit iuramentum, an patronus iurare debeat? Dicitur quòd non. Viuianus.

c *Non compelletur.* patronus conuentus ſoluto matrimonio.

d *Iudicio.* vxor eademque liberta cum conueniret actione rerū amotarum maritum quondam eundemque patronum, & ei deferat iuramentum, non iurat patronus: quia actio male inſtituitur, cum ſit famoſa: vt infra de obſequiis. l. honori. & l. parens. ſed ſecus in alio hac actione conuento, qui iurare cogitur: vt infra rerum amo. l. Marcellus. §. j.

e *Iurare.* quia hoc iuramentum & parenti & patrono ſecundum hanc legem remittitur: vt j. e. l. iuſiurandum. §. qui iuſiurandum. & j. de obſequiis. l. licet.

IVſiurandum.} CASVS. Detuliſti mihi iuſiurandum voluntarium: & ego dico tibi quòd debeas iurare. Dicitur quòd non teneris &c. {PVPILLVS.} Pupillus egit contra me. detulit mihi iuſiurandum: videlicet delatione facta tutoris auctoritate: & ſi ſine tutoris auctoritate detulit mihi iuſiurandū, ſi poſtea agat, obſtabit ei excep. ſed replicabitur: quia non habuit poteſtatem admiſtrandi res ſuas: & ita deferenti iuramentum actio non datur. {SI TVTOR.} Iuſiurandū delatū auctoritate tutoris, ſeruandum eſt. idē in curatore. {PROCVRATOR.} Ita continuatur cum l. ſeq. quòd procurator in tribus caſibus poteſt deferre iuramentum, ſi habeat liberam & generalem adminiſtrationem. Idem ſi habeat ſpeciale mandatum vt deferat. Idem ſi ſit procurator in rem ſuam: qui ſi aliis caſibus deferat, non audietur qui detulit & iurat, & non ideo domino præiudicatur. Et ad hoc quòd bene intelligas, nota quòd tacite reſpon. iuriſconſul. dubitationi: quia videtur quòd ſit cōtra ius commune, ſcilicet ſi procurator cauerit de rato: quia ſi dominus venerit contra iuramentum delatum à procuratore, & cœperit agere contra eum qui iurauit: dicet ille procuratori: volo te cōuenire de rato. Et ad hanc obiectionem reſpondetur in litera, quòd neq; ei prodeſt iſta cautio: quia ſi dominus venerit contra iuramentum delatum à procuratore, & cœperit agere contra illum qui iurauit: dicit ille procuratori, volo te cōuenire de rato: dicit procurator quòd non potes: quia aut ſuccubuiſti contra dominum meum, aut non. ſi non, non debes me conuenire: quia nihil tibi obeſt. ſi ſuccubuiſti: aut iuſtè, aut iniuſte. ſi iniuſte, hoc non eſt mihi imputandū: vt j. de euic. l. ſi per imprudentiam. §. cum autem. ſi iuſte: ergo decepiſti me falſum iurando. Et hoc dico vſque A ad l. illam, ſi ſeruus. & illa eſt plana, & continuatur cum duabus legibus ſequentibus &c.

f *Non poteſt.* vt cogatur ſubire is cui defertur, vel ſuccūbere. Itē nec is cui defertur, cogitur ſuſcipere. ſecus in iudiciali & neceſſario: vt infra eo. l. manifeſtæ. & infra titu. j. l. fina.

g *Pupillus.* capax doli. in alio ſecus. Azo.

h *Debet.* & in iudicio: vt j. quarū re. ac. non da. l. j. §. j. & dic vt ibi. ſed & tunc reſtituitur: vt C. ſi tutor vel cura. l. ij. ſed ipſi pupillo nō defertur. vt j. eo. iuſiurandū. §. pupillo. ſi tamen iurat, ſeruatur: vt j. e. l. qui iuraſſe. ſedcū ſacramentū vicē ſolutionis obtineat: vt j. e. l. iuſiurandū. & ſolutio corā iudice & tutore facta pariat pleniſsimā ſecuritatē: vt C. de admi. tut. l. ſancimus. & ſ. de mi. l. ait prætor. §. j. quare & ſacramentum non idē facit? Reſpō. quia nō per omnia eſt idem quod ſolutio. nā nec liberat omnino: immo remanet ciuilis: vt j. de ſol. Stichum. §. naturalis. ſed per ſolutionē omnis tollitur obligatio: vt inſti. quibus. mo. tol. obliga. in princ. Nā & ſententia abſolutoria pro veritate accipitur, & pro ſolutione: & tamē ſoluēs abſolutus non repetit: vt j. de condic. inde. l. Iulianus. Vel dic quòd potuit deferri in iudicio etiā ſine auctoritate iudicis. Et hęc eadē dicas in adulto habēte curatorem: vt C. de in integ. reſti. mi. l. iij.

i *Obſtabit.* Immo non videtur obſtare: ſed ipſo iure defendi: vt j. qua. re. ac. non da. l. j. §. j. quæ eſt contra. Sol. non ob. except. vt ibi dicit: quia datur replicatio, vt hic, iure communi etiā ſine aliqua reſtitutione petita. licet ſecus ſit in adulto etiam curatorem habente, ſecundum Io. vt no. ſ. eo. nam poſtea. §. ſi minor. ſic & in confeſsione pupilli auctoritatem tutoris exigimus: vt j. de confeſ. l. certum. §. in pupillo. Accurſius.

k *Non competit.* ſic ergo not. bonum arg. in omnibus contractibus quos ineunt hi qui non iure ſunt electi: vnde omnia ceſſantur: vt hic, & C. de ſacroſanct. eccle. decernimus. & j. de re. eo. qui ſub tut. l. qui neque. Sed arg. contra. ſ. de offic. præto. l. Barbarius. Si verò tenuit ab initio inſtitutio, ſed poſtea aliquo caſu caſſatur, ſecus: vt j. de bo. auct. iudi. poſ. ſi non expedierit. §. j.

D l *Tutelam gerit.* idem & ſi non gerat: ſi tamen non eſt interdicta adminiſtratio: vt j. de acquir. here. l. pupillum.

m *Debet.* vt j. eo. tutor. j. reſpon. Accurſius.

n *Alienare res.* vt C. de admini. tut. l. non omni. & omnia facere poſſunt vt domini: vt j. de adm. tu. l. tutor qui. & j. pro emp. l. qui fundum. §. ſi tutor.

o *Procurator.* actoris.

p *Vniuerſorum.* cum libera. alioquin contra: vt ſ. de procur. l. procurator cui: & l. procurator totorum.

q *Nominatim.* id eſt vt deferat, ſicut & defenſor municipij: vt j. eo. iuſiurādum. §. defenſor. Et iiſdem tribus caſibus quibus defert, vt hic dicit, poteſt & paciſci: vt ſ. de pac. l. nam & nocere. Accurſius.

r *ALiàs.* id eſt ſi non ſit aliquis articul⁹ de prædictis tribus.

s *Ne poſtea.* id eſt vt non poſtea.

t *Petat.* & probet deberi ſibi pecuniam.

u *Cogetur.* ſi vult abſolui.

x *Liquido.* id eſt aperte, ſcilicet quòd non debeat.

y *Exceptione.* ſ. à reo iuriſiurādi cōtra actorē, ſecūdū quoſdā. Immo non iuriſiurādi. quia omnino domino nō ob. ſed pacti forte ſibi facti, vel rei iudi. vel met⁹, vel ſimilis, ſecundū. Azo.

Vel

g *Exigatur.* Tria not. hic. Primum, quòd ſacramentum calumniæ poteſt remitti tacite, cum demũm ſit præſtandum ſi exigatur: vt hic, & j. de ope. no. nun. l. de pupillo. §. qui opus nouum. Nec ob. C. de iura. calum. l. ij. §. ſed quia veremur. quia licet non expreſſe, vt ibi, tacite tamen fit.[b] vt argu. ṡ. de procu. filius. §. milites. Secundo no. quòd olim pluries iurabatur: ſicut erat hic, & C. de iura. calum. l. j. & j. de dam. infec. l. qui bona. §. ſi quis ſtipulatus. Sed hoc corrigitur: vt in auth. de ijs qui ingre. ad appel. §. fin. vbi dicit ſemel iurari à principio tantum. Tertio no. in eo quod ſubijcit, hoc iuſiurandum &c. ſacramentum calumniæ remitti patrono: vt hic, & ṡ. qui ſatiſda. cog. de die. §. fi. & j. de dam. infect. l. qui bona. §. ſi alieno. & ṡ. eod. ſi patronus. & j. de obſequijs. licet. Sed hoc forte corrigitur hodie, vt nulli remittatur: vt C. de iura. calum. l. ij. §. ſed quia. Sed magis puto non corrigi: tum quia nõ expreſſe corrigitur: vt arg. C. de appel. præcipimus. in fin. tum quia lex remittit, non homo. nam homo non poteſt remittere, vt ibi: lex autem ſic, vt hic dicitur. Accurſius.
h *In arbitrio.* Vtrũ in præſentia iudicis ſit iurandũ, vel alibi, vel in libro, vel in eccleſia,[e] vel alibi, vt C. eo. l. generaliter. §.

A pe. Vel dic vt j. ea. l. §. fi. & ṡ. eo. qui per ſalutem. Accurſius.
i *Eligat reus.* vt C. eo. l. delata. vel etiã recuſet hodie[a]: vt C. eo. generaliter. §. ſinautẽ electio. Eſt autem ideo ſua, quia alternatiue tenetur: vt hic, & j. de iure do. l. plerunque. in fin.
k *Si malit.* immo videtur non licere referri: vt j. re amo. l. Marcellus. §. fin. quæ eſt contra. Sol. ſpeciale eſt in illa actione & in alijs turpibus: vt ſi conuenti ſciant factũ, non poſſunt referre iuſiurandum, nec recuſare: vt ibi: ſed aliàs & referri vt hic, & recuſari poteſt: vt C. de re. cre. generaliter. §. ſinautem.
l *Petet.* ab alio iurari.
m *Iudicium.* principalis debiti. Accurſius.
n *Non dabit.* Not. denegari iuriſdictionem ex cauſa: vt ṡ. ex quibus cau. maio. l. ſed & ſi per prætorem. §. ſed & ſi dum.
o *Detulit.* Catò: Patere legem quam tuipſe tuleris. vt hic, & ſupra quod quiſque iur. l. j. & C. de reb. cre. l. penult. §. ſinautem. Accurſius.
p *Rerum.* vt ſi contra te actionem de dolo intento: & tibi defero vt iures te non feciſſe dolum: refers iura. me feciſſe in re quæ ſit vltra duos aureos. nec enim aliter datur actio de dolo: vt ṡ. de dolo. ſi oleum. in fin. & l. idẽ eſt. Idem eſt ſi agas ex donatione quæ eſt vltra quingentos ſolidos: & defers iuſiur. vt iurem me non donaſſe: & ego refero vt iures me donaſſe non vltra quingentos ſolidos: vt C. de dona. l. pe. §. fin. Sed hoc ſi in totum volo euadere: vel tu vis totum quod petis, tibi dari. nec ob. ff. rerum amo. l. Marcell⁹. §. fi. & l. ſeq. quia ibi in abſconſo, hic in aperto. Accurſius.
q *Vel perſonarum.* vt ſi libertus agat iniur. & patrono deferatur iuſiurandum, vt iuret ſe non feciſſe iniuriam: patronus refert: Iura me tibi feciſſe atrocẽ iniuriam: vt ſupra de in ius voc. ſed & ſi. §. fi. & j. de iniur. l. prætor. §. ij. Item nota, hic ex varietate perſonarum ius vel ſtatutum ſtatim mutari: vt ṡ. neg. geſt. l. Pompo. in negotijs geſtis. & hoc iudex cognoſcit: vt hic, & ṡ. ea. l. §. ſi de qualitate.
r *Cum res.* abſoluet reum ab obſeruatione iudicij.
s *Dimiſſa.* i. placet partibus rẽ decidi iuramẽto vnius partis.
t TVtor. *Deficientibus.* vt ṡ. eo. iuſiurandum. §. j. & ij. tranſigere etiã poteſt tunc: vt C. de tranſact. præſes. & j. de fur. interdum. §. pen. aliàs non, vt in dictis legibus.
u *Quandoque.* id eſt quandocunque, id eſt ſemper. Vel dic, id eſt ſi non inueniatur læſus. alioquin contra: vt ṡ. eod. nam poſtea. §. ſi minor.
x *Pro pacto.* de hoc ſtatim dices.
y *Solutione.* vt ṡ. eo. l. iuſiurandum loco.
z *Iudicio.* vt ṡ. eod. qui iuraſſe. §. fin. & l. ſequen. Et plenius[e] not.

*a Bal. hic dicit iſtam glo. ſing. ad hoc ꝙ iuramentum de veritate præſtitũ nõ ſufficit ſi iurans dicit ſe credere: ſed debet cõtinere ſic eſſe, vel non eſſe. Bolog.*

*† Not. bene iſtum text. per quem probatur ꝙ exceptio poteſt apponi etiã per verba dubitatiua, puta quia dico, credo me non teneri: vel ſimulia: pro quo facit. l. ſi debitor. ṡ. de pet. her. & in l. ſi quis inficiatus. cum ſimilibus. infra depo.*

** Cõceptio eius, id eſt formula iuriſiurandi. Bud. hic.*

** in arbitrio.*

*b Immo nõ remittitur, ſed omittitur, ſecundum Bart.*

*e Iſta gl. eſt no. ſecundũ*

not.quia videtur ſacramentum cedere in locum pacti: vt dixi in ciuili obligatione. Nam ſicut pactum non tollit ciuilem obligationem, ita iuſiurandum in locum ſolutionis cedit in naturali obligatione. nam ſicut naturalis obligatio ipſo iure tollitur per ſolutionem, ita per ſacramentum: vt infra de ſol. Stichum. §. naturalis. Cedit in locum iudicij: quia ſicut iudicium rem certam[a] facit aut perimit, ita & ſacramentum: vt ſupra eod. nam poſtea. §. ſi is qui tempora. Vel ſicut iudicium parit actionem in factum, ita & ſacramentum: vt C. eod. actori. Item cedit in locum acceptilationis: vt ĩ. eod. l. iuſiurandũ. Accurſius.

a *Qui nõ compelluntur.* Et eſt ratio, quia loco iudicij iuſiurandũ ſuccedit: vt ſ. eod. qui iuraſſe. §. fin. in fi. & ſupra de iudic. ſed & ſi. §. ex quibus.

S*I actor.*} Casvs. Debebas mihi x. ex cauſa mutui, poſtea conſtituiſti mihi illa te ſoluturum. egi contra te de conſtituta pecunia: & deferente me iuraſti te mihi non teneri de cõſti. pecu. poſtea volo agere condi. certi: an poſſim? Et reſpon. quòd ſic, ex quo de priori obligatione iuratum non eſt. Viuianus.

b *Ceſſabit.* agitur ad eandem pecuniam, & alia actione, & ceſſat exceptio. Sed contra ſupra eod. duobus. §. exceptio. Solut. vbi alia actio quæ proponitur, ex eadem cauſa competit, ex qua & illa de qua iuratum eſt: obſtat exceptio. ſed vbi competit ex alia, non ob. at prima actio hic non propter conſtitutionem pecuniæ competit. Sed nonne iuſiuran. vice ſolutionis eſt? Reſpon. eſt quantum ad id de quo iuratum eſt, ſcilicet quantum ad cõſtitutionem. vnde de conſtituta non tenebitur ac ſi ſoluiſſet: non[b] autem quantum ad illas actiones ſuper quibus non iuratur. Accurſius.

delatũ probari debet, quàm qui ad hæc habiles ſunt.

*Non cogitur quis iurare vbi non poteſt conueniri. Bartolus.*

Qui non compelluntur[a] Romæ iudicium accipere, nec iurare compellẽdi ſunt: vt legati prouinciales.

*Iuramentum reſtringitur ad eam cauſam ſuper qua iuratur, nec ad aliam porrigitur. Bartolus.*

XXXVI. Vlpianvs libro viceſimoſeptimo ad Edictum.

SI actor deferat iuſiurandum de ſola conſtituta pecunia, & reus iurauerit, exceptione vtetur, ſi de conſtituta conueniatur. Sed ſi de ſorte, id eſt de priore obligatione conueniatur, exceptio ceſſabit:[b] niſi de hac quoque iurauerit aduerſario deferente.

*Deferens qui non vult iurare de calumnia, remittenti ſimilis eſt. Bartolus.*

XXXVII. Idem libro trigeſimotertio ad Edictum.

SI nõ fuerit remiſſum[c] iuſiurandum ab eo[d] qui detulerit,[e] nec de* calũnia iuretur[f]: cõſequens eſt vt debeat denegari actio. ſibi enim imputet, qui proceſſit ad delationem iuriſiurãdi, nec prius de calumnia iurauit: vt ſit iſte remittenti ſimilis.

*Is cui iuramentum delatum eſt, iurare vel referre tenetur, aliàs pro confeſſo habetur. Alexan.*

XXXVIII. Pavlvs libro trigẽſimoſeptimo ad Edictum.

MAnifeſtæ* turpitudinis† & cõfeſſionis eſt, nolle[g] nec iurare, nec iuſiurandum referre.

S*I non.*} Casvs. Petebam à te x. iureiurando delato petijſti à me vt iurarem de calumnia. nolui iurare. perinde eſt ac ſi iuſiurã. tibi fuerit remiſſum. Sed an mihi actio denegabitur, quia per me ſtetit quo minus iuraretur: quia nolui iurare de calumnia? Et reſpon. quòd ſic. Viuianus.

c *Si non fuerit remiſſum.* ſ. expreſſim. Azo. tacitè ſic: vt in fine l. & facit ad l. infra quod vi aut clam. l. j. §. ſed & ſi quis contra teſta. Item quod hic dicit de calumnia, dic hodie corrigi: cum ſemel tantum iuretur: vt dixit ſupra eod. iuſiurandum. §. qui iuſiurandum. Item not. quòd ſi non facio quod debeo: ſi tamen tu non facis quod tu debes, non obtines: vt hic. ſic infra de contrahen. empt. l. ſi in emptione. §. item ſi emptor. Accurſius.

d *Ab eo.* ſcilicet actore. Accur.

e *Detulerit.* quia tunc ſine dubio actio denegaretur.

f *Iuretur.* ſcilicet ab actore.

M*Anifeſtæ.*} Casvs. Placuit litigantibus vt lis ſacramento decideretur vnius, puta Titij: deinde ei fuit delatum ſacramentum, & ab eo ſuſceptum. dicit ſe nolle iurare. dicit iudex: referas ergo aduerſario. non vult. Dicit quod iſta eſt manifeſta turpitudo. Viuianus.

g *Nolle.* abundat vna negatio. ſic infra de dam. infect. flumi-

ff. Vetus.

A num. j. eſpon. & C. de ſer. fugi. l. l. & in auth. de here. & Fal. §. inordinatum. Item not. quòd hæc lex loquitur cum fuit ſuſceptum iuſiurãdum: vt quia placuit vtrique parti vt res per iuſiurandum decideretur. Alterutrum enim etiam hodie faciendum eſt: vt hic, & C. eo. delata. & ĩ. de cõſti. pecu. l. illud. §. j. porro[c] ſi non fuerit ſuſceptum, non eſt manifeſtæ turpitudinis, cũ poſſit recuſari: vt C. eod. l. generaliter. §. ſinautem. & reuocari: vt C. eod. l. ſi quis iuſiurandum. Vel dic, olim erat turpe: quia cogebatur ſuſcipere: vt hic. Sed hodie[d] corrigitur per d. l. C. eod. l. generaliter. Nec ob. ea. l. in fine. vbi dicit ꝙ nil corrigitur de legibus antiquis: quia hic caſus excipitur de recuſatione: vt alius in eo ꝙ poſt ſententiam iurabatur: quod hodie nõ eſt: vt C. eo. ſi quis iuſiurandum. & l. generaliter. § . j. Accurſius.

*c Iſta ſolutio diſplicet Bar. Angel. Pau. Fulg. Sal. Ale. & Iaſ.*

*d Nihil eſt. ideo dic ꝙ ibi poteſt recuſari ex cauſa: aliàs non: vt hic. Bart. Ang. P. Alex. & Iaſon.*

*Ex pacto collato in conditionẽ iuramenti ſecuto iuramento oritur exceptio. Bart.*

XXXIX. Ivlianvs libro decimo Digeſtorum.

SI quis cũ debitore ſuo pepigerit ne ab eo pecunia peteretur ſi iuraſſet ſe Capitoliũ non aſcẽdiſſe, vel aliud quodlibet feciſſe, vel nõ feciſſe, isq; iurauerit: & exceptio iuriſiurãdi dari debebit, B et ſolutũ repeti poterit. Eſt enim iuſta[h] cõuentio.[i] ſi quælibet cauſa[k] in conditione iuriſiurandi deducta fuerit.

*Si iuratur ſuper debito, liberatur pignus: & cõtra actionem ad pœnam paratur exceptio: et ſoluti poſtea datur repetitio. Bar.*

XL. Idem libro tertiodecimo Digeſtorum.

IVſiurandũ† à debitore exactũ efficit vt pignus liberetur. Eſt enim hoc acceptilationi ſimile, perpetuã certè exceptionem parit. Idcirco pœnam quoque petentẽ creditorẽ exceptione ſummoueri oportet: & ſolutũ repeti C poteſt.[l] vtpote cum interpoſito eo ab omni controuerſia diſcedatur.[m]

*Etiam abſenti poteſt iuſiurandum remitti. Bartolus.*

XLI. Pomponivs libro ſingulari Regularum.

LAbeo etiam abſenti[n] & ignoranti[o] iuriſiurandi gratiam fieri poſſe[p] reſpondit. Sed & per epiſtulam gratia iuriſiurandi fieri poteſt.

S*I quis.*} Casvs. Cum habebã debitorem, feci ei pactũ de nõ petendo, ſi iuraret quòd Capitolium nõ aſcẽderet. ſi iurauit, & petam, obſtabit mihi pactum. Viuianus.

h *Iuſta conuentio.* vt C. cõmunia vtriuſque iudic. ſi cum patruo. Sed videtur iniuſta: ideoq; iuramentum remittendum: vt ĩ. de condi. inſtitu. quæ ſub conditione. in princip. quæ eſt contra. Solut. illud circa vltimas volũtates, vt ſacramentũ remittatur: hic in cõtractibus. Vel ibi de futuro fuit conditio, hic de præterito. Sed quid ſi promiſi tibi x. ſi iures te aſcendere Capitolium: & iuras: nunquid oritur actio ex ſacramento, vel ex pacto? Reſpon. ex pacto. Nam ſi promiſi ſi aſcẽderes: non ex aſcenſu, ſed ex pacto datur actio: ſed quæ? de dolo: quaſi tu præuenire debeas in faciendo: & ſic eſt facio vt des: vt ĩ. de præſcript. verbis. l. naturalis. §. quod ſi faciam. licet quidam diſtinguant, aſſit vel abſit. Vel melius hic non fuit contractus innominatus: quia non modus obligare valens, ſed conditio fuit appoſita: ideo ex ſtipulatione, vel ex D conditione, vel ſimili cauſa ſecundum ius commune agetur ad dicta x. promiſſa. Sed in caſu huius. l. hoc nõ ſeruatur: quia fuit pactum factum ad excipiendum.

*† Bal. dicit iſtum text. ſing. ad hoc ꝙ iuramẽtum præſtitum ſuper principali, extenditur & porrigitur etiã ad acceſſoria. Bolog.*

i *Conuentio.* id eſt pactio de non petendo.

k *Cauſa.* vt aſcendere Capitolium, vel nõ aſcendere. Accur.

I*Vſiurandum.*} Casvs. Si debitor meus me deferente iurauerit ſe teneri: pignora quæ obligauit, liberantur: neque pœnam petere poterit ratione illius debiti: & ſi ſoluerit, repetet. Viuianus.

l *Repeti poteſt.* vt ſ. l. proxi. aliter ſi verus debitor ſit abſolutus: vt ĩ. de condic. indeb. Iulianus.

m *Diſcedatur.* & naturalis obligatio tollatur: vt ĩ. de ſolu. Stichum. §. naturalis. & ĩ. l. ſi.

L*Abeo.*} Casvs. Procurator meus detulit tibi iuſiurandũ. illud iuſiurandum tibi remiſi. Dicitur quòd ſi tu etiam ignores quòd tibi remiſſum fuit: nihilominus remiſſio valet. Viuianus.

n *Abſenti.* per nuntium. Accur.

o *Ignoranti.* tempore factæ gratiæ. ſed ſciet quando parabit iurare.

p *Poſſe.* vt C. e. generaliter. §. his de preſentibus. Et ſic no. ar.

pro collatione præbendarum procuratoribus abſentium facta, vt teneat: vt j. de don. l. abſenti. & C. de don. l. ſi aliquid.

a C *Reditore. Eius.* ſcilicet pupilli. Accurſius.

b *Mihi. ô* Iuliane [a], de quo ſubijcit.

c *Non oportere.* quia non accepit: vt dicit.

*alumno debet eſſe ô Pomponi, ſecundum Alb.*

d *Obligatio.* ſiue erat iuncta cum ciuili, vt quia cum tutore: ſiue non, quia ſine eo. Accurſius.

*Iureiurãdo tollitur naturalis obligatio.*

e *Tolletur.* Nota naturalem obligationem iureiurando tolli: vt j. de ſolu. Stichum. §. naturalis.

f *Si verò interueniſſet.* quia dicebat ſe nõ feciſſe cum auctoritate tutoris: quæ in obligatione pupilli eſt neceſſaria: vt inſtitu. de auctor. tutor. §. j. & ſic confitebatur factũ: ſed negabat de iure teneri. Azo.

g *Non tuebitur.* quia naturaliter pupill[9] accipiendo ſe obligat: vt j. de noua. l. j. in fin. niſi cum ipſo tutore cõtrahat: quo caſu nec naturaliter tenetur: vt infra de actio. & obligat. l. pupillus. & infra de auct. tut. l. v. in princip. vnde quando pupillus naturaliter tenebatur, vt hic erat, fideiuſſores tenentur: vt j. de fideiuſſ. l. fideiuſſor. §. j.

h *De facto.* id eſt an acceperit.

i *An de iure.* apparet hic de iure iurari poſſe: ſed hoc ideo, quia ponitur ius pro qualitate facti: vt C. ſi contra ius vel vtili. pu. l. ij. Accur.

k *Creditore.* id eſt an cum tutore.

l *Intelligere.* id eſt præſumere in dubio: quia proniores, &c. vt infra de act. & obli. l. Arrianus.

m *Non oportere.* quia non fuit contractum, vel fuit ſolutum.

n *Atquin.* pro ſed.

o *Prodeſſe.* vt s. eod. duobus. §. j. & ij.

p *Debebit.* vt s. eod. nam poſtea. §. iuſiurandum. Accur.

q *Eadem ratio.* hic ſolus caſus deerat: nam omnes alij q hic ſunt, erant ſupra in prædictis modo legibus.

r *Reo.* vt ſupra eod. duobus. §. j. Accurſius.

*Si debitor iurat ex cauſa quæ perſonam tantum ab obligatione exemit, fideiuſſori nõ proderit, ſecus ſi iurat ſuper contractu: quod facere videtur in dubio. Bartolus.*

XLII. IDEM libro octauodecimo Epiſtularum.

CReditore qui de mutua pecunia contra pupillũ contendebat iuſiurandũ deferẽte, pupillus iurauit ſe dare nõ oportere. eandẽ pecuniã à fideiuſſore eius [a] petit. an excludẽdus ſit exceptione iuriſiurãdi? quid tibi placet reſcribe mihi [b]. Eam rem apertius explicat Iulianus. Nam ſi controuerſia inter creditorem & pupillũ fuerit an omnino pecuniã mutuã accepiſſet, & conuenit vt ab omni conditione diſcederetur ſi pupillus iuraſſet, iſque iurauerit ſe dare non oportere [c], naturalis obligatio [d] hac pactione tolletur [e], & ſoluta pecunia repeti poterit. Sin verò creditor quidem ſe mutuam dediſſe contendebat, pupillus autem hoc ſolo defendebatur, quòd tutor eius non interueniſſet [f], & hoc tale iuſiurandum interpoſitum eſt, hoc caſu fideiuſſorem prætor nõ tuebitur. [g] Si autem liquidò probari nõ poteſt quid actum ſit, & in obſcuro erit (vt plerũq; fit) de facto [h], an de iure [i] inter creditorem & pupillum cõtrouerſia fuerit: deferẽte creditore [k] pupillum iuraſſe, intellegere [l] debemus id actum inter eos, vt ſi iuraſſet ſe dare non oportere, ab omni cõditione diſcederetur: atque ita & ſolutam pecuniam repeti poſſe: & fideiuſſoribus exceptionẽ dari debere exiſtimabimus.

*Iuramentũ fideiuſſoris ſuper facto, prodeſt reo: ſec[9] ſi ſuper perſona iuretur. Bar.*

Si fideiuſſor iurauerit ſe
A
dare non oportere [m], exceptione iuriſiurãdi reus promittendi tutus eſt. Atquin [n] ſi quaſi omnino idem non fideiuſſiſſet, iurauit: non debet hoc iuſiurandũ reo promittendi prodeſſe [o].

*Ex iuramẽto defenſoris quæritur exceptio defenſo, & etiam ei cui quæreretur ſi defenſus iuraſſet, idem in re iudicata. Bar.*

B
Sed & ſi actore deferẽte defenſor abſentis vel præſentis iurauit eũ quẽ defendit, dare nõ oportere: exceptio iuſiurãdi ei cuius nomine iurandũ [p] fuerit, dari debebit. [q] Eadẽ ratio q eſt & ſi fideiuſſoris defenſor iurauerit. reo [r] enim detur exceptio. Item ſi reus iurauit, fideiuſſor tutus ſit: quia & res iudicata ſecũdum alterutrũ eorum vtrique proficeret.

## DE IN LITEM IVRANDO.

### TITVLVS III.

*Hæc lex legitur duobus modis, ſecundũ primã lect. hoc dicit: Nõ debemus inſpicere quod euenire poteſt, ſi ad id nõ eſt res naturaliter deſtinata. ſed ſecundũ alterã lect. h. d. Fideiuſſor non tenetur in id ad quod ex contumacia condemnatio creſcit. Bar.*

C
I. VLPIANVS libro quinquageſimoprimo ad Sabinum.

REm † in iudicio [s] deductam non idcirco pluris eſſe opinamur, quia creſcere condemnatio [t] poteſt ex cõtumacia non reſtituentis, per iuſiurandum in litem. Non enim res pluris fit per hoc, ſed ex contumacia æſtimatur vltra rei [u] pretium:

*Iſtud iuramentum defertur ratione doli, non ratione culpæ. Alexand.*

II. PAVLVS libro tertiodecimo ad Sabinum.

D
SIue noſtrum [x] quid petamus, ſiue ad exhibendũ agatur. Interdũ quod intereſt [y] agẽtis, ſolum æſtima-

ſcere per ſacramentum. contingere tamen poteſt vt pretium eius plus æſtimetur: & hoc dicit verum eſſe ſiue agatur ad hoc quod meum fuit, ſiue agerem ad exhibendum. Hoc dicit cum principio legis ſequentis. Viuianus.

s *Rem in iudicio.* Dupliciter poteſt poni caſus [b], vel in re facienda, vel iam facta. In re facienda, vt cum ego ago contra Titium aliqua actione qua iuratur in litem, vt rei vind. & petam fideiuſſores iudicio ſiſti idoneos, vel iudic. ſol. ſecundum id quod poteſt creſcere lis. econtra non dantur niſi quatenus lis eſt inſpecto principio. certè hoc vltimum ſufficit, vt hic, & ſupra ſi quis in ius vo. non ierit. l. j. nec enim aduentitij caſus, &c. vt j. qui & à quibus. Iulianus. Item caſum aduerſamq; for. &c. vt infra de verbo. obligatio. inter ſtipulantem. §. ſacram. & ad hoc ſupra de iuriſd. om. iud. cum quædam. §. fin. In re iam facta [c], vt ſi dediſti fideiuſſores idoneos inſpecta quantitate quæ petitur: ſed poſtea propter contumaciam in plus eſt damnatus: certe fideiuſſores non tenentur: vt argumen. infra de fideiuſſ. l. fin. Item pone infra ad l. Fal. cũ pater. §. legato. & l. alienus. & de le. iij. non dubium. §. fin. Accurſius.

t *Condemnatio.* id eſt æſtimatio.

u *Vltra rei pretium.* id eſt vltra æſtimationẽ veritatis: vt ſupra ne quis eum qui in ius vocatus. l. penulti. §. j. & not. hic duo arg. Primum, quòd non inſpicitur quod euenire poteſt. & pro vtraque parte dic vt dixi ſupra de iuriſd. om. iudic. ſi idẽ. in fin. legis. Aliud, quia rerum pretia non affectione, ſed pro rei veritate æſtimatur: vt hic, & ſupra ad l. Aquil. l. ſi ſeruum meũ. & infra ad l. Falci. pretia. Sed arg. contra infra man. l. cum ſeruus. ADDITIO. Dic ꝙ ibi propter affectionẽ noua actio datur: hic competens contra nõ contumacem non augetur, ſecundum Angel. Paul. Alexan. & Iaſonem.

## DE IN LITEM IVRANDO.

*Supra dictum eſt de iureiurando, quod eſt de re: vt ſupra titu. 1. quotiens. hic de eo quod eſt ex voluntate ſiue affectione: vt infra eo. l. 1. & l. videamus. §. iurare. Accurſius.*

REm in iudicio. CASVS. Egi contra te rei vind. vel conſimili act. vnde cum debebas ſatiſdare iudicatum ſolui, obtuliſti quendam fideiuſſorẽ qui non ſatis erat idoneus ad rem petitam. dicebam quòd dares mihi magis idoneum fideiuſſorem quia fortè ego iurabo in litem: & ſic fortè non erit ſoluendo ad eam quantitatem quam in ſacramento comprehendam: quia forte cum non habet in bonis niſi c. ego peto iurare ad cc. Dicit quòd non ſum audiendus: quia non videtur res petita maioris vel minoris pretij, quod ita poteſt cre-

SIue noſtrum. CASVS. In lege ſuperiori in fin. dicitur quòd quando id litem iuratur, æſtimatur res vltra verum pretium: hic dicit quòd verum pretium rei æſtimatur: puta antequam qui reſtituere debuerit, fuerit in culpa, & non in dolo. Viuianus.

x *Siue noſtrum.* Poteſt legi tota continue: & non coniũgatur legi ſuperiori, nec ſit hic. §. interdum. vel ſit hic. §. & hic primus ver. cum l. ſuperiori iungatur. Et dic, noſtrum petamus: vt per rei vindic. in qua iuratur in litem: vt s. de rei vindic. qui reſtituere. vel etiam ius, vt ſeruitutẽ: vt s. ſi ſer. vind. l. harum actionum. in fin. & in act. ad exhi. vt ſubijcit. & j. eod. in actionibus. in princ. & s. ad exhi. l. iij. §. ij.

y *Interdum quod interſit.* an per iuramentum probetur: vel per teſtes

teſtes: Reſpon. per teſtes, ſecundum Ioan. vt C. de ſen. quæ pro eo quod intereſt. l. j. §. in alijs autem.
a Quanti in litē iurauerit. facta taxatione: vt ſ. de dolo. l. arbitrio. & j. e. videam⁹. §. pe. & l. in actionib⁹. §. j. Interdū tamē iuratur in litē. id eſt in verā æſtimationē: vt j. l. proxi. & l. cū furti. & ſic intelligitur. l. in actionibus. §. plane. j. eo. Sed quid ſi patet iudici actoris affectio: an debeat exigere ſacramentum in litem? Videtur ꝙ nō: quia in incertis nō certis &c. vt j. de ver. obl. l. continuus. §. cum ita. Econtra quòd ſic: quia non vt iudex ſcit: & ideo ex fide eorū quæ probantur, iudicat, non ſua conſcientia: quod verum puto: vt ſ. de offi. præſi. illicitas. §. veritas.

A quid iudex taxare poterit ſacramentum, puta ſic dicere, iura pro quanto nolles te carere: dum tamen illam quantitatem non excedas, ſcilicet. c. ſolidos? Et dicit quòd iudex taxare poterit: & hoc probat: quia in poteſtate ſua fuit deferre, & non deferre: vnde in poteſtate ſua debet eſſe taxare. Item pone delatum eſt iuſiurandum à iudice, & eſt iuratum: nunquid poſtea iudex retractare poterit? Et dicit ꝙ ſic. In fine dicit quod propter culpam non iuratur. & hoc dicit vſque ad l. in actionib⁹. Viuianus.

N Vmmis. ℣ Casvs. Depoſui pecuniā penes te. noluiſti eam reſtituere. nunquid in litem iurabo? Et dicit quòd non: cum nō intereſt mea magis alios nūmos habere quàm illos eoſdē. Sed pone: promiſerā ſub vſuris, vel ſub pignore: & ideo quia non fuit pecunia depoſita mihi reſtituta, venditum eſt pignus, & cōmiſſa eſt pœna: & dicit ꝙ adhuc in litē iurabitur. ſi tamē damnum paſſus ſum, quia pecunia non fuit reſtituta, iurare potero: & dicitur id ſacramētum ad damnū, vel propter damnum: & non in litem. alij tamen aliter dicunt. Cetera plana ſunt vſque ad §. iurare.
b Interfuit. ſupple magis illum pecuniā habere, quàm aliam.
c Aeſtimatio. id eſt nūmi ipſi certi ſunt, qui rerum ſunt æſtimatio. Ioan. nec enim in pecunia poteſt eſſe intereſſe, ſi rectè inſpicias, niſi fuerit in mora, tantum enim intereſt mea hanc habere pecuniam, quantum illam. ſecus in libris & alijs rebus: quia pecunia per res non æſtimatur: vt j. de fideiuſ. l. ſi ita. Azo. ſed nec alia ratione iuratur, niſi forte &c. vt ſit bona exceptio. nec enim eſt hoc iuramentum in litem: & ideo caute ponit, iuret: & non repetit in litem. in litē autem non iuratur: quia non fuit contumax in commiſſione pœnæ: ſed in reſtitutione ob quam eſt commiſſa pœna. Item quia affectio nulla eſt maior ad vnam pecuniam quàm ad aliam: ob quam affectionem in litem conſueuit iurari: vt ſ. l. proxi. §. j. Alij dicunt hic iurari in litem: vt infra e. in actionibus. §. plane.
d Sua die. ſ. die præſtituta, vel die interpellationis. aliud itaque eſt in ſpecie, aliud in quantitate depoſita. nam in ſpecie iuratur in ac. depoſiti: vt j. depo. l. j. §. in depoſiti. Item in hac veniunt fructus. at cum quantitas non venit quod potuit lucrari. ſ. negotiando: ſed venit illud tantum quod intereſt ſua die datos eſſe, ſecundum Io. quod intereſſe duplex eſt, vt hic dicitur. & facit ad idem. j. de eo quod certo loco. nō vtique. §. nunc de officio. Hic quæro, an in alijs contractibus bonæ fidei vel ſtricti iuris, vt in mutuo, habeat locum quod hic dicitur? Reſpō. ſic, vt j. de eo quod cer. lo. quod ſi Ephe. Item an per ſolum iuramentum poſſit aliàs probari? Reſpon. ſic. per l. iſtam contra doloſos. Accur.

V Ideamus. ℣ Casvs planus eſt vſq; ad §. iurare. in quo ſic ponitur. In ſuperiori §. dicit ꝙ debet iurari iudice deferente: & aliàs non valet iuſiurandum. Sed pone ꝙ iudex detulit: nūquid poteſt iurari in infinitū? Et dicitur ꝙ ſic. Nunquid

tur: veluti cum culpa nō reſtituentis vel nō exhibentis punitur. cum verò dolus aut contumacia non reſtituentis vel non exhibentis, quanti in litem iurauerit[a] actor.

*In his in quibus non cadit affectio, non defertur iuramentum in litem ad probandum verum intereſſe, etiā extra rem, quod circa rem non cadit. hoc dicit. Diuiditur in duas partes, quæ patent ex ſummario. Secunda ibi, niſi. Bartolus.*

III. Vlpianvs libro trigenſimo ad Edictum.

B Nvmmis depoſitis iudicē non oportet in litē iuſiurandum deferre, vt iuret quiſque quod ſua interfuit[b]: cum certa ſit nummorum æſtimatio[c]: niſi forte de eo quis iuret, quod ſua interfuit nūmos ſibi ſua die[d] redditos eſſe. Quid enim ſi ſub pœna pecuniam debuit, aut ſub pignore, quod quia depoſita ei pecunia abnegata* eſt, diſtractum eſt?

*In cauſa quæ per tutorem agitatur, pupillus vel mater eius ad iurandum de affectione non admittitur: tutor & curator nō cogitur, ſed volens admittitur: adultus etiā admittitur. Bartolus.*

IIII. Idem libro trigenſimo ſexto ad Edictum.

V Ideamus * in tutelari[e] cauſa * quis iurare, & aduerſus quē poſsit. Et quidē ipſe pupillus ſi impubes[f] eſt, non poteſt. hoc enim ſæpiſſime reſcriptum eſt. Sed nec tutorem cogendum, vel matrem pupilli admittendam[g], etſi parata eſſet iurare, diui fratres reſcripſerunt. Graue enim videbatur, & ignorantes & inuitos tutores ſub alieni† compendij[h] emolumento etiā periurium anceps ſubire. Curatores quoque pupilli, vel adoleſcentis non eſſe cogendos in litē iurare, reſcriptis imperatoris noſtri & diui patris eius cōtinetur. Si tamen tantam affectionem pupillo ſuo vel adoleſcēti tutores vel curatores præſtare volēt, auctoritas iuris nō refragabitur[i], quin iudicio quod inter ipſos* acceptum eſt, finis[k] eiuſmodi poſsit adhiberi. Non enim[l] ad ſuā vtilitatē iuriſiurandi referenda æſtimatio eſt, ſed ad domini, cuius nomine tutelæ ratio[m] poſtuletur. Adoleſcēs verò ſi velit, iurare poteſt[n].

*Solus iudex poteſt iuramentum in litem deferre: et in infinitum poteſt iurare: debet tamen iudex certam quantitatem taxare in quam iuretur. non tamen præſtitum iuramentū cogitur iudex omnino ſequi, ſi ta le iuramentum ob culpam non defertur. h. d. vſque ad l. in actionibus. Alexan.*

C Deferre autē iuſiurādū iudicē oportet. Ceterū ſi ali⁹[o] detulerit iuſiurandū, vel nō delato iuratum ſit: nulla erit religio, nec vllum iuſiurandum. & ita cōſtitutionibus expreſſum eſt imperatoris noſtri, & diui patris ei⁹. Iurare autē in infinitū[p] licet.

e In tutelari cauſa. ſi tutor agit nomine pupilli.
f Impubes. id eſt quia impubes &c. ſecus in adoleſcēte: vt j. ead. l. §. adoleſcens. Accurſius.
g Admittendam, quia credimus quòd in infinitum iuret amore filiorum, cum nullus affectus vincat paternum: vt C. de cu. fur. l. fina. j. reſpon. & quia plus quàm ſe filium diligit: vt ſupra quod me. cau. iſti quidem. §. fin. ſed ſi tutrix eſt, vt tutor admittitur, licet non cogatur: vt hic, & ſupra de noxa. quotiens. §. ſi tutor. ſed ſacramentum calumniæ tutores & curatores prorſus præſtare coguntur: vt C. de iu. calum. l. ij. §. quod obſeruari. Idem eſt in eo quod fit pro lite decidenda, pro quantitate expenſarum: quia hoc præſtare cogitur: vt C. de re. cre. l. generaliter. & de iudic. properandum. §. j. Accurſius.
h Compendij. maxime. nam nec propter ſuū compendium: vt ſupra titu. j. l. iuſiurandum & ad pecunias. in fin. j. reſpon. & ſ. qui ſatiſd. cog. de die. §. fi. nec propter alienum: vt hic, & j. re. amo. l. Marcellus. §. pater. Eſt tamen ar. contra huic dicto, vbi alienum compendium debet quis præferre: vt j. de admi. tut. l. tutor. §. non eſt audiendus. Accur.
i Refragabitur. immo videtur refragari, cum ſolus dominus debeat iurare: vt j. eod. vulgo. quæ eſt contra. Sol. & tutor eſt quaſi dominus: vt j. vt de fur. interdum. §. qui tutelam, & pro emp. qui fundum. §. ſi tutor.
D k Finis. ſcilicet per ſacramentum, quod eſt inſtrumentum decidendi lites. vt C de re. cred. l. in bonæ fidei. vt ſ. titu. j. l. j. Accurſius.
l Non enim. bene dico tutorem præſtare iuramentum, quo æſtimetur vtilitas: quia non ad ſuam, quæ nulla eſt, ſed ad pupillum refertur. iurabit enim[a] pro quanto ſuus adultus vel pupillus nollet re carere: vt hic, & ſ. ibi, ſub alieni compendij &c. non autem pro quanto ipſe tutor nollet ſuum pupillum re carere. ſic & ſ. ſi quis cau. l. penul.
m Ratio. id eſt debitum occaſione tutelæ: quia tutor eſt.
n Poteſt iurare. quoddam ergo adoleſcēti permittitur, quod non pupillo: vt hic, & inſti. de ſuſpe. tu. §. impuberes. Sed videtur diſtinguendum an habeat curatorem, vt tunc non poſſit: ad inſtar pupilli. aliàs ſic: vt C. de in integ. reſt. mi. l. ſi curatorem. ſed non eſt ita: quia de ſuo commodo agitur. Item not. hic argu. quòd minor debet iurare de veritate dicenda. maxime cum ad iudicem pertineat inquirere veritatem: vt C. de eden. l. ſi is apud quem.
o Alius. ſecus in alio iuramento: vt ſ tit. j. l. ij.
p Iurare in infinitū. Not. infinitatē amplectendā: vt hic, & in auth. de

† No. ſecū dū Bald. ꝙ quis nō cogitur iurare de facto alieno, & aliena ſciētia: nec debet quis grauare cō ſcientiā ſuā ratione officij quod gerit: ſed ſalutem animæ ſuæ præferre cuicunq; officio. q. & eſt no. dignū, ſecundū eundem.
* id eſt tutorē nominē pupilli agente, & contutorem excuſatum vel remotū ob ſuſpicionē. Duare. in cō. de in lit. iuran. num. 10.
* Aliā forma iurandi diſplicet Bar. Bal. Ange. P. & Alex. Minor de veritate dicēda iurare debet. Infinitas amplectenda eſt.

Sed an iudex modū iuriiurādo ſtatuere poſsit, vt intra certam quantitatē iuretur, ne arrepta occaſione in immenſum iuretur, quæro. Et quidē in arbitrio eſſe iudicis, deferre iuſiurandū nécne* cō ſtat. An igitur qui poſsit iuſ iurandū deferre,* idē poſsit et taxationē iuriiurādo adiicere, quæritur. Arbitrio tamē bonæ fidei iudicis etiam hoc congruit.[a] Item videndum an poſsit iudex qui detulit iuſiurandum, nō ſequi id, ſed vel prorſus abſoluere, vel etiam minoris condemnare quàm iuratum eſt. Et magis eſt vt ex magna cauſa[b], & poſtea repertis probationibus poſsit. Ex culpa[c] autem non eſſe iuſiurandum deferendum conſtat: ſed æſtimationem[d] à iudice faciendam.

*In actionibus in rem arbitrariis & bonæ fidei iuratur in litē ſecundum taxationem iudicis, ob dolum tantum. In alijs autem actionibus ſtricti iuris non iuratur in litem, niſi quando alia vera æſtimatio probari non poteſt. h.d. cum l. ſeq. Diuiditur in duas partes. Primo loquitur de iuramento in litem, quod eſt affectionis. Secundo de iuramento in litem, quod eſt veritatis. Secunda ibi in ver. plane. Item prima ſubdiuiditur: quia primo ponit in quibus actionibus iuratur. Secundo, quod ſit officium iudicis in delatione iuramenti. Tertio quod ſit eius officiū poſtquam eſt iuratū. Quarto ob quam cauſam deferatur. Secunda ibi, ſed iudex. Tertia ibi, item & ſi. Quarta ibi, ſed in his. B.*

V. Marcianvs libro quarto Regularum.

B In actionibus in rem[e], & in ad exhibendum[f], & in bonæ fidei[g] iudicijs in litem iuratur. Sed iudex poteſt præfinire certam ſummam vſque ad quam iuretur. licuit enim* & à primo nec deferre. Item & ſi iuratum fuerit, licet iudici[h] vel abſoluere, vel minoris condemnare. Sed in his omnibus ob dolum ſolum in litem iuratur, non etiam ob culpam[i]. hæc enim iudex æſtimat. Planè[k] interdū & in actione ſtricti iudicij in litem iurandum eſt: veluti ſi promiſſor Stichi moram fecerit, &

---

auth. de non alie. §. finimus. Sed arg. contra. j. de le. iij. fideicommiſſa. §. ſi quis. x. & C. de ſac. ſan. eccle. l. fin. Solu. etiam hic euitatur, quia taxatur: vt ſubijcit.

a *Congruit.* vt ante & poſt poſsit taxari: vt hic, & j proxi. ſic ſ. de pac. iuriſgetiū. §. adeò. Sed videtur q nec ante nec poſt: vt ſ. de rei vind. l. qui reſtituere. quæ eſt cōtra. Sol. non taxatur: vt ibi dicit. ſ. à lege: ſed à iudice ſic: vt hic, & j. j. l. proxi. §. j. & ſ. ad exhi. l. iij. §. ij. & ſ. de dolo. arbitrio. §. j.

b *Ex magna cauſa.* vt ſi iudex inueniat inſtrumenta q ad reum res pertineat: [a] vnde propter contumaciam iā non eſt puniendus: vt j. de pec. l. eo tempore. j. reſpon. & ſ. titu. j. admonendi. Azo. aliàs facilè non retractatur: vt j. eo. l. fin. præterea ad id quod dicit, poſsit id nō ſequi vel prorſus abſoluere, & ſic iuramentum præſtitum retractari: concordat. C. de iu. ſancimus. Sed contra dicit in authē. de iudi. §. oportet. col. vj. vbi dicit quòd poſt exactum & præſtitum amplius non taxetur. Sol. quidam dicunt illam corrigere iſtam. Alij diſtinguunt [b] an ante ſacramentum taxauit, vt tunc poſtea taxare non poſsit: vt ibi. an nō taxauit prius: & tūc taxat poſtea: vt hic. Tu dicas q ibi in alio ſacramento loquitur. ſ. de expenſis litis: hic de in litē iurando. quod ergo dicitur ibi de expenſis litis, idem dicetur & vbi defertur propter aliquam rem dubiam, vt certa efficiatur: vt C. vnde vi. l. ſi quando. hoc autem de affectione tantum eſt. Item quod dicit hic retractari iuramentum præſtitum, intellige niſi ſit ſecuta definitiua ſententia de re reſtituenda. tunc enim ſententia iudicis non reuocaretur: vt j. de re iudi. imperator. & l. Paulus. & ita nec ſacramentum. Vel dic vt ſ. tit. j. l. admonendi. hic autem in rei vin. ita procedit, vt iuret ſi reus dolo deſijt poſsidere: vt ſ. de dolo. l. arbitrio. §. j. vel ſi actor non vult rem auferri manu militari: ſed quāti in litem iurat, vult damnari reum.

*Marginal notes:* *necne velit. * non deferre Flo. a Iſtud exēplum eſt bonū ad text. dū dicit iudicem poſſe abſoluere ſecundum Alex. b Iſta nō tollit cōtrariū ſecundum Alex.*

c *Ex culpa.* niſi in caſu: vt C. eo. l. alio.

d *Aeſtimationem.* cognita veritate: vt C. eo. l. ij. Azo.

In *actionibus.* Casvs. Hæc l. quatuor habet dicta. primum quòd in iudicio bo. fi. & in act. ad exhibendum, & in ac. in rem iuratur in litem. Secundum quòd iudex poterit taxare vſque ad quam quantitatem iurari debeat. Tertium, quòd propter dolum ſuum non propter culpā iurare debet. Quartum in ſtricti iuris iudicio in litem nō iuratur, præterquam in vno caſu quem ponit in litera: puta cum mihi Stichum promiſiſti: & fuiſti in mora ſoluendi. poſtea deceſsit Stichus, intelligūt enim quidam de iurando in litē, quod eſt pro quanto nolles re carere: quod falſum eſt: ſed ad veram quantitatē rei intelligitur.

e *In rem.* vt ſ. de rei vin. l. qui reſtituere. Et dic quòd improprie dicitur actio in rem: ſed dicitur petitio: vt j. de act. & obl. l. actio in perſonam. Sed large hic ponitur, vt in prędicto tit. l. actionum genera. Item nūquid in alijs realibus iuratur: vt in publi. & Seruiana, & quaſi, & ſimilibus? Reſpō. ſic: quia dicit actionibus, in plurali nume. [c] & j. de pig. ſi fundus. §. in vindicatione. & quia ſunt arbitrariæ, in quibus iuratur: vt inſti. de act. §. præterea.

*c Iſta ratio eſt fragilis, ſecundum Alex.*

f *Ad exhibendum.* vt ſ. ad exhi. l. iij. §. ij.

g *Bonæ fidei.* vt j. cōmo. l. iij. §. in hac. & j. loca. ſi cui. §. fi. & ſ. de peti. here. ſed & ſi. §. hęc verba. & hoc in directis, nō in cōtrarijs: vt j. depoſi. l. j. §. in depoſiti quoque. & l. ei apud. Sed ſpeciale eſt in actione ex empto: vt licet ſit bo. fi. nō tamē iuratur in ea in litem: quia vēditor liberari poteſt præſtito intereſſe ſingulari: nec cōmittit dolum: vt j. de act. emp. l. j. in prin. & C. de her. vel act. ven. l. qui tibi. in fi. & ideo nō iuratur ad infinitum. Accu. Sed certè nulla lex vetat ſecundū H. A vt no. in ſumma huius tit. nā & aliàs venit ſingulare intereſſe in act. de dote, & in alijs ſimilibus: & tamen iuratur in litem.

h *Iudici.* vt ſ. l. proxi. §. pen. & potes hic dicere contrarium in authen. de iudi. §. oportet. & ſolue vt ſuperiori lege diximus.

i *Non etiam ob culpam.* ſcilicet propter leuem, vel leuiſsimam. Sed an propter latam culpam iuretur: Videtur quòd ſic, cùm ſit ſimilis dolo: vt infra de preca. l. quæſitum. §. culpam. vnde & ſ. ij. men. ſal. mo. di. l. j. §. j. Sed tamen dico quòd non. vt enim propter ſolā contumaciā quis poteſt excommunicari, ita & poteſt iurare in litem contra aliquē propter dolum tantū: vt ſ. de dolo. l. arbitrio. §. j. Comparatur ergo lata culpa dolo quantum ad pecuniarium damnum perſequendum, non quantum ad corporalē pœnā: vt infra ad l. Corn. de ſic. l. iij. Item non quantum ad infamiam irrogandam: vt inſti. de ſuſpec. tu. §. ſuſpectus. Item nec quantum ad iuſiurandum in litem: quia irrogat pœnam reo ex ſola voluntate iurantis. Porro in actione tutelæ eſt ſpeciale vt ſi agatur cōtra tutorem tutelæ, & ipſe tutor dolo vel lata culpa vel leui nō exhibuit res vel inſtrumenta pupilli, iurari poteſt tunc contra eum in litem: ſed contra heredem ſuum forte non iurabitur niſi propter dolum ſuum proprium, vel latam culpam: vt C. de in lit. iur. l. is qui. & l. alio iure. & ideo ibi in tractatu tutelarum ponitur hic titu. vt oſtendat quòd in ea aliquid ſeruetur ſpecialitatis. Accur.

C

k *Plane.* hic §. iungitur principio huius l. ibi, & in bonæ fidei &c. & collige ex hac adiunctione, arbitrarias non eſſe ſtricti iudicij cum fecerit mentionem de bonę fidei, & de arbitrarijs. & tunc aduerſatur plane, pro ſed: quaſi de alijs prorſus dicat à prædictis: & hoc ſecundum quoſdam. Sed tu dic quòd ſtricti iuris ſunt: cùm non numerentur inter bonæ fid. quæ ſunt inſtit. de actio. §. actionum. Et quod dicit hic, plane &c. dic in ſtricti iuris, etiam quæ non ſunt arbitrariæ. & ſic eſt bona aduerſatio. Nota ergo in actione ſtricti iuris iurati in tribus caſibus. Primus contra eum qui in ius vocatum vi exemit: vt ſ. ne quis eum qui in ius vocatus eſt, vi eximat. l. penult. §. j. & eſt illud propter contemptam auctoritatem iudicis: vel propter rigorem iudicis ſeruandum. Secundus eſt in actione Fauiana, ſi non reſtituatur res alienata in fraudem patroni: vt infra ſi quid in frau. pa. l. tenetur. §. in hac actione. nam & ſi non ſit arbitraria [d], eſt tamen in rem ſcripta. Tertius eſt, ſecundum Ir. in promiſſore Stichi, qui moritur poſt moram etiam ſine dolo, ſed culpa tantùm: vt hic. Et eſt ratio: quia iudex aliter non poteſt æſtimare corpus mortuū, cum ad nullum ſit vſum: ſed in alijs rebus ſecus: quia mortuus bos ad aliquem vſum eſt. ſed certè hoc vltimum intelligo ſecundum Azo. non de iureiurando in litem, quod cuiuſque arbitrio facit rei æſtimationem: ſed de iureiurando quod improprie dicitur in litem: & continet veram, id eſt communem rei æſtimationem. & hoc innuit ratio huius legis: quia iudex &c. & de tali ſacramento loquitur infra eo. l. cum furti. nam ſiue agatur actio. fur. quia in ea ad rem duplicandam vel quadruplandam habetur reſpectus, ſiue agatur condi. furtiua, defertur actori iuſiurandum ſuper quantitate rei propter inopiam probationum, & propter maleficium conuenti: vt iuret tanti rem fuiſſe cum furtum factum ſit. nec debet adijci, eo, pluriſue &c. vt in d. l. infra eod. cum furti. & ſic etiam defertur ſacramentum in interdicto vnde vi: vt C. vnde vi. ſi quando. Eſt & quartus: vt infra re. amo. ſi cum dos. §. j. Accurſius. Additio. Dic quòd ibi erat actio arbitraria propter præceptum iudicis contemptum. Bar. Alex. & Iaſ.

D

Relatione.

Stichus deceſſerit: quia iudex æſtimare ſine relatione[a] iuriſiurandi non poteſt rem quæ non extat.

VI. PAVLVS libro vicenſimoſeptimo ad Edictum.

ALiàs ſi ex[b] ſtipulatu vel ex teſtamento agatur, non ſolet in litem iurari.

*Dominus litis debet in litem iurare, non alius. Bartolus.*

VII. VLPIANVS libro octauo ad Edictum.

B VOlgo* præſumitur aliũ in litem non debere iurare, quàm dominum[c] litis. Denique Papinianus ait alium nõ poſſe iurare, quàm eum qui litem ſuo nomine conteſtatus eſt.

*In actione tutelæ, quia eſt bonæ fidei, iuratur in litem. Bartolus.*

VIII. MARCELLVS libro octauo Digeſtorum.

TVtor[d] * rẽ adulti quam poſsidet, reſtituere ei nõ vult: quæro vtrũ quanti res eſt, an quãti in litem iuratum fuerit, cõdemnari debeat. Reſpõdi, nõ eſt æquũ, pretio, id eſt quãti res eſt, litẽ æſtimari: cum & cõtumacia punienda ſit: & arbitrio poti⁹ domini[e] rei pretiũ ſtatuendum ſit: poteſtate petitori in litem iurãdi cõceſſà.

*Qui iurat rem valere centum, quæ valet plus, non eſt periurus, licet non dicat & plus. Bartolus.*

IX. IAVOLENVS libro quintodecimo ex Caſsio.

CVm furti* agitur[f], iurari ita oportet, tanti rem fuiſſe cum furtum factum ſit[g]: non adijci, *eo pluriſue*: quia quo * res pluris eſt, vtique tanti eſt.

*Contra non exhibentem inſtrumenta, iuratur in litem.*

X. CALLISTRATVS libro primo Quæſtionum.

IN inſtrumentis quæ quis non exhibet, actori permittitur in litẽ iurare[h] quanti ſua intereſt ea proferri, vt tanti condemnetur reus. idq́ue etiã diuus Commodus reſcripſit.

*Iuramentum in litem non retractatur niſi ex cauſa. Bartolus.*

XI. PAVLVS libro tertio Reſponſorum.

DE periurio * eius qui ex neceſsitate[i] iuris in litem iurauit, quæri facilè[k] non ſolere.

## DE CONDICTIONE cauſa data cauſa non ſecuta.

### TITVLVS IIII.

*Dati ob cauſam, cauſa ſecuta ceſſat repetitio: ſecus ſi cauſa non ſit ſecuta: ſiue fuerit expreſſa, ſiue ab vtraque parte tacite intellecta. h.d. cum l. ſequen. Bartolus.*

I. VLPIANVS libro vicenſimoſexto ad Edictum.

C SI ob rẽ[l] nõ inhoneſtã[m] data ſit pecunia, vt filius emanciparetur, vel ſeruus manumitteretur, vel à lite diſcedatur, cauſa ſecuta repetitio ceſſat. Si parẽdi[n] cõditioni cauſa tibi dedero decẽ, mox repudiauero hereditatem vel legatum, poſſum condicere.

II. HERMOGENIANVS libro ſecundo Iuris Epitomarum.

SEd & ſi falſum teſtamẽtum ſine ſcelere[o] eius qui dedit, vel inofficioſum pronũtietur: veluti cauſa nõ ſecuta decem repetentur[p].

a Relatione. id eſt delatione. Accurſius.

b ALiàs ſi tu. ſecundum eos qui dicũt in ſuperiori caſu iurari in litem. dic aliàs, id eſt quàm in prædicto caſu: & planum eſt. Sed ſecundum nos qui dicimus non in litem iurari, dic aliàs, id eſt ſi non eſt in mora: & ſic non tenetur interitu ſpeciei ſcilicet liberatus: vt j. de verb. obl. ſi ex legati. Vel aliàs, id eſt pro alia re, vel eadem. ſi tamẽ extet.

c VVlgo præſumitur. Quàm dominũ. vel quaſi: vt j. e. l. videamus. §. ſi tamen. Acc.

d SI tutor. ſcilicet quõdam.

e Domini. Not. domini arbitrio rem æſtimari: vt hic, & j. re. amo. l. non enim. & l. ideoque. & Cod. de Iudæ. l. nemo exterus. Accurſius.

CVm furti. CASVS. Egi contra te actione furti. condẽnatus eras in duplũ, vel in quadruplum: & iurare debeo quantũ valuit res cum mihi ſurrepta erat. qualiter enim poſsit ſciri quantum eſſet duplum vel quadruplum rei, niſi prius ſciretur eius æſtimatio? licet quidam dicãt quòd hic loquitur de iuramento in litem. vnde ponunt caſum in condictione furti, & nõ in act. furti: quia illa agi nõ poſſet, quia in infinitum iuratur: & ita non poſſet duplari vel quadruplari, niſi prius ſciretur vera eius æſtimatio. immo ego debeo dicere rem meam tanti fuiſſe. neque debeo dicere, tantum valuit, & non plus. immo ſi plus valeat: non adijciat, & plus. Viuianus.

f Cum furti agitur. id eſt condi. furtiua. nam furti actio pœnam tantum perſequitur. Sed cur in ea tantum iuratur in litem, cum nec ſit arbitraria, nec ſit bonæ fidei? Reſpon. in odium furum: vt inſtitu. de ac. §. ſic itaque. & hoc ſecundum quoſdam. vel dic ſecundum alios hominem furto ſubtractũ, & apud furem mortuum hic peti. vt s̃. eod. l. in actionibus. §. D plane. ſecus ſi pro alia re cõdic. furtiua ageretur. Tu dic melius quòd hic loquitur non de ſacramento in litem, ſed de eo quod veram quantitatem rei ſubtractę continet: ſiue condic. furtiua agatur, ſiue agatur act. furti: quia & in ea habetur reſpectus ad rem. ſic & in interdicto vnde vi defertur ſacramentum: vt C. vnde vi. l. ſi quando. ſecundum Azo.

g Cum furtum factum ſit. niſi & pluris res fuerit poſt: vt infra de condic. furt. l. in re furtiua. §. j.

IN inſtrumentis. CASVS. Si agam contra te ad exhibitionẽ aliquorum inſtrumentorum, & non exhibeas: agam cõtra te, & iurabo in litem. Viuianus.

h Iurare. vt C. ad exhi. l. non ignorabit. & C. eo. l. alio iure.

DE periurio. CASVS. Petebam à te codicẽ meum. tu dolo malo nõ reſtituiſti. iuro contra te in litẽ, ꝙ nollẽ pro. x. marchis codice carere. Tu dicis, ego ꝓbabo te periurũ. quia codex tantũ non valet. & dicit ꝙ non audieris de facili. Viui.

i Ex neceſsitate. ſ. ſibi à iudice de iure impoſita: vt s̃. e. videamus. §. deferre. nec enim recuſare poteſt[a], niſi velit à lite diſcedere.

k Facile. vt quia cum iuraſſet actor in litẽ, pro. c. marchis di-

A cens ſe nolle re carere: affert reus rẽ in publicum, & non valet tantũ. certe non debet quæri de periurio, ſecundũ Ioan. ſed ex magna cauſa poteſt repertis probationibus poſtea: vt s̃. eo. l. videamus. §. item videndum. ſecundum Azo.

DE CONDICTIONE CAVSA &c.

*Impropriè ponitur cauſa, cum hic tractet quãdo ob rem furtiuam datur: vt j. l. proxi. 1. reſp. & j. de condict. inde damus.*

SI ob rem. CASVS. Dedi tibi codicẽ vt quid faceres, feciſti. nõ poſſum repetere. SED SI PARENDI. Pater deceſsit me herede inſtituto, ſi decẽ darẽ, vel filiũ inſtituit heredẽ: & fundũ mihi legauit, ſi heredi eidem x. darẽ antequã adirẽ her. vel antequam caperem legatũ. poſtea repudio her. vel legatũ. Dicit ꝙ x. repetere poſſum. Sed pone ꝙ illa vltima voluntas, in qua heres fui inſtitutus, vel legatum fuit mihi relictum, defecerit. vel defecit facto meo: & non repetam. aut non: & tunc repetam. h.d. cum l. ſeq.

l Si ob rem. ſ. furtiuã: vt in exẽplo ſubijcit.

m Inhoneſtã. alioquin ceſſat repetitio: vt C. de cõdic. ob tur. cauſam. l. cũ te. Accurſius.

n Si parendi. ſicut cauſæ expreſſæ defectus parit actionem hanc: ita vt s̃. proxi. reſpon. ita tacita deficiẽs: vt hic, & j. de condic. indeb. l. in ſumma. §. ſed & agere. inerat enim hic tacita quędam cauſa. ſ. ſi nõ haberem legatũ vel hereditatem, repeterẽ quod dedi: & hoc inerat vtrique noſtrũ. ſecus ſi cauſa ineſt tãtùm danti & eam non exprimit: quia tunc licet illa deficiat, repetere non poteſt: vt C. e. l. ſi repetendi. ſic & ineſt tacita cauſa in donatione cauſa mortis. ſ. ſi conualuero: vt infra de do. cauſa mor. ſenatus. §. j. & alibi. j. e. ſi extraneus. & l. cum quis. & j. D de col. bo. l. prætor. §. emãcipatus. & infra e. ſi filius. ei autem quod hic dicit hereditatem poſſe repudiari etiam impleta conditione, eſt contra. infra de here. inſtit. iam dubitari. §. fi. & de condi. & de l. conditionibus. Sol ſecus eſt in ſuo: quia impleta ab eo conditione, pro pure inſtituo habetur, ideoq́ue ſtatim eſt heres ipſo iure: vt ibi. hic autem de extraneo, pro quo facit. j. l. prox. in princ in eo quod dicit inoffi. & ſic extraneus inſtitutus, & filius exheredatus erat. vel dic hereditatem nõ poſſe repudiari impleta conditione eo animo, vt ſit heres: vt ibi. ſi vero vt puram redderet inſtitutionem, poteſt repudiare: vt hic, & j. de acq. here. l. Antiſtius. & de condi. inſti. l. ſi quis ita hereditatem. vel diſtingue vt inſt. de her. quali. & differen. §. pe.

* *Paulus ſignificat, eum qui deferente aduerſario peierauit, facilius extra ordinẽ puniri. l. 21. & ſeq. s̃. de col quã cui iudex detulit iuſiurandum. Ille enim ex cõuentione voluntaria iurat, hic iurare interdũ cogitur, à quo iudex exigit iuſiurãdũ. l. in actionibus. §. plane. hic.*

o SEd & ſi falſum. Scelere. in falſo committendo adhibito. Ac.

p Repetentur. cũ inopinata hęc eueniãt: vt hic, & s̃. de interroga. act. l. de ætate. §. ex cauſa. & s̃. de inoffic. teſta. ſi ſub hac. Item no. in hac. l. argu. ꝙ ſi mulier ſciat matrimoniũ nullũ & dedit pecuniã in dotem, nõ poſsit eã repetere: licet P. dixerit cõtra. arg. eius quod eſt j. de condict. ſine cauſa. l. fi. ſed certè ibi deliquit errando in iure. Idem multo magis ſi erraret in facto. & ita poteſt intelligi quod eſt C. eo. l. j. ſecus ſi ſciret ius &

ius & factũ quia tũc nõ repetit: vt dixi. prçterea in l. prædicta de cõdi. ſine cauſa. nec ſecutum fuit matrimonium de facto.

DEdi.} C A S V S. Tibi x. dedi, vt non moueres mihi quæſtionẽ ſuper quodam fundo. in craſtino tibi dixi: timeo ne adhuc mihi quæſtionẽ moueas. te mihi nõ moturũ quæſtionẽ non cauiſti. an poſſum repetere quod dedi? dicit quòd refert quid actũ ſit: quia ſi cõuenerit mihi cauere, & cautũ nõ ſit, cõpetit repetitio. Si autẽ tantũ promiſſum eſt ꝙ tibi quæſtio non mouebitur, nõ cõpetit repetitio interim ꝙ quæſtio nõ tibi mouebitur. Itẽ ſi tibi dedi x. vt manumitteres ſeruũ. ſi non manumittas, vel me pœniteat, repetere poſſum. {Q V O D S I.} Dedi tibi x. vt intra certũ tẽpus manumitteres. tempus elapſum nõ eſt. repetere nõ poſſum: niſi forte pœniteã. Sed pone ꝙ deceſſerit Stichus: nunquid cõpetit repetitio? Dicit ꝙ ſic. ſi ante tẽpus deceſsit, non poſſum repetere. immo ſi non dedi, conueni tamẽ vt darẽ: habet actionem ad illud etiam ex quo deceſsit ante tempus quo manumittere debuiſti. {S I L I B E R.} Homo liber mihi ſeruiebat cũ credebat ſe ſeruũ eſſe. dedit mihi v. eũ manumitterẽ. manumiſi de facto. poſtea perpendit ſe liberũ. an repetere poſsit, quçritur. Et dicit quòd ſic. & inde ponit exẽplũ. {S I Q V I S.} Deceſsit quis libertatẽ reliquit ſeruo ſuo. ipſe qui credebat ſibi relictam ſub conditione, ſcilicet ſi xx. daret heredi inſtituto, dedit x. an repetere poſsit quæritur. Dicit iuriſcon. ſe audiuiſſe à patre ſuo, quòd repetere non poſsit. filius econuerſo, quòd ſic. nec obſtat obiectio quam pater pro ſe induxit, ꝙ ſi dedi tibi quia credebam ꝙ eſſes mihi amicus, & ſi non ſis, tamen mihi non competit repetitio. iſta ratio nõ obſtat. {S V B T I L I V S.} Deceſsit aliquis, & filium ſuum inſtituit heredem. ſeruo ſuo peculium legauit, & libertatem ſi x. daret heredi. poſtea in codicillis pure reliquit libertatem. ſeruus hoc ignorans. x. ſoluit. nummos accipientis nõ facit: quia non tradidit eos ac ſi eſſent ſerui proprij, ſed proprios heredis putans tradidit. & hoc probat per ſimile, quòd ſi nummos meos quaſi tuos tibi numero, non facio accipientis. poſtea mutat caſum, quia iſti ſeruo relicta fuit libertas pure, & credebat ſibi relictam ſub cõditione ſi x. daret cuidam extraneo: nec fuit ei legatum peculium: ſicut in caſu præcedenti. dicit quòd ſi pecuniã ſoluat, ſcilicet de peculio, non facit accipientis. cæterum ſi alius pro eo vel liber ipſe factus, bene facit accipientis. {Q V A N Q V A M.} Dicit quod ſtatuliber poteſt pecuniam ſoluendo peculiarem adimplere conditionẽ, ſub qua eſt ei libertas relicta: veruntamen heres poterit prohibere ne ſoluat: & tunc nihilominus poterit peruenire ad libertatem. Ille autem cui ſolui debent nummi, habebit actionem in factum contra heredem, vt voluntati defuncti ſatisfaciat.

*Si pecunia datur ne quis ad iudicẽ euocetur, nõ poteſt repeti, licet de non vocãdo nõ caueatur: ſecus ſi ad iudicem quis vocetur. Bartolus.*

III. V L P I A N V S libro viceſimoſexto ad Edictum.

DEdi tibi pecuniam ne ad iudicẽ iretur[a]. quaſi decidi.[b] an poſsim condicere ſi mihi non caueatur, ad iudicem non iri? Et eſt verum, multum intereſſe vtrũ ob hoc ſolum dedi, ne eatur: an vt & mihi repromittatur non iri. Si ob hoc, vt & repromittatur, condici poterit ſi non repromittatur. ſi vt ne eatur, condictio ceſſat[c] quamdiu non itur.

*Si do pecuniam vt Stichum manumittas, non poteſt repeti: quia non cauetur de manumittẽdo niſi fuerit actum: ſed poteſt repeti ſi dantem pœniteat, vel nõ manumittatur, niſi qui debebat manumittere, caſu fuerit impeditus.*

Idẽ erit & ſi tibi dedero[d] ne Stichũ manumittas. nã ſecũdũ diſtinctionẽ ſupraſcriptã aut admittẽda erit repetitio[e] aut inhibẽda[f]. Sed ſi tibi[g] dedero vt Stichũ manumittas: ſi[h] non facis, poſſum condicere. aut ſi me pœniteat, cõdicere poſſum. Quid ſi ita dedi, vt intra certũ tempus manumittas? ſi nondũ tẽpus prçterierit, inhibẽda erit repetitio[i], niſi* pœniteat. ꝙ ſi prçterijt, condici[k] poterit. Sed ſi Stichus deceſſerit, an repeti quod datum eſt poſſit? Proculus ait, ſi poſt id tẽporis deceſſerit quo manumitti potuit[l], repetitionem eſſe. ſi min⁹, ceſſare[m]. Quinimmo & ſi nihil tibi dedi vt manumitteres, placuerat tamen[n] vt darem, vltro * tibi competere actionem quç ex hoc contractu naſcitur, id eſt condictionem,[o] defuncto[p] quoque eo.

*Si cauſa ob quam datur, ſequatur de facto, non de iure, competit repetitio: nec diſtinguitur ſciens ignorans quis receperit. Bartolus.*

Si liber homo qui bona fide ſeruiebat, mihi pecuniam dederit vt eũ manumittã, & fecero[q]: poſtea liber probat⁹ an mihi condicere poſsit, quæritur. Et Iulianus libro vndecimo Digeſtorum ſcribit cõpetere manumiſſo repetitionẽ[r]. Neratius etiam libro Membranarũ refert, Paridẽ pantomimum à Domitia Neronis filia * decẽ quæ ei pro libertate dederat, repetijſſe per iudicem: nec fuiſſe quæſitum an Domitia

a Iretur. id eſt ne tu ires. Accurſius.

b *Quaſi decidi.* i. rei veritate decidi, expreſsiuũ eſt enim veritatis: & ita non habet locum pœnitentia: vt C. de tranſac. l. quãuis. & ĩ. de condic. inde. l. eleganter. §. penul. in fi. Accur.

c *Condictio ceſſat.* videbatur cõtrarium: tum quia ſemper ante diem videtur poſſe peti cautio: vt ſ. de iud. l. in omnibus. Tum quia expreſſe quando conſiſtit negotium in non faciẽdo.[a] ſicut hic erat, dicit lex interponi cautionem: vt ĩ. de cõdit. & demon. l. Mutianæ. quæ ſunt cõtra. Sed prima loquitur in dandis: vel non fuit hæc cõditio expreſſa: & ſic poteſt peti cautio: nõ tamẽ cõdictio cõpetit. Secũda in relictis in vltima volũtate. Itẽ cõtra ĩ. e. ſi pecuniã. §. plane. Sol. vt ibi. Acc.

a Reprobatur per Barto. & vide per eum & Ia. hic.

d *Dedero.* ſcilicet pecuniam.

e *Repetitio.* ſi non manumiſeris.

f *Inhibẽda.* ſi manumiſeris. Vel dic ꝙ dedi vt manumittas ad diẽ: & prius volo agere ad cautionẽ ꝙ adueniẽte die manumittas: qđ poſſum ſi hoc fuerit dictum: nõ aliter. & ſic bene cõſonat cum ſuperiori caſu. Accur.

g *Sed ſi tibi.* ſ. locutus eſt ſi. x. dedi vt Stichũ manumittas, vel repromittas de manumittẽdo: nunc autem repetit ſolummodo primũ caſum. vt plura det exẽpla: & caſus ponit in quib⁹ datur repetitio.

h *Si non.* i. quia nõ. Ac.

i *Repetitio.* ob hoc ꝙ non fit: ſed propter pœnitentiam dari poſſet: vt ſubijcit.

k *Cõdici poterit.* Ex hoc dicũt quidam ꝙ mora inducit hanc actionẽ: quod falſum eſt: immo ceſſatio cauſç: vt ĩ. tit. j. l. j. §. ob rẽ: Sed nõne die præterita ſuccedit cõſtitutio, & facit eũ liberum: & ſic nõ repetit: vt C. ſi man. ita fue. alie. vt ma. l. ſi is. quæ eſt contra? Sed ibi tãquam pretiũ pecunia data fuit: hic nõ, ſed vt ſpecies: vel hic non erat ſeruus eius qui manumittere debebat: vnde nõ ſuccedit cõſtitutio, ne fieret iniuria domino: vel non poterat manumitti. Et ſic etiam nõ ob. quod eſt infra eodem. ſi pecuniam. §. j. in fin. §. Accurſius.

l *Potuit.* & debuit. Accurſius.

m *Ceſſare.* niſi pœniteam ſecundum quoſdam. ſed hoc falſum eſt: & aliter diſtinguitur ĩ. eo. ſi pecuniam. §. ſed vbi. Accurſius.

n *Placuerat tamen.* inter me & te.

o *Condictionem.* Si loquitur de certi cõdictione generali planum eſt: ſi de cõdic. ob cauſam, mirabile videtur: quia ea nõ reperitur dari ad id quod debuiſti dare: ſed ad repetendum quod eſt datũ: vt ĩ. de re. permu. l. j. in fi. niſi in caſu, vt ĩ. eo. ſi pecuniam. §. item ſi quis. & §. ſed & ſi acceperit. Dic ergo de cõdic. generali loqui vt dixi. Vel dic[b], de act. præſcript. verb. quia illa intereſſe proſequitur, & id quod debuit dari vel fieri: vt ĩ. de præſcri. ver. l. ob eam. & quod dicit condictionem, id eſt perſonalem actionem, ſcilicet præſcri. verb. Nam omnis perſonalis dicitur condictio: vt inſt. de act. §. ſic itaque. Sed ſiue dicas dari condictionem certi generalem, ſiue prçſcri. verb. eſt contra C. de dolo. l. cum proponas. vbi dicit dari de dolo, quæ in ſubſidium datur cum alia non ſupereſt. Sol. prout hic datur condictio, non erit contraria: quia hæc genus, illa ſpecies eſt: & genus ſpeciem non excludit. prout diceres dari præſcriptis verbis, dicas quòd hic fuit do vt facias: & quòd dicit hic vt darem, dices, ſcilicet primo, ſecundum hoc. Ibi autem fuit facio vt des: ex quo dolo datur: vt ĩ. de præſcriptis verbis. naturalis. § quod ſi faciam. & ita condictio ob cauſam non habet locum. Accur.

o *Defuncto.* eo ſeruo, nõ ſolùm eo viuo: & hoc ſi diſtracturus eras, non alias: vt ĩ. eo. ſi pecuniam. § ſed vbi.

q *Et fecero.* ſcilicet de facto. Accur.

r *Repetitionem.* vt C. eo. cum ancillam. & l. ſi liber. & arg. ĩ. de condic. inde. l. fin. j. reſpon. Hæc autem ſunt vera niſi dederit de peculio quod ad eum pertinebat: vt ĩ. man. ſi procuratorem. §. ſi liber homo. Item not. hic argu. quòd nil refert non fiat aliquid, vel non de iure fiat: vel ſic, non fieri niſi quod de iure fit. ſic ĩ. proxi. §. & C. ſi man. ita fue. alie. vt manumit. l. ea lege.

Accepiſſet.

ſciens liberum accepiſſet.

*Si pecunia datur vt aliquid ex certa cauſa ſequatur, ſi illud poſtea ſequitur, non tamē ex eadem cauſa, competit repetitio. Itē defectus cauſæ à dante tantum in mente retentus, hanc cōdictionem non parit. Bar.*

Si quis quaſi ſtatuliber mihi decē dederit, cum iuſſus non eſſet.[b] condicere eū decem Celſus ſcribit. Sed ſi ſeruus qui teſtamento heredi iuſſus erat decem dare, & liber eſſe, codicillis pure libertatem acceperit, & id ignorans dederit heredi decē, an repetere poſsit? Et refert patrem ſuum Celſum exiſtimaſſe repetere eum nō poſſe[c]. Sed ipſe Celſus naturali æquitate † motus putat repeti poſſe. quæ ſententia verior eſt: quanquam [d] conſtet (vt & ipſe ait [e]) eum qui dedit ea ſpe, quòd ſe ab eo qui acceperit, remunerari exiſtimaret, vel amiciorem ſibi eſſe eum futurum: repetere non poſſe, [f] opinione falſa deceptum.

*Si quod meum eſt, tibi trado tanquam tuum: nō transfero dominium. Bartolus.*

Subtilius quoque illud tractat, an ille qui* ſe ſtatuliberum putauerit,[g] nec fecerit nummos accipiētis, quoniam heredi dedit quaſi ipſius heredis nummos daturus, non quaſi ſuos, qui vtique ipſius fuerunt, adquiſiti ſcilicet poſt libertatem ei ex teſtamento competētem. Et puto ſi hoc animo dedit, nō fieri ipſius.[h] Nam & cum tibi nūmos meos quaſi tuos do, non facio tuos.[i] Quid ergo ſi hic non heredi, ſed alij dedit, cui putabat[k] ſe iuſſum? Si quidem peculiares[l] dedit, nec fecit accipientis. Si autem alius pro eo dedit, aut ipſe dedit[m] iam liber factus, fient accipientis[n].

*Habetur conditio pro impleto, quando is qui implere debet, impeditur facto eius qui ex implemento tenetur. Bartolus.*

Quanquam permiſſum B ſit ſtatulibero[o] etiam de peculio dare implendæ conditionis[p] cauſa, ſi tamen vult heres nummos ſaluos facere, poteſt eum vetare* dare.[q] Sic enim fiet, vt & ſtatuliber perueniat ad libertatem quaſi impleta conditione[r] cui parere prohibitus eſt: & nummi non peribunt. ſed is quem teſtator accipere voluit, aduerſus heredem[s] in factum actione agere poteſt, vt teſtatori pareatur.

*Si cauſa propter quam debitor liberatur, non impletur: agitur vt in priſtinam oblitionem reponatur. Bartolus.*

IIII. IDEM libo trigenſimo-nono ad Edictum.

C SI quis accepto tulerit debitori ſuo, cum cōueniret vt expromiſſorem daret, nec ille det, poteſt dici condici poſſe[t] ei qui accepto ſit liberatus.

*In contractibus innominatis, puta do vt facias: ſi tu non es in mora faciendi, non poſſum repetere per condictionem ob cauſam, ex capite cauſæ non ſecutæ, ſed ex capite pœnitentiæ ſic, ſi res omnino erat integra: ſecus ſi non eſt integra: quia non poſſum repetere niſi te conſeruem indemnem de eo quod feciſti. hoc dicit vſque ad §. ſi ſeruum. Bartolus.*

a *Accepiſſet.* ergo & ignorās tenetur. Et nota hic argumentū, ꝙ vbi lex nō diſtinguit, nec nos: vt dixim⁹. ſ. de offi. pſi. l. iij.
b *Non eſſet.* à teſtatore. Azo. immo pure relicta erat libertas.
c *Poſſe.* Not. filium corrigere patrē. Sed contra in authen. de nupt. §. & ita certa. colla. iij. ſed ibi in adminiſtratione rerū: hic autem in iure: in quo non videtur fieri iniuria maioribus, ſi à minoribus melius dicatur: vt C. de offi. rec. prouin. l. potioris. Sed qua actione repetitur? Reſp. ſecundū Ioā. cōdi. ſine cauſa. An autē hæc cōdictio. ſ. ob cauſam, cōpetat? Videtur ꝙ nō: quia non eſt hic defect⁹ cauſæ propter quā cauſam data eſt pecunia. ſ. libertatis: vtpote cū directam habeat libertatē ipſo iure, ſicut fuit relicta. E contra videtur ꝙ ſic ſi ponas fideicōmiſſariā libertatē relictam ſub condit. dandorū decē: quæ cōditio poſtea codicillis eſt adēpta. vnde ipſe ignorans dedit hęc decē vt manumitteretur. ſed certe nec hoc videtur habere locū. quia ſecuta eſt cauſa propter quā dedit: quia eſt liber per manumiſsionem heredis qui prius nō erat. Dic ergo ſecundū Azo. in fideicommiſsis tātum cond. ſine cauſa cōpetere. ſed in directa dicas condictio. ob cauſam & ſine cauſa cōpetere. nā non ſufficit eū liberū: ſed oportet ab eo vel propter eā dationem liberū eſſe: vt ſ. §. proxi. & l. j. §. ſi parendi. nec ob. quod dicitur. j. de verb. obl. l. cum ſeruus. ſ. ꝙ ſufficit vndecunq; habeat libertatē: quia intelligitur ſi modo habeat per eū cui pecunia eſt data ſiue promiſſa. indebiti autem cōdictio locum nō habet: quia ſciebat ſe non obligatum, licet ſic ſcriptum eſſet in teſtamento. illud etiam poteſt dici, vt detur rei vind. vt diſtinguitur infra eo. §. ſubtilius.
d *Quanquam.* hac ratione videbatur cōfirmari ſententia Celſi patris. Accurſius.
e *Ait.* Celſus filius.
f *Non poſſe.* vt C. eo. ſi repetendi. & arg. C. de nup. imperialis. §. ſed & ſi tales. eſt enim talis datio ſimplex donatio, ſicut ſi darem tibi x. ſcilicet vt caligas emeres tibi: vt j. de do. inter vi. & vxo. ſed ſi mors. §. fin. & j. de condit. & de. Titio. j. reſp. ſed arg. contra. j. de pigne. act. l. ſi quaſi. ADDITIO. Ibi cauſa tacita ſubintelligebatur ab vtraque parte: hic verò ab vna tantum ſecundum Bart.
g *Putauit.* cum eſſet ei in codicillis poſtea pure libertas relicta, peculiumque ei legatum: vnde factus eſt liber adita hereditate, & peculium ſuum. Vel dic etiam non legatum: ſed poſtea quæſitos nummos dare.
h *Non fieri ipſius.* dabitur ergo vindicatio, ſi extant: & condictio, ſi conſumpti ſunt.
i *Nō facio tuos.* paro⁹ tamē tibi cauſam vſucapiēdi: vt j. de vſucap. l. ſi per errorē. & j. de acqui. poſ. Pōponi⁹. §. ſi iuſſu. Azo.
k *Putabat.* nō tamen erat: quia nō intelligitur iuſſus, qui poſtea fuit in codicillis releuatus: alioquin fierent eius: vt ſ. ſi cert. pe. eius qui. §. quas vero. & j. de ſtatuli. l. ij. Io. & Acc.
l *Peculiares.* non legatos: cum nec ſtatuliber erat. nam tunc A tacite[b] videtur legatum. Accurſius.
m *Aut ipſe dedit.* ſcilicet pecuniam ab alio ſibi datam vt daret cauſa implendæ conditionis. Accurſius.
n *Accipientis.* & condicet: vt ſ. §. ſi quis quaſi.
o *Statu libero.* ſ. vere: ſed in putatiuo contra. vt ſ. prox. §.
p *Conditionis.* ſ. tā heredi q̄ extraneo cui ſit dare iuſſus: vt j. de ſtatulib. l. iij. §. & parui. & ſ. fami. ercíſ. ſi filia. §. fi.
q *Dare.* immo videtur ꝙ etiā eo inuito dare poſsit: vt j. de ſtatulib. ſi peculium. §. de illo: quæ eſt contra. Sol. ibi ſolo verbo prohibuit: hic etiā de facto vetuit. Io. hoc non valet: quia eo inuito nō dat: & qui accipit, pro poſſeſſore poſsideret: vt j. de condit. & de. l. ſi inuitus. Dic ergo ꝙ in l. cōtraria erat ei prælegatum peculium: & ideo eo inuito dare poteſt: vt ex principio eiuſdem legis patet.
r *Conditione.* No. cōditionem haberi pro impleta, ex quo nō remanet per eum qui eam vult adimplere: vt hic, & j. de cōdi. & demō. l. iure ciuili. & in auth. vt exac. inſtan. do. §. fi. col. vij. Accur.
s *Heredem.* recta via: vt arg. j. de cōdi. inde. l. dominus teſtamēto. non autē cōtra ſtatuliberum: vt j. de le. j. plane. §. fi. & l. ſeq. Sed ſecundum hoc quomodo nummi erunt ſalui heredi? Reſp. quia ſui ſunt: nec eos præciſe dare tenetur: ſed ad tātū in genere tenetur. & ita parum eſt vtile[c] ei hoc conſiliū. Et no. ſubueniri ei cui eſt dāda. non autē ſic ſubuenitur contra heredem qui omiſit hereditatē ex teſtamento, & tenet ab inteſtato: vt j. ſi quis omiſ. cauſa teſt. ſi quis ſub conditione. Sed quare hic non habet actionem ex teſtamento? Reſpon. quia à teſtatore non eſt ei relictum ſecundum Ioan.

SI quis.} CASVS. Debebas mihi. x. accepto tuli tibi, vt alium debitorem mihi des, qui pecuniam promitteret. nō D vis mihi dare illum expromiſſorem. condicere poſſum vt te reponas in priſtinam obligationem, & liberationem tibi factam condicere poſſum.

t *Condici poſſe.* ſ. liberationē: vt ſic reponat ſe in priorē obligationē: & hoc cum in diē vel conditionalis eſt obligatio: vt hic, & ſ. quod me. cauſa. l. metū. §. ex hac. alioquin ſi erat pura, ipſa pecunia condicitur ſecundum Io. vt j. cod. ſi mulier. Sed videtur nunquam agi ad hoc vt in priorem obligationē reponatur, ſed tantū vt fiat quod conuenit, & per actionem præſcriptis verbis: vt j. de præſcrip. verb. l. ob eā cauſam. quę eſt cōtra. Sol. Diſtingue vtrū debitum ſit liquidū, necne: & ſi liquidum ſit, prior inſtauratur: vt hic. ſi nō, agitur præſcriptis verbis, vt j. de his quæ in frau. cre. ait prętor. §. ſi conditionalis. Sed hoc nō placet: quia & ſi agat præſcriptis verbis, probat tamen liquidum ſuum intereſſe. Subaudi ergo ibi, tantū: quia & ad veterē agit, vt hic, & vt promiſſa præſtētur, vt ibi. Vel hic promiſit expromiſſorē in genere: ibi certū, puta Titiū. Item opponitur: quia prima obligatio videtur nō extincta: & ſic non debet agi condictione. nam tacita conditio ineſſe videtur, ſi expromiſſorem det: ſic & alias, vt infra de iure do. licet. j. reſpon. Sed dico ibi aliud eſſe: quia ibi à lege intel-

*b Nihil eſt: quia cōtra l. 1. C. de pe. eius qui liber. meruit. Al. & Iaſ.*

**Niſi peculiū legatū ſit ſeruo. tū enim inuito herede nūmos dare poteſt. l. ſi peculium. §. de illo. j. de ſtatulib.*

*c Immo poteſt eſſe vtile dupliciter. Primo, quādo tertius nūquā ageret. Secundo, ſi heres eſſet creditor illius tertij naturaliter: poſſet opponere cōpenſationem: q̄ tamen non poſſet quādo eſſent ſoluti, ſecundum Alex. & Iaſ.*

intelligitur ineſſe tacita cōditio: vt j. de iur. do. ſtipulationē. at hic nō, niſi exprimatur: & ſi exprimatur, tunc eſſet inutilis acceptilatio: quia nō recipit diem vel cōditionē expreſſam: vt j. de reg. iur. l. actus. & j. de acceptil. l. acceptilatio. Accur.

SI *pecuniā.* Casvs. Dedi tibi pecuniā, vt ires Romam: accepta pecunia paraſti te ad eundum: emiſti cappā, & alia. per fortuitū caſum fuiſti impeditus, & per te non ſtetit quò minus ires. an pec. repetere poſſim. quæritur. Et videtur ꝙ non: quia per te nō ſtat, quò minus eas: verius tamē eſt, vt ſi aliquid de pecunia ſuperſit deductis expenſis tuis, cōdicere poſſim reſiduū. {Si servvm.} Dedi tibi ſeruum meum, vt manumitteres vſque ad diē certum. pœnitui. ſi manumiſiſti poſt pœnitētiam, cum certioratus fuiſti, manumiſsio facit eum liberū: ſed ad intereſſe agā propter certiorationem: vel ad ipſum ſeruum, cum de facto tantum ſit manumiſſus. {Item si qvis.} Dedi tibi decem vt ſeruum Titij emeres, & manumitteres. ſi emiſti, & pœniteat me: aut antequam emeres, aut poſt. primo caſu condicam. ſecundo non. Si verò ſeruus iſte antequam debebat manumitti, deceſſerit: nihil præſtabit is qui pecuniam ob manumiſſionem accepit. Si autem fugit ſine culpa eius qui eum redemit: non tenebitur redemptor ſerui, debet tamen promittere ſeruū reſtituere, ſi in eius poteſtatem reuerſus fuerit. Cetera plana ſunt vſque ad l. ſi extraneus. Viuianus.

† *Facit glo. ſuper verb. aſſumatis. in c. cū inter vniuerſas. ante me. gloſ. &c. in cauſis. cū gl. ſuper ver. integra. extra de elec.*

V. Idem libro ſecundo Diſputationum.

SI pecuniā ideo acceperis[a] vt Capuā eas, deinde parato[b] tibi ad proficiſcendum conditio temporis vel valetudinis impedimento fuerit quò minus proficiſceris, an condici poſſit[c], videndū. & cum per te nō ſteterit[d], poteſt dici, [e]repetitionem ceſſare. Sed cum liceat pœnitere[f] † ei qui dedit, proculdubio[g] repetetur[h] id quod datū eſt: niſi forte ſua interſit nō accepiſſe te ob hāc cauſam pecuniā. Nam ſi ita res ſe habeat, vt licet nondū profectus ſis, ita tamen rē cōpoſueris, vt neceſſe habeas[i] proficiſci, vel ſumptus qui neceſſarij fuerunt ad profectionē iā feciſti[k], vt manifeſtū ſit te plus forte[l] quàm accepiſti erogaſſe, condictio ceſſabit. Sed ſi minus erogatum ſit, condictio locū habebit[m]: ita tamē, vt indemnitas tibi prǽſtetur eius quod expendiſti.

*In contractibus innominatis ſi res eſt integra ſiue aliquid cœptum ſit, vel deſierit poſtea fieri facto tertij, vel caſu: ex pœnitentia datur condictio ei qui ex parte ſua impleuit: dummodo indemnitati aduerſarij conſulatur ſi quod damnum occaſione illius contractus incurrit. h. d. vſque ad fin.* Diuide: *quia primo loquitur quando quis dedit pecuniam vt ſeruum manumitteret. ſecundo quando quis dedit pecuniam vt ſeruus accipientis manumittatur. ſecunda in §. itē ſi quis. tertia in §. ſed ſi acceperit.* B.

B Si ſeruū[n] quis tradiderit alicui ita vt ab eo intra certum tēpus manumitteretur, ſi pœnituerit eū qui tradiderit, et ſup hoc eū certiorauerit, & fuerit manumiſſus poſt pœnitentiā: attamē actio propter pœnitentiā competit[o] ei qui dedit. Planè ſi nō manumiſerit, conſtitutio[p] ſuccedit, facitq; eum liberum, ſi non

a *Acceperis.* in ſpecie, vel non conſueuit locare operas. aliàs locati: vt j. de præſcrip. ver. l. naturalis. §. at cum do.

b *Parato.* in qua præparatione expendiſti: vt infra dicit. & j. man. l. ſi verò non remunerandi. in fi. l. Accur.

c *Poſſit.* pecunia ſcilicet.

d *Non ſteterit.* No. quia per eum ſtare non videtur, cum caſu fortuito impeditur: arg. j. de ſtatulib. l. cum heres. §. Stichus.

e *Dici.* diſputando.

f *Sed cum liceat pœnitere.* No. ꝙ pœnitentia facit locū huic actioni: nec diſtinguitur interponatur pactū gratia vtriuſque, vel dantis tātum ſecundum Azo. licet quidā diſtinxerunt, vt primo caſu nō liceat pœnitere: ſecundo ſic. ſed primū eſt verius, vt patet in exēplo: do tibi pecuniā vt manumittas. mea gratia fit manumiſsio: tua pecuniæ datio: & tamen pœniteo, vt repetam pecuniam: vt s. eo. l. dedi. §. j. Item & quia ſi dedi pecuniā vt Capuam eas. nam hincinde debet accipiēs ſeruari indemnis, ſi ſua interſit ob hanc cauſam pecuniam nō accepiſſe, vel ratione ſumptuum, vel ſimilium: vt hic & j. §. ſed ſi accepit. Caue tamen. quia re integra tātum poſſum pœnitere: nō poſtea quā feceris, vel facere inchoaueris: vt j. eo. l. D quod Seruius. nā ibi erāt ſpōſalia ab accipiente cōtracta: vnde nō licet pœnitere danti. Econtra accipiēti nunquā pœnitere licet, prędicta ratione: quia dans iā adimpleuit cōtractū: & idē dico in do vt des: & do vt facias: & in permutatione [a]. Et eſt forte ratio, vt habeat locum pœnitentia in prædictis: quia ſicut debiles ſunt iſti contractus in contrahenda obligatione, ita & in ea retinenda. In contractibus autem nominatis non licet pœnitere: vt C. de act. & ob. ſicut pręterquam in tribus caſibus. In mandato: vt inſt. man. §. recte. In ſocietate: vt j. pro ſocio l. ſed & ſocius. §. fin. Idem in depoſito: vt j. depoſi. l. j. §. pe. nā in depoſito nō tenetur deponens, ne reuocet depoſitum: & ſic hac conditione non tenetur qui veſtiuit: quia adhuc non eſt veſtitus. Item cauſę defectus inducit hanc actionē ſcilicet expreſſæ & finalis: vt j. de condict. ob tur. cau. l. j. §. j. & s. l. j. ſecus ſi impulſiua: vt j. de do. l. ij. §. fi. & j. de do. inter vir. & vxo. l. ſed ſi mors. §. fi. Item in tacita hincinde tacite intellecta: vt s. l. j. §. fi. & j. tit. j. l. in ſumma. §. ſed & agere. Item in donatione cauſa mortis: vt j. eod. l. cum quis. item in l. quod Seruius. ſecus ſi altera pars tantum: vt s. eod. dedi. §. ſi quis quaſi. & C. eo. l. ſi repetendi. Item deficere dic

*a Idē in alijs cōtractibus innominatis. Bar. Al. & Iaſ.*

A etiam ſi ſequitur: ſed nō legitimè: vt s. eo. dedi. §. ſi liber homo. & §. ſi quis quaſi. Item tertio mora ſecundū quoſdam: vt s. l. iij. ſed ſi tibi. quod non placet: quia iſtud continetur ſub defectu cauſæ. In fin. no. ad quid datur. & certe ad datum, ſi ſpecies eſt: vt j. de re. permu. l. j. in fi. Si verò quantitas, ad tantundem, vel ipſum: vt j. tit. ij. quod per errorem. & ſic eſt hic. Item ad fructus: [b] vt j. eod. qui ſe. §. fi. nō ad acceſſiones ciuiles: vt arg. C. de cōdi. inde. l. j. itē res quaſi data: vt §. itē ſi quis ibi, ſed pro x. & cetera. Item dic interpretatiue datum: vt j. l. ſi mulier. & s. l. prox. ſi pecunia pure debebatur: vt ibi dixi. An autē ecōtra ad id quod dare cōuenit? Videtur ꝙ ſic: vt s. l. iij. §. j. in fi. ſed dic vt ibi. Additio. Dic ꝙ non: ſed bene datur actio præſcrip. verbis: vt ibi per gl. & Bart.

g *Proculdubio.* hic nihil expēdit, ſed j. proxi. totum in tertio pro parte expendit. Accur.

h *Repetetur.* imò videtur ꝙ non: vt j. loc. l. qui operas. in prin. & §. j. quæ eſt contra. Sol. ibi in cōtractu nominato, vbi pœnitentia non habet locum: hic in innominato. nā fuit pecunia data vt ſpecies. vel ſi vt quantitas, non conſueuerat iſte ſic ſuas operas locare: vnde non eſt locatio: vt j. de præſcrip. ver. naturalis. §. at cum do. ſecundum Azo. eadem ratione nec donatio poteſt C reuocari per pœnitentiā: quia eſt hodie nominatus contractus: vt inſti. de dona. §. aliæ. Alij dicunt referre cuius gratia debuit iſte ire: vtriuſque, vel alterius tantum. vel hic repeto, quia nil tibi abeſt: ibi abeſt, quia inimicitiā aduerſarij incurriſti. Item quia fortè tantundem accepiſſes ab aduerſario. Vel diſtingue ſecundum H. an fortuitus caſus contingat in perſonā eius qui cōduxit, vt ibi: an eius qui locauit, vt hic. ſi in perſonam conducentis, nihilominus tenetur mercedem præſtare: ſi in perſonam locatoris, non: vt hic, & ar. j. loca. ſi vno. §. item cum. Sed hoc fallit in duobus caſibus: infra de ſtatuliber. cū heres. §. Stichus. & de var. cog. l. j. §. pe. & ſecūdum hanc diſtinctionem eſt ſolutum cōtrarium. C. eo. l. pen.

i *Neceſſe habeas.* vt quia iuraſti. Accur. Additio. Sing. eſt iſta gl. ſecundum Iaſ. in §. actionū. inſti. de act. ad limitationem illius regulæ quæ habet quòd in obligatione facti loco liberationis ſuccedit intereſſe fallit ſingulariter vt hic, ſi iuratum fuerit: quia iuratio operatur vt cogat præciſe ad factum. & illam ſing. dicit in viij. col.

k *Feciſti.* expendendo pro rebus neceſſarijs ad iter. nunquid hoc caſu ipſas res emptas poterit condicere? Reſpon. ſic: vt j. ead. l. §. ſed ſi acceperit. circa fin. ſolum enim indemnis ſeruari debet accipiens: vt j. proxim. ſed hic haberet lucrum, ſi D res emptæ ſibi remanerent. Accur.

l *Plus forte.* & forte minus. & not. quòd male [c] coniūgit, manifeſtum, & forte.

m *Locum habebit.* in eo quod non eſt expenſum. vel dic in totum: vt bona ſit exceptio, ita tamen &c. Accur.

n *Si ſeruum.* ſcilicet proprium.

o *Competit.* ſ. ad intereſſe ſecundum Ioan. Azo. & H. & hoc propter certiorationem: vel ad ipſum ſeruum, cùm tātum de facto ſit manumiſſus. Alij dicunt quòd ad ipſum ſeruum licet non ſit certioratus. & pro eis j. de manu. vind. ſi pater. ſed primum verius: quia hic dominium fuit tranſlatum in accipientem. & ideo exigitur certioratio: argu. j. de dona. l. hoc iure. §. ſi quis dederit. & infra man. l. ſi hominem. ſed aliud in ſimplici procuratore, vbi non exigitur certioratio: vt d. l. ſi pater. Item opp. videtur quòd hæc pœnitentia locum non habeat: vt j. de ſer. expor. l. quæſitum. quæ eſt contra. Solu. ibi in contractu nominato. hic in innominato: vnde ibi non potes pœnitere.

p *Conſtitutio.* Marci & Commodi ad Aufidium Victorinum: vt C. ſi man. ita fue. alie. l. ij. eſt tamen cōtra s. eod. l. iij. §. quod ſi ita dedi. ſed reſpon. vt ibi diximus.

Pœnituerat.

dum pœnituerat [a] eũ qui in hoc dedit. Item ſi quis dederit Titio decẽ, vt ſeruum emat, & manumittat, deinde pœniteat, ſi quidẽ nondum emptus eſt, pœnitẽtia dabit condictionẽ, ſi hoc ei manifeſtum fecerit ne ſi poſtea emat, dãno adficiatur. [b] Si verò iam ſit emptus, pœnitẽtia nõ facit iniuriã ei qui redemit: [c] ſed pro decẽ quę accepit, ipſum ſeruũ quẽ emit, reB ſtituet: aut ſi ante deceſsiſſe proponatur, nihil pręſtabit: ſi modo per eũ factũ nõ eſt. [d] Quòd ſi fugit, nec culpa eius contigit qui redemit, nihil pręſtabit. Plane repromittere eũ oportet, ſi in poteſtatẽ ſuã peruenerit, reſti T Viri. [e]* Sed ſi accepit [f] pecuniã vt ſeruũ manumittat, isq; fugerit prius q̃ manumittatur, videndum an cõdici poſsit quod accepit. Et ſi quidem diſtracturus [g] erat hunc ſeruum, & propter hoc nõ diſtraxit, qđ acceperat vt manumittat, nõ oportet ei cõdici. Plane cauebit, C vt ſi in poteſtatẽ ſuam peruenerit ſeruus, reſtituat id quod accepit, eo minus, quo vilior ſeruus factus eſt ꝓpter fugã [h]. Planè ſi adhuc cum manumitti velit is qui dedit, ille verò manumittere nolit propter fugã offenſus, totũ quod accepit reſtituere eũ oportet. Sed ſi eligat is q decẽ dedit, ipſum ſeruũ cõſequi [i] neceſſe eſt aut ipſum ei dari, aut quod dedit reſtitui. Quòd ſi diſtracturus nõ erat eũ, oportet id quod accepit reſtitui: niſi forte diligẽtius eũ habiturus eſſet ſi nõ accepiſſet vt manumitteret. [k] tũc D enim nõ eſt æquũ, eũ & ſeruo & toto [l] pretio carere. [m] Sed vbi accepit vt manumitteret, deinde ſeruus deceſſerit, ſi quidẽ morã [n] fecit manumiſsioni, cõſequens eſt vt dicamus refundere eũ quod accepit. Quòd ſi morã nõ fecit, ſed cũ profectus eſſet ad pręſidẽ, vel apud quẽ manumittere poſſet, ſeruus in itinere deceſſerit: verius eſt, ſi quidẽ diſtracturus erat, vel * quo ipſe vſurus [o], oportere dici nihil eum refundere [p] B debere. Enimuero ſi nihil eorũ facturus, ipſi adhuc ſeruũ obiſſe [q]. decederet [r] enim etſi non accepiſſet vt manumitteret: niſi fortè profectio manumiſsionis gratia, morti cauſam præbuit, vt vel à latronibus ſit interfectus, vel ruina in ſtabulo oppreſſus, vel vehiculo obtritus, vel alio quo modò, quo non periret [s] niſi manumiſsionis cauſa proficiſceretur.

*Caſus omiſſus remanet in diſpoſitione iuris communis. Bartolus.*

VI. IDEM libro tertio Diſputationum.

SI extraneus* [t] pro muliere C dotẽ dediſſet, & pactus [u] eſſet vt quoquo modo finitũ eſſet matrimoniũ, dos ei redderetur, nec fuerint nuptiæ ſecutæ: quia de his caſibus ſolũmodo fuit conuentũ, qui matrimoniũ ſequuntur, nuptiæ autẽ ſecutæ non ſint: quærendũ erit vtrũ mulieri cõdictio, an ei qui dotẽ dedit, cõpetat. Et veriſimile eſt, in hũc quoq; [x] caſum, eũ qui dat, ſibi proſpicere [y]. nã quaſi cauſa nõ ſecuta habere poteſt condictionẽ, qui ob matrimoniũ dedit, matrimonio non copulato: niſi fortè euidẽtiſsimis probationibus D mulier oſtenderit, hoc eum ideo feciſſe, vt ipſi magis mulieri quàm ſibi proſpiceret. Sed & ſi pater pro filia

a *Pœnituerat*. etiam non certiorato eo qui accepit ſeruum, ſecundum quoſdam: vt j. de manu. vind. l. ſi pater. Azo. & j. qui ſine manu. ad li. l. iij.

b *Adficiatur*. vt infra man. l. ſi mandaſſem.

c *Redemit*. id eſt emit.

d *Non eſt*. quia forte eũ occidit: vt j. de ver. obli. ſi ſeruum.

e *Reſtitutum*. ſ. ſi pœniteat. ſed videtur non debere repromitti: vt j. depo. l. ſi ſine. quæ eſt cõtra. Sol. ibi forte de ſatiſdatione dicit, vt eã depoſitarius non præſtet: hic de nuda cautione. ſed nõ valet hoc: quia ibi de cautione facit mentionẽ: quod ad nudã tantùm refertur: vt C. de ver. ſig. l. ſancimus. Dic ergo procuratorẽ duri9 aſtringi, vt hic: q etiã de leuiſsima culpa tenetur, vt C. man. l. à ꝓcuratore. q̃ depoſitarium, qui de dolo ſolo tenetur. Itẽ adhuc eſt cõtra s̃. eo. l. iij. j. reſpõ. vbi dicit nõ eſſe repromittendũ, niſi hoc fuerit dictũ. Sol. ibi ex pacto ſtatim obligatur vere & cũ effectu: vnde nõ recurrit ad mẽdicatũ ſuffragiũ cautionis: ſed hic interim dum res ei abeſt, nullo iure eſt ei obligat9, & ideo petit cautionẽ. & facit ad §. s̃. de rei vin. l. ſi à bonæ. & l. ſeq.

f *Sed ſi accepit*. vt verè commodatum ſeruum proprium. aliàs eſt in textu.

g *Diſtracturus*. hãc diſtinctionẽ accipe, quãdo nondum moram fecerit: alioquin omnino tenetur: vt j. §. ſed vbi accepit. Accur.

h *Propter fugam*. hoc cum is qui dedit, pœnitere vult, & habere pecuniam vult.

i *Cõſequi*. ergo in duobus caſibus cõnſequitur totam pecuniam. i. quãdo elegit ſeruũ manumitti ſecundum pactũ. & tunc nõ habeat actionẽ qua cogat eũ manumittere, ſcilicet pręciſe: obligatus eſt tamẽ facere, id eſt manumittere per actionẽ præſcrip. ver. vt colligitur j. de pręſcr. ver. l. naturalis. §. at cũ do. quòd ſi nõ facit, repetit pecuniã. ſecundus eſt quando elegit ſeruum, nec ei præſtatur. elegit autem per condi. ob cauſam, quæ nõ ſolum pro re data vt repetatur proponitur, ſed vt promiſſa præſtentur: vt s̃. ea. l. §. item ſi quis dederit. & l. dedi. §. quod ſi Stichus. hic autẽ eſt actũ ſaltẽ tacite de pręſtãdo ſi eligã: quia pactũ manumiſsionis meo fauore eſt appoſitũ: vnde pœniteret. Azo.

k *Manumitteret*. i. tanto minus reſtituat de pecunia prædicta. Accurſius.

l *Toto*. i. pecunia quã ei dedi quaſi pro pretio. nã in parte caret & reddit, quãto ſcilicet valet dubius euentus: arg. s̃. ibi, & eo minus, &c. & s̃. fami. erci. l. item Labeo. & l. ſeq.

m *Carere*. Sed nonne tunc in culpa vel in dolo eſſe videtur, quia minus bene cuſtodiuit eum quàm alias res ſuas: vt s̃. ea. l. item ſi quis dederit. in fin. §. & j. depo. quod Nerua? Reſpon. non: quia non erat veriſimile eum fugere, qui ſperabat libertatem, & ideo minor cuſtodia videbatur poſt pactum neceſſaria, quàm ante. nam & ſi nunquam accepiſſet pecuniam, & proprium ſeruum diceret quis ſe manumiſſurum: minorem in cuſtodiendo ſeruaret diligentiam, quàm aliàs faceret. Accurſius.

n *Moram*. ſimilis diſtinctio eſt s̃. qui ſatiſd. cog. ſi deceſſerit. & ſecundum hanc diſtinctionem intellige quod eſt s̃. eod. dedi. §. ſed ſi Stichus. quæ eſt cõtra [a]. in eo quòd ibi indiſtinctè dicit ante moram eo mortuo non repeti.

o *Vſurus*. ad arãdum, vel quid ſimile.

p *Refundere*. in primo caſu, in ſecũdo autem habetur ratio vſus amiſsi: vt s̃. eod. l. ſi pecuniam. j. reſpon. Dic ergo nil eum refundere: vel vt habeatur ratio dãni vel quaſi damni, cum iã erat diſtracturus.

q *Obiſſe*. ſcilicet cum pœniteat eum qui pecuniam dedit.

r *Decederet*. id eſt deceſsiſſet.

s *Periret*. quo. ſ. non perijſſet, niſi, &c. Et not. breuiter quòd tale eſt quod hic dicitur: ſi tibi do pecuniã vt ſeruum tuũ manumittas, & is mora interueniente vel fugit, vel deceſsit: non retines pecuniam, niſi ante morã vel fugit, vel deceſsit, vel quocunque caſu videri poteſt per me factũ non eſſe vt neque ſeruum habeas, neque ſerui pretium: vnde eo caſu pecuniã retines. Accur.

*a Dic ſecũdum Bart. hic quòd aut vult repetere quaſi cauſa nõ ſecuta: & ita loquitur. l. cõtraria. aut vult repetere ex pœnitentia: et ſic habet locum diſtinctio huius §.*

** vel eo.*

SI *extraneus*. ) CASVS. Dedi tibi dotem pro aliqua muliere: pepigi vt ſi aliquo caſu ſepararentur, reſtitueretur mihi dos. deinde non ſunt ſecutæ nuptiæ. quæritur, quis repetat dotem: an ego, vel mulier? Et dicitur quòd mihi cõpetit repetitio, niſi animo donandi dotẽ cõſtituerẽ. Idẽ in patre, ꝙ ſ. repetere poſsit, niſi probet mulier patrẽ ei donaſſe. Viuianus.

t *Si extraneus*. Extraneus eſt omnis qui nõ habet dotatam perſonam in poteſtate: vt C. de rei vxo. act. §. extraneum.

*Extraneus quis ſit.*

** Cõiunge. l. 29. ſolu. mat.*

u *Et pactus eſſet*. & etiã nudo pacto incontinenti: vt C. de iure dot. auia. & j. ſol. matr. l. quotiens.

x *In hunc quoque*. Not. ergo ꝙ qui in vnum caſum pepigit: etiam in alijs ſibi prouidere videtur. Sed contra infra ſolu. matr. l. ſi cum dotem. j. reſpon. Solu. ibi pactus erat in vno ſolo caſu de his qui poſſent ſoluto matrimonio contingere: quare non videtur pactus eſſe de caſu qui poſſet contingere nuptijs non ſecutis. hic verò diligens fuit, & pepigit in omnem caſum contingentem poſt ſecutas nuptias: vt arg. C. de inoff. teſt. l. contra maiores. & de his qui à non domino ma. l. fin. in fi. Vel dic non agi ex ſtipulatione: ſed agi condict. ob cauſam, acſi nulla ſtipulatio eſſet facta.

y *Proſpicere*. ſaltem tacitè, nam &c.

det, & ita conuenit[a]: niſi cui denter aliud actum ſit, condictionem patri competere Marcellus ait.

*Si debitor putatiuus pro muliere dotem promittat, & ſoluit ignoranter, matrimonio non ſecuto ipſi condictio competit: ſi ſcienter, cõpetit mulieri: ſed debitor verus indiſtincte condictionem habebit: ſed eam mulieri cedendo liberabitur h. d. Diuide: quia primo loquitur in debitore non vero. Secundo in vero. Secunda ibi, ſi autem. Prima ſubdiuiditur in tres. Primo ponitur thema & quæſtio. Secundo reſponſio in debitore errante. Tertio in ſciente. Secũda ibi, Nerua. Tertia ibi, ſed ſi cum ſciret. Bartolus.*

VII. IVLIANVS libro ſextodecimo Digeſtorum.

QVi ſe debere pecuniam mulieri putabat[b], iuſſu eius dotis nomine promiſit ſponſo, & ſoluit. nuptiæ deinde non interceſſerunt[c]. Quæſitum eſt, vtrũ ipſe poteſt repetere eam pecuniam qui dediſſet, an mulier. Nerua, Atilicinus reſpõderunt, quoniam[d] putaſſet quidem debere pecuniam, ſed[e] exceptione[f] doli mali tueri ſe potuiſſet, ipſum repetiturum. Sed ſi cum ſciret ſe nihil mulieri debere, promiſiſſet, mulieris eſſe actionem[g]: quoniam pecunia ad eam pertineret. ſi autem verè debitor fuiſſet, & antę nuptias ſoluiſſet, & nuptiæ ſecutæ nõ fuiſſent, ipſe poſſit condicere[h]: cauſa debiti integra mulieri ad hoc ſolum manente[i], vt ad nihil aliud debitor compellatur, niſi vt cedat ei condictitia actione.*

*Hac condictione repetitur res cum acceſsionibus naturalibus. Bartolus.*

Fundus dotis nomine traditus, ſi nuptiæ inſecutæ non fuerint, condictione repeti poteſt. fructus[k] quoque condici poterunt. Idem B iuris eſt de ancilla, & partu eius.

*Datum cauſa dotis non repetitur, donec matrimonium putatur ſubeſſe, vel ſpes eſt quòd contrahatur. hoc dicit. Et primo ponit dictum Seruij. Secundo declarat caſum in quo debet intelligi. Tertio ponit caſum in quo non debet intelligi: & adducit ſimile. Secunda ibi, ſic intelligendum. Tertia ibi, donec. Bartolus.*

VIII. NERATIVS libro ſecundo Membranarum.

QVod Seruius in libro de dotibus ſcribit, ſi inter eas perſonas quarũ altera nondum iuſtam ætatem habeat,[l] nuptię factę ſint, quod dotis nomine interim datũ ſit, repeti poſſe: ſic intellegẽdum eſt, vt ſi diuortiũ[m] in- C terceſſerit prius quàm vtraque perſona iuſtam ætatem habeat, ſit eius pecuniæ repetitio. donec autem in eodem habitu[n] matrimonij permaneant, non magis id repeti poſsit, quàm quod ſponſa ſponſo[o] dotis nomine

a *Conuenit.* per ſtipulationem.

QVi ſe debere.} CASVS. Credebam me debere alicui mulieri. x. cum nõ debebam, vel fui exceptione tutus: dedi x. nomine dotis ei qui cum muliere matrimonium contrahere debebat: non eſt matrimoniũ ſubſecutum. quæritur quis repetat: an ego an mulier? Dicit quòd ego. Sed pone quòd in veritate debebã ei x. & pro ea ſolui marito futuro nomine dotis. non ſunt nuptiæ ſecutę. dicit quòd ego condicam: & in priſtina obligatione remaneo obligatus: tamen liberari potero cedendo mulieri actionem. {FVNDVS.} Dedi fundum nomine dotis: ſed nuptiæ nõ ſunt ſecutæ. nunquid potero fundum cõdicere? Reſpond. quòd ſic: & non ſolum fundũ, ſed etiam fructus. idẽ eſt in ancilla data in dotem, & eius partu.

b *Putabat.* ſed nõ debebat. Accur

c *Non interceſſerunt.* Si autem nuptiæ ſecutæ eſſent, repeteret mulier: vt infra eod. ſi donaturus. §. j.

d *Quoniam.* pro quanuis.

e *Sed.* pro tamen. Vel recte lege. Sed hęc videtur mala ratio, quòd poſsit repetere, quia habet exceptionẽ doli: vt j. de condict. inde. l. qui exceptionẽ. quæ eſt contra. Solu. non repetet, quia tueri ſe poterat exce. doli. ſed quia cauſa ceſſat propter quã dedit: nec datur repetitio mulieri maxime ideo, quia hoc tueri ſe poterat excep. doli ſi non ſoluiſſet. Maxime ideo dixi: quia idem eſſet ſi eſſet verus debitor: vt j. eod. §. ſi autem. Azo. Item nec videtur doli exceptio locum habere: nam in hac promiſsione tacita infuit conditio, ſi matrimonium ſequeretur: vt j. de iure dot. ſtipulatione. ea igitur deficiente, ipſo iure ex ſtipulatu agi nõ poteſt. Male igitur dicit poſſe eum tueri ſe exceptione doli. ſed dic quòd hic, fuit actum ne ineſſet illa conditio. Vel dic doli exceptio, id eſt in factum vel intentionis. nam quælibet exceptio dicitur doli: vt j. de excep. do. l. ij. §. generaliter. & ſecundum hoc etiam ceſſat prima oppoſitio.

*Exceptio doli quadruplex eſt.*

f *Exceptione.* Quadruplex eſt exceptio doli. Vna quæ naſcitur tempore contractus, vt ſi dolo me induxiſti vt promit- D terem tibi decem: & hoc caſu ceſſat repetitio ſi ſoluam: vt j. de condic. indeb. l. qui exceptionem. Secunda, quæ ſuccedit in locum non numeratæ pecuniæ: & hæc naſcitur tempore quo agitur, non tempore confeſsionis: vt infra de except. do. l. ij. §. circa. Tertia, quæ ſuccedit in locum exceptionis pacti, & iuſiurandi præſtiti: & his duobus caſibus ſolutum per errorem repetitur: vt infra de cond. indeb. l. ſi non ſortem. §. indebitum. Quarta eſt, quæ ſuccedit in locum exceptionis facti, vel intentionis: quod eſt quãdo nec actor habet actionem: ſed de facto agit: & ſic reus de facto excipit, vt hic dicit.

g *Actionem.* Satis poteſt dici illud admitti cum ipſe promiſit & ſoluit, vt detur mulieri condictio ob cauſam in maritũ non ſecutis nuptijs, quaſi ille videatur dediſſe mulieri, & mulier ſponſo: vt j. de do. inter vir. & vxo. l. iij. §. ſed ſi debitorem. Sed quid ſi promiſit ſoluere, ſed nondum ſoluit: non ſecutis nuptijs? dabitur mulieri aliqua actio vel in maritum, vel in iſtum? Reſpon. ſic in virum: & vir aget ex promiſsione: vt hic, & C. ad legem. Fal. l. ſi.

h *Condicere.* per hanc condictionem ob cauſam, & eodẽ mo- A do intelligo quod dicitur j. proxim. Sed cũr hic non datur condictio indebiti, cum in promiſsione videatur tacita conditio ineſſe: vt infra de iur. do. ſtipulatione. & ſolutum pendente conditione repetitur: vt j. de condict. inde. l. ſub conditione? Reſpon. quia ſcit ſe interim non teneri, ceſſat condi. indeb. ſed quia ſoluit vt ſequatur matrimonium, datur ob cauſam condictio.

i *Manente.* remanet ergo debitor: vt hic & infra de iure dot. non enim. licet liberetur cedendo: vt hic dicit. Sed nonne ipſo iure liberatus eſt: vt j. de ſol. l. ſolutam? Reſponderi poteſt hunc irreuocabiliter non ſoluiſſe pecuniam: vnde non liberatur: vt infra de leg. j. non quocunque. Vel hic non fuit ſimplex mandatum: ſed promiſsio interuenit debitoris: vt ex princ. huius l. apparet: vnde magis ſuo nomine q̃ alieno ſoluiſſe videtur: vt j. man. l. Papinianus. & ideo nõ mulier, ſed ipſe ab eo cui ſoluit condicit: vt j. de condic. indebiti. l. indebiti. Item nonne & ipſi mulieri datur condictio ob cauſam, vt hic, cum ſuo nomine indebitum ſit ſolutum ea ratum habente? Reſpon. ſic. vt j. de cõdict. indeb. l. ſi procurator. Accur.

k *Fructus.* Not. naturalẽ acceſsionem, ſcilicet fructuum, venire in condictione ob cauſam: vt hic, & infra eod. l. cum quis. & infra de vſur. l. videamus. §. j. & in condictione indebiti: vt j. de condict. inde. l. indebiti, & in cõdictione certi generali: vt ſ. ſi cer. pet. l. cum fundus. in princ. & in bo. fid. iudicijs: vt j. de vſur. l. videamus. §. ex cauſa non autem vſuræ, quæ ſunt ciuilis acceſsio, veniunt in prædictis condictionibus: vt C. de cõdict. indebi. l. j. & C. de condict. ob tur. cau. quotiens. cũ citra vinculum ſtipulationis non veniant: vt C. de vſur. l. quamuis.

QVod Seruius.} CASVS. Titius & Berta volebant matrimonium contrahere, & de facto contraxerunt, tamen vtrique vel alteri deerat ætas legitima. Titius dedit x. dotis nomine ſpe futuri matrimonij. an Titius ſi nuptiæ ſecutæ nõ fuerint, repetere poſsit, quæritur. Et dicitur quòd ſic. ſed D hoc verum, ſi antequam ad ætatem legitimam perueniſſent, à nuptijs ſe abſtinuerunt. ſi autem in primo voto perſtiterint, ceſſat repetitio. Idem eſt vbi ſponſalia non matrimonium contrahuntur. ſi nuptiæ contrahi non poſſunt, competit repetitio.

l *Habeat.* ſcilicet ad nuptias: vt quia maſculus minor xiiij. ann. fœmina xij. ſit: vt inſtitu. de nup. in princ. & quòd ſubijcit nuptiæ, ſcilicet de facto. ADDITIO. Dic quod verum attento iure ciuili. ſecus de iure canonico, ſecundum Alexandrum.

m *Diuortium.* id eſt repudium. cum diuortium ſit inter coniuges: repudium inter ſponſum & ſponſam: vt j. de verborũ ſignific. l. inter ſtuprum. §. diuortium. & l. inter diuortium. ſed nec repudium propriè dicitur:[a] ſed hic de facto fuit matrimonium, & de facto diuortium.

n *Habitu.* id eſt dum ſpes eſt fieri matrimonium.

o *Sponſa ſponſo.* qui à ſeptem annis eſſe poſſunt: vt j. de ſpõſa. l. in ſponſalibus. Et not. ꝙ hoc ſecundo caſu fuit datum nomine futuræ dotis: ſed ſuperiori nomine quaſi præſentis, cũ credebant nuptias conſtare. Item ibi altera perſona tantum erat inſufficiens: hic vtraque, vel neutra. Accur.

Adfinitas.

ne dederit, donec maneat inter eos adfinitas.[a] Quod enim ex ea cauſa nondum coito matrimonio datur: cū ſic detur, tāquam in dotem peruenturum: quamdiu peruenire poteſt,[b] repetitio eius non eſt.

*Datum ob cauſam futuri matrimonij per extraneū volentem ſimpliciter donare mulieri, ſiue ſequatur matrimonium, ſiue non, per ipſum dantem non repetitur, ſed per mulierem. Sed ſi voluerit donare ſolùm eo caſu quo matrimoniū cōtraheretur, tunc ſi non contrahitur, ipſe repetit.* Bart.

B

IX. PAVLVS libro ſeptimodecimo ad Plautium.

SI donaturus mulieri, iuſſu eius ſpōſo numeraui, nec nuptiæ ſecutæ ſunt: mulier condicet[c]. Sed ſi ego cōtraxi cū ſponſo, & pecuniā in hoc dedi, vt ſi nuptiæ ſecutæ eſſent, mulieri dos adquireretur: ſi non eſſent ſecutæ, mihi redderetur: quaſi ob rem datur: & re non ſecuta, ego à ſponſo condicā.

*Exceptio doli quæ obſtat deleganti, non obſtat ei cui facta eſt delegatio ex cauſa onerosa, niſi quatenus ad delegantem res eſt reuerſura: ſed delegato contra delegantem ſuccurritur. h.d. Diuide. Primo ponit vnum dictum, per quod conſulit ei cui facta eſt delegatio. Secundo ponit aliud, per quod conſulit delegato. Tertio ponit limitationem primi dicti. Secunda ibi, itaque. Tertia ibi, ſed ſi ſoluto.* Bart.

C

Si quis indebitam[d] pecuniam per errorē iuſſu mulieris ſponſo eius promiſiſſet, & nuptiæ ſecutæ fuiſſent, exceptione doli mali vti nō poteſt[e]. maritus enim ſuum negotium gerit, & nihil dolo facit[f], nec decipiendus eſt: quod fit[g] ſi cogatur indotatam vxorem habere. Itaq; aduerſus mulierem[h] condictio ei competit: vt aut repetat ab ea quod marito dedit: aut vt liberetur ſi nondū ſoluerit. Sed ſi ſoluto matrimonio maritus peteret, in eo duntaxat[i] exceptionem obſtare debere, quod mulier receptura[k] eſſet.

B

*Si cauſa ob quam facta eſt liberatio, nō eſt ſecuta, repetitur pecunia ac ſi ſoluta fuiſſet.* Bartolus.

X. IAVOLENVS libro primo ex Plautio.

SI mulier ei cui nuptura erat, cū dotem dare vellet, pecuniam[l] quę ſibi debebatur, acceptā fecit, neq; nuptiæ inſecutæ ſunt, rectè ab eo pecunia condicetur: quia nihil intereſt vtrum ex numeratione pecunia ad eum ſine cauſa, an per acceptilationem peruenerit.[m]

*Datum executori vltimæ voluntatis, ſi in cauſam debitam non expendit, repetitur.* Bartolus.

XI. IVLIANVS libro decimo Digeſtorum.

C SI heres arbitratu liberti certa ſumma monumentum iuſſus facere, dederit liberto[n] pecuniam, & is accepta pecunia monumentum non faciat[o]: condictione tenetur.

*Reuocata donatione cauſa mortis, res condicitur cum ſuis acceſſionibus.* Bartol.

XII. PAVLVS libro ſexto ad legem Iuliam & Papiam.

CVm[p] quis mortis cauſa donationem cū conualuiſſet donator condicit[q],

---

A a *Adfinitas.* cœpta non perfecta. Et no. affinitatem dici inter ſponſos, vt hic: & inter cōiuges: vt C. de here. inſti. l. nō ideo. ſed tamen impropriè, quia tunc non poſſent eſſe nuptiæ: vt ꝟ. de gradibus. l. non facile. §. primo & ſecundo.

b *Poteſt.* ſi iſtud poteſt, extendatur (vt dialectici dicunt) quamdiu vterq; viuit, etiā miſſo repudio nō eſſet repetitio. nā ſemper poſsibile eſt quòd fiat hoc matrimoniū. ſed certè nos nō extēdimus: ſed ſecundum præſens iudicamus: & rebus ſic ſe habētibus loquimur: vt ꝟ. de verbo. obl. l. continuus. §. cum quis. ſcilicet donec alter eorum aliàs contraxerit. quandoq; tamen extenditur: vt, quantū capere poterit lego: vt ꝟ. de leg. ij. ſi ita quis teſtamento. ſic & inſti. quibus modis teſt. infir. §. poſteriore. Azo. Sed nonne hic pœnitere poteſt: vt ſ. eo. l. ſi pecuniā in principio? Reſp. non: quia non erat res integra: quia ſponſalia præceſſerūt, vt ibi dixi. Item not. hic expectandum donec eſt aliquid in pendenti: vt hic, & arg. ſ. ſi cer. pet. non omnis. in princi. & infra de iur. do. l. ſi ſponſalibus. in princ. & l. dotis fruct⁹. §. fin. & l. ſi debitor. in fi. tit. & l. ſi is qui. §. fi. in fi. & ſupra ſi cer. pe. l. pecuniam.

SI *donaturus.* } CASVS. Nomine dotis cuidam mulieri dedi x. cum vellet cum quodā contrahere ſpōſalia, eidem x. numeraui iuſſu illius. non eſt ſecutum matrimonium. quæritur, quis repetet? Dicitur quòd mulier. Pone quòd cōueni cum ſpōſo, ſi nuptiæ non eſſent ſecutæ, quòd mihi reſtituerentur decem quæ dedi nomine dotis. ſi nuptię non fuerint cōſecutæ, condicam. {SI QVIS.} Credebam me debere alicui mulieri decem, cum nulla deberem. iuſſu mulieris promiſi iſta x. ſponſo futuro. ſecutum eſt matrimoniū. maritus petit à me illa decem. volo à me repellere eum excep. doli mali. an poſsim, quæritur. Et reſpon. quòd non: cùm nihil doli videtur commiſiſſe ſuum negotium exercēdo. neque enim decipiendus eſt maritus: quod quidem eueniret, ſi dotem promiſſam non obtineret: verumtamen contra mulierem condicere poſſum. & potero eam cōpellere vt me liberet. Sed pone vt primo quòd contractum eſt matrimonium, pactus eſt maritus de media dote lucranda ſoluto matrimonio vel diuortio, vel morte. diuortium poſtea interuenit. maritus contra me agit. Dicitur quòd pro medietate quam eſt lucratus, non habeo except. pro alia ſic. idem ſi ſoluero: quia pro vna medietate condicam: pro alia non.

D

c *Mulier condicet.* Et ſic alius ſoluit, & alius repetit: nec eſt nouum hoc: vt infra de condict. inde. l. nec eſt nouum. & eſt ratio: quia ipſa ſoluiſſe videtur: vt ꝟ. de do. inter virum & vxorem. l. iij. §. ſed ſi debitorem. Sed arg. contra ſ. eo. l. qui ſe. §. ſin autem. ſed dic vt dixi: quia propter ſuam obligationem ibi ſoluerat, quæ præceſſerat: vt ex principio eiuſdem. l. apparet: & facit ad hoc reſponſum infra de iure do. l. ſi ego. in princ.

d *Si quis indebitam.* quantum ad ſe: debitam tamen à muliere.

e *Non poteſt.* ſcilicet promiſſor, ſi ab eo maritus pecuniā petat. non enim eſt dos titulus lucratiuus: vt ꝟ. de act. & obl. l. ex promiſsione. & C. de imp. lu. deſcrip. l. j. §. lucratiua. li. x. & ꝟ. de except. do. apud Celſum. §. ſed ſi mulier. & ideo non repellitur creditor exceptione: vt hic & ꝟ. de noua. l. doli exceptio. & l. ſi quis delegauerit. & C. de noua. ſi pater. & ꝟ. de iu. do. quemadmodum. §. fi. & ꝟ. de do. except. l. pure. §. ſi eum. ſi autē eſſet lucratiua cauſa, quæ multæ ſunt in d. l. j. C. de impo. lu. deſcrip. li. x. tunc haberet promiſſor doli except. vt ꝟ. de dona. l. ij. §. cū vero. & ꝟ. de except. do. l. Iulianus ait, ſi pecuniam. & d. l. apud Celſum. §. ſi quis. autem. Sed contra. eſt huic. §. ꝟ. de admi. tuto. l. cum poſt. §. fi. vbi dicit ꝙ curator dotem pro adulta promittēs, nō tenetur in dotem, ſi adultæ facultas non patitur. Sol. illud ideo, quia ratione officij ꝓmiſit, ſciens ſe non teneri pro ſe: vt arg. ꝟ. de his qui. vt indig. l. tutorem. hic autem pro ſe promiſit. credens ſe debere. vel hic tota indebita: ibi nō tota. ſed prima verior eſt. *Dos titulus lucratiuus non eſt.*

f *Dolo facit.* Not. non facit dolum, qui ſuum commodum iure proſequitur: vt hic, & ꝟ. de libe. ho. exhi. l. iij. §. j. & ꝟ. de iniur. iniuriarū. §. j. & ꝟ. de acquir. her. Iulianus ſcribit, ſi pupillus. & ꝟ. ad le. Iul. de vi publi. l. pen. §. fi. & ꝟ. de iu. fiſ. l. delator. Accur. *Dolum non facit qui ſuum cōmodum iure proſequitur.*

g *Quod fit.* id eſt decipitur ſi opponatur doli exce. & ſic vxorē indotatā haberet. quod eſſe non debet: vt hic. & ꝟ. de do. except. apud §. ſed & ſi mulier.

h *Mulierem.* vt C. de condic. inde. l. ij.

i *Dūtaxat.* in eo quod lucraretur ex dote ꝓpter pactum, non obſtabit. nec videtur petere ex lucratiua cauſa, cùm præceſsit cauſa oneroſa. i. titulus dotis. Accurſius.

k *Receptura.* id eſt recuperatura.

D SI *mulier.* } CASVS. Debebam alicui mulieri x. cum non eſſem ſoluendo, ſolicitaui eam contrahere mecum nupt. & in tempore futurarum nuptiarum liberauit me acceptil. poſtea nolo contrahere: forte quia ſcio me liberatum. Dicitur quòd à me mulier condicet, ac ſi integrum mihi ſoluiſſet.

l *Pecuniam.* ſi purè debebatur. Si verò ſub conditione, & in eum ſtatum reſtituenda eſt obligatio: vt ꝟ. de iur. do. licet. & ſ. eo. l. ſi quis accepto.

m *Peruenerit.* ſic & præſtatur quod compenſatur: vt ꝟ. ſolu. mat. l. ſi filio. §. ſed ſiue propter. Accur.

SI *heres.* } CASVS. Teſtator iuſsit me heredem ſuum facere monumentum arbitratu ſui liberti. Ego illi liberto pecuniam ad conſtruendum monumentum dedi. libertus non facit monumentum. nunquid ab eo pecuniā condicere poſſum? Et reſpon. quòd ſic. Viuianus.

n *Liberto.* vt faceret hanc ſepulturam. Accur.

o *Non faciat.* vel faciat, ſed minus eroget: vt ꝟ. de leg. ij. l. antepenul. §. à te. & eſt ratio, quia libertus, vt miniſter eligitur: vt ꝟ. de leg. ij. ſi quis Titio decem.

p CVm *quis.* ſcilicet donator.

q *Condicit.* ſ. donationē. ſ. per condictionē iſtā: vt ꝟ. de do.

cau.

cau.mor.l.ſenatus.§.nec dubitauerit.ſic & aliàs dicitur furtũ redimi,i.res furtiua:vt ỹ.de codi. inde.l.ſeruus.ſic & in pignore:vt inſti.de act.§.inter pignus.ſed cõtra hoc.ỹ.cõmo.l.j. §.ij.& C.quæ res pig.ob. poſſunt.l.cum cõſtet.ſecundũ Azo.
a *Fructus.*vt ỹ.de vſur.videamus ij.§. idemque eſt ſi mortis.

SI *filius.*} CASVS. Deceſsit quis duobus filijs relictis: alio emancipato, altero in poteſtate conſtituto. emãcipatũ autem filiũ prætierat in vltima voluntate: & alium heredem inſtituit.poſtea dicit inſtitutus vt emãcipatus bona ſua cõferat. cõtulit emancipatus. deinde non vult petere bo. poſſ. an repetere poſsit quæ cõtulit? Dicitur ꝙ ſic.
b *Si filius.*ſ.emãcipat⁹.
c *Bonorũ poſſeſsionem.*ſ. cõtra tab.vt C. de col. l.ea demũ.& ỹ. de col. bo.l.prætor. §.emancipatus præteritus.
d *Poſſe.*cond. ob cauſam, quaſi deficiente ſecuta cauſa:vt ſ.eo.l.j. §.j.

SI *procuratori.*} CASVS. Credebam me debere tibi x.procuratori tuo quẽ credebã eſſe procuratorẽ, ſolui.aut dominus Titius habuit ratum,& tenetur: aut nõ habuit ratũ, & cõdicere potero à procuratore. Item ſi debitũ fuerit ſolutum falſo proc.neq; dominus habuit ratũ,& hoc omnino ſoluit, vt ſtatim ſe liberet: repetetur à procur.cond. ob cauſam.nõ indeb.ſi autẽ vt miniſtro pecuniam credidit ei, vt ad dominũ portaret:ſi nõ habuit ratũ,poſſet cõuenire procur.actione furti: quia in eum non eſt tranſlatũ dominiũ, in priori caſu ſic.

* *Coniunge.l.ſi procurator, de cond.indeb.*

fructus[a] quoque donatarum rerum,& partus et quod adcreuit rei donatæ, repetere poteſt.

*Collatio ob cauſam facta, cauſa non ſecuta condicitur.*

XIII. MARCIANVS libro tertio Regularum.

SI filius[b] contulerit fratri, quaſi adgniturus bonorũ poſſeſsionem,[c] & non adgnouerit:repetere eum poſſe[d] Marcellus libro quinto Digeſtorum ſcribit.

*Si procuratori falſo in rem ſuam ſoluatur indebitum,ab eo condicitur: niſi dominus ratihabitio ſubſequatur. item ſi debitor dat alicui vt eum faciat liberari, ab eo repetitur:niſi cauſa ſubſequatur. itẽ id quod debitor tradit alicui vt nuntio, ſi ad creditorem portat, condictione furtiua repetitur,& furti agitur.h.d.ſecundum glo. Et diuiditur in tres partes. Primo loquitur quando ſoluitur procuratori falſo in rem ſuam.Secundo quando datur alicui vt eum à creditore faciat liberari. Tertio quando datur pecunia alicui, vt portet ad creditorem.Secunda ibi, quòd ſi dominus. Tertia ibi, Vel quòd furtum.Bartolus.*

XIIII. PAVLVS libro tertio ad Sabinum.

SI procuratori * falſo[e] indebitum ſolutum ſit, ita demum à procuratore repeti non poteſt,ſi dominus ratũ habuerit. ſed ipſe dominus tenetur[f],vt Iulianus ſcribit. Quòd ſi dominus ratum nõ habuiſſet: etiã ſi debita[g] pecunia ſoluta fuiſſet,ab ipſo procuratore[h] repetetur.[i] non enim[k] quaſi indebitum

e *Falſo.*qui nunquã fuit ꝓcurator:vel fuit quodã,ſed reuocata erat ꝓcuratio. nec enim refert quãdo indebitũ ſolutũ eſt, vt hic erat. ſed quãdo debitum, tũc refert an ſciã reuocatum mãdatum,vel non:vt primo caſu nõ liberetur à domino: nec ob hoc repetam,cum ſcienter ſolui indebitum.ſecundo liberetur ipſo iure, ſi bona fide exigebat & accipiebat procura. ſed ſi mala,tunc per exceptionem:vt ỹ.de ſol.cum quis.§.j.
f *Tenetur.*condic.indeb. vbi credidit ſe liberatum, credens eum in rem ſuam datum procuratorem, vel condic. ob cauſam ſe liberandum:aliàs ſi ratum non habet dominus, procurator tenetur:vt hic ſubijcit,& ỹ.rem ra. ha. ſi indebitum. & ỹ.de condic. inde.l.ſi procurator.§.Celſus.
g *Si debita.* latenter incipit cum erat debita. & hunc caſum proſequitur vſque in finem.
h *Procuratore.*vt ỹ.man.l.inter cauſas. §.mandato.
i *Repetetur.*condic. ob cauſam.
k *Non enim.*bene dico etiam ſi debita.non enim &c.
l *Non intercedente.*& ſic non condic.inde.ſed ob cauſam datur vt hic.Sed ar.cõtra.C.de cõdi.inde.l.creditoris.vbi dicit dari indebiti.preterea alia dicit dari furti:vt C.de furtis.l.falſus.quæ cõtradicit vtrique.Solue ergo,quia qui ſoluit ea cauſa vel pacto,vt à domino liberetur, tunc habet locũ hæc lex quæ dicit dari condictionẽ ob cauſam. ſi autem incontinenti ſe liberatum credidit, vt quia credebat procuratorem in rẽ ſuam cui ſoluit, & ideo non præcauit ſibi per pactum, vt liberaretur:tunc habet locum condic. inde.vt in l.creditoris. & hic in prin.huius.l.& hoc quãdo dominium eſt trãſlatum. aliàs nulla condictio datur: vt ſ.vſufruct.quemadm.ca.l.ſi.ſi autem miniſtro dedit,vt ad dominum portaret,& ſic apud ſe ſoluens dominiũ retinuit, tunc habet locum furti.& condictio furtiua: vt d.l. C.de fur. falſus.& in fine huius l. quas actiones tenetur cedere domino habenti ratũ. vel euaneſcit, ſi pecunia erat debita:vt ỹ.de fur.l.ſi vendidero. §. ſi Titius. & probatur prædicta diſtinctio ỹ.de fur.falſus.§.j.
m *Vel quod.*id eſt quia.

datum repetetur, ſed quaſi ob rem datum,nec res ſecuta ſit, ratihabitione non intercedente[l]: vel quòd[m] furtum faceret pecuniæ falſus procurator:[n] cum quo non tantum furti agi, ſed etiam condici[o] ei poſſe.

n *Procurator.* ſupple repetetur ab eo:vt ſ.
o *Condici.*cõdic. furtiua.Et hic no.ꝙ Martinus dicebat actione furti poſſe agi contra falſum procuratorem, & contra falſum creditorem, ſi ſcienter indebitum accipiunt, vt eos nũmos lucrentur: quamuis in eos ſit dominium tranſlatum:vt hic,& ỹ.de cõdic.furt.* l.quoniã.Sed Io. & Azo contra. dicũt enim furtum nõ fieri ab eo qui domin⁹ factus eſt: vt ỹ.l. proxi. in fin. & patet ex definitione furti,quia dicitur,furtum eſt contrectatio rei alienæ,&c.vt inſti. de ob. quæ ex deli. §. primo. nec obſtat qđ hic dicit: quia mutat caſum.nã ſ.dixit quando dominium fuerat tranſlatum. & datur tunc condic. ob cauſam. hic quando non, & datur furti: vt & C. de fur.falſus. Item nõ ob.d.l.ỹ.de cõdic. fur. l. quoniam:quia & illam intelligas quando dominiũ non eſt trãſlatum in creditorem: vt ibi dices.

*Res ob cauſam data,cauſa nõ ſecuta,etiã ſi deſierit extare,cõdicitur:et ſi nõ eſt trãſlatũ dominiũ, ad exhibendũ, & furti,ſeu condic.furti agitur.h.d.Diuiditur primo ponit vnum dictum,ſecũdo ponit aliud, quod videtur cõtrarium primo. tertio reducit ad concordiam, addendo aliqua. quarto addit quædã ad prædicta.Secũda ibi,Labeo.tertia ibi,ſed Proculus. quarta ibi,ſed ſi tuus.*

XV. POMPONIVS libro viceſimoſecundo ad Sabinum.

CVm ſeruus tuus in ſuſpicionem furti Attio veniſſet, dediſti[p] eum in quæſtionem ſub ea cauſa, vt ſi id repertum in eo nõ eſſet, redderetur tibi. Is eum tradidit præfecto vigilũ quaſi in facinore deprehenſum.[q] præfectus vigilũ eũ ſummo ſupplicio[r] adfecit. Ages cum Attio, dare eũ tibi oportere:[s] quia & ante mortẽ dare tibi eũ oportuerit[t]. Labeo[u] ait, poſſe etiã ad exhibendũ agi: quoniã fecerit quò minus exhiberet[x]. Sed Proculus[y] dari oportere ita ait, ſi feciſſes eius hominẽ:quo caſu ad exhibendũ agere te non poſſe. ſed ſi tuus manſiſſet,etiã[z] furti te acturum[a]

CVm *ſeruus.*} CASVS. Seruus alienus ſurripuit equum tuum. habuiſti aliquẽ ex ſeruis meis ſuſpectum,puta Stichũ.tradidi tibi eũ, vt de furto illo inquireres. & innocentem eum inueniſti. poteſtati tamen eum tradidiſti, ac ſi furtum commiſiſſet.affectus eſt vltimo ſupplicio. dicit quòd potero agere contra te condic.ob cauſam,item actione ad exhibẽdum, item furti,ſub diſtinctione tamen in l.tradita, quia alio modo vſus es quàm ſcires me dominum permiſſurum. Viuia.

p *Dediſti.* ita etiam ꝙ dominium tranſtuliſti adiecto tamen, vt tibi redderetur, ſi in eo facinus deprehenſum non eſſet.
q *Deprehenſum.*cum non eſſet deprehenſus vel conuictus.
r *Summo ſupplicio.*quod mortem interpretor ſecundum Io. & iniuſtè fecit fortè hic præfectus, cum iudex de hoc non eſſet:ſed ad præfectum vrbis debuit referre: vt ſ. de off.præf. vigi.l.tertia.§.j. & hoc eſt verum,ſecundum H. Sed Azo dicit quòd iudex erat, quia hoc non erat publicum crimen,licet capitis fuerit impoſita pœna. & ideo hoc potuit cognoſcere:vt C.de offic.præfe.vigi.l.j. Accur.
s *Oportere.* ſ. condic. ob cauſam, qua agitur vt quid detur, quia eſt perſonalis:vt inſt.de act.§.ſic itaque. habet autem locum hæc condictio,quia non fuit impleta conditio quæ fuit adiecta:quia ſcilicet non fuit in ſcelere deprehenſus. & alia tacita defecit,ſcilicet per quam non redderet,ſcilicet ſi eſſet deprehenſus.
t *Oportuerit.*ſ.ſi in facinore repertus nõ fuiſſet:quia ſic ſe habuit forma dationis,ſi autem æſtimatum dediſſet, habet locum præſcrip.ver.ac.vt ỹ.de præſcrip.ver.l.ſi dominus.
u *Labeo.*mutat caſum.ſ.quando dominium non trãſtuliſſet.
x *Exhiberet.*& ſic iuratur in litem in act.ad exhi.quando dolo fecit quò minus exhiberi poſſet:vt ſ.ad exhi.l. Celſus. §. idem Iulianus ſcribit emptorem.
y *Procul⁹.*redit ad primũ caſum,quãdo dominiũ fuit trãſlatũ.
z *Etiam.* non ſolùm ad exhibendum.
a *Furti te acturum.* not.quẽ teneri furti, licet non lucri cauſa fecerit.

fecerit. nam lucri cauſa nihil fecit hic. & ſic eſt cōtra inſtit. de obli. quæ ex delic. §. placuit. Sol. dicunt quidam ſpeciale. ſic & in ſacco cum pecunia ſubtracto: vt infra de fur. l. qui ſaccum. Tu dic, prædictum. §. inſtitu. non fallere. nam hic eſt lucrum, quia voluntatem ſuam expleuit. ſic & aliàs ſpecies lucri eſt &c. vt infra de fur. l. ſi pignore. Item ſic in authen. de here. & Fal. §. ſi vero expreſsim col. j. & eodem modo in l. qui ſaccum. furtū fuit factum ſacci, ſcilicet ſecundario, licet non principaliter. nec poteſt dici quòd ſine dolo in hac l. fuerit. doloſe enim agit. & facit ad l. j. de ini. l. ſed ſi vnus. §. ſeruus meus. Accurſius.

cum eo: quia re aliena ita ſit vſus, vt ſciret ſe inuito domino vti: aut dominū, ſi ſciret, prohibiturum eſſe.

*Notabilis lex, & hoc intēdit: Quando ex parte dantis pecuniam, & ex parte dantis ſpeciem, venit dari, non eſt emptio & vēditio: ſed cōtractus innominatus: ideo habebit locum condictio ob cauſam. h. d. glo. Diuiditur: primo ponit dictū. ſecundo tres rationes. ſecunda ibi, & ideo. Tu dic quòd non ſunt rationes: imò ſunt illationes ex dicto. B.*

XVI. CELSVS libro tertio Digeſtorum.

Dedi † tibi pecuniam, vt mihi Stichum dares.[a] vtrum id contractus genus[b] pro portione[c] emptionis & vēditionis eſt? an nulla hic alia obligatio eſt, quàm ob rē dari re non ſecuta? In quod procliuior[d] ſum. Et ideo[e] ſi mortuus eſt Stichus, repetere poſſum[f] quod ideo tibi dedi, vt mihi Stichū dares[g]. finge[h] alienum eſſe Stichū, ſed te tamen eum tradidiſſe. repetere à te pecuniam potero: quia hominem accipientis non feceris[i]. Et rurſus[k] ſi tuus eſt Stichus, & pro euictione eius promittere non vis, non liberaberis[l] quo minus à te pecuniam repetere poſſim.

B

C

DE CONDICTIONE OB turpem, vel iniuſtam cauſam.

*Dedi tibi pecuniam.* }. CASVS. Habebas ſeruū. dedi tibi pecuniam vt eū mihi dares. quæritur an ſit cōtractus emptionis & ven. Et reſpond. quòd non: & hoc triplici ratione. quia pone quòd Stichus ſit mortuus antequam traderetur, potero pecuniam condicere. & ita non eſt venditio: quia ſi eſſet mihi emptori periret. Secunda ratio talis eſt: pone quòd ſeruus fuerit alienus: eum tamen mihi tradidiſti. quia enim rem mei accipientis non feciſti, condicere poſſum. Aliter autem eſt in vēditione: quia non cogitur iſte venditor rem facere accipiētis. vnde apparet quòd non eſt vēditio. Tertia eſt quòd ſi Titius fuit proprius cum eum mihi tradidiſti, potero petere vt eius nomine caueas de euictione. quod ſi non feceris, repetere poſſum. aliter etiā in venditione: quia ibi de natura contractus de euictione tenetur. Viuianus.

a *Dares.* ex hoc verbo proceſsit dubitatio.

b *Genus.* melius diceret ſpecies.[a]

c *Pro portione.* ſcilicet ſubiecta. Iohan. q. d. an cōtineatur ſub hoc prædicabili venditio.

d *Procliuior.* id eſt vt ſit do vt des. & hoc probat tribus rationibus, vt ſubiicit, ſed videtur venditio, cum ex vna parte eſt pecunia. ex alia ſpecies: vt j. de præſcrip. ver. naturalis. §. j. quæ eſt contra. Sol. hic fuit data pecunia in ſpecie, quod potuit fieri: vt infra de leg. j. plane. §. ij. ibi vero in quantitate, ſecundum Io.[b] Vel dic ſecundum Azo. idem etiam ſi in quantitate in caſu huius l. nam quia appoſitum fuit pactum de dando Sticho, id eſt de transferenda proprietate Stichi, quod eſt contra naturam venditionis, dicitur eſſe innominatus contractus. eſt enim dare accipientis facere vt inſtit. de act. §. ſic itaque. quod venditor facere non tenetur: vt infra de act. emp. ex empto. in princip.

e *Et ideo.* prima ratio.

f *Poſſum.* imò videtur quòd non poſſum: vt j. de præſcri. ver. naturalis. §. ſed ſi Stichum. quæ eſt contra. Solu. hic interceſsit culpa vel mora eius qui debuit Stichum dare: ibi non. Vel dic ſecundum Io. hic loqui etiam ſi culpa vel mora non interceſſit: ſed tamen non erat diſtracturus hic. ſed in l. contraria erat diſtracturus: ar. C. eo. l. pecuniam. & ſ. eo. dedi. §. ſed ſi tibi dedero. & l. ſi pecuniam. §. fina. quæ eſt contra in eo quòd ibi diſtinguitur prædicto modo: hic non. & hæc ſolutio placet præceptori meo vel ſolue vt ibi. Accurſius.

g *Dares.* quod in venditione non ſeruaretur, imò ad intereſſe ageretur ſi culpa vel mora interceſsiſſet: aliàs non: vt j. de act. emp. l. j. in princ. & inſtit. de contrahen. emp. §. cum autem. Accurſius.

h *Finge.* ſecunda ratio.

A i *Non feceris.* quod in venditione non eſt neceſſe: vt j. de act. emp. l. ex empto. in prin. & j. de contrahē. emp. l. ſi itaque. Ac.

k *Et rurſus.* tertia ratio.

l *Non liberaris.* ſecus in venditione: quia tunc ago vt caueas de euictione: vt j. de euic. l. ij. ſecundum H. & Azo. ſed Io. dicit hic exigi ſatiſdationē fideiuſſoriam, quæ in venditione nō eſt neceſſaria, niſi hoc actū ſit: vt j. de euict. l. emptori. & l. iij. ſed j. magis placet. ſed ad quid hæc lex fecit vim, ſit contractus innominatus, vel emptio? Reſpon. Ioan. vt ſciretur an condictio ob cauſam habeat locum. nā non habet locum in contractibus nominatis: vt hic manifeſte dicitur, & j. de re. permu. l. j. in fin ſubtiliter colligitur: niſi in caſu, ſcilicet donationis: vt C. de dona. quæ ſub modo. l. j. quę donatio eſt hodie nominatus contractus: quia ſolo cōſenſu fit, ſcilicet pacto etiā nudo: vt C. de dona. ſi quis argentū. Sed omnes illi ſunt nominati, qui conſenſu fiūt: vt j. de re. permu. l. j. circa medium. olim autem erat innominatus, cum conſenſu nō fieret ſolo. Vbi ergo habet locum hæc condictio? Reſpon. in contractu do vt des, & etiam in contractu do vt facias: vt j. de re. permu. l. j. § fina. & de præſc. ver. naturalis. §. at cum do. Item in cōtractu do vt nō facias: puta, non alienes: vt C. e. l. ea lege. In contractu autē facio vt des, locum nō habet, quia tunc locum habet de dolo, cum qua alia non competit: vt d. l. naturalis. §. quod ſi facio. Item nec in contractu facio vt facias, cum facta non poſsint repeti, ſed ad intereſſe agitur: vt infra de præſcrip. verb. l. penul.

*Contract⁹ nominati ſunt omnes qui conſenſu fiunt.*

*† Colligit hic Bal. quod ille turpiter facit, qui facit aliquem redimere.*

TITVLVS V.

*Datum ob cauſam honēſtam, non repetitur cauſa ſecuta: ſed datum ob turpem cauſam, ſi eſt turpitudo ex parte accipiētis repetitur: ſecus ſi eſt turpitudo ex parte dantis, vel vtriuſque. hoc dicit cum tribus legibus ſequentibus, vſq; ad §. ſi tibi iudicū. Bart.*

I. PAVLVS libro decimo* ad Sabinum.

** vicenſimo.*

Omne quod datur: aut ob rē[m] datur, aut ob cauſam[n]. Et ob rē aut turpem, aut honeſtam. turpē autē, aut vt dātis ſit turpitudo, nō accipientis: aut vt accipientis duntaxat, non etiam dantis: aut vtriuſq;. Ob rem igitur[o] honeſtam datum ita repeti poteſt, ſi res propter quam datū eſt, ſecuta nō eſt[p]. Quod ſi turpis cauſa accipiētis[q] fuerit: etiam ſi res ſecuta ſit, repeti poteſt:

II. VLPIANVS libro vicenſimo-ſexto ad Edictum.

Vt puta † dedi tibi ne ſacrilegiū facias, ne furtum: ne hominem occidas. In qua ſpecie Iulianus ſcribit, ſi tibi dedero ne hominem occidas, condici poſſe: item ſi tibi dedero vt rem mihi reddas depoſitam[r] apud te, vel vt inſtrumentum mihi redderes. Sed ſi dedi[s]

DE CONDICTIONE OB TVRPEM, VEL iniuſtam cauſam.

*Dictum eſt de condictione ob cauſam, quæ futurā cauſam tantū reſpicit, honeſtam tamen: nunc de hac quæ præteritam & futurā, & nō honeſtam reſpicit, ſed turpem: & quod ſubiicit, vel iniuſtam, pro eodem* ponitur. nec enim tractat hic de condictione ſine cauſa, ſed tractabit. j. tit. 2.*

D

*Omne.* } CASVS. Temere facit iuriſc. bimembrem diuiſionē: quia quicquid datur: aut ob rē, aut ob cauſam datur. & quod ob rē datur: aut ob honeſtā, aut ob turpē. aut eſt turpitudo dātis: aut recipiētis: aut vtriuſq;. de honeſta cauſa nil dicit: quia ſatis dixit in titulo ſuperiori. tamen dicit quod ſi ex honeſta cauſa datum ſit: ita erit locus repetitioni, ſi id propter quod datum eſt, ſecutum non eſt. Cæterum ſi ob inhoneſtam cauſam dedi, i. turpem, dum tamen turpitudo ſit ex parte accipientis tantum: locus erit repetioni. cætera ſunt plana vſque in finem tit. Viuianus.

** Hæc differētia eſt inter turpem & iniuſtam cauſam, quod cauſa turpis res ſit cuius cauſa alia datur. l. 1. 2. 4. cauſa iniuſta eſt ſtipulatio puta vi extorta, ex qua cauſa præterita, ſi ſoluatur, condici poteſt. l. 6. & 7. j. Bar.*

m *Ob rēm.* ſcilicet futuram.

n *Ob cauſam.* præteritam: vt infra tit. j. l. damus.

o *Ob rem igitur.* inceptiuum, vel illatiuum: vt ſupra de iuſti. & iure. l. ius ciuile. §. hoc igitur.

p *Non eſt.* vt infra tit. j. in ſumma. §. quod ob rē. & ſupra tit. j. quaſi per totum. vel etiam ſi eſt ſecuta poſt morā, vel poſt pœnitentiam accipiente certiorato. Ioan. vt ſupra titu. j. dedi. §. ſed & ſi tibi dedero. & l. ſi pecuniam. §. ſi ſeruum.

q *Accipientis.* ſ. tantum vt ſequentia exēpla dicunt: vt C. eo. l. quotiens. & l. ob reſtituenda. & ad idem ſupra de pac. iuriſgentium. §. ſi ob maleficium. & ſupra de calum. l. j. in prin.

r *Vt puta. Depoſitam.* vt j. e. l. ſi. in prin. & §. ſi. & j. depoſi. l. ſi.

s *Sed ſi dedi vt ſecundum me in bona.* iſtud ſecundū me poteſt deter-

determinare verbum, pronuntiaret: & nomē bona. prout verò determinat verbum, eſt ſenſus, quia dedi iudici vt iudicet pro me. & quod ſubiicit, eſt relatū, ſcilicet à quibuſdā: ſed male, ſecundum omnes. & ideo corrigit ſtatim, ſed hic quoque &c. & quod ſubiicit, litem perdere, dic, ſcilicet condic. ob tur. cau. & aliā ſcilicet litem quā ſimoniace voluit vincere. & ſecundum hoc vertitur turpitudo vtriuſq; ſic. & j. l. proxi. Prout autem determinat nomen, eſt ſenſus: quia dedit vt pronuntiet: id eſt vt ſe expediat. & quod dicit relatum eſt: exponit M. ſcilicet & bene. Et quod ſubiicit, ſed hic quoq; &c. non corrigit, ſed denotat ꝙ in aliquo deliquit corrumpēdo iudicem: non vere ſed præſumptiuè: & ꝓpter hoc delictum perdit litem, quam ſcilicet ſimoniace voluit vincere, non pecuniæ repetendæ per cōdic. & ſecundum hoc vertitur turpitudo tantum accipientis, quantum ad condic. iſtam: ſicut ſ. prox. reſpon. hodie autē nec ſic licet dare, vt ſaltem pronuntiet, vel ſe expediat: vt C. de pœn. iu. l. ij. & in auth. vt lit. iu. j. reſpon. & ſecundum hoc ſemper dices quòd ille verſus, ſed hic quoque &c. corrigit: & quòd dicit, litem, ſcilicet vtramque. Argum. contra in decretis. xiiij. q. v. non ſane.

vt ſecūdum me in bona cauſa iudex pronūtiaret, eſt quidem relatū condictioni locū eſſe: ſed hic quoq;[a] crimē cōtrahit. Iudicem enim corrūpere videtur. & non ita pridem imperator noſter conſtituit litem eum perdere.

III. PAVLVS libro decimo ad Sabinum.

VBi autē & dantis & accipientis turpitudo verſatur, non poſſe repeti dicimus,[b] veluti ſi pecunia detur vt male iudicetur.

IIII. VLPIANVS libro vicenſimoſexto ad Edictum.

IDem ſi ob ſtuprū datū ſit[c]: vel ſi q̃s in adulterio deprehēſus redemerit ſe. ceſſat eñ repetitio.[d] idq; Sabinus & Pegaſus reſpōderunt. Itē ſi dederit fur ne proderetur: quoniā vtriuſq; turpitudo verſatur[e], ceſſat repetitio. Quotiēs autē ſolius accipiētis turpitudo verſatur, Celſus ait repeti poſſe: veluti ſi tibi dedero ne mihi iniuriā facias[f]. Sed quod meretrici datur, repeti nō poteſt[g]: vt Labeo & Marcellus ſcribunt: ſed noua ratione[h], non ea ꝙ vtriuſq; turpitudo verſatur, ſed ſolius dantis. illā enim turpiter facere, quòd ſit meretrix: nō turpiter[i] accipere, cum ſit meretrix.

*Poteſt quis honeſtè accipere vt malefactorem indicet: non vt eum celet, niſi ſit particeps criminis. Bartolus.*

Si † tibi iudicium[k] dedero, vt fugitiuū meū indices, vel furem rerū mearū, non poterit repeti[l] quod datum eſt. Nec eñi turpiter accepiſti. Quòd ſi à fugitiuo meo acceperis ne eū indicares, cōdicere[m] tibi hoc quaſi furi poſſum. ſed ſi ipſe fur indicium* à me accepit, vel furis vel fugitiui ſocius, puto condictionem locum habere[n].

V. IVLIANVS libro tertio ad Vrſeium Ferocem.

SI à ſeruo meo pecuniam quis accepiſſet ne furtum ab eo factum indicaret: ſi indicaſſet, ſiue non, repetitionem fore[o] eius pecuniæ Proculus reſpondit.

*Datum ex iniuſta cauſa, repetitur. Bart.*

VI. VLPIANVS libro octauodecimo ad Edictum.

PErpetuò Sabinus probauit veterum opinionem, exiſtimantiū id quod ex iniuſta[p] cauſa apud aliquem ſit, poſſe condici[q]. in qua ſententia[r] etiam Celſus eſt.

*Pecunia violenter ſoluta ex promiſſione etiam violenta, repetitur. Alex.*

VII. POMPONIVS libro vicenſimoſecundo ad Sabinum.

EX ea ſtipulatione quæ per vim extorta eſſet, ſi exacta eſſet pecunia, repetitionem eſſe conſtat[s].

*Promiſſum ex cauſa turpi ex parte recipiētis, ſi ſoluatur, cauſa finita nō repetitur: ſed quādo eſt turpitudo ex parte vtriuſque, ſiue cauſa ſit finita, vel nō, ſolutū nō repetitur. h. d. Diuiditur. primo loquitur quādo turpitudo eſt ex parte recipientis tantū: ſecūdo quādo ex parte vtriuſq;. ſecūda ibi, porro. B.*

VIII. PAVLVS libro tertio Quæſtionum.

*Pignus iudici datum vt malè iudicet, an poſſim repetere.*

a *Sed hic quoq;*. nō ſolū iudex. Quid autem ſi promiſerim iudici vt ſecundū me iudicaret: & dederim ei mea pignora in hāc cauſam, an poſſim pignora repetere? & videtur ꝙ poſſim: arg. j. de conſti. pecu. l. iij. §. j. & eſt ratio: quia ſicut pign9 non poteſt accedere obligationi quæ nulla eſt: ita nec ei quæ inefficax eſt.

*† Ad iſtum §. faciūt & concor. quæ plenè leguntur & no. in ca. qui cū furē. de fur. extra: & per gloſ. & Archi. I. q. I. §. ex his verbis. circa prin. & per glo. 13. diſt. ca. nerui. & ca. nemo de ſimoniac.*

b VBi autem. Dicimus. vt j. eo. ſi ob turpē cauſam. §. porro. & C. e. l. cū te. ſed apud accipientē non remanet: ſed datur fiſco. vel alteri parti: vt j. de cal. in heredē. in prin. Sed quid, ſi dedi rem indiuiduā, vt ſeruitutē vel equum, partim ob turpē cauſam, & partim ob aliquam cauſam honeſtam ex parte dantis: an repetitur totum? ſi enim ſola eſſet turpis cauſa, non repeteretur. ergo propter iuſtam cauſam repetitur. Ar. pro hoc, & contra hoc, ſecundum Azo. j. ſi quis omiſ. cau. te. l. iij. in fi. & j. de iu. fiſ. non intelligitur. §. ſi quis palam.

c IDem & ſi. Datum ſit. vel ei qui ſtupranda eſt, vel lenoni, vel marito, vel alij: vt C. eo. l. mercalem.

d Repetitio. per condic. ob tur. cau. ſed per actionem quod met. cau. ſic repetit: vt ſ. quod me. cau. l. nec timorem. & l. ſeq. quæ ſunt contra. Accurſius.

e Verſatur. hoc caſu & in ſuperiorib9. licet enī nemo iudicare teneatur: vt j. e. l. pe. tamē turpiter accipit q accipit ne indicet.

f Iniuriam facias alia exēpla ſunt ſupra eo. l. j. in fi. & l. ij. Acc.

g Nō poteſt. vt j. de don. l. affectionis. Sed quid ſi dedi vt nō ſit meretrix? Reſpō. hoc poteſt repeti: vt ar. ſupra eo. l. ij. in prin.

h Sed non ratione. noua ratio eſt, quia vtilitas vitæ non patitur eā legum laqueis innodari: vt C. de adul. l. quæ adulteriū. ideo in ea voluit lex iſta inſpicere pręcedentē cauſam acceptionis, ſ. libidinem: quia ſic turpiter acciperet. ſed in mare qui fregit oſtia meretricis, inſpexit præcedentē cauſam, ſcilicet libidinē: vt j. de fur. l. verū. quę eſt contra. Vetus autē ratio eſt: quia verſatur hincinde turpitudo: vt ſuperioribus caſibus. ſed hæc ceſſat hic, vt ſubiicit: quia ſolius dātis eſt turpitudo. Eſt etiam alius caſus, vbi ſolius dātis eſt turpitudo: vt j. de cōdic. ſi cauſa. l. fi. ſi ſciens nō valere matrimoniū. ſed an poterit petere, ſi ſibi eſt promiſſum? Reſpon. nō: quia turpis cauſa fuit promiſſionis: vt j. de ver. obl. l. generaliter. & l. ſi plagij. & quia quædam honeſte accipiuntur, non tamen honeſte petuntur: vt j. de var. cog. l. j. §. j.

i Turpiter. ſed hęc precedens cauſa non inſpicitur: quia vilitas vitæ &c. & ſic eſt hęc noua ratio.

k Si tibi ob indicium. id eſt ob indicandum.

l Repeti. immo cōuentum oportet ſolui, vel per ac. præſcri. verbis, vbi fuit do vt facias, id eſt indices: vel per act. de dolo, vbi fuit facio, id eſt indico, vt des: vt j. de præſcript. ver. ſolent. ex hoc ergo probatur quòd quis non tenetur indicare furē. nam ſi hoc facere teneretur, ergo ſi pecuniam acciperet, turpiter acciperet, & repeti poſſet: vt j. ea. l. §. fi. nam omne quod gratis faciendum eſt, ſi pecunia fit, turpiter fit. Sed contra videtur: vt ſ. ead. l. §. item ſi dederit. Si enim quis indicare nō tenetur: cur non licet accipere ne indicem furem, ſicut & licet accipere vt indicem: vt ita ſit indicare, & nō indicare de libera cuiuſlibet poteſtate? Reſpon. verum eſt quidem quod non cogitur vel per act. vel per officiū iudicis indicare: vnde & licet accipere vt indicet, & nō accipere, & ita non indicare. ſed accipere ne indicet, ideo non licet, quia eſſet contra publi. vtilitatem, quæ eſt vt maleficia puniātur: vt j. de fideiuſ. ſi quis à reo. §. pen. licet autem à me compelli non poſſet, iudex tamen ex officio ſuo debet eum cōpellere: vt ſic purget prouinciam malis hominibus: vt ſupra de offi. præſi. l. congruit. Illud dicere non audeo, quòd ſaltem ratione naturali teneatur indicare. nam & tunc non liceret accipere pro indicando: vt ſ. eo. l. j. in fi. & l. ij. j. reſpon. & l. idem. §. quotiēs. Patet ex prædictis, ſecundum Azo. quod licet alicui gratis non facere, quod non gratis non facere non licet.

m Condicere. ſi eſt conſumpta: vt infra l. proxi. Accurſius.

n Locum habere. vt ar. ſ. quod met. cau. l. metum. §. ſed licet. & C. quod met. cauſa. l. ſi per impreſſionem. Accurſius.

o SI à ſeruo. Repetitionem eius fore. Non per condictionē hanc, cum dominium non tranſtulerit: ſed per rei vindi. quæ datur domino ſerui, cuius pecunia à ſeruo alienari non potuit. Azo. vel ſi eſt conſumpta, per condic. ex iniuſta cauſa: vt ſ. l. prox. §. quod ſi à fugitiuo.

p PErpetuo. Ex iniuſta. id eſt turpi, & ſic pro eodem ponitur in rubri.

q Condici. ſi dominus ipſe ſoluit. ſi alius: aut extat res, aut nō extat. ſi extat, non condicet dominus ſuam rem, ſed vindicat, ſi conſumpta eſt: ſi quidem conſumptor habuit lucratiuā cauſam, condicet: vt ſ. ſi cert. pet. ſi eum. alioquin non puto.

r In qua ſententia. etiam ſi eſt conſumptum, vt fructus à malæ fid. poſſeſſ.

s EX ea ſtipulatione. Conſtat. immo videtur ꝙ non: vt C. quod me cau. l. ij. quæ eſt contra. & j. l. proxi. in prin. Solu. hic fuit adhibita vis in ſtipulando & in ſoluendo: ibi autem tantum in ſtipulando: ſed ſponte ſoluit: vt ar. ſ. quod me. cau. metum. §. ſed quod prætor. Accurſius.

a S *I ob turpem.* ex parte accipiētis tantū, puta vt reſtituat rem commodatam, & reſtituit: vel vt furtum nō faciat: vel per vim compulit me. nunc ſi me cōueniat, vti poſſum exceptione. ſi ſoluam ſponte, nō repetam. aliàs eſſet contra: vt s. l. prox. A

b *Vel in factum.* contra patronum vel parentem.

SI ob turpem[a] cauſam promiſeris Titio, quāuis ſi petat, exceptione † doli mali vel in factū[b] ſummouere eū poſſis, tamē ſi ſolueris[c], nō poſſe te repetere[d]: quoniā ſublata proxima cauſa[e] ſtipulationis quæ propter exceptionē inanis eſſet, priſtina cauſa, id eſt turpitudo, ſupereſſet. Porrò[f] autem ſi & datis & accipiētis turpis cauſa ſit, poſſeſſorē potiorem eſſe: & ideo repetitionem ceſſare, tametſi ex ſtipulatione[g] ſolutum ſit.[h] B

*Qui pecuniam recipit vt faciat id quod gratis facere tenetur, turpiter accipit. Bart.*

IX. IDEM libro quinto ad Plautium.

SI veſtimenta vtenda tibi cōmēdauero, * deinde pretiū vt reciperē dediſſem, condictione[i] me rectè acturū reſponſum eſt. Quamuis enim propter rē datum ſit, & cauſa ſecuta ſit, tamen turpiter datū eſt[k]. Si rem locatam tibi, vel venditā à te, vel mandatam[l], vt redderes, pecuniam acceperis, habebo tecū ex locato vel vēdito[m] vel mandati actionē[n]. Quòd ſi vt id quod ex teſtamento vel ex ſtipulatu debebas, redderes mihi, pecuniam tibi dederim, condictio duntaxat[o] pecuniæ datæ eo nomine erit. Idq; & Pomponius ſcribit. C

DE CONDICTIONE indebiti.

TITVLVS VI.

*Soluens indebitum ignoranter, repetit: ſcienter, non.*

I. VLPIANVS libro vicenſimoſexto ad Edictum. *

NVnc videndū[p] de indebito ſoluto. Et quidē ſi quis indebitum ignorans ſoluit, per hāc actionem condicere poteſt. Sed ſi ſciens ſe non debere ſoluit, ceſſat[q] repetitio. B

*Solutum indebite etiam ex conuentione, repetitur. Bartolus.*

II. IDEM libro ſextodecimo ad Sabinum.

SI quis ſic ſoluerit, vt ſi apparuiſſet eſſe indebitum, vel Falcidia emerſerit, reddatur: repetitio locum habebit[r], negotium[s] enim contractum eſt inter eos.

C *Solutum indebitè repetitur ab eo ad quē poſtea ex poſtfacto apparet negotium pertinere, etiam ſi ipſi non ſoluitur. h. d. vſque ad l. ſi procurator. Bartolus.*

c *Solueris.* ſ. poſtea ſpōte: vt C. quod me. cauſa. l. ij. aliàs eſſet cōtra ſupra l. proxi.

d *Repetere.* niſi acerrimus error interueniat, vel lubricum ætatis: vt arg. C. de inceſt. nupt. l. qui contra legem.

e *Proxima cauſa.* illa dicenda eſt proxima cauſa, quæ adhibita eſt ob hoc ipſum vt fieret ſtipulatio, puta vis & metus. Azo. vel vt commodatū reſtituatur: vt in princi. huius. l. dixi. tria enim ſunt cauſa, ſtipulatio, ſolutio. cauſa enim eſt proxima ſtipulationi ex latere anteriori: ſtipulatio ſolutioni: hic autem ſolutio facta ſponte tollit effectum primę cauſæ, id eſt exceptionem quæ occaſione primæ cauſæ dabatur: quæ exceptio medium, id eſt ſtipulationem tollebat, vt ſubiicit: quæ ſcilicet ſtipulatio propter exceptionē, &c. Accurſius.

f *Porro.* dixit quando accipientis tantū fuit turpitudo: nunc dicit idem ſi vtriuſque.

g *Stipulatione.* ſ. turpi. lo. & fuit etiā ſolutio per vim extorta. Ac.

h *Solutum ſit.* no. quòd potior eſt qui poſsidet in turpi cauſa: vt hic, & C. eo. l. ij. & j. de condic. ſine cauſa. l. fin. in prin. & j. de do. excep. ſi procurator. & j. de re iudi. cum par delictum. Sed contra s. quod me. cauſa. l. metum. §. ſed quod prætor. vbi poſt ſolutionem etiam datur repetitio. Solu. ibi accipientis tantum turpitudo fuit: hic autem vtriuſque. Accurſius.

i S *I veſtimenta. Condictione.* ſ. ob turpem cauſam. & ſic nota quòd in contractu nominato etiam hæc condictio datur: licet ſecus ſit in condictione ob cauſam: vt diximus ſupra titu. j. l. fin. in fine. nihilominus tamen & habet locum hic actio ex eo contractu: vt infra proxi. §. & infra de do. except. item ſi. & infra de tu. & ratio. diſtra. l. ſi tutor. Alij dicunt non habere hanc locum vbi eſt actio ex eo contractu. & hunc caſum intelligunt in tali commodato quod precarium ſit, non verè commodatum.

k *Datum eſt.* ſcilicet acceptum.

l *Vel mandatam.* id eſt meo mandato emptam.

m *Vendito.* id eſt empto. D

n *Actionem.* vt j. depo. l. ſi. & s. eod. l. ij. §. j. & eſt ratio, quia in bon. fi. iudiciis veniunt ea de quibus nec eſt actum, nec cogitum: vt infra de eo quod cer. lo. l. in bonæ fidei. & inſtitut. de oblig. quæ ex con. §. j. habet hic locum hæc condictio etiam: vt in prin. l.

o *Duntaxat.* & ideo dicitur ſtricti iuris, quia tātùm ea veniūt de quibus actum eſt: vt in d. l. inſt. de ob. ex con. in fin. & ſupra de dolo. l. eleganter. §. non ſolum. & ideo vſuræ in hac actione non veniunt: vt hic, & C. e. l. quotiens.

o *Duntaxat.* non etiam actio ex eo contractu.

DE CONDICTIONE INDEBITI.

*Quia in mutuo de quo dixi ſupra ſi cert. pet. contrahitur ob rem, & ita & in indebito: ideo de hoc poſt illud ponit. Vel quia ſuperior reſpicit cauſam præteritā & futuram, ponit hanc quæ tantū præteritam reſpicit cauſam: & ideo dicit in l. 1. nunc &c. dic ergo quòd tribus modis dicitur indebitum: vt dices j. eo. l. 1. Item quæ cauſæ hanc actionem inducunt: quod dices j. eo. l. ſufficit. Item quæ faciunt eam ceſſare, dices j. eod. eleganter. in fin. Cui detur, & contra quem, dices infra eo. ſi procurator. in fin. Item in quantum detur, dices infra eo. indebitū. & l. indebiti. qualis eſt, ex quaſi contractu: vt inſti. de oblig. ex quaſi contractu. §. item is cui.*

N *Vnc.* } CASVS. Credebam me debere tibi x. cū non debui. ſolui. an repetere poſſum, quæritur. & diſtinguitur. aut ſciēs, aut ignorans ſolui. primo caſu non repetam: ſecundo ſic. Viuianus.

p *Nunc videndum.* diſtingue triplex indebitum. Primo naturaliter & ciuiliter: vt quādo nullo modo debes. Item quando debes ſub cōditione: vt j. eo. ſub cōditione. Secūdo quando eſt naturaliter indebitū, ſed debitum ciuiliter: vt patet in chirographo ante bienniū. Item quotiēs quis mihi ciuiliter & naturaliter tenetur: ſi pacto vel iureiurādo liberatur, remanet ciuiliter debitum, ſed naturaliter indebitum: vt s. de iureiu. l. ſi. & j. de ſol. Stichum. §. naturalis. & hæc duo indebita indiſtinctè repetūtur: ſiue per ignorantiam facti probabilem: vt in alieno facto: vt j. e. eleganter. j. reſpon. ſiue non probabilem[d]: vt quia in ſuo facto: vt j. eo. ſed & ſi me putem. ſiue per ignorantiam iuris: vt j. eo. ſi is cum quo. & l. ſi is. §. j. & l. ſi fideiuſſor. nam nō nocet iuris ignorantia in damno vitando: vt j. de iu. & fac. igno. l. iuris ignorantia. & l. error. in ſi. Tertio modo eſt indebitū ciuiliter, ſed naturaliter debitū: vt inter patrē & filiū, & inter fratres in eiuſdem poteſtate exiſtentes: vt j. eod. l. frater à fratre. Item inter dominū & ſeruum: vt j. e. naturaliter. Item in legato minus ſolenni, vel etiā ſolenni, ſi modò per Falcidiam minuatur. Item in eo qui eſt abſolutus: vt j. eo. Iulianus. in talibus autem indebitis ſolutis diſtinguitur, an per errorem iuris ſoluantur: & tunc nō repetuntur. an facti, & minus probabilem: & tunc idē. an per probabilem: & tūc repetuntur: vt C. ad l. Fal. error. & j. de iu. & fac. igno. l. pe. §. ſed facti. & j. eo. l. fideicommiſſum. & C. de iur. & fac. igno. l. cum quis.

*Indebitum triplex eſt.*

** Sabinum.*

*d Bald. hic dicit iſtā gl. nota. ad hoc quòd error facti improbabilis æquiparatur errori iuris. pro quo facit text. cū ibi not. in l. nec ſupina. j. de iur. & fac. igno.*

q *Ceſſat.* vt C. eo. indebitū. in prin. & j. de reg. iur. l. cuius per errorē. & de inof. teſta. cū qui in §. j & hoc niſi fuit impubes. nā ille nihil ſcit: vt j. de iur. & fac. igno. l. ſi. ſed pubes reſtituitur: vt dices j. eo. interdū. Sed quid ſi animo titubāti ſoluit maior? Reſp. repetit: vt C. e. l. pro dubietate. itē cōtra. j. de euic. ſed & ſi ex. Sol. vt ibi. ADDITIO. Dic quòd ibi habet regreſſum ad hoc quod non fecit, ſed omiſit: hic quod fecit ſecundum Iaſ.

S *I quis.* } CASVS. Aliquis inſtituit me heredē: reliquit legata vel fideicōmiſſa. legatarij cōueniunt me nomine legatorū. dico quòd ignoro vires hereditatis: quia poteſt eſſe quòd lateat debitū hereditariū. veruntamen paratus ſum ſoluere, dū tamen ea reſtituatis. ſi poſtea inueniatur æs alienū quod Falcidiā inducat: in tantū quòd ſi legata de here. ſolui nō poſſunt, retenta quarta legata erunt reſtituenda quatenus falcidia popoſcerit. {S I QVID.} Inſtitutus fui in quodā teſtamento, quod quidē putabā eſſe verū. ſolui legata. poſtea apparet teſtamentū eſſe falſum. an repetere poſſum legata, quia nullū fuit teſtamentū, eo quòd falſum vel inoffi. irritū vel ruptū poſtea apparuit? Et reſpō. quòd ſic. Idem eſt ſi æs alienum poſtea apparuerit. Idem eſt & ſi legata in teſtamento relicta adempta fuerunt in codicillis: ego tamē heres inſtitutus hæc ignoraui: quia in iſtis caſibus repetētur legata ſicut in primo caſu. Sed quādo teſtamentū falſum probatur vel inoffi. repetit legatū non heres inſtitutus, ſed legitimus vel poſthumus à legatariis vel ab herede inſtituto vel bo. poſſeſ. quatenus factus eſt locupletior: quia non eſt nouū &c. cetera plana ſunt vſque ad l. ſi procurator.

r *Locum habebit.* etiam per ac. præſcrip. ver. vt C. de re. permu. rebus. Azo. ſed contra. j. eo. quod quis. Sol. ibi non expreſsit: ſed in mente retinuit.

s *Negotium.* id eſt pactum.

a *Solutum ſit.* de hereditaria burſa, ab herede tamen ſcripto. A
b *Irritum.* vt per capitis deminutionem.
c *Ruptum.* vt per ſecundum tabu. vt inſtitu. qui. mo. teſt. infir. §. j. & ij. Accurſius.
d *Repetetur.* per legitimum.

ſio ad condictionẽ indebiti: quod facere debet, ſecundũ Azo.
q *Poſſe repeti.* vtili actione ab ipſo procuratore. à domino verò, ſi ratum haberet, repeteretur directa, ſicut in mutuo: vt C. ſi cert. pet. ſi abſentis. Sunt enim ſimilia: vt inſt. qui. mo. re cõtrahi. ob. §. is quoque. ſed contra hoc videtur infra ea. l. §. fina. Solu. vt ibi.

e *Aes alienum.* propter quod legata non debentur: vt j. ad Treb. l. j. §. penul.
f *Relicta.* vt inſtit. de ac. §. ſi quis agens.
g *Iudicatum eſt.* ſcilicet vtilem condic. indebi. vt hic, & infra l. prox. & ſupra de inoffi. teſt. l. Papi. §. fina. & infra de teſt. mi. militis. §. j. ſed contra ſupra de dona. ſi legatarius. Solu. vt ibi. ADDITIO. Dic quòd actio de dolo & condictio indebiti poſſunt adinuicẽ concurrere, quando eſt ſolutum indebitũ dolo aduerſarij, ſecundum Bartol. in contrario.
h *IDem eſt. Noua & inopinata.* quæ enim de nouo emergunt, auxilio indigent: vt ſupra de interroga. ac. de ætate. §. ex cauſa. & inſtitut. de heredi. qua. & diffe. §. ſciendum.
i *Euicerat.* hoc plene dixi ſupra de peti. hered. ſi poſſeſſor. §. bonæ fidei. & l. quod ſi in diem. §. finali. & l. ſeq.
k *Quòd.* id eſt quia, Accurſius.
l *Locupletior.* vt ſupra de peti. hered. l. ſed & ſi. §. conſuluit. Accurſius.
m *IDem. Proferatur.* ſecundum, quod rupti primum. Accur.
n *NEc nouum.* Nam & aliàs idẽ eſt: vt ſupra ſi certum pet. l. cum fundus. §. j. & infra eod. ſi procurator. & l. tutores. & l. dominus. & ſupra de peti. here. l. quòd ſi poſſeſſor. & C. de iure delibe. l. fina. §. ſi vero.
o *Solutis.* indebitis. Accurſius.

*Repetitur enim legatũ. l. Papinianus. §. ſi ex cauſa. ſ. de inoff. teſta. nam quod dicitur l. cũ mater. eo. ti. ex huiuſmodi teſtamento libertates & legata præſtari, notã & repreſione dignũ viſum eſt Paulo. ita enim illic accipiendũ eſt, annotare.

Si quid ex teſtamẽto ſolutũ ſit[a], quod poſtea falſum vel inofficioſum vel irritum[b] vel ruptum[c] apparuerit, repetetur[d]. vel ſi poſt multum temporis emerſerit æs alienum[e], vel codicilli diu celati prolati, qui adẽptionem continẽt legatorum ſolutorum, vel deminutionem per hoc, quia aliis quoq; legata relicta[f] ſũt. Nam diuus Hadrianus circa inofficioſum & falſum teſtamentum reſcripſit actionem dandã ei, ſecundum quem de hereditate iudicatum eſt[g]. B

III. PAPINIANVS libro vicenſimooctauo Quæſtionum.

IDem eſt & ſi ſolutis legatis noua & inopinata[h] cauſa hereditatem abſtulit, veluti nato poſtumo, quem heres in vtero fuiſſe ignorabat: vel etiam ab hoſtibus reuerſo filio, quem pater obiſſe falſo præſumpſerat. nam vtiles actiones poſtumo vel filio qui hereditatem euicerat[i], dari oportere in eos qui legatum* perceperunt, imperator Titius Antoninus reſcripſit, ſcilicet quòd [k] bonæ fidei poſſeſſor inquantum locupletior[l] factus eſt tenetur: nec periculum huiuſmodi nominum ad eum qui ſine culpa ſoluit, pertinebit. C

IIII. PAVLVS libro tertio ad Sabinum.

IDem diuus Hadrianus reſcripſit & ſi aliud teſtamẽtum proferatur[m].

V. VLPIANVS libro ſextodecimo ad Sabinum.

NEc nouũ[n], vt quod alius ſoluerit, alius repetat. Nam & cum minor vigintiquinq; annis incõſultè adita hereditate, ſolutis[o] legatis, in integrũ reſtituitur, nõ ipſi repetitionẽ cõpetere, ſed ei ad quem bona pertinẽt, Arrio* Titiano reſcriptum eſt.

*Si procurator ſoluit indebitum, repetitur: ſecus ſi debitum. & de indebito recipiendo non videtur mandatum. idem in tutore. h. d. Diuide. prima pars loquitur in procuratore ſoluente. ſecunda in procuratore cui ſoluitur. tertia in procuratore & tutore ſimul. ſecunda ibi, idem Labeo. tertia ibi, Iulianus. Item prima & ſecũda ſubdiuiditur in duas, ſcilicet quando ſoluitur indebitum: & quando indebitum accipitur: vt patet in text. Bartolus.*

VI. PAVLVS libro tertio ad Sabinum.

SI procurator tuus indebitum ſoluerit[p], & tu ratum non habeas, poſſe repeti Labeo libris Poſteriorũ ſcripſit. quòd ſi debitum fuiſſet, non poſſe repeti[q]. Celſus: ideo, quoniam cum quis procuratorem[r] rerum ſuarum conſtituit, id quoq; mandare videtur, vt ſoluat creditori[s]: neq; poſtea expectandum ſit vt ratum habeat. Idem Labeo ait, ſi procuratori indebitum ſolutum[t] ſit, & dominus ratum nõ habeat, poſſe repeti[u]. Celſus ait eum qui procuratori debitum ſoluit, continuò[x] liberari: neq; ratihabitionem conſiderari. Quòd ſi indebitum acceperit, ideo exigi ratihabitionem, quoniã nihil[y] de hoc nomine exigẽdo mandaſſe videretur: & ideo ſi ratum non habeatur, à procuratore repetẽdum[z]. Iulianus ait[a], * neque tutorem neque procuratorem ſoluentes[b] repetere poſſe: neque intereſſe C

r *Procuratorem.* ſcilicet generalem.
s *Creditori.* vt j. e. l. indebitum. ſicut per contrariũ vt ipſi procuratori ſoluatur, mãdaſſe intelligitur: vt j. de ſol. l. qui hominẽ. §. ſi Titium. & l. quolibet.
t *Solutum.* niſi fuerit eius cui ſoluitur.
u *Poſſe repeti.* à procuratore.
x *Continuo.* vt j. de ſol. l. qui hominẽ. §. Si Titium. & ſ. de procur. l. procurator cui libera. niſi ſit ꝓcurator litis: vt j. de ſolu. hoc iure.
y *Quoniã nihil.* no. nõ videtur mandari quod iure fieri non poteſt. ſic & j. quæ in frau. cre. l. ſi pater filio. Sed ar. cõtra j. de dam. infect. l. damni. §. ſed ꝙ Accurſius. ADDITIO. Dic quòd ille §. nõ obſtat: quia loquitur in diſpoſitione prohibitiua, in qua nõ videtur prohibita iuridica. hic in diſpoſitione permiſſiua. ſecundum Bar.
z *Repetendũ.* ſed ſi ratum habeat, ab eo condicetur: vt j. rem ra. ha. ſi indebitum. & l. ſi ſine. & j. de ſol. l. qui hominem. j. reſpon. Azo. nam ſtatim poſt ratihabitionem fit domini: vt ſ. de neg. geſt. ſi ego.
a *Iulianus.* §. aliàs. l. neque &c.
b *Soluentes.* & ſi ponas in vero debito nõ eſt hæſitatio: quia pupilli nomine ſoluit debitũ. ſi verò in indebito, tũc eſt contra. ſ. e. l. in prin. Sol. hic nõ repetit tutor vel procurator minoris. poteſt enim procuratorẽ habere: vt C. de procu. l. neq;. ſupple niſi ſicut quilibet ꝓcurator maioris, ſ. vtili actione ex nomine ſuo, domino nõ habẽte ratum: vt ſ. eod. ſi procurator. diximus: & colligitur. ſ. de condic. ob tur. cau. l. ſi procuratori. hic autem minor ratũ habere non poteſt, quia minor eſt: vt j. de noua. l. ſi pupillus. vnde interim antequam perueniat ad ætatẽ perfectam, huius tutores ſuo nomine repetere nõ poſſunt. Dicendũ eſt tamen quòd repetantur nomine pupilli, cui eſt quæſita cõdictio indebiti per tutorem, vel ſimilẽ perſonam, etiã ignoranti: vt j. e. cũ indebitũ. & l. ſi. §. j. vel lex ſi. loquitur quãdo tutela eſt finita: hic non. quòd autẽ nomen etiã ſibi quæſitum poſſit quis reprobare, & ideo alij detur vtilis actio, probatur. C. ſi cer. pet. l. ſi abſentis. ſecundũ Azo. Vt autẽ plene ſcias cui & in quẽ competebat hæc actio, diſtingue, an ſuo vel alieno nomine ſoluat quis. primo caſu, ſ. quando ſuo nomine, ſibi ſoluenti: ſecũdo, ei cuius nomine ſoluit, ſiue mandauit expreſſe, ſiue ratũ habuit, non autem ſi generale mandatũ fecit, hoc videtur mandaſſe. aliàs ſi nec mãdauit, nec ratũ habuit, cõpetit ſoluenti: vt hac l. ſi procurator. & j. e. l. indebitum. nec obſtat quòd dicitur ſoluentẽ alieno nomine agere cõdictione furtiua: vt j. de cõdi. fur. l. quoniam. quia ibi ſoluens labitur in perſona eius cui ſoluit. credebat enim Titium eſſe eũ cui ſoluebat, cũ non eſſet. vnde non tranſtulit D

SI *procurator.*} CASVS. Titium procura. ad negotia mea inſtitui: qui indebitum de meo & meo nomine ſoluit. ſi ratũ non habeam, repetere poteſt procur. ſi autem debitum ſoluerit, repetere non poteſt: nec eſt expectanda mea ratihabitio: quia eo ipſo quòd eum procura. omnium bonorum (dando ei liberam adminiſtrationem) inſtitui: videor mandaſſe vt creditori ſoluat. Sed pone quòd aliquis ei indebitum ſoluit. ſi ratũ non habeam, ab ipſo procuratore eſt repetendum. ſi autem meus debitor illi ſoluerit, liberatur: neq; refert ratum habeã, nécne. aliàs tamen eſt quando ei ſolutum eſt indebitum: quo caſu conſideranda eſt mea ratihabitio: quæ eſt cauſa diuerſitatis: quia non videor ei mandaſſe vt indebitum exigat. vnde teneor ſi ratum habeam: aliàs non. {IVLIANVS.} Tutor pupilli vel procurator alicuius, finita adminiſtratione debitum pupilli vel domini ſoluit: deinde vult repetere condictione indebiti, quia ſoluiſſet cum finita ſit adminiſtratio. Dicitur quòd non repetet: neque refert an ſoluerit de ſuo, an de pupillari, an de dominica. Viuianus.

p *Soluerit.* & de tuo, & tuo nomine: & ſic dicas[a] quòd omniũ bonorum erat, & habens liberam adminiſtrationem, aliàs per rei vindicationẽ poſſet repeti: & ita non ſpectaret hæc reſpõ-

a Iſtud eſt duninare: ideo dic ꝙ

tranſtulit pecuniæ dominiũ. ſi tamen habeã ratum, debet mihi cedere condictionẽ: vt j. de fur. ſi quis vxori. §. cũ Titio. & l. ſi is qui. §. ſi Titiũ. & l. ſi vendidero. §. fi. quandoq; etiã datur condictio ei qui nec ſoluit, nec eius nomine ſolutũ eſt, cauſa vitandi circuitus: vt patet per multa exempla: vt ſ. e. l. ij. §. j. & l. iij. iiij. & v. & j. eo. l. dominus. Econtra datur in eum cui ſuo nomine eſt ſoluta, non inſpecto cui profecerit pecunia: vt j. eodẽ. his ſolis. ſi vero nomine alieno ſine mandato ſpeciali (nam generale non ſufficit ſi nõ habeat ratum) ab eo repetitur: vt hac. l. ſi procurator. §. Celſus. ſi vero nullum horũ interuenerit, tenetur ille cui eſt ſolutum: vt hac l. §. idem Labeo. nec videtur diſtinguendum ſoluta ſit per iudicem, vel non: vt infra rem ra. ha. l. ſi fine.

a *Domini*. qui idem eſt pupillus.

b QVod. *Ipſum*. ſi extat: alioquin tantundem, vt dicunt: & quod dicit petitur, finẽ ſpectat. tantũdem enim conſequitur: ſed tantùm idipſum quod eſt ſolutum, eſt in obligatione. Vel melius (quia ſic non proprie ponitur petitur) dicas quòd vbi ſoluitur ſpecies, ipſa eſt in obligatione. vbi verò quãtitas, id eſt quod in mutuo conſiſtit, tantundem eſt in obligatione ſicut in mutuo. nam hęc condictio ſimilis eſt mutuo: vt inſtitu. quib. mo. re contrahi. ob. §. item is. & ita propriè ponitur petitur. & probatur hoc j. de præſcript. verb. ſi operas. & prodeſt hoc notare ad quandam quæſtionem quæ fit j. eod. l. indebiti. §. ſed & ſi. Azo. Item quod dicit tantundem, not. quia quandoque plus: vt j. eod. indebiti. & l. in ſumma. §. ei qui. Interdum minus: vt d. l. in ſumma. §. vlt. Interdum nihil, ſi in nullo ex locupletior qui accepit: vt j. eo. ſi non ſortem. §. libertus. & ſupra de tranſac. cum hi. §. ſi quis de alimentis.

ſuam pecuniam an pupilli vel domini [a] ſoluant.

*Si ſoluitur indebitè ſpecies, illa repetitur. ſi verò quantitas, repetitur tantundem. h. d. cum ſuppletione. glo. Alex.*

VII. POMPONIVS libro nono ad Sabinum.

QVod indebitum per errorem ſoluitur: aut ipſum [b] aut tantundem repetitur.

*Tutus exceptione ne coueniatur niſi quatenus facere poteſt, ſolutum per errorem nõ repetit. h. d. cum l. ſeq. Bar.*

B

VIII. PAVLVS libro ſexto ad Sabinum.

QVod † nomine mariti qui ſoluendo non ſit, alius mulieri ſoluiſſet, repetere non poteſt: adeo * debitũ [c] eſſet mulieri.

IX. VLPIANVS libro ſexagenſimoſexto ad Edictum.

NAm & maritus ſi cum facere nihil poſſit[d], dotem ſoluerit, in ea cauſa eſt vt repetere non poſſit[e].

*Ante diem debitum ſoluens, non repetit. Bartolus.*

X. PAVLVS libro ſeptimo ad Sabinum.

C

IN diem debitor adeo debitor eſt, vt ante diem ſolutum [f] repetere* non poſſit.

*Solutum pro ſeruo, licet minus ſit in peculio, non repetitur. Bar.*

XI. VLPIANVS libro trigenſimoquinto ad Sabinum.

SI is cum quo de peculio actum eſt, per imprudentiam plus quàm in peculio eſt ſoluerit [g], repetere non poteſt.

*Etiam ad heredem tranſit hæc condictio. Bartolus.*

XII. PAVLVS libro ſeptimo ad Sabinum.

QVod nomine.} CASVS. Hæc lex & ſequens continuantur. In actione de dote non eſt maritus conueniendus niſi inquantum poteſt. vnde ſi nomine mariti conuentus aliquis ſoluat vlterius an repetetur? Dicitur quòd non: quia idem eſſet ſi maritus vltra quàm poſſet ſolueret. Viuianus.

c *Debitum*. ex cauſa & ex perſona, licet de condemnatione deducatur. Vel dic ratione ſpei eſt debitum: non vt nunc efficaciter: quia non eſt veriſimile quòd omni tempore ſit inops: vt ar. C. ar. tu. l. ſi defunctus.

d NAm & maritus. *Poſſit*. ſcilicet cõmode, deducto ne egeat.

e *Non poſſit*. aliud ſi conſtituat: vt j. de conſti. pec. l. quòd ſi maritus. Sed quomodo ſoluit, cũ nõ haberet quid ſolueret? Reſpon. habebat, ſed illud tantum de quo debebat ſuſtentari. quod dare non tenetur: vt j. de reg. iur. l. in condemnatione.

IN diem.} CASVS. Debebam tibi x. in kalen. ſolui ante. an repetere poſſum? Dicitur quòd non.

f *Solutum*. ſcilicet per errorem: ſed ſecus in conditionali: vt j. eo. ſub conditione. Accurſius.

g SI is. *Soluerit*. nomine filij vel ſerui: vt j. de conſti. pec. l. j. in fi. & l. ij. quòd ſi ſuo, repeteret: vt j. de li. le. ſi quis rerum.

A

§. idem. & infra de fideiuſ. l. cum fideiubet. & C. ne filius pro patre. l. j. quæ ſunt contrariæ.

h SI *fundi*. contra videbatur: quia heres videbatur, ſi ei daretur repetitio, quaſi fructuarius. ſed reſponderi poteſt ſecus eſſe: quia pro tempore præterito agit. quod etiã heres fructuarij facere poteſt: vt ſ. de vſufru. l. qui vſumfru. §. fin. & ſecundũ hoc dic mei, id eſt in quo habeo vſumfr. Vel verius dic quòd pro futuro tempore agitur: quia vſumfruc. vult conſequi, non formalem, ſed cauſalem. & ſecundum hoc dic mei, ſcilicet proprij. Sed quid ſi alienaſſet fundum? Reſpon. vt ſ. de vſufru. l. qui vſumfructum. §. ſtipulatus. Accurſius.

SI fundi [h] mei vſumfructũ tibi dedero falsò exiſtimãs me eũ tibi debere, & ante quàm repetã deceſſerim, condictio eius ad heredem quoque meum tranſibit.

*Naturalis obligatio impedit repetitionem ſoluti: & ei poteſt accedere fideiuſſor & pignus. Bar.*

XIII. IDEM libro decimo ad Sabinum.

B

NAturaliter etiam ſeruus obligabitur[i], † & ideo ſi quis nomine eis ſoluat, vel ipſe manumiſſus[k], vt Pomponius ſcribit, ex peculio cuius liberã adminiſtrationem habeat, repeti nõ poterit: & ob id [l] & fideiuſſor pro ſeruo acceptus tenetur[m]: & pignus pro eo datum tenebitur. Et ſi ſeruus qui peculij adminiſtrationem habet, rem piggnori in id quod debeat dederit, vtilis pigneratitia[n] reddenda eſt.

*Pupillus ſine tutore obligatur in eo quo locupletior efficitur: ideo ſolutum ex æquitate naturali non repetit. h. d. cum l. ſequẽ. Bartolus.*

C

Item quod pupillus ſine tutoris auctoritate mutuum accepit, & locupletior factus eſt, ſi pubes factus ſoluat, non repetit: [o]

XIIII. POMPONIVS libro viceſimoprimo ad Sabinum.

NAm hoc* natura [p] æquũ eſt, neminem cum alterius detrimento fieri locupletiorem.

*Hæc condictio eſt ex æquitate naturali, & ideo in ea veniunt & fructus, & cæteræ acceſſiones naturales. Bar.*

XV. PAVLVS libro decimo ad Sabinum.

† *Naturaliter enim liberæ conditionis eſt per text. §. ius autem gentium. Inſt. de iure gẽt. & ciui.*

NAturaliter.} CASVS. Mutuaui alicui ſeruo pecuniam: aliquis mihi ſoluit nomine ipſius, an repeti poſſit? Dicitur ꝙ non: quia ſeruus naturalem contrahit obligationẽ. vnde neque ipſe ſi ſoluit, neque is qui ſoluit nomine ipſius, repetit: ſed & fideiuſſor pro tali debito datus & pignus obligatur. {ITEM QVOD.} Si pupillus ſine tutoris aucto. pecuniam mutuatus eſt, & iã in vſus ſuos conuertit, deinde eam ſoluit, an eam repetere poſſit quæritur. Et dicitur quòd non. lex ſequens continuatur, hoc natura æquum eſt, &c.

i *Obligatur*. vt j. e. ſi id quod. & j. de pecu. nec ſeruus.

k *Manumiſſus*. ſ. inter viuos: vnde peculium ſibi conceſſum videtur: vt C. de pecu. eius qui liber. me. l. j. & ideo ſoluere poteſt. & quod ſubiicit, liberã, ſubau. maxime. & caue quia dicit habebat, & non habet: nam nunc non habet, tum quia ſtatus eius eſt mutatus: vt j. de pecu. libera. & j. de ſol. cum quis ſibi. j. reſpon. tum quia iã peculij nomen amiſit: vt C. de inoffi. teſta. l. ſi. in fi.

**Locũ hũc pulchrè tractat Cic. li. 3. offi. cum inquit, Alterius enim incommodo &c. Cõcor. tex. & ibi gl. in ca. ſuã. de pœnis extra. & per Dy. in c. 2. de reg. iur. in ſexto.*

D

l *Et ob id*. id eſt propter naturalem obligationem.

m *Tenetur*. vt inſti. de fideiuſ. §. at nec. in fine. niſi in caſu: vt ſ. ſi quis caut. quotiens.

n *Pigneraticia*. ſcilicet domino ſerui ſoluto debito. vel dic, id eſt hypothecaria creditori. & eſt ratio, quia etiã alienare poteſt. Idem in filiofa. vt j. de pig. ac. ſi conuenerit. ij. §. fi. & l. ſeq.

o *Non repetit*. & eſt ratio, quia naturaliter tenetur: vt j. de noua. l. j. in fi. niſi ab ipſo tutore acceperit: quo caſu nec naturaliter. & ideo ſolutum repetit: vt j. de act. & obli. l. pupillus. & j. eo. quod pupillus.

p NAm hoc natura. id eſt iure naturali, ſiue gentiũ, quod naturale dicitur: vt inſti. de re. diui. §. ſingulorum. Azo. & no. bonam regulam æquitatis: vt hic. & j. eo. hæc condictio. & j. rerum amot. l. rerum quidẽ in fin. & j. de trib. l. iij. §. ſi ſeruus. & ſ. de nego. geſt. ſi pupilli. in prin. & de reg. iur. l. iure naturæ. & ſupra de tranſac. l. cum hi. §. ſi quis de alimentis. & ſ. de offi. præſi. illicitas. j. reſpon. & j. de inſtitu. ſi quis mancipiis. §. pe. hæc tamen æquitas fallit in omni vſuca. & præſcript. & eſt ratio: vt j. de reg. iur. quod quis ex ſua. ADDITIO. Dic quòd illa ratio non eſt vera: ideo dic quòd ille eſt rigor ſcriptus in ſpecie, qui præfertur æquitati ſcriptæ in genere: vt hic ſecundum Bar. Bal. & Iaſ.

*a Dic ꝙ etiã ciuiliter tenetur, quia factus locupletior ideo nõ repetit, ſecundum Bar. & Ia. cõtra Pau.*

INdebiti.} CASVS in hac l. planus eſt, vſq; ad §. ſed & ſi num- A
mi. {SED ET SI NVMMI.} Solui tibi pe. quã credebã meam eſſe. an repetere poſſum? Quantũ ad poſſeſsionẽ condicere poſſum. Idẽ eſt ſi ſpeciẽ quam me tibi debere credebã, tradidi. ſed ſi alienæ rei poſſeſ. cuius incepta fuit vſuca. poſtea per te cõpleta ſit. non poſſeſ. ſed proprietatẽ cõdicam: quia ſicut in mutuo vſucapione reconciliato à me habes dominiũ, ſed indebitè. & hoc eſt qđ ſi ſequitur. Sed pone quòd proprietatẽ alicui' rei cuius rei vſusfructus alienus erat, tibi indebitè ſolui. Dicitur ꝙ illam condicam tantum. Viuianus.

*Quia non ciuili modo, vt ſtipulationes, ſed naturali præſtatione acquiritur, ar. l. eas. de cap. demin. l. pe. de ſol.*

INdebiti ſoluti cõdictio naturalis[a] * eſt: & ideo etiam quod rei ſolutæ acceſsit[b], venit in condictionem: vt puta partus qui ex ancilla nat' ſit: vel quod alluuione acceſsit. immo & fruct' quos is cui ſolutũ eſt, bona fide percepit[c], in condictionem venient.

*Hæc actio cõpetit ad poſſeſsionẽ tantum, quando ſola poſſeſsio eſt tranſlata: & dominium quod ipſius poſſeſsionis occaſione acceſsit: & ad proprietatem nudam ſi ſola fuit tranſlata. h. d. primo loquitur quando volẽs transferre dominium & poſſeſsionem, ſolam poſſeſsionem tranſtulit. ſecundo quando ſolam poſſeſsionem transferre voluit, & tranſtulit. Tertio quando poſſeſsioni accedit dominium. Quarto quando nudam proprietatem tranſtulit. Secunda ibi, quemadmodum. Tertia ibi, ſed & ſi poſſeſsionẽ. Quarta ibi, ſed & ſi vſusfructus. Bartolus.* B

Sed & ſi nummi[d] alieni dati ſint, cõdictio[e] cõpetet, vt vel[f] poſſeſsio eorũ reddatur: quẽadmodum ſi falsò exiſtimans poſſeſsionem me tibi debere alicuius rei, tradidiſſem, condicerẽ[g]. Sed & ſi poſſeſsionẽ tuam feciſſem[h], ita vt tibi per longi temporis præſcriptionem auocari non poſsit[i], etiã C ſic rectè tecũ per indebitam condictionem agerem[k]. Sed & ſi vſusfructus in re[l] ſoluta[m] alienus ſit, deducto vſufructu à te condicam.[n]

a Naturalis. ideo dicitur naturalis, qa naturales acceſsiones in ea veniũt[a]: vt j. eo. l. hæc condictio. & l. in ſumma. §. ei qui. & j. de vſuris. videamus. §. j. nõ autẽ ciuiles: vt vſuræ: vt C. e. l. j. quæ eſt cõtra.

*a Immo dic ꝙ dicitur naturalis, quia ex æquitate naturali, ſecũdum. Bar.*

b Acceſsit. fundo ſoluto indebitè.

c Percepit. ſi locupletior eſt, nõ aliàs: vt j. e. ſi nõ ſortẽ. §. libertus. locupletior eſt autẽ ſi tãtum de ſuo erat erogaturus: vt ſ. de pet. hered. ſed & ſi lege. §. qđ autem. & §. adeo. & j. de ſol. in pupillo. quid autem ſi mala fide? Reſpon. facit furtum: vt infra de condic. fur l. quoniã. vel dic vt ibi. ADDITIO. Dic quòd nõ cõmittit furtum, ſi creditorem ſe non fingebat: alias ſic ex mente Bart. in contrario.

d Sed & ſi nummi. quos poſsidebat ſoluens, & credebat ſe debere proprietatem eorum.

e Condictio. indebiti.

f Vt vel. i. ſaltẽ poſſeſsio &c. Sed quid ſi eã poſſeſsionẽ ſine dolo & culpa amiſit is cui ſolutũ eſt: an liberatur, quia teneri videtur vt in ſpecie: an nõ: quia ad tãtundẽ in genere eodem teneri videtur, vt in mutuo. atquin ad poſſeſsionẽ generis vix inuenitur quẽ teneri. ar. pro prima reſpõſione. j. e. ſi nõ ſortẽ. §. libertus. pro ſecũda. j. de præſcri. ver. ſi operas. ſed verius eſt recõciliari indebitũ cõſumptione: vt ſic teneatur ad tãtundẽ. Azo. ar. inſt. qui. mo. re cõtrah. obl. §. j. nõ dicas amiſsione. nec ob. j. e. ſi nõ ſortẽ. §. libertus. vel dic, amiſsione: & aliud in ſpecie. vt §. libertus. Itẽ no. hic ad poſſeſsionẽ actionẽ perſonalẽ dari: ſic & in triticaria: vt j. de cõdi. triti. l. j. in fi. & l. ij. quod raro eſt, ſed interdicta dantur: vt inſt. de interdi. in prin.

g Condicerem. ſed videtur contra: vt j. eo. ſi in area. §. ſi is qui. Sed ibi non fuit tranſlata poſſeſsio[b] in accipientem, tignorum vel lapidum & ſimilium, quæ repetuntur cum non erat penes dantem: vt j. de vſuca. l. eum qui. vel ibi domino tradita, à quo auelli non poteſt, vel debet: vt j. depoſi. l. bona fides. D

*b Non tenetur, ſecundum Bal. & P.*

h Tuam feciſſem. vt quia cœptam apud me vſucapionẽ cõpleuiſti, ſecundũ Ioan. Vel etiã vſucapere cœpiſti, & eam perfeciſti, cũ ignorares me indebitũ ſoluere: vt j. pro ſuo. l. hominẽ.

i Non poſsit. rei vin. per verum dominum.

k Agerem. quid ergo ſi rem præſcriptã vel vſucaptã conduxi, quod poſſum: vt hic, & j. de dona. cauſa mor. l. ſi alienã rẽ. tu autẽ quia præſcripſiſti, velles à me vindicare: nũquid mihi cõdicenti poſſeſsionẽ opponeres doli exceptionẽ, quia idẽ ſum redditurus? Reſpõ. indebitũ habet ſe ad modum mutui. vnde ſicut mutuũ recõciliatur vſucapione & cõſumptione, quaſi numeratione fecerim te dominũ rei, ita & indebitũ re vſucapta, quaſi ipſa ſolutione à me dominiũ habeas. vnde iã condicã proprietatẽ, nõ poſſeſsionẽ, vt in me trãsferas proprietatẽ: vt inſti. qui. mo. re. cõtrahi. obli. §. is quoque. & infra de iur. do. Proculus. & j. de do. cauſa mortis. ſi alienam. Azo. & ita nõ vindicabis, cum mihi dominiũ dederis: vt dictũ eſt. In caſu tamẽ fauore libertatis ceſſat hæc condictio poſt præſcriptionem: vt C. de his qui à non do. l. fin. quæ eſt contra[c]: an tenear domino? Reſpon. non: vt j. de do. cau. mor. l. ſi alienam.

*c Immo nõ eſt contra:*

l Cum re. ſ. mea propria. Io. cuius rei tradidi nudã proprietatẽ. Quid autẽ ſi plenã: alius tamen erat fructuarius, ſed nõ poſſidebat? Reſpon. vt dixi. ſ. de rei vindi. fructus. & l. idem. Item quid ſi tradidi nudã: & poſtea is cui tradidi, expulit fructuariũ? Reſpon. condicã ſolam proprietatẽ, & ea cõdicta intendã negatoriã: quia quantum ad eũ liberas habeo ædes: vt ſ. ſi cer. vin. l. loci corpus. §. cõpetit. Azo. Itẽ quid ſi id quod trado tibi indebite, tuum credo: & ſic in te dominiũ non trãsfero? Reſpõ. cõdictionẽ vtilẽ habeo cõſumptione facta, ad inſtar mutui ſecundũ Io. vt inſtit. qui. mo. re cõtrahi. obli. §. j. Item nunquid idẽ ſi aliquis habet emphyteuſin in hoc fundo qui expellatur ab eo cui tradidi? Reſpon. nõ per omnia idẽ, ſecundum Io. quia vſusfructus perſonam imitatur, vt cum ea finiatur: non autem emphyteuſis.

m Soluta. id eſt quia erat in re ſoluta. Acc.

n Condicam. vſumfru. nõ condicã niſi ratione poſſeſsionis quando eum poſsiderem & ſoluiſſem: vt ſ. prox. §. Accurſius.

*Solutum antequam debeatur, pendente dubio poteſt repeti: ſed ſi certum eſt debitum eſſe, vel futurum eſſe, repeti non poteſt. h. d. cum duabus legibus ſequentibus. Bar.*

XVI. POMPONIVS libro quintodecimo ad Sabinum.

SVb cõditione debitũ, per errorem ſolutũ, pẽdente quidẽ conditione repetitur[o]: B conditione autẽ exiſtente repeti nõ poteſt. Quod autem ſub incerto die[p] debetur[q], die exiſtente[r] non repetitur.

XVII. VLPIANVS libro ſecundo ad Edictum.

NAm ſi cum[s] moriar dare promiſero, & antea ſoluam, repetere[t] me non poſſe Celſus ait. quæ ſententia vera eſt.

XVIII. IDEM libro quadrageſimoſeptimo ad Sabinum.

QVod ſi ea conditione[u] debetur, quæ omnimodo exſtatura eſt, ſolutum[x] repeti non poteſt:[y] licet ſub alia cõditione quę an impleatur incertum eſt, ſi ante ſol- C uatur, repeti poſsit[z].

SVb conditione.} CASVS. Debebam tibi aliquid ſub cõditione. ſolui ante conditionẽ exiſtentẽ. quæritur, an repetere poſsim? Dicitur ꝙ ſic. ſi ergo ſolui. repetã. ſi conditio exiſtat, non repetam. ſi autem ad diem incertũ debeatur, puta quãdo ſecutę ſint nuptię, & fuerit die adueniente ſolutum: non repetit: ſed ante ſic. ſecus ſi dies ſit omnino extitura: vt in l. nam ſi cum l. ſeq.

o Repetitur. quia interim nõ debetur: vt hic, & j. de pig. Græcè. §. fin. & j. de lib. leg. ſi quis reum. §. huic. argu. j. eo. ſufficit.

p Sub incerta die. vel dic de die incerta, quando certũ eſt eam extiturã: & tunc eſt exemplũ. j. l. prox. & ſecundũ hoc, nec ea exiſtente, nec prius poteſt repeti, & habet locum gl. quę incipit, ſed nec ante &c. Vel dic de die incerta quãdo exiſtat, & an exiſtat, vt nuptiarum: & tunc æquiualet conditioni, vt ea exiſtente non repetatur: ante ſic. C. de cadu. tol. §. ſi autem. & ſecundum hoc lex ſequens ponit alium caſum, & ſecũdum hoc habet locum glo. de incerta &c.

q Debetur. vt nuptiarum.

r Exiſtente. ſed nec ante poteſt. ſecus autẽ in legato ſub incerto die relicto: cũ in legato incertus dies pro cõditione habeatur: vt j. de cond. & demon. l. dies incertus. & j. quãdo dies lega. ce. l. ſi cũ heres. & eſt ratio, quoniam in cõtractibus ſpes tantum tranſmittitur ad heredem: vt inſti. de ver. obli. §. ex cõditionali. ſed legatum non: vt C. de cad. tol. §. ſi autem. & ſecundum hoc lex ſequens eſt exemplum huius dicti. Ac. D

s NAm & ſi cum. De incerto die ideo dixit, quoniã ſcilicet incertũ eſt extet vel nõ: quia ſec' eſt ſi omnino eſt certum extiturum, vt dies mortis: vt j. de condi. & demon. l. j.

t Repetere. nec exiſtente die: vt ſ. l. prox. nec ante, vt hic, cum pro certo ſit extiturus: vt j. l. prox. Accurſius.

u QVod ſi ea cõditione. ſ. alia q̃ ſuperiori, puta ſi Antichriſtus naſcetur. vel dic hãc legẽ cõtinuari cũ ſuperiori tertia, ſub cõditione. vel illa per cũ, hæc per ſi. quod non placet. ſed certè & ibi, cum, facit conditionem: vt j. eo. l. qui promiſit.

x Solutum. ſcilicet ante. Accurſius.

y Non poteſt. etiam ante conditionem exiſtentem: cum pro pura habeatur: vt j. de noua. ſi pupillus. §. qui ſub conditione. & arg. j. eo. ſufficit. & l. Iulianus.

z Repeti poſsit. ſ. exiſtente conditione. Azo. Et not. ex hac & ſuperioribus legibus, quòd etiam hoc quod poſtea efficitur debitum, non poteſt repeti, licet ab initio fuerit indebitum: vt ſ. de ſol. l. ex parte. Accurſius.

SI pœnæ. Dic vt in gl. {QVAMVIS.} Credebã me heredẽ Titij. ſolui creditoribus here. deinde apparet me heredẽ non eſſe:

eſſe:an repetam? Dicit quòd ſic. {SI FALSO.} Credebã me tibi debere x. cum non debebam tibi: ſolui pecuniam quæ in parte erat mea, in parte aliena: pro illa pecunia quæ mea fuit, repetam proprietatem: pro aliena poſſeſsionem repetam. Io. Vel dic ſecundum Azo. quod alienæ pecuniæ condicet poſ. quæ eſt indiuidua: nõ autem proprietatem, cum non fecerit pec. accipientis. Et hoc eſt quod dicit. {SI PVTEM.} Debebam tibi Stichum in veritate: & credebam me tibi Stichum debere aut Pamphi. ſub alternatione. ſolui tibi Pãphi. repetã. {SI DVO.} Fra- mus duo rei debẽdi in x. ſed nos per errorem xx. ſoluimus. Dicitur hic quòd quilibet noſtrum v. repetet: quia x. vltra ſummam ſoluimus. Idem eſt in reo principali, & eius fideiuſſore. hoc dicit cum l. ſeq. Viuianus.

a *Si pœnæ.* pone caſum in eo qui ius iniquum impetrauit: vt ſ. quod quiſque iur. l. iij. in fi. Item in eo qui ſibi ius dixit: vt ſ. quod met. cau. extat. & C. vnde vi. ſi quis in tantã. Item in eo qui traxit reum in vetito examine: vt C. de iuriſdic. om. iu. l. in criminali. & in authen. de ſta. & conſue. contra. liber. ec. §. j. col. x. Item in Macedoniano: vt j. eo. l. qui exceptionem. & infra ad Maced. l. ſed ſi pater. §. fin.

b *Repetere poterit.* ſcilicet condic. indeb. à creditoribus: vt hic & C. eo. ſi à patre. Sed cõtra C. de pet. hered. de hereditate. & j. eo. repetitio. Solu. ſi ſuo nomine ſoluit, obtinet quod hic dicit: ſi hereditario, quod ibi: ar. j. eo. in ſumma. §. fi. & j. de ſol. cum quis. §. de peculio. & plene diximus. ſ. de peti. here. ſi quod poſſeſſor. Item contra ſ. de neg. geſt. quæ vtiliter. §. fin. vbi dicit dari nego. geſt. ſed ibi alieno nomine ſoluerat, hic ſuo: vt diximus modo. Accurſius.

*Liberatio quæ contingit ex pœna non tollit naturalem obligationem. Bartolus.*

XIX. POMPONIVS libro viceſimoſecundo ad Sabinum.

SI † pœnæ [a] cauſa eius cui debetur, debitor liberatus eſt, naturalis obligatio manet: & ideo ſolutum repeti non poteſt.

*Indebitum etiam conſideratur ex parte ſoluentis. Bartolus.*

Quamuis debitũ ſibi quis recipiat, tamẽ ſi is qui dat, nõ debitum dat, repetitio competit: veluti ſi is qui heredem B ſe vel bonorum poſſeſſorem falsò exiſtimãs, creditori hereditario ſoluerit. Hic enim neq; verus heres liberatus erit: & is quod dedit, repetere poterit. [b] Quamuis enim debitũ ſibi quis recipiat, tamen ſi is qui dat, non debitũ dat, repetitio competit.

*Si ſoluitur indebitè communis pecunia, pars dimidia condicitur, non cuiuſlibet corporis. Bartolus.*

Si falsò exiſtimans debere, [c] nũmos ſoluero qui pro parte alieni, pro parte [d] mei fuerũt, eius ſummæ partẽ dimidiã, [e] non corporum, condicam.

C *Solutum indebitè per errorem circa rem repetitur. vel aliter: Error circa rem debitã, repetitionem inducit. Bar.*

Si putem me Stichum aut Pamphilum debere, [f] cũ Stichum debeam, & Pamphilũ ſoluam: repetam quaſi indebitum ſolutum. nec enim pro eo quod debeo, videor id ſoluiſſe. [g]

*Si per plures ſoluatur indebitum in quantitate, cuilibet pro rata competit repetitio. ſi in ſpeciebus, eſt electio eius qui ad reddendum tenetur. hoc dicit cum duabus legibus ſequentibus. Bar.*

Si duo rei qui decem habebant, viginti pariter ſoluerint, [h] Celſus ait ſingulos quina repetituros: quia cum decem deberent, viginti ſoluiſſent, & quod amplius ambo ſoluerint, ambo repetere poſſunt.

XX. IVLIANVS libro decimo Digeſtorum.

SI reus & fideiuſſor ſoluerint pariter, in hac cauſa non differunt à duobus reis promittendi: quare omnia quæ de his dicta ſunt, & ad B hos transferre licebit. [i]

XXI. PAVLVS libro tertio Quæſtionum.

PLanè ſi duos reos non eiuſdem pecuniæ, ſed alterius obligationis [k] conſtitueris, vtputa Stichi aut Pãphili, & pariter duos datos, [l] aut togam vel denaria mille, [m] non idem dici poterit in repetitione, vt partes repetant: quia nec ſoluere ab initio ſic poterunt. Igitur hoc caſu electio eſt creditoris, [n] cui velit ſoluere: vt alterius repetitio impediatur.

*Quando quis certat de damno vitando, error in facto proprio toleratur. Bar.*

C XXII. POMPONIVS libro viceſimoſecundo ad Sabinum.

SEd & ſi * me putẽ tibi aut Titio [o] promiſiſſe, cũ aut neutrum factum ſit, aut Titij perſona in ſtipulatione comprehenſa non ſit, & Titio ſoluero, repetere à Titio potero [p].

*Fundo qui ſeruiens debebatur, pro libero tradito, ſeruitus condicitur. Bar.*

Cum iter excipere deberem [q], fundum liberum per errorem tradidi. incerti condicam, [r] vt iter mihi concedatur.

c *Debere.* puta x. aureos.

d *Pro parte.* dimidia, ſint mixti vel non ante ſolutionem.

e *Dimidiam.* reſpectu proprietatis, ſcilicet ſuam, ſed alteram reſpectu poſſeſsionis: vt ſ. eo. indebiti. & quod dicit, non corporum, ſcilicet cuiuſlibet nummi: & ſic antea erant communes. Vel melius dic cõdici poſſeſsionem alterius partis etiam quę non ſoluentis fuit: non autem ipſum corpus nummorum ſcilicet proprietatis: cum non fecerit accipientis. & ſic nõ poteſt dari condictio indebiti, niſi ſit conſumpta, ad inſtar mutui: vt inſti. quib. mo. re contrah. ob. §. j. ſecundum Azo. Vel dic ſecundum Io. partem condicam non certam, puta hos tãtum, & non illos, propter difficilem diſcretionem: vt ar. ſ. de vſufr. l. vſusfructus. §. ſi vſuariis. & facit ad hunc. §. ſ. ſi cer. pe. l. nam & ſi fur. §. ſi. & j. eod. qui ex. §. pen.

f *Debere.* id eſt ſub alternatione. ſed quid ſi ſub alternatione debens vnum ſoluit in quo ſolo ſe obligatũ putauit? Reſpon. non repetit: vt infra de leg. ij. ſi is cui. Io.

g *Soluiſſe.* niſi hoc actum ſit.

h *Soluerint.* nec apparet quis prius, quis poſterius. nam tunc poſtremo ſoluens repeteret: vt j. eod. l. cum duo. Azo.

A i *SI reus. Licebit.* & ſic cedit pro rata: vt ar. ſ. de vſufru. ſed & ſi quis. §. quid ergo. ſed hodie prius reus quã fideiuſſor conuenitur: vt in auth. de fideiuſſ. §. j. col. j. & ſic ſolus fideiuſſor.

*PLane ſi duos.* } CASVS. Ego & Titius credebamus tibi debere Stichum aut Pamphilum, & vterque ſoluimus. nunquid ego vnam medietatẽ Stichi tu alterã Pamphi repetes? Dicit quòd non: quia ab initio ſolui non potuerunt. Viuianus.

k *Obligationis.* id eſt de alia re.

l *Datos.* dicas ſcilicet Stichum & Pamphilum.

m *Mille.* ſcilicet reos duos cõſtitueris promittentes.

n *Creditoris.* ſed videtur debitoris, cuius erat electio in ſoluẽdo: vt C. eo. ſi quis ſeruũ. quæ eſt cõtra. Sol. hæc corrigitur, argu. eiuſdem. l. vbi recitatur opinio antiqua quæ eſt hic. vel hic loquitur cum plures ſoluerant. nam cum non poſsint facile conuenire, electio eſt eius cui eſt ſolutũ: ſed ibi vnus ſoluerat, & ideo datur debitori. & etiam eo caſu olim erat cõtra: vt j. eodẽ. ſi non ſortem. §. fin.

*SEd & ſi.* } CASVS eſt planus vſque ad §. cum iter. in quo ſic ponitur. Vendidi tibi fundum, & conuenit inter nos vt iter haberem per fundum illum ſcilicet vſque ad prædium meum: & tradidi tibi fundum liberũ. in traditione tunc nõ excepi de ſeruitute. Dicitur quòd illam condicere poſſum. Viuianus.

*Coniunge l. 21. ad Trebel. l. 29. de vſuc. l. 3. pro ſuo.

o *Titio.* vt adiecto Accurſius.

p *Potero.* contra videbatur, quaſi non liceret ei prætendere in proprio facto errorẽ: vt j. ad Velleia. quanquam. ſed non eſt ita, quia hic de damno, ibi de lucro certat: argu. C. de iure deli. l. fin. §. licentia.

D q *Deberem.* quia ſic conueneram in contrahendo: vt ſupra de ſer. vrba. prædio. ſi binarum. Accurſius.

r *Condicam.* ſcilicet condictione ſine cauſa, quæ ad intereſſe datur, non indebiti: quia ipſa ſemper continet certum: [a] vt ar. infra de condict. ſine cauſa. l. iij. Si dicas, quid ergo ad tit. iſtũ? Reſpon. quia ſolutum eſt indebitum: obligatur ergo præciſe vt patiatur ſeruitutem imponi: quia ſine cauſa apud eum liber eſt. vel ſi malim, petam intereſſe, ſecundum Io. [b] Vel dic, quod eſt verius, [c] quòd actio incerti, vel condictio incerti, eſt proprium nomen actionis, vbi incertum eſt in obligatione ſine ſtipulatione: vt hic & infra de act. empt. ſi tibi liberum. niſi debeatur de ſtipulatione. & tunc agitur actione ex ſtipulatu: vt inſtitut. de verbo. obligat. in princip. Nec eſt contra quod dicitur condictionem incerti dari creditori pignore ſibi ſubtracto: vt j. de condi. fur. l. & ideo. §. Neratius. licet videatur quòd nulla obligatione tali, ſcilicet incerti, ſed certi fur teneatur. nam & ibi ad factum, id eſt ad rei reſtitutionem, non dico dationem, habet obligatum furem: ſed eodem modo intelligitur quod eſt infra eodem. l. qui exceptionem. §. ſi pars. & infra de leg. j. quòd ſi nulla. & erit mirabile quòd non condicit dominium, in d. l. qui exceptionem. & l. quòd ſi nulla.

*a Immo poteſt cõpetere ad incertum ſecundum Bar.*

*b Inquantũ innuit quòd tex. loquitur de condictione ſine cauſa, reprobatur, ſecũdũ B. B. P. Alex. & Ia.*

*c Dic ſecundum Bar. Ang. et Sal. quòd incerti condictio competit vbi alia ordinaria non datur.*

nulla.ſed rei reſtitutionem, vt habeat retentionem impenſarum.nec dico quòd cōdicat poſſeſsionem: nam ad eā daretur indebiti condictio:vt ſ.e.indebiti.§.ſed ſi nummi.& ſic commodatarius & depoſitarius domino tenentur reſtituere : non tamen ſunt domino obligati dare poſſeſsionē, ſecundū Azo. & ſic conductione incerti poſſunt conueniri, & actione cōmodati. & facit ſupra cōmunia prædio. l. ſi ei. Accurſius.

A §.curare.Sed quid ſi actio in factum deducatur in Aquil.ſtipulationem: & poſtea ſuper Aquiliana ſtipulatione tranſigatur? Reſpō.tenet tranſactio. & eſt ratio:quia lis adhuc ſubeſſe poteſt:vtpote cum ceſſet ordo executionis:vt ſ. de tranſactio.l. poſt rem.& j.de re iudi.l.ſi ſe §.ſi ex conuentione. & ſic intelligitur C. de tranſact. l.ſi cauſa. non autem intelligas quòd ſuper re iudic. poſsit tranſigi per Aquilia. ſtipulationem. quod quidam dixerunt per legem prædictam,ſi cauſa.Accurſius.

*Datum ex cauſa tranſactionis,quæ ſecuta non eſt, vel quæ inualida eſt repetitur. hoc dicit vſque ad §.ſi quis poſt.Bar.*

ELegāter.} CASVS. Hæc l. dicit vj.caſus,in quibus datū cauſa tranſactionis repetitur.Primus eſt:Succeſsi tibi: credebā te cum aduerſario litigaſſe, & tranſegiſſe data pec.ſolui. nunquid repetetur? Dicit quòd ſic.Secundus,ſi credat procur.dominū trāſegiſſe,repetit. Tertius eſt quòd credebam ꝙ mecum tranſegiſſes, & non tranſegeras:repeto qđ dedi. Quartꝰ, ſi cōmuni conſenſu à tranſactione receſſum eſt,erit quaſi tranſactū non eſſet. Quintus eſt, cū ego & tu litigamꝰ, & ſententiatum fuit contra me, & poſtea tranſegimus,&aliquid tranſa.cauſa dedi:dicit ꝙd repetetur:vel cōpēſabitur in eo in quo fui condēnatus verum tamen ſi appellatum eſt, vel negatū eſt me fuiſſe condemnatum, dicit ꝙ tenet tranſactio :,& quod datur ex tali cauſa non repetetur. Idem eſt in ſexto caſu:vtputa relicta fuerant mihi alimenta in teſtamento alicuius. ſi cum herede tranſegero,non tenet tranſact. & quod datur ex tali cauſa repetetur. {SI QVIS.} Conueniſti me:tecum trāſegi:iterum conuenis me:potui te repellere per except.non feci:obtinuiſti : nunquid valebit ſententia? Dicit quòd ſic: & quod datum eſt cauſa tranſact. repetetur : ſed ſi repetat, non habebit except. repetitio enim excludit except. nam eadem ſolutio contraria non operatur. {SI QVA LEX.} Credebam me,vel ſeruum meum tibi teneri actione furti:ſed non tenebar: & ita ſolui quadruplum:vel ſolui duplum.nunquid repetam? Et dicit quòd ſic. Viuianus.

*Intelligit indebitū ſolutum eſſe, aut certè ex qua cauſa ſolutū eſt, indebitum eſſe. Interpretor ergo errore facti ſolutū,aut ſine cauſa ſolutū, non autē errore iuris ſolutum.* L.R.

*cui.

*Flo. adtemptari.

XXIII. VLPIANVS libro quadrageſimotertio ad Sabinum.

ELeganter[a] * Pomponius quærit, ſi quis ſuſpicetur tranſactionem factam vel ab eo cui heres eſt, vel ab eo qui* procurator eſt,[b] & quaſi ex tranſactione dederit quæ facta non eſt, an locus ſit repetitioni. Et ait repeti[c] poſſe. ex falſa enim cauſa datum eſt. Idem puto[d] dicendum & ſi tranſactio ſecuta non fuerit, propter quam[e] datum eſt. Sed & ſi reſoluta[f] ſit trāſactio, idem erit dicendum.

B Si poſt rem iudicatam[g] quis tranſegerit, & ſoluerit, repetere poterit: idcirco, quia placuit tranſactionem nullius eſſe momenti. hoc enim[h] imperator Antoninus cum diuo patre ſuo reſcripſit. Retineri tamen atq; compenſari in cauſam iudicati quod ob talem trāſactionem ſolutum eſt, poteſt. C Quid ergo ſi appellatum[i] ſit, vel hoc ipſum incertum[k] ſit an iudicatum ſit, vel an ſententia valeat? Magis eſt vt tranſactio vires habeat. Tunc enim reſcriptis[l] locum eſſe credendum eſt, cum de ſententia indubitata, quæ nullo remedio attentari * [m] poteſt tranſigitur. Item ſi ob trāſactionem alimentorum[n] teſtamento relictorum[o] datum ſit, apparet poſſe repeti[p] quod datum eſt: quia tranſactio ſenatuſconſulto[q] infirmatur.

*Exceptio tranſactionis impedit litis conteſtationem:& ſi omittatur,non reddit proceſſum nullum : & ſi poſt lit.conteſt. incepit competere, reliquam partem iudicij impediet,ſi opponatur.& ſi non opponatur,ſolutum poterit repeti.hoc dicit. Primo loquitur quando tranſactio præceſſit conteſtationem. Secundo quando eſt ſecuta. ſecunda ibi, ſed & ſi.Bartolus.*

B Si quis poſt tranſactionem nihilominus condemnatus fuerit, dolo quidem id fit, ſed tamen ſententia valet.[r] Potuit autem quis, ſi quidem ante litem conteſtatam tranſegerit,[s] volenti litem conteſtari,[t] opponere doli exceptionem. Sed ſi poſt litem conteſtatam tranſactum[u] eſt, nihilo minus poterit exceptione doli vti poſt ſecuti. Dolo enim facit, qui contra tranſactionem expertus, amplius petit: & ideo condemnatus repetere poteſt quod ex cauſa tranſactionis dedit. ſanè[x] quidem ob cauſam C dedit : neque repeti ſolet quod ob cauſam datum eſt, cauſa ſecuta. ſed hic non videtur cauſa ſecuta, cum tranſactioni non ſtetur. Cum igitur repetitio[y] oritur, tranſactionis exceptio locum[z] non habet.[a] neque enim vtrumque debet locum habere, & repetitio,[b] & exceptio.[c]

*Solutum indebite in actionibus pœnalibus repetitur.*

a *Eleganter.* in hac l.ponuntur ſex caſus, in quibus quod ex cauſa tranſactionis datum eſt,repeti poteſt.Accurſius.

b *Procurator eſt.* vel etiam ſuſpicante à ſeipſo factam:vt ſupra eo.l.proxi.j.reſpon.Azo.

c *Repeti poſſe.* ſed videtur quòd non:vt j.eo.l.damus.quæ eſt contra.Sol.hic putabat ſe teneri:ideo ſoluit.ibi verò non.

d *Idem puto.*ſed non eadem actione.ſed dicas ob futuram ſcilicet cauſam. Vel dic eadem actio. & propter præteritā tranſactionem de qua aliqua verba fuerant : ſed non fuit perfecta tranſactio:ſed ſuperiori caſu nulla verba fuerant.

e *Propter quam.* quia non remiſit ius vt remittere debebat.

f *Sed & ſi reſoluta ſit.* quod fieri poteſt vtriuſque conſenſu:vt C.de tranſactio.l.ſi diuerſa.

g *Si poſt rem iudicatam.*à qua nec eſt appellatum,nec poteſt appelari:quia tranſierunt decem dies hodie.

h *Hoc enim.* bona ratio quia imperator voluit:[a]vt inſtitut.de iure natu.§.ſed quod principi. ſed ſubtilior eſt ratio, quia ſuper certo fit trāſactio,quod fieri nō debet:vt ſ.de tranſactio. l.j.Eſt enim certū factū propter ſententiam: vt inſtit.de actio.

*a Eſt bona ratio in his quæ ſunt iuris poſitiui: non in iſto caſu,ſecundum Bar. Ale.& Iaſ.*

i *Si appellatum.*ſcilicet poſt rem iudicatam, ſupra qua (vt prædictum eſt)tranſactū eſt. aliter enim dici non poteſt.& ita vocat rem iudicatam,licet ſit appellatum. vnde facit pro me & Azo. in eo quod in fi.huius §.ſtatim dices.

k *Incertū.* ſcilicet per negationem:vt C.quibus ad li. procla. non licet.l.fi.

l *Reſcriptis.* quæ dicūt tranſactionem non valere.

m *Attentari poteſt.*no. quòd argu.huius l.dixerunt quidam quòd res iudicata non eſt, niſi demum quando prouocari nō poteſt: & pro eis eſt j.de re iudic.l.j. vbi dicit quòd finem imponit &c. & pro eis ſ. de tranſact.l. poſt rem. Sed tu dic contra,primo quia expreſſum videtur:vt C. de appel. l. litigatoribus.ſecundo, quia dicit lex, extinguitur p appellationem. eſt ergo aliquid quod extinguitur : vt infra ad Turpi.l. j. in fine. tertio facit pro hoc litera ſuperior, vt modo nota.

n *Alimentorū.* futurorū,non præteritorum, etiam ſine prætore: vt C.de tranſact.l. de alimentis.

o *Teſtamento relictorum.* vel codicillis,vel qualibet vltima voluntate quæ valeat.ſecus ſi inter viuos ſint conſtituta:vt ſupra de tranſact.l.cum hi.§.j.& §.ij.

D p *Repeti.* Retineri tamen poteſt in cauſa alimentorum:vt ſupra de tranſactio.& poſt.

q *Senatuſconſulto.* cuius nomen non habemus,ſed melius dixiſſet oratione.nam oratio prohibet: vt ſ. de tranſact.l.cum hi.in prin.

r *Valet.* no.ergo tolerari iniquitatem:vt j.de interdict.& rele.l.relegatorum.§.ad tempus.& ſupra de iureiu.l.nam poſtea. §.ſi damnetur.& C.de plus petitio.l.j.

s *Tranſegerit.* potuit ergo tranſigi de re dubia etiam ſine lite.

t *Conteſtari.*not.[b]tranſactionis exceptionē impedire proceſſum negotij principalis:ſic & in exceptione rei iudicatæ.ſecꝰ in aliis peremptoriis.extra de lite conteſtata.c.exceptionis.

u *Tranſactum.* quod fieri poteſt:vt C.de appel.l.ſi contra.Et ſic not.non intereſſe vel ante lit.conteſta.vel poſtea fiat tranſactio:vt arg.ſupra de calumnia.l.j.§.quod autem.

x *Sane.* quod allegando dicit.Accurſius.

y *Repetitio.* vt repetat iſte quod dedit ob tranſactionem.

z *Locum.* circa principalem petitionem.

a *Non habet.* niſi hoc actum eſt.ſupra de trāſact.l.qui fidem. & C.de tranſact l.cum proponas.

b *Repetitio.* dati ob tranſactionem.

c *Exceptio.* ac ſi dicat, vna ſolutio hæc duo non operatur: vt infra de ſol.qui hominem.§.fin.

*Iniquitas quandoque toleratur.*

*b Bal. dicit iſtā gl. ſingul. ad in[...] exceptionem tranſactionis [...] dicta [...] ingreſſum & proceſſum. Bal.*

Dupli.

a *Dupli*. vt furti non manifeſti: ſed quadrupli ſcilicet manifeſti: vt inſti. de obli. quæ ex deli. §. pœna. Itē ab initio ideo dicit, quia ſecus ſi creſceret ex poſt facto per inficiationē: vt patet in l. Aquil. quo caſu ſi ſoluo tibi emendando damnum ab alio datum, non repeto, ſicut ſi confiteor: ſecus ſi nemo damnum dederit: vt ſ. ad le. Aquil. inde Neratius. §. ſi. & l. ſeq. & ſecundum hoc eſt ratio, quia quaſi ab alio eſt debitū. & ſic qui recipit, debitum ſibi recipit: vt j. e. l. repetitio. Alij ponunt exemplū quando vere damnum dedi: ſed timore inficiationis futuræ ſolui vltra ſimplum, non repeto: & erit ratio, quia vanum geſsi timorem, cui⁹ nulla fuit ęſtimatio: vt infra de re iu. ſi quis ab alio. Hic ergo no. caſus in quibus ceſſat hæc actio, licet indebitum ſoluatur. Primus in cauſa quæ per inficiationem creſcit: vt dixi per l. C. eo. ea quæ. Secundus, quando ſciens ſoluit, etiam in mente retinens animum repetendi: vt dixi. ſ. e. l. j. & j. eo. quod quis. Tertius, quando iurauit creditor ſibi deberi, licet falſo: quia pro veritate habetur: vt inſtit. de ac. §. ſi quis poſtulante. Quartus, propter rei iudicatæ auctoritatem: vt C. e. l. j. & j. mā. ſi fideiuſſor. §. in omnibus. Quintus, propter trāſactionem: vt C. e. l. ij. & ſupra e. l. in prin. Sextus, propter pietatem: vt j. eo. l. cum is. §. ſi mulier. Septimus, vt quia ab alio debetur, vt dixi ſupra eo. ſi pœnæ. §. quamuis.

Si qua lex ab initio dupli[a] vel quadrupli ſtatuit actionem, dicendum eſt ſolutū ex falſa eius cauſa repeti poſſe.

*Promiſſio facta à ſciente ſe nō poſſe compelli, tanquam indebita condicitur. Bar.*

XXIIII. IDEM libro quadrageſimoſexto ad Sabinum.

SI is[*] qui perpetua[b] exceptione tueri ſe poterat, cum ſciret ſibi exceptionem profuturam, promiſerit aliquid vt liberaretur,[c] condicere non poteſt[d].

*Pluribus ſoluentibus idem debitum, ei qui vltimo ſoluit, condicitur repetitio. Bar.*

XXV. IDEM libro quadrageſimoſeptimo ad Sabinum.

CVm duo pro reo fideiuſſiſſent decē, deinde reus tria ſoluiſſet, & poſtea fideiuſſores quina,[e] placuit eum qui poſterior[f] ſoluit, repetere tria poſſe. Hoc meritò: quia tribus à reo ſolutis, ſeptem ſola debita ſupererant: quibus[g] perſolutis, tria indebita ſoluta ſunt.

*Quando lex obligationi non aſſiſtit, nec reſiſtit, contrahitur naturalis quæ impedit repetitionē indebiti ſoluti: ſed quādo lex reſiſtit, impeditur etiam naturalis obligatio, & ſolutum repetitur. Bartolus.*

XXVI. IDEM libro viceſimoſexto ad Edictum.

SI *is qui.*} CASVS. Iſta l. & ſeq idem dicunt: quia ſi ego ſciēs me tutum perpetua exceptione ſolui, non repetam.

b *Si is qui perpetua.* vt pacti.

c *Liberaretur.* per Aquilianam ſtipulationem.

d *Non poteſt.* vt j. eo. ſi nō ſortem. §. indebitum. & §. qui filio.

CVm *duo.*} CASVS. Ego & tu fideiuſsimus pro Titio in x. quæ debebat. deinde Titius ſoluit tria: poſtea quilibet quinq; ſoluit. Dicit quòd ille qui poſtremo ſoluit quinq;, repetet tria. Viuianus.

e *Quina.* id eſt vterque quinque. Accurſius.

f *Poſterior.* ergo non pariter ſoluerunt. Si autem pariter ſoluiſſent, vterque pro rata repetit: vt ſupra eodem. ſi pœnæ cauſa. §. fin. & l. ſi reus. Azo. & facit ad l. ſ. de vſufr. ſed & ſi quis. §. quid ergo.

g *Quibus.* ſcilicet ſeptem.

SI *non ſortem.*} CASVS. Debebas mihi x. promiſeras mihi vſuras nudo pacto, & ita non debebantur iure ciuili. ſoluiſti mihi vſuras: nunquid illas repetis? Dicit quòd non. Sed pone quòd vſuræ illæ legitimum modum excedant. non repetūtur, ſed ſorti imputantur: quia ſors poſtea ſoluta indebita repetitur. Sed pone quòd primo ſoluit ſortem: deinde vſurām vltra legitimum modum. Dicit quòd repetetur tanquam ſors. {SVPRA.} Dicit quòd vſuræ promiſſæ vltra vſuras centeſimas, repetuntur: nec exiguntur, ſi in ſtipulationem deducuntur. {SI CENTVM.} Debebā tibi centum & cum credebam me tibi debere. cc. dedi tibi prædium quod valet cc. dicit quòd prædium repetam, & centum erunt in obligatione vti prius. poſtea reſpon. tacitę obiectioni: quia videbatur quòd priſtina obligatio in c. extincta eſſet: cum res pro re, vel res pro pretio ſolui poſſet. Dicit quòd illud hic locum non habet. credebat enim plus debere, quàm debebat: nec fuit hic compenſatio in partē fundi cum pecunia: cum hoc nō egiſſes ſoluens. ſi enim per conpenſationem talem fundus fieret cōmunis & ſolutio, per conſequens ad communionem compelleretur: quod eſſe non debet. Remanebit ergo obligatio integra, & erit fundi repetitio. In fine dicit, quòd poteſt prædium illud retinere pro illis quæ in veritate debentur. Cetera plana ſunt vſq; ad §. heredi. {HEREDI.} Credebat ſe quis pro herede, cum non erat. ſoluiſti putans heredem, ſcilicet cum non eſſet. ſi agat contra eum verus heres, & ſuccumbat: tu repetis. ſi verò debitū ſoluiſti, & ſuccubuit: ſimiliter tu repetes. Vel dic loqui in vero herede: & expone vt ibi notatur. {LIBERTVS.} Habebā libertum qui credebat ex ſtipulatione ſe mihi debere operas obſequiales & ſimiles: quia de illis hic loquitur, qui conſiſtunt in agendo. poſtea apparuit nō debere: an repetere poſsit, quæritur. Et dicitur q̄ non. Sed pone quòd per aliquod tempus operas illas non ſoluit: ſed cū ab eo eas peterem trāſegit; & pecuniam ſoluit: nunquid illam repetere poſsit, quæritur. Et dicitur quod non. & de eiuſdē operis loquitur. & hoc in ſecunda. In tertia parte loquitur de illis fabrilibus incertis. credebat enim libert⁹ ſe patrono ſingulis annis per aliquos dies laborare debere: nōn reſpon. ſciebat vtrū ſcribere, vel pingere debebat. ſoluit ei tamen operas quaſdam: nunquid eas condicet? Et dicit quòd non. Qualiter enim condicerentur, cum non poſsint eædem ſolui: quia aliter ſcribit homo iuuenis, quàm ſenex: ſed & aliter in hyeme, & aliter in æſtate. cum ergo operę condici nō poſsint, æſtimatio repetetur. nec eſt mirum ſi aliud ſoluitur, & aliud repetitur. & hoc probat per exēpla quædam. Item dicit quòd ego patronus officiales alij delegare non poſſum. Cæterum ſi fuerint fabriles delegatæ, peti poſſunt. Sed quid ſi officiales fuerint delegatæ & præſtitæ: nunquid petentur? Dicit quod non. {SI DECEM.} Stipulatus fui à te decem aut Stichum: & quinque ſolui: nunquid illa quinque indebita repetere poſſum? Dicit quod refert an fui liberatus in illis quinq; aut non. primo caſu non repetam, ſecundo ſic. & dicit iuriſcon. quòd in hoc caſu eſt in pēdenti ſim liberatus, necne. vnde petis aut Stichum aut decem: & ſi quinque ſolum, apparebit alia quinque ſoluta eſſe debita. Ceterum ſi ſoluam Stichum, quinque repetam vt indebita. Sed pone quòd primo ſoluam quinque, deinde Stichum. modo vis Stichum reſtituere, & quinque primitus ſoluta retinere, & alia quinque petere: nunquid poſsis? Dicit quòd non. dicit tamen quòd ſi tota x. eſſent ſoluta, & Stichus: quòd tunc in voluntate tua eſſet Stichum. aut x. reſtituere. {IDEM AIT.} Pone: Stipulatus ſum à te x. duobus heredibus relictis: nunquid poteris vni ſoluere quinque, alteri medietatem Stichi? Dicitur quòd non. Viuianus.

SI non † ſortem quis, ſed vſuras indebitas[h] ſoluit, repetere non poterit, ſi ſortis debitæ[i] * ſoluit. Sed ſi ſupra legitimum modum[k] ſoluit, diuus Seuerus reſcripſit (quo iure vtimur) repeti quidem non poſſe, ſed ſorti imputandum: & ſi poſtea ſortem ſoluit, ſortem quaſi[l] indebitam repeti poſſe. Proinde & ſi antè ſors fuerit ſoluta, vſuræ ſupra legitimum modum ſolutæ quaſi ſors indebita repetuntur. Quid ſi ſimul ſoluerit? poterit dici & tunc repetitionem locum habere. Supra duplum[m] autem vſuræ, & vſurarum vſuræ nec in ſtipulatum[n] * deduci, nec exigi poſſunt, & ſolutæ repetuntur: quemadmodum futurarum vſurarum vſuræ.

*Quod ſoluitur ne quis indebito putatiuo vexaretur, tanquam indebitum repetitur. Bartolus.*

Si quis falsò ſe ſortem debere credens, vſuras ſoluerit, poteſt condicere: nec videtur ſciens indebitum[o] ſoluiſſe.

h *Indebitas.* inſpecto iure ciuili: quia per ſtipulationem promiſſæ non ſunt: vt C. de vſur. l. quamuis.

i *Debitæ.* ſcilicet naturaliter ex pacto.

k *Legitimum modum.* ſcilicet à lege ſtatutum: qui modus eſt vt C. de vſur. l. eos.

l *Quaſi.* id eſt ſicut. nam vſura non vt ſors repetitur.

m *Duplum.* id eſt maiores centeſimis. duplum enim vocat ſortem, & vſuram centeſimam,* quæ ſorti æqualis eſt in anno. & quod dicit de his quæ vltra duplū ſunt, intelligas de omnibus quæ modum excedant. Azo. quæ ſunt C. de vſur. l. eos.

n *In ſtipulatum.* nec etiam accedit fideiuſſor nam cui contractui lex obuiat, non accedit fideiuſſor: vt j. de fideiuſſo. l. cum lex. Accurſius.

o *Indebitū.* cōtra videbatur: quia cū ad ſortē ſoluendā vrgeretur debitor: quia vſuræ non fuerāt promiſſæ, & ideo nō currebāt: promiſit vſuras & ſoluit: repetit quidē: licet ſciēs ſe nō debere promiſit. fecit enim reſpectu ſortis etiā, vt benignorē haberet

† *Ad id quod colligitur in ſummario, adde cōcor. & ſimile in l. cū lex. j. de fideiuſ. & in l. non dubiū. C. de legi. iūcta. l. ſtipulatio iſta. §. alteri. cū ibi plene not. j. de ver. obli.*

* *ſorti debitæ.*

* *Hoc multis ante Vlpianū annis à M. Lucullo conſtitutū fuit. Plutar. in Lucullo. Alcia. li. 6. parer. ca. 15.*

* *Immo centeſima vſura eſt quæ centeſimo mēſe æquat ſortem.*

beret creditorem in danda dilatione ſortis ſoluendæ. Accur.
a *Perpetuam.* inductam fauore eius, non odio alterius: vt infra eod. qui exceptionem. Vel niſi ſit inducta ad rigorem iuris conſeruandum: vt infra eod. l. Iulianus. & l. iudex. Item perpetuam ideo dicit, quia ſecus ſi tẽporalis: vt ſupra eo. l. in diem. Accurſius.

*Indebitum eſt quod non debetur ipſo iure, vel ope exceptionis perpetuæ. Bar.*

Indebitum autem ſolutum accipimus, non ſolùm ſi omnino non debeatur, ſed & ſi per aliquam exceptionem perpetuam [a] peti non poterat. quare hoc quoque repeti poterit: niſi ſciens ſe tutum exceptione ſoluit.

*In ſpeciebus ratione partis pro alio indebitè ſolutæ, totum repetitur. ſecus in his quæ in genere ſuo recipiunt functionem. hoc dicit cum §. ſeq. Bartolus.*

B Si centum debens[b], quaſi ducenta deberem, fundum ducentorum ſolui, competere repetitionem [c] Marcellus libro viceſimo Digeſtorum ſcribit, & centum manere ſtipulationem. Licet enim placuit rem pro pecunia ſolutam parere liberationem[d], tamen ſi ex falſa[e] debiti quantitate maioris pretij res ſoluta eſt, non fit confuſio partis rei cum pecunia[f]: (nemo † enim inuitus compellitur ad communionem [g]) ſed & condictio [h] integræ [i] rei manet, & obligatio incorrupta. ager autem retinebitur [k] donec debita pecunia ſoluatur.

C Idem Marcellus ait, ſi pecuniam debens, oleum dederit pluris pretij, quaſi plus debens: vel cum oleum debere ret, oleum dederit quaſi maiorem modum [l] debens, ſuperfluum olei eſſe repetendum, non totum: & ob hoc peremptam eſſe obligationem[m]. Idem Marcellus adiicit, ſi cum fundi pars mihi deberetur, [n] quaſi totus deberetur, æſtimatione facta ſolutio pecuniæ ſolidi pretij fundi facta ſit, repeti poſſe non totum pretium, ſed partis indebitæ pretium.

D *Tutus exceptione perpetua, per errorem ſoluens repetit. Bartolus.*

Adeo autem perpetua exceptio parit condictionem[o], vt

b *Si centum debens.* ſcilicet vere.
c *Repetitionem.* ſcilicet fundi. Accurſius.
d *Liberationem.* vt infra de conſtitut. pec. l. j. §. an poteſt. & hoc volente creditore: non alias: vt inſtitu. quibus mo. tol. obli. in princ. Accurſius.
e *Si falſa.* Not. falſa cauſa ſolutum repeti. ſic ſupra de pac. ſi cum te. Sed argumen. contra infra eodem. cum is. §. ſi mulier[a]. & inſtitut. de lega. §. longe magis.
f *Cum pecunia.* vt infra de regulis iur. l. cum amplius ſolutum eſt. & infra de iu. do. ſi is qui. §. quod dicitur. & dic confuſio, id eſt cõpenſatio vel contributio.
g *Ad communionẽ.* ſcilicet inchoandam: & hoc nõ fallit niſi propter impoſſibilitatem: vt ſupra de rei vindic. l. iij. §. finali. & l. iiij. & ſupra de noxal. ſi ſeruus communis. in fin. Item nec ad retinendam quis compellitur: vt C. communi diuidun. l. fina. niſi in caſu: vt ſupra communi diuid. l. in hoc iudicio. §. ſi inter ſocios. & C. de anna. except. l. j. §. ad hoc. Accurſius.
ADDITIO. Inquantum innuit per præſcriptionem quem cõpelli ad ſocietatem perpetuam, reprobatur ſecundum Bartol. Bal. & Ia.
h *Cõdictio.* ſcilicet indebiti. Accur.
i *Integræ.* ſ. fundi.
k *Retinebitur.* Argum. quòd ſi mihi aliquid deberes, & res tua ſine vitio ad me perueniat, propter debitum retẽtionem habeo. & ſic facit pro ſcriptoribus vt poſsint retinere quaternos. ſic infra de pigne. actio. ſi neceſſarias. §. ſi pignori. & infra de impen. in re. do. fac. quod dicitur. & j. de actio. emp. & vend. l. ſeruus. Sed argu. contra. C. in qui. cau. pig. ta. contrahen. l. ſi non inducta. Accurſius. ADDITIO. Dic quòd ibi ponitur regula, hic fallentia, ex mente Bar. Bal. Pau. & ſequuntur Alexan. & Iaſon.
l *Modum.* id eſt quantitatem. Accurſius.
m *Obligationem.* ſcilicet primam, non indebiti.
n *Deberetur.* ex emptione: & ideo eius pretiũ partis tantum debebam: licet totius me putarem debere pretium. Azo. & facit ſupra eo. ſi pœnæ cauſa. §. ſi putem. Accur.
o *Condictionem.* vt ſ. ea. l. §. indebitum. & j. eo. qui exceptionẽ.

*Nõ obſtat: quia illud eſt ratione pietatis ſecundũ Bar. in l. elegan ter. §. ſi. ſ. eodem.*

*† Nõ. nemi nẽ cogi inire cõmunionẽ: nec etiã in ea quæ eſt inita per ſiſtere: vt in iurib' in gl. al. vnde facit ſecundum P. de Caſt. an valeat præceptũ factum ipſis heredibus ne diuidant. de quo vide per eũ, & per Alex. poſt eũ hic.*

p *Condicere.* quiuis enim antequã ab herede liberetur venditor, ſit naturaliter & ciuiliter debitũ[b], cum nec teſtator eũ liberauerit, nec heres fuerit in mora. nã qui nec à teſtatore manumiſſus erat, nec heres in mora fuerit: interim ſeruus eſt, ergo à ſimili & iſte interim eſt obligatus: tamen exceptionem habet: & ſi ſoluat, repetit: vt hic[c]. Sed contr j. de lib. leg. ſi quis reum. §. huic. Sol. ibi liberatio fuit legata ad tempus, non in perpetuum: & ideo indebitum non repetitur.

Iulianus libro decimo ſcripſit, ſi emptor fundi damnauerit heredem ſuum vt venditorem nexu venditi liberaret, mox venditor ignorans rem tradiderit: poſſe eũ fundum condicere [p]. Idemque eſt & ſi debitorem ſuũ damnauerit [q] liberare, & ille ignorans ſoluerit.

*Qui ignorans mandatum reuocatum, ſoluit, liberatur: ſciens non liberatur, nec indebitum repetit. Bartolus.*

Qui filiofamilias ſoluerit cum eſſet eius peculiaris debitor, ſi quidem ignorauit ademptum ei peculium, liberatur [r]. ſi ſcit, & ſoluit, condictionem non habet: quia ſciens indebitum [s] ſoluit.

*Non poteſt quis venire contra factum ſuum ad ſui commodum, etiam ex perſona alterius. Bartolus.*

Filiusfamilias contra Macedonianum mutuatus ſi ſoluerit, & patri ſuo heres effectus velit vindicare nummos, exceptione [t] ſummouebitur à vindicatione nummorum.

*Qui ſoluit indebitum ſcienter, ne incidat in aliud debitum putatiuum: tanquam indebitum repetit.*

Si quis quaſi ex compromiſſo condemnatus falsò[u] ſoluerit, repetere poteſt.

*Ab herede indebitum ſolutum, in omnem euentum repetitur. ſed ſi in quæſtione de hereditate ſuccumbat, debitum & indebitum repetitur. Bartolus.*

Hereditatis * vel bonorum poſſeſſori, ſi quidem defendat [x] hereditatem, indebitum ſolutum condici poterit. ſi verò is non defendat[y], etiam debitum ſolutum repeti poteſt.[z]

*Si libertus operas officiales indebitè præſtat, non repetit. Idem ſi earum æſtimationem. nec in eis poteſt alij delegari: ſed ſi delegatus præſtitit, non repetet. Si verò fabriles indebitè præſtiterit, non repetit eas, ſed earum æſtimationem: & in eis libertus poterit delegari. h. d. Primo loquitur in operis officialibus. ſecũdo in fabrilibus. tertio redit ad officiales: & immiſcet aliquid de fabrilibus. ſecunda ibi, ſed ſi operas. tertia ibi, ſed & ſi delegatus. Bar.*

q *Damnauerit.* id eſt præcepit heredi vt liberet debitorem, ſcilicet pecunia alicuius: vt differat à ſuperiori reſpon.
r *Liberatur.* Ar. ad quæſtionẽ monachi fugitiui, & ſyndici quondam accipiẽtis mutuã pecuniã, quòd abbas teneatur. ſic inſtit. mãda. §. recte. & infra de ſo. ſi quis ſeruo. hæc enim conditio ſimilis eſt conditioni certi: vt inſtit. quib. mo. re contrahi. ob. §. j.
s *Indebitũ.* filio: ſed patri debitum. & facit ſ. e. l. j. Accurſius.
t *Exceptione.* quæ patri vindicanti non obſtat: vt ſ. ſi cer. pet. l. ſi filius. & j. ad Macedo. l. ſed & ſi patri. §. j. ſed filio obſtat: licet vt heres agat, vt ſ. & C. ad Maced. ſi permittente. & j. ad Maced. l. ſed Iulianus. §. ſed & ſi filius. Et arg. infra eod. l. cum is. §. j. in fin. Sed arg. contra. ſ. de adop. l. ſi pater. §. qui duos.[d] & ſ. de eden. quædam. §. nihil.
u *Falsò.* iſtud falsò, determinat illud verbũ condẽnatus non illud ſoluit. nõ enim erat condemnatus[e]: ſed hic putabat ſe condemnatum. Accurſius.
x *Defendat.* contra legitimum: & ſic abſoluitur ſecũdum primũ, vel contra condicentem, ſecundum Azo. Si autem diceres eum verum heredem conuictum in peti. hered. non ideo agerent veri debitores condict. indebi. quia res inter alios, &c.
y *Non defendat.* & ita condemnatur Azo.
z *Repeti poteſt.* poteſt plane legi, vt dicas hũc §. loqui in herede & bonorum poſſeſſore putatiuo. & quod dicit debitum, ſcilicet defuncto, non ei qui dicit ſe heredem. Vel dic in herede & bonorum poſſeſſore non loqui. & quod dicit repeti, ſcilicet per condictionem indebiti. Verbum autem, poteſt, ponitur vt denotet iudicis poteſtatem, quæ de iure in cõuictum ſic poteſt exerceri, vt id quod vere eſt debitum, tãquam indebitum repetatur, ſi probetur ab agente condictione indebiti non eſſe heredẽ qui heres eſſe ſit, vel non eſſe debitum quod eſt. non aut dicitur poſſe repeti habito reſpectu veritatis & falſitatis. dic ergo, heredi vero, qui probatur nõ eſſe heres, ſecundum Azo.

Operas.

Libertus cũ ſe putaret operas[a] patrono debere[b], ſoluit. cõdicere eũ non poſſe, quanuis putans ſe obligatũ ſoluit, Iulianus libro decimo Digeſtorũ ſcripſit. natura[c] enim operas[d] patrono libert⁹ debet. Sed & ſi non operæ patrono ſunt ſolutæ, ſed cum officiũ[e] ab eo deſideraretur, cũ patrono decidit pecunia, & ſoluit, repetere non poteſt[f]. B Sed ſi operas patrono exhibuit non officiales[g], ſed fabriles[h], veluti[i] * pictorias, vel alias, dũ putat ſe debere, videndum an poſsit condicere. Et Celſus libro ſexto Digeſtorum putat eam eſſe cauſam[k] operarum, vt non ſint eædem[l], neq;[m] eiuſdẽ[n] hominis[o]: neq; eidem[p] exhibentur. Nam plerumq; robur[q] hominis, ætas temporis opportunitaſque naturalis mutat cauſam operarum: & ideo nec volens quis reddere poteſt[r]. Sed hæ, inquit, operæ[s] recipiunt æſtimationem. C & interdum[t] licet aliud præſtemus, inquit[u], aliud condicimus: vtputa fundum indebitum dedi, & fructus condico: vel hominem indebitum, & hũc ſine fraude modico[x] diſtraxiſti: nempe hoc ſolum refundere debes quod ex pretio habes[y]. vel meis[z] ſumptibus pretioſiorem hominem feci. nonne æſtimari[a] hæc debent[b]? ſic & in propoſito ait[c] poſſe condici quanti operas eſſem * conducturus[d]. B Sed ſi delegatus[e] ſit * à patrono officiales[f] operas, apud Marcellum libro viceſimo Digeſtorum quæritur. & dicit Marcellus non teneri eum[g]: niſi fortè in artificio[h] ſint. hæ enim iubente patrono & alij edendæ ſunt. Sed ſi ſoluerit officiales[i] delegatus, non poteſt condicere neque ei cui ſoluit creditori[k], cui alterius[l] contemplatione ſolutum eſt, quique ſuum recipit: neque patrono, quia natura[m] ei debentur. C

*Si ſoluatur pars vnius ex rebus alterna-*

a *Operas.* ſcilicet obſequiales.

b *Debere.* ex ꝓmiſsione. vere enim debebat etiã ſine ea promiſsione naturaliter[a], vt ſubiicit: ideo dicas ꝙ de obſequialibus dicit. Sed nonne diſtinguitur, vt aliàs in tali indebito ſoluto: vt C. de leg. Falcid. l. error? Reſpon. non[b]: quia licet ſit tantum naturaliter debitum, poteſt tamen per officium iudicis cogi: vt ſupra de offic præfec. vrbi. l. j. §. cum patronus.

c *Natura.* id eſt ratione inſita à natura: quæ eſt vt benefacienti benefaciamus. non natura, id eſt iure naturali: quia omnes homines de iure naturali ſunt liberi. & ſic ponitur C. de in ius vocan. l. ij. Azo. Vel dic melius, natura, id eſt iure gentium quod naturale dicitur: vt inſtitut. de rerum diui. §. ſingulorum.

d *Operas* ſcilicet obſequiales*. Accur.

e *Officium.* id eſt obſequiales operæ: quę officiales hic vocantur, ideo quia ſic omnes operæ vocantur.

f *Repetere non poteſt.* hoc eſt etiam in omni obligatione, vel opera. nam tranſactio impedit repetitionem: vt infra eo. in ſumma. in prin. Acc.

g *Officiales.* id eſt obſequiales, nam omnis opera poteſt dici officialis. cũ opera ſit diurnum officium: vt infra de oper. lib. l. j.

h *Fabriles.* ſcilicet incertas quaſcunque patronus indiceret. Accurſius.

i *Veluti.* iſtud veluti, exemplificatiuum eſt ſolutionis, non operarum fabrilium: quia ſic eſſent certæ.

k *Cauſam.* id eſt naturam vel conditionem.

l *Eædem.* infra de duo. reis. l. nemo. contra. Solu. ibi in genere ſunt eædẽ: hic ſpecie non ſunt eædem. vel ibi fictione iuris.

m *Neque.* id eſt non videntur eædem, vel reuera non ſunt eædem. & ſic non poſſunt illæ quæ ſunt exhibitæ, reddi: cum alia prorſus ſit opera hodierna quàm craſtina. & quod ſubiicit, neque eiuſdem hominis, & cætera, id eſt neque etiam ſi exhibeantur ab eodem & eidem. & ideo videbantur eædem. non tamen ſunt eædem. cum ergo non ſint eædem, non poſſunt condici. id enim condicimus, quando ſoluimus: licet quandoque aliter reperiatur: & hoc eſt quod ſubiicit, interdum &c. Accurſius.

n *Eiuſdem.* ſi ſint eædem, id eſt ſimiles.

o *Hominis.* ſcilicet operæ ſunt eædem.

p *Eidem.* multo magis ergo ſi alius exhibeat, & alij exhibeantur. Ioan.

q *Robur.* vt in authen. de fi. inſtru. §. j.

r *Reddere poteſt.* & ſic videtur quòd ceſſet repetitio: vt j. de præſcriptis verb. l. pe. Sed cõtra eſt: quia agitur ad æſtimationẽ, vt ſubiicit: ſed videtur quod operæ repetantur, vel ſimiles: vt ſ. de ope. ſer. l. ſi. in prin. quæ eſt contra. Solu. ibi de æſtimatione quòd repeti poſsit intelligitur. Accurſius.

s *Operæ.* ſcilicet incertæ. idem credo & ſi ſint certæ multo magis. Sed Io. dicit, quòd vbi certæ indebitæ ſolutæ ſunt, illæ eædem repeti poſſunt, id eſt ſimiles, non æſtimatio. Sed quæ eſt ratio. nam & cum incertam operam ſtipulor, certa poſtmodum ſoluetur opera. cur ergo illa eadem non repetitur: ſed æſtimatio? Sed ipſe reſpondet: ſi eadem ſolueretur opera: ergo etiam in alio genere repeti poſſet, quàm ſoluta eſt. nam is qui ſoluit & repetit, debet habere electionem: ſicut habet is cui promittitur incerta opera. nec eſt ſpectãdum quod ſoluitur: ſed natura ſtipulationis, quæ in certa opera non conſiſtit.

t *Et interdum.* ſcilicet aliàs, ergo &c.

u *Inquit.* Iulianus.

x *Modico.* ſcilicet pretio.

A y *Habes.* ergo no. quòd qui hac condictione tenetur, ad hoc tenetur quod apud eum eſt, niſi dolo ſciens deſiiſſet habere: vt infra eo. in ſumma §. penul.

z *Meis ſumptibus.* ego ſoluens.

a *Aeſtimari.* id eſt curari: quia ſemper aliud pro alio repetitur.

b *Debent.* ſcilicet ꝙ modico diſtraxiſſet, vel quia ego ſoluens feci hominẽ pretioſiorẽ: vt expetis vltra pretium cõſequar. & hoc niſi ſciens acceperit indebitum: vt infra eod. l. in ſumma. §. ſi ſeruũ. Azo. Vel dic: feci egi, cui ſolutum eſt indebite. & ſic mutat perſonas. ſolum ergo pretium acceptum redditur poſtpoſita melioratione.

c *Ait.* Iulianus.

d *Conducturus.* non quanti hic locare potuiſſet. vt ſic non excat naturam condictionis indebiti, quæ non vult verſari in damno eum qui ea tenetur.

e *Delegatus.* ergo promiſit: vt C. de noua. l. j.

f *Officiales.* id eſt obſequiales alij præſtandas, quæritur ſcilicet an teneatur ei cui delegatus eſt? & certè non: quia non poſſent cedi niſi patrono, ſed ſolutæ non repetũtur, vt ſubiicit.

g *Eum.* ſcilicet ciuiliter & naturaliter: vt ſtatim ſequitur in fine. §.

** eſſet.*

** Sed & ſi dele ſit alij à pa. in off.*

h *In artificio.* ſcilicet certo, idẽ forſan & ſi in incerto. Ioan. ſed non eſt verum: vt j. in glo. magna fin.

i *Officiales.* id eſt obſequiales. Accurſius.

k *Creditori.* nunc facto. vel ante tenebatur ei delegans ad talia.

l *Alterius.* ſcilicet patroni.

m *Natura.* hoc expone vt in prin. huius. §. quia operarum à libertis patrono debitarum facta eſt mentio. Et diſtingue: quia operarum aliæ ſunt obſequiales, aliæ fabriles, & aliæ artificiales. Obſequiales aliæ in faciendo, vt in aſſurgendo, & ſimilibus. aliæ in non faciendo, vt de non vocãdo in ius. & differũt hæ inter ſe. nam quæ ſunt in faciendo, non tranſeunt ad heredem extraneum: vt C. de ope. lib. l. liberti. ſed ad filios ſic: vt C. eo. tit. l. qui manumittuntur. & C. de obſe. l. v. etiam exheredatos: niſi ſint mala mente exheredati, quia fuerant ingrati: vt j. de bo. lib. l. ſi patronus. §. ſi quis non mala mente. Sed quę ſunt in non faciendo, vt de non vocando in ius, & ſimiles tranſeunt ad heredes, etiam extraneos: vt C. de in ius. voc. l. venia. E contra D conueniunt: quia ipſa natura & ſine impoſitione debentur: vt hoc §. in prin. & in fi. & proprius dicitur honor ſiue reuerentia quã operæ. ſed fabriles & artificiales ſunt impropriè operæ, cum opera ſit diurnum officium: vt j. de oper. lib. l. j. Sunt autem fabriles incertæ[c]: vt x. operæ, non expreſſo ſcriptorias vel pictorias. Artificiales certæ, vt quando expreſsit, vt pictorias. licet lex quandoque his vocabulis abutatur. de his autem dic qualiter imponuntur, & in quibus differant, & in quibus conueniant. Imponuntur autem per ſtipulationem & per iuſiuran. vt j. de lib. cau. l. fina. §. adeo. & j. de ope. lib. l. vt iureiu. Differunt autem in ſex. Primo in ceſsione diei. nam certæ operæ ſtatim cedunt, & veniunt cum poſſunt præſtari. cedunt tamen à die ſtipulationis. incertæ non niſi inducantur, & à patrono petantur. vtræque tamen petuntur tunc demum, quando tantum tranſierit tempus quo præſtari potuerunt: vt j. de ope. lib. l. quotiens certæ. & l. cum patronus. j. reſpon. & l. ſi quis hac. §. iudicium. & l. operæ in rerum. nam. l. illa, quotiens. primo in operis certis loquitur, poſtea de incertis. Secundo differunt in ſolutione. certæ enim alij ſolui poſſunt: incertæ non: vt infra de ope. lib. operæ in rerum. Duobus tamen caſibus etiam incertæ alij ſoluuntur, volente patrono. Primus, ſi patronus non poteſt vti aliter operis liberti. Secundus, ſi eſt inops: vt infra de ope. lib. l. patronus qui operas,

*Operarum genus triplex: & inter ſe cõueniunt & differunt.*

*c Reprobatur, quia fabriles & artificiales pro eodẽ ponuntur, ſecundũ Bar. Zo. Ale. & Ia.*

operas. & l. ſi libertus artem. Tertio differunt in adiectione perſonarum facta in ſtipulatione. certas enim mihi aut Titio, incertas mihi tantum ſtipulor. Itē certas poteſt mihi, vel ſibi, vel ſimpliciter ſtipulari ſeruus meus: incertas mihi, vel ſimpliciter, non ſibi: vt j. de ope. lib. l. ſeruus patroni. j. reſpon. & l. libertus. & l. nihil. & l. quia. & l. hæ operæ. j. reſpon. Et not. quia in lege illa, hæ. appellat fabriles certas. Quarto differūt in exhibitiōe: quia certas debet præſtare libertus victu & veſtitu patroni: incertas ſuo victu: vt j. de oper. libe. l. ſuo. & l. aut certæ. & l. imponi. & l. pe. lex enim pe. quæ dicit victum eſſe præſtandum, ſuper certis tantum intelligitur: quia ſi de incertis tantum loqueretur, male diceret libertū, aut quemlibet alium, edentem operas: quia incertæ per alium edi non poſſunt, nec alij: vt j. de ope. libe. l. operæ in rerum. Quinto differunt quia in incertis fideiuſſor ex ſua mora teneri non poteſt: vtpote cū non cedant niſi cū iudicātur. ſed in certis operis eſt idem quod in qualibet credita pecunia: vt infra de ope. li. ſi libert⁹ meus. & l. à duobus. Sexto differunt in tranſmiſsione: circa quam nota duo generalia in quibus conueniunt. Primum: quia nulla opera tranſit ad heredem heredis: vt j. de verbo ſignifi. ſciendum. Item quia ad omnem operam ſcilicet fabrilem vel artificialem agunt liberi, ſi patronus ſibi liberiſque ſuis fuit ſtipulatus, & pro æqualibus portionibus, & vtili actione, etiam ſi non ſint heredes. & ſic intelligitur infra de ope. libe. ſi quis operas. & in l. vt iureiurando. §. ſi liberi. & de verborum obligat. quodcunque. §. ſi quis. Si vero ſibi tantum ſtipulatus ſit patronus, & incertas operas, ad heredem extraneū non tranſmittit etiam lite conteſta. niſi forte condēnatio fuerit facta, ad liberos autem etiam non inſtitutos, dummodo nō mala mente exheredatos, etiam lite. non conteſta. tranſmittit: dum tamen ſint præteritæ. futurę enim alij cedi non poſſunt. D & hæc probantur infra de oper. lib. l. à duobus. & l. ſi operarum iudicio. & l. qui libertos. §. non ſolum. & §. ſed ſi iam. & l. operæ in rerum. in prin. & de bo. libe. l. ſi patronus. §. ſi quis non mala mente. & de acqui. here. ſi quis pro herede. §. ſi quis. cum autem certas ſibi ſtipulatus eſt patronus, non tranſmittit eas niſi ad heredes ſuos vel extraneos: directo tamen per ſe, & non per alios ad ſucceſsionem venientes, & pro hereditariis portionibus: quia ſicut credita pecunia petitur opera: vt j. de ope. lib. l. à duobus. & l. cum patronus. §. cum patronus. & §. cum libertus.

** Stipulat⁹ ad promiſſo rē refertur, licet ſæpius actiue ſignificet: hic tamē paſſiue vſurpatur: quod negauit vſquam reperiri Cōnanus.* L.R.

*† Priora.*

*tiue debitis: an cōpetat liberatio, vel detur repetitio, pendet ex euentu. Bartolus.*

Si decem aut Stichum ſtipulatus[a]*, ſoluam quinq;: quæritur an poſsim condicere. Quæſtio ex hoc deſcēdit, an liberer in quinq;. nam ſi liberor, ceſſat condictio[b]. ſi non liberor, erit condictio.[c] Placuit autem (vt Celſus libro ſexto, & Marcellus libro viceſimo Digeſtorū ſcripſit) non perimi[d] partem dimidiā B obligationis. Ideoque eum qui quinq; ſoluit, in pendenti habendum an liberaretur, petique ab eo poſſe reliqua quinque, aut Stichum. & ſi præſtiterit reſidua quinq;, videri eum & † in priora debita ſoluiſſe. ſi autem Stichū pręſtitiſſet, quinq; eū poſſe condicere quaſi indebita, ſic poſterior ſolutio cōprobabit[e], priora quinque vtrum debita an indebita ſoluerentur. Sed & ſi poſt ſoluta quinque & Stichus ſoluatur, & malim ego[f] habere quinque & Stichum reddere, an ſim audiendus quærit Celſus: C & putat natam eſſe in quinque condictionem[g]: quamuis vtroque[h] ſimul ſoluto, mihi retinendi quod vellem arbitrium daretur[i].

*In obligatione alternatiua, ſolutione partium in diuerſis rebus liberatio non contingit: licet ad plures heredes creditoris vel promiſſoris pertineat obligatio.*

Idem ait[k], & ſi duo heredes ſint ſtipulatoris, non ſic poſſe alteri quinque ſolutis, alteri partem Stichi ſolui. Idē & ſi duo ſint promiſſoris heredes. ſecundum quæ[l] liberatio non contingit, niſi aut vtrique[m] quina aut vtrique partes Stichi fuerint ſolutæ.

*Glo. intelligit iſtam. l. vno modo, & Guil. alio modo. ſecundum glo. breuiter hoc intendit: Sicut promiſſum incerto loco, poteſt vbique peti: ita ſolutum indebite certo loco, non obſtante errore ſoluentis. Bartolus.*

XXVII. PAVLVS libro vicenſimooctauo ad Edictum.

QVi loco certo debere exiſtimans[n] indebitum ſoluit[o], quolibet[p] loco repetet. non enim exiſtimationē ſoluentis eadem ſpecies repetitionis ſequitur.

*Tutus exceptione rei iudicatæ, ſoluēs non repetit. Bartolus.*

XXVIII. IDEM libro trigenſimoſecundo ad Edictum.

IVdex ſi malè abſoluit, & abſolutus ſua ſponte ſoluerit, repetere non poteſt[q].

*Pupillus prodigus, & furioſus indebite ſolutum repetunt etiam vbi alius non repeteret. Bartolus.*

XXIX. VLPIANVS libro ſecundo Diſputationum.

INterdum perſona[r] locum facit repetitioni:[s] vtputa ſi pupillus ſine tutoris auctoritate, vel furioſus, vel is cui bonis interdictum eſt, ſoluerit. nam in his perſonis generaliter repetitioni locum eſſe non ambigitur[t].

a *Stipulatus.* id eſt interrogatus promittere per ſtipulationē, ſic in authen. de æqua. do. §. j. ibi, & cum ſtipulentur alterutros &c. & inſti. qui. mo. tol. ob. §. pe. & infra de ſol. in his. vel ſub. ſit aliquis à me. Accurſius.

b *Condictio.* hoc regulariter fallit: vt j. eo. l. Neratius.

c *Condictio.* vtrumque autem ſimul non: vt j. de ſolu. qui hominem. §. fin. Accurſius.

d *Non perimi partem.* immo videtur quòd ſit pars perempta: & quòd tantùm pars Stichi ſit petenda: vt infra de accept. l. qui hominem. quæ eſt contra. Solu. non eſt contra: quia non pro- A hibetur ibi Stichum petere, ſed partem peti poſſe dicit. Vel illa eſt diſtinctio legis, non hominis. Vel quia ibi dicit perimi, id eſt interim non poſſe ſortiri effectum. nam obligatio durat, non autem extincta eſt: vt hic. Cum hoc autem dicto facit infra de ſolu. qui hominem. in princip. & §. j. & §. penult. & de leg. ij. ſi quis duobus. Item contra infra de ſolut. ſtipulatus. §. j. ſed ibi certus homo, puta Stichus debebatur, cuius parte ſoluta à parte liberatur. ſecus ſi in genere, vel ſub alternatione: vt ibi, & hic, & infra de verbo. oblig. l. ij. in princip. Accurſius.

e *Comprobabit.* id eſt declarabit.

f *Et malim ego.* ſcilicet creditor. nam mutat perſonas.

g *Condictionem.* indebiti.

h *Vtroque.* Sticho & decem.

i *Daretur.* hoc iure veteri: ſed hodie eſt electio ſoluentis: vt C. eo. l. penul. quę eſt cōtra. & ſic corrigitur hoc. Vel hic erat in optione ſtipulatoris, ibi promiſſoris. Accurſius.

k *Idem ait.* ſcilicet dicendum. Accurſius.

l *Secundum quæ.* ſcilicet iam dicta, non proximo, ſed alio caſu.

m *Vtrique.* ſcilicet heredum ſtipulantis.

QVi loco.} CASVS. Credebam me tibi debere decem. Romæ ſolui. nunquid alibi quàm Romæ poſſum repetere? Dicit quòd ſic. Viuianus.

n *Exiſtimans.* & ita nō errauit quo ad certa loca. vnde videbatur quòd in ceteris non poſsit repetere: poteſt tamen ſimilis dubitatio eſſe infra de conſtitu. pecu. l. eum qui j. reſpon. Accurſius.

o *Soluit.* in illo loco: idem ſi in alio.

p *Quolibet.* idoneo tamen. Arg. infra de mune. & ho. vt gradatim. §. & ſi lege. Sic & j. de conſti. pecu. l. quæ autem. in fi.

IVdex.} CASVS. Debebam tibi decem. & cum peteres à me, iudex me abſoluit demum, quia bonam fidem habui, ſolui. D nunquid repetam? Dicit quòd non. Viuianus.

q *Non poteſt.* natura enim debitor remanſit: vt patet infra eo. Iulianus.

INterdum.} CASVS. Dicit quòd quandoq; cōdicit vnus, quod alius non condicet. & eſt exemplū in pupillo ſoluente ſine tutoris auctoritate: quia repetit quod ſolutum eſt. Viuianus.

r *Interdum perſona.* q. d. aliquid condicit & repetit vnus quod alius non condicet: vt ſtatim dices. Accurſius.

s *Repetitioni.* hoc modo qui ſequitur, & ſi quidem &c. Accurſius.

t *Locum eſſe nō ambigitur.* Quomodo poteſt eſſe quod hæc lex dicit? nam aut erat debitū ſolutū, aut indebitū. Si debitū, conſumpta pecunia non cōdicitur, nec vindicatur: quia tantū facit conſumptio, quantum dominij tranſlatio à principio: vt ſ. de re. cre. ſi certum pe. l. ſi filiusfamilias. & l. nō omnis numeratio. §. ſi pupillus. quæ eſt contra. & j. de ſolu. quòd ſi forte. §. fin. quæ eſt ſimiliter contra. Si indebitum erat, ergo de iure cōmuni datur repetitio: & ſic nō facit perſona locum repetitioni. Sed reſpon. quod erat indebitū ciuiliter: ſed tale ſcilicet naturale debitum quod ſolutum eſt à maiore, nō repeteretur, puta legatū non deducta Falcidia, ſolutum per ignorantiā iuris: vt C.

vt C. ad legem Falcid. error. Idem in caſibus in quibus condi- A ctio hæc ceſſat: aliàs in maioribus quos diximus ſupra eod. l. eleganter. §. ſi. Pupillus vero repetit[a] per reſtitutionem præha bitam: vt hic, & ſupra de mino. illud. in prin. & C. ſi aduer. ſol. indebito. & ſecundum hoc non obſtat dicta. l. non omnis. nec illa, quòd ſi forte. quia ibi de ciuiliter & naturaliter debito dicit. vel ſecũdum Azo. ibi de rigore: ſed hic de æquitate dicit. Sed ſecundum quòd hanc legem modo intellegimus, idem eſſet in quolibet minore, eo excepto, quòd pupill⁹ extantes ſine reſtitutione vindicat, pubes vero reſtitutus demũ: quod verum eſt, ſcilicet quòd in minore quolibet loquatur: ſed de pupillo gratia exẽpli loquitur. Sed opponitur, quando minor repetit naturale debitum per in integrum reſt. præhabitam, & poſtea condictionem intentatam: nonne obligatio naturalis qua tenebatur minor, reſtituitur contra eum: vt C. ſi aduer. tranſact. l. j. ergo illius nomine cõtra in integrum reſtitu. obiicitur compenſatio: vt ſupra de negotiis geſt. l. iij. §. pupillus? Reſpon. id non puto quod compenſatio[b] obiiciatur: quia ſic P. minori non prodeſſet reſtitutio: vt not. in quæſtione infra eo. tit. l. cum is. §. j. Patet ergo naturale debitum à minore ſolutum condici petita prius in integ. reſti. ſed P. dicit citra reſtitutionem pupillũ condicere pecuniam conſumptã. & pro ſe inducit. j. ad Treb. l. ſi eius. §. & ſi eius. & l. iſtam interdum. In adultis autem cõfitetur quòd per reſtitutionẽ: vt infra de acquir. her. l. impuberibus. ſed l. illam, ſi eius, retorqueo in eum. nam ibi dicit quòd pupillus non repetit naturale debitum, ſcilicet ab herede qui reſtituit hereditatem, nullo modo quando ante reſtitutionem hereditatis eſt ei ſolutum: nec à fideiuſſore ſine reſtitutione. ſi autem poſt reſtitutionẽ hereditatis ſoluatur heredi, iure communi citra reſtitutionẽ repetitur: quia naturalis obligatio iam tranſlata erat ad fideicommiſſarium. Item nec hæc lex facit pro eo. nam perſona pupilli & furioſi facit locum repetitioni: quia ſi extat pecunia ſoluta, repetitur per rei vin. Si autem conſumpta ſit pecunia ſoluta, ſi quidem à pupillo, cedit in ſolutum debiti naturalis: nec repetitur, niſi iuuetur pupillus beneficio reſtitutionis: vt dixi. ſi autem furioſus vel prodigus ſoluat, pecuniam conſumptam repetunt per condictionem ſine cauſa, etiã non petita reſtitutione: quia nõ intelligũtur voluiſſe ſoluere. ſiquidẽ in negotiis cõtrahendis alia eſt cauſa furioſorum, & alia pupillorum: vt infra de regu. iur. in negotiis geſtis. Sic ergo conſumptione facta reconciliatur indebitum à pupillo ſolutum, ſed nõ à furioſo vel prodigo: quia qui expreſſe conſentire non poſſunt, nec tacite poſſunt: vt infra locati. l. qui ad certum. & facit ad hanc l. j. de bo. auct. iud. poſsi. ſi non ex. §. j. Accurſius.

Et ſi quidem extant nummi, vindicabuntur[a]: conſumptis verò condictio [b] locum habebit.

*Si quis ſoluat tutus exceptione, quia ſibi debetur, non repetit, ſed ſuum debitum petit. Bartolus.*

XXX. IDEM libro decimo Diſputationum.

QVi inuicem * creditori idemq; debitor eſt, in iis caſibus in quibus compenſatio locũ non habet, ſi ſoluit, non habet[c] condictionẽ veluti indebiti ſoluti, ſed ſui crediti petitionem. B

*Qui promiſit plus quàm deberet, condicit liberationem. Bartolus.*

XXXI. IDEM libro primo Opinionum.

IS qui [d] plus quàm hereditaria portio efficit, per errorem creditori cauerit,[e] indebiti promiſsi habet condictionem.[f]

*Vna ex rebus alternatiue debitis ſolutis ſimul perempta, quæ ſupereſt remanet in ſolutum. Bartolus.*

a *Vindicabuntur.* etiam ſine reſtitutione: quia non eſt facta accipientis pecunia.

b *Condictio.* hoc ita tamen demum ſi reſtituatur ſecundum nos, licet Placen. contra: vt modo diximus. Accurſius.

QVi inuicem.) C A S V S. Debebã tibi decem ex cauſa depoſiti: & debebas mihi decẽ ex cauſa mutui. in caſibus iſtis nõ eſt locus compenſationi. vnde ſi tibi ſoluerim tua decem, nõ repetam, immo mea decem quæ mihi debebas. Viuia.

c *Non habet.* vt in depoſito: vt C. de compen. l. fin. & cum ex vna parte debetur ſpecies, ex alia quantitas. Item in vino vel frumento vel oleo publico. Item in vectigalibus, tributis & alimentis fideicommiſsis, vel pecunia quæ ſtatutis ſumptibus ſeruit. vt C. de compen. l. in cauſa. ſecundum Io. Sed idem videtur in omnibus. vbi ipſo iure compenſatio non fit. Si autem ipſo iure fiat compenſatio, vt de negligentia, ad negligentiam, aliud eſt ſecundum H. vt infra de compen. l. ſi ambo. §. j. Accurſius.

IS qui.) C A S V S. Inſtituit aliquis me heredẽ in teſtamento, qui forte habebat creditorem. & cum erã inſtitutus pro tertia parte, credebã me heredem inſtitutum pro dimidia, promiſi me ſoluturũ creditori hereditario pro dimidia hereditatis. Dicit quòd cautionem repetere poſſum. Viuianus.

d *Is qui.* ſcilicet heres.

e *Cauerit.* ſcilicet creditori. Accurſius.

f *Condictionem.* ſine cauſa, vel incerti: vt j. de condic. ſine cau. l. qui ſine.

XXXII. IVLIANVS libro primo Digeſtorum.

CVm is qui Pamphilum aut Stichum [g] debet, ſimul vtrumque ſoluerit, ſi poſtea quàm vtrunque ſoluerit, aut vterque aut alter ex his deſiit in rerum natura eſſe, nihil repetet[h]. id enim remanebit in ſoluto, quod ſupereſt[i].

*Solutio quæ fideiuſſori parit repetitionem, non parit reo liberationem. Bartolus.*

Fideiuſſor cum paciſcitur[k] ne ab eo pecunia petatur, & per imprudentiam[l] ſoluerit, condicere[m] ſtipulatori[n] poterit. & ideo[o] reus quidem manet obligatus: ipſe[p] autem ſua exceptione tutus eſt. Nihil autem intereſt, fideiuſſor an heres eius ſoluat. Quòd ſi huic fideiuſſori reus heres extiterit, & ſoluerit, nec repetet: & liberabitur.

*Quando à pietate cauſatur error, ceſſat repetitio indebiti ſoluti. Bartolus.*

Mulier[q] ſi in ea opiniõe ſit,

CVm is.) C A S V S. Promiſeras mihi Stichum aut Pamphilum. vtrumq; ſoluiſti. deinde deceſsit alter. Dicit quòd ille qui ſupereſt, remanet in obligatione: vnde non repetitur. (FIDEIVSSOR.) Titius debebat tibi decem: pro eo fideiuſsi: feci pactum de non petendo à me. poſtea aliquo caſu ignorans tibi ſolui. Dicit quòd repetam. Idem eſt ſi ego deceſſi & heres meus ſoluerit. Sed pone quòd Titius mihi ſucceſsit, & ſoluerit: nunquid repetet? Dicit quòd non: ſed liberatur. (SI IN EA.) Nomine dotis mulier quædam pro alia ſoluit decem marito futuro, credens ſe teneri. an repetere poſ ſit? dicitur quòd non: quia cauſa pietatis tollit repetitionem: quam aliàs induceret falſa opinio. (QVI HOMINEM.) Credidi me debere tibi hominem in genere. dicit quòd ſimilis ſum ei qui hominem aut x. debet: veluti ſi ad hominem in genere tenebar, & credebam me teneri ad Stichum: cum ſoluero condicam. Viuianus. C

† *Scribẽtes hic reputãt iſtum text. ſing. ad hoc q licet promittẽs aliquid tanquã debitũ, cũ non eſſet debitũ, habeat condictionẽ inde biti: tamen fallit in iſto caſu ſingu. Bolo. Factũ proprium ignorare licet.*

g *Aut Stichum.* alternatiue. Accurſius.

h *Repetet.* loquitur hic quando ad certam ſpeciem datur hæc condictio. aliàs, id eſt ſi ad quantitatem, non liberaretur interitu ſpecie, ſicut nec in mutuo: vt C. ſi cer. pet. l. incendium. & ſic non obſtat. §. libertus. ſupra eodẽ. l. ſi non ſortem. Item no. hic quòd proprium factum ignorare licet: vt ſ. eo. ſed & ſi me putem.

i *Supereſt.* cum alter deceſsit. Azo. Sed ſi non ſoluiſſet qui ſuperſtes fuiſſet, dandus eſt: vt infra de cõtrahen. empt. ſi in emptione. §. penul. Accurſius.

k *Paciſcitur.* non in re, ſed de ſua perſona tantum. ſic ſupra de iureiur. l. duobus. §. j.

l *Imprudentiam.* facti, vel iuris: cũ ſublata ſit naturalis obligatio per pactum: vt j. de ſolu. Stichum. §. naturalis.

m *Condicere.* condictione indebiti.

n *Stipulatori.* id eſt à ſtipulatore.

o *Et ideo.* bona ratio: quia eadẽ ſolutio nõ parit liberationem reo, & repetitionẽ fideiuſſori: vt hic, & j. de ſol. l. qui hominẽ. §. ſi. Azo. & j. eo. ſi fideiuſſor. Sed ſi id quod naturaliter tãtum deberetur, per ignorãtiam facti probabilem ſoluatur, repetitur vt indebitum: vt Cod. ad leg. Falcid. error. Si agatur condic. indeb. nonne poterit naturalis debiti compenſatio opponi: vt j. de compen. l. etiam. & ſupra de neg. geſt. l. iij. §. pupillus? Videtur quòd ſic. nam per ſolutionem talẽ non fuit ſublata obligatio naturalis: quia eadem ſolutio non poteſt parere liberationem & repetitionem, vt dixi. Nec obſtat quod eſt j. de ſolu. l. in numerationibus. in fi. licet enim vna ſolutio & liberationem & obligationem ſimul pariat, vt ibi: nunquam tamen repetitur pecunia vt indebita: vt eiuſdem pecuniæ contingat liberatio & repetitio. non ſunt ergo contrarij effectus ibi: ſed hic ſic. Ego tamen puto non poſſe compenſari naturale debitũ in hoc caſu: quia ſecundũ hoc lex quæ dicit naturale debitum repeti, impoſita eſſet verbis, & non rebus, & vna via repeteretur, & altera non: quia eſſet iniquum: vt C. communia de leg. l. ij. Azo. & facit ad §. j. nam ſi fideiuſſor. §. non male. & §. vltimo. Accurſius. D

p *Ipſe.* ſcilicet fideiuſſor.

q *Mulier.* mater forte vel extranea.

Non

a *Non repetit.* niſi eſſet tutrix, & ratione officij ſoluiſſet: vt infra de admi. tut. cum poſt. §. j. & licet hæc condictio ceſſet, alia actio quandoque datur ſoluenti: vt infra ſolut. ma. l. ſi pater ignorans.

b *Non poteſt.* niſi in caſu: vt C. de nup. l. patrem. Quid autem ſi fideiuſsit pro dote mulier, quo caſu ceſſat Vell. vt C. ad Vell. l. generaliter. nonne repetet? Reſpō. ſic à muliere: arg. d. l. de admi. tut. l. cum poſt. §. j. Intellige ergo hic quòd ſuo nomine credebat teneri ſe pro ſua obligatione: pro alia tamen muliere. Accurſius.

c *Qui hominem.* ſi dicas hominē, ſcilicet incertum, aut x. omnia ſunt plana: & erunt ſimiles hi caſus in omnibus: & nihil eſt contra. Si autem dicas hominē, ſcilicet certum, puta Stichum, aut x. erit ſimilitudo in ſoluendo. nam quilibet eorum antequam ſoluat habet electionem, dummodo non vilisſimum ſoluat debitor in genere: vt inſti. de act. §. huic autem. & j. man. l. ſi fideiuſſorem. Item ſunt ſimiles, quia neuter præciſe tenetur ad aliquem. In repetendo aūt an ſint ſimiles? Videtur quòd ſint, vt hic dicit. nam ſi ideo repetit, quia eſt ei ſimilis: ergo & ſi is qui Stichum aut x. debet, credens ſe debere Stichum, ſoluat, repetit: vt hic dicere videtur. Sed cōtra infra de leg. ij. ſi is cui. vbi dicit quòd non repetit. Solu. ſecundum R. diſtingue, an per errorem facti ſoluit: vt quia neſciebat alternatiue promiſſum: & tunc repetat, vt hic. an per errorem iuris, credens forte ſe teneri ad meliorem: & tunc non, vt ibi. Alij dicunt quòd hæc illam corrigit, ex eo quòd hæc à Iuſtiniano confirmata videtur: vt C. de condi. indeb. ſi quis ſeruum. Tertij dicunt quòd hic eſt diſiunctio legis non hominis. Prima non placet: quia lex contra videtur loqui de ſoluente per errorem facti. item nec ſecunda: [a] quia lex illa, ſi quis. loquitur quando vtrunque eſt ſolutum. Tu dicas quòd non ideo repetit debitor in genere, quia ſimilis ſit ei quia alternatiue debet. nā licet in aliquo ſit ſimilis, non tamē in omnibus. ſed ideo repetit debitor generis, de quo hic dicit, quia nullus ſeruus erat in obligatione, ſed in ſolutione tantum: vt j. de leg. j. cum incertus. licet ſit arg. contra. j. de leg. ij. l. Mæuius. §. duobus. ſed dic vt ibi not. ſed in alternatiua vtrunque eſt in obligatione: vt j. de verb. oblig. ſi duo rei. & j. de ſolu. qui. x. §. Stichum. & ideo dico quòd non repetit: vt in d. l. contraria. ſi is cui. & ſecundum hoc poſtpone, ideo: & dic ideo cō dicet, cum exiſtimaret &c.

** Quia nihil indebitū ad dominū peruenit, ſed rē ſuam habere incipit ſi aliena area eſſet, poſſeſſionē rectè cōdiceret incerti. L. R.*

*a Reprobatur, ſecundum Bal. & P.*

*b Iſta glo. eſt ſingularis & vnica ad hoc, ꝙ obligatio generis nihil dicitur cōtinere, ſecundum Bald. pro cui⁹ gl. coadiuuatione faciunt duo quæ poteris videre hic in ſecūdis interpreta. Bolo.*

d *Exiſtimaret.* [b] is qui generaliter promiſit hominem. nā hunc tantū proſequitur, vt modo dixi. ſunt ergo ſimiles in ſoluendo. Itē quia neuter pręciſe tenetur: ſed diſsimiles in aliis duobus, ſcilicet in repetendo: & quia in altero vtrumq; eſt obligatione: in altero nihil. Accurſius.

e *Quemlibet.* vt puta mediocrem. Azo.

S *I in area.* ⁊ C a s v s. In area tua domū ædificaui. eam ædificatam nactus es, an condicam? Dicit quòd non. Si autē poſtquam ædificaui, tibi ædes tradidi, non condicam? quia non feci domos iſtas accipientis: quia prius erant tuæ. vnde pone: Credebam me heredem: domos hereditarias fulſi: ad expēſas mihi potero conſulere per retentionē. Cetera ſunt plana vſq; ad l. frater à fratre. Viuianus.

vt credat ſe pro dote obligatam, quicquid dotis nomine dederit, non repetit.[a] ſublata enim falſa opinione relinquitur pietatis cauſa: ex qua ſolutum repeti non poteſt[b].

*Obligatio generis & alternatiua æquiparantur: & in obligatione generis qui certam ſpeciem ſoluit, putans ſe ad eam teneri, repetit. h. d. Primo ponit vnum dictum. Secundo ponit aliud. ſecunda ibi, & ideo. neque eſt dicendum quòd ſecunda pars ſit illatio primi dicti. Bartolus.*

B Qui hominem generaliter promiſit, ſimilis eſt ei qui hominem[c] aut decem debet: & ideo ſi cum exiſtimaret[d] ſe Stichum promiſiſſe, eum dederit, condicet: alium autem quemlibet[e] dando liberari poterit.

*Vbi inter partes nullum negotium geſtū eſt, ceſſat condictio indebiti. h. d. Diuiditur in duas partes. primo quando quis ædificat in ſolo alieno à domino poſſeſſo. ſecūdo quādo quis ædificat in ſolo alieno à ſe poſſeſſo. ſecunda ibi, ſed & ſi is. Bartolus.*

XXXIII. Idem libro tricenſimonono Digeſtorum.

SI in area tua ædificaſſem, & tu ædes poſsideres, cōdictio[f] locum non habebit: * C quia nullum negotium inter nos contraheretur. Nam is qui non debitam pecuniam ſoluerit, hoc ipſo aliquid negotij[g] gerit. Cum autem ædificium in area ſua ab alio poſitum dominus occupat, nullum negotium contrahit. Sed & ſi is qui in aliena area ædificaſſet, ipſe poſſeſsionē tradidiſſet, condictionē non habebit[h]: quia nihil accipiētis faceret, ſed ſuam rem dominus habere incipiat. Et ideo conſtat, ſi quis cum exiſtimaret ſe heredem eſſe, inſulam hereditariam fulſiſſet, nullo alio modo quàm per retentionem impenſas ſeruare poſſe[i].

*Quando diſpoſitio efficitur indebita, ſolutū cauſa conditionis implendæ repetitur. Bart.*

B XXXIIII. Idem libro quadragenſimo Digeſtorum.

IS cui* hereditas tota per fideicommiſſum relicta eſt, & præterea fundus[k] ſi decem dediſſet heredi, & heres ſuſpectam hereditatē dixerit, & eam[l] ex Trebelliano reſtituerit, cauſam dādæ pecuniæ nō habet:[m] & ideo quod eo nomine quaſi implendæ cōditionis gratia dederit, cōdictione[n] repetet.

*Poteſtas purgandi morā non facit vt indebitum videatur eſſe ſolutum. Bartolus.*

XXXV. Idem libro quadragēſimoquinto Digeſtorum.

C QVi† ob rem non defenſam ſoluit: quamuis poſtea defendere paratus eſt, nō repetet quod ſoluerit.[o]

*Pecunia accepta vt reddatur res in qua quis recipiendo pignore furtum commiſit, repetitur. alias ſecus. Bartolus.*

XXXXI. Pavlvs libro quinto Epitomarum Alfeni Digeſtorum.

SEruus cuiuſdā inſciēte domino magidem[p] commo-

f *Condictio.* ſcilicet expenſarum. vel dic domus ædificatæ.

g *Negotij.* non ꝙ obligatio ex cōtractu naſcatur, ſed quaſi: vt inſt. de obl. quæ ex quaſi contractu. §. pe. & quod dicit hic, gerit. id eſt gerere videtur extra id quod agitur: vt j. cōmo. l. ſi is qui. §. fi. Accurſius.

h *Non habebit.* immo videtur quòd poſſeſſionem ſaltem poſsit condicere: vt s. e. indebiti. §. j. quæ eſt contra. Solut.[c] ibi credens ſe obligatum tradidit: hic non. Vel ſolue vt ibi. Item contra ad idē j. e. qui exceptionem. §. j. Sol. vt ibi. Accurſius.

i *Seruare poſſe.* hæc lex loquitur ſecundum Azo. de ſtricto iure: ſed de æquitate dabitur iſti qui impendit, vtilis act. neg. geſt. ad impenſas. & pro eo s. de nego. geſt. ſi pupilli. §. ſed & ſi quis. ſed illa loquitur quando alieno nomine impendit: hic ſuo proprio. Item pro eo. j. e. tit. l. fin. ſed ibi neceſſario fuit geſtum negotiū: ſed hic volūtarium. Item pro eo. C. de rei vin. l. domum. quæ eſt contra. ſed ibi in reficiendo. Io. autē dicit non poſſe repeti: ſed retineri, vt hic & j. de exce. do. Paulus. & hanc materiam plene dices. s. de rei vindi. l. in fundo. Accurſius.

k *IS cui. Fundus.* Sed quomodo potuit grauari vltra hereditarias vires: immo etiā quartā debet habere? Reſpon. quidam libri non habent totam: & tunc planum eſt. ſi autem habes, dic quòd poſt tempus de reſtituendo hereditatē rogauit: ita quòd medio tempore fructus habuit qui ſufficiunt ad quartam: vt s. de inof. teſt. Papinia. §. vnde ſi quis. & ſecundum primum intellectū dices de fundo hereditario ſecundum alium de fundo heredis. Accurſius.

l *Et eam.* ſcilicet totam. quod facere debet hoc caſu: vt inſt. de fideicom. here. §. ſed ſi recuſet.

m *Non habet.* ſcilicet legatarius.

D n *Condictione.* ſcilicet indebiti, ſecundū quoſdā. Sed cur datur condictio indebiti, cū ipſa reſpiciat ad præteritū. & hic dedit vt quid fieret, id eſt adiret: quare cōdictio ob cauſam deberet dari: quod ſatis admitto vt hic de ea loquatur: vt arg. s. de condic. ob tur. cauſam. l. j. §. j. & l. ij. Vel dicas immo datur indebiti: quia iam putabat ſe fuiſſe obſtrictum. Item opponitur: quia videtur quòd nulla actio datur ad repetendum, licet coactus adiit: vt j. de condit. & demon. qui heredi. §. ſed cum ſuſpectā adiit. quæ eſt contra. Sol. hic de rigore, [d] ibi de æquitate. nam ibi dicit benignius. vel hic decem fuerunt data nomine fundi tantum: ibi autem nomine hereditatis. legatum autem hic factum eſt indebitum: & per conſequens quod pro eo erat dandum: hereditas autem non ideo fit indebita, ſed tunc magis compellitur reſtituere: & ideo quod pro ea datum eſt, non eſt factum indebitum, ſecundum R. & Io. Vel dic quòd hic à fideicommiſſario vniuerſali repetit: ibi à quodam legatario ſingulari. Accurſius.

o *QVi ob rem. Soluerit.* in procuratore vel fideiuſſore qui aliquē ſiſti iudicio ꝓmiſit, & iudicatū ſolui, loquitur: quæ ſtipulatio tres habet clauſulas: vt j. iu. ſol. l. iudicatū ſolui. vt poſt ſolutionē nō repetat. vt hic, ſed ante bene poſſet purgare morā: vt j. iud. ſol. l. iij. §. fi. & s. ſi qs cau. & ſi poſt tres. Ac.

p *SEruus. Magidem.*[c] id eſt tabularium, vel ſcacherium.

Aiebat.

dauit. is cui commodauerat, pignori eam poſuit, & fugit. qui accepit, non aliter ſe redditurum aiebat[a], quàm ſi pecuniam accepiſſet. accepit à ſeruulo, & reddidit magidē. Quæſitum eſt an pecunia ab eo repeti poſsit. Reſpondit, ſi is qui pignori accepiſſet, magidem alienā ſciſcet* apud ſe pignori deponi, furti[b] eum ſe obligaſſe.[c] Ideoque ſi pecuniam à ſeruulo accepiſſet redimendi furti cauſa,[d] poſſe repeti.[e] ſed ſi neſciſſet alienum* apud ſe deponi, non eſſe furem.[f] Item ſi pecunia eius nomine à quo pignus acceperat à ſeruo ei ſoluta eſſet, non poſſet ab eo repeti.[g]

*Pretium ſolutum ex cauſa emptionis inualidæ, repetitur. Bartolus.*

XXXVII. IVLIANVS libro tertio ad Vrſeium Ferocem.

SEruum meum inſciens à te emi, pecuniamque tibi ſolui. eam me à te repetiturum, & eo nomine[h] condictionem mihi eſſe omnimo- C dò puto, ſiue ſciſſes meum eſſe, ſiue ignoraſſes.[i]

*Re & fama difficilis eſt hæc lex, ſicut alia in toto corpore iuris. & hoc dicit: Inter duos fratres qui ſunt in eiuſdem poteſtate, & inter patrem & filium, ſola obligatio naturalis contrahitur, quæ per fratrem mutuātem patri adquiritur. Item cum debitor creditori ſuccedit, pro quota obligatio extinguitur. Item huius obligationis onus peculium reſpicit: & quatenus de eo peruenit ad creditorem, obligatio tollitur. Item ſolutum inquantum erat obligatio extincta repetitur: reſiduum non, naturali ob-* B *ligatione impediente. h.d. Diuiditur in duas partes principales. Primo quando mutuum eſt contractum inter duos fratres. Secundo quando eſt contractum inter patrem & filium. Secunda ibi, quæſitum. Item prima pars ſubdiuiditur per gloſſ. in ſex partes. quod dic vt in glo. eo excepto, quod vbi dicit tria eſſe argumenta ad rationem, non intelligas ad rationem poſitam in tex. ſed ad rationem ſubauditam. partes ſunt manifeſtæ. Item ſecunda pars ſubdiuiditur. nam primo loquitur quando pater credidit filio: ſecundo quando econuerſo. Secunda ibi, econtra ſi pater. quælibet iſtarum poſſet recipere diuiſionem: ſed quia claræ ſunt, ideo omitto. Bartolus.*

XXXVIII. AFRICANVS libro nono Quæſtionum.

C FRATER[k] à fratre,[l] cum in eiuſdem poteſtate eſ-

a *Aiebat.* ſcilicet magidem.
b *Furti.* ſicut qui ſciens non debitum accepit: vt infra de condi. furti. l. quoniam. Vel dic vt ibi.
c *Obligaſſe.* pro magide.
d *Furti cauſa.* id eſt rei furtiuæ.
e *Repeti.* condic. ſcilicet ob turpem cauſam: vt ſ. de condic. ob tur. cau. l. idem. §. fi. Sed quid ad hunc titulum? Reſpon. quia indebita eſt.
f *Furem.* magidis.
g *Repeti.* hoc intelligo ſi voluntate domini ſoluta eſt, vel ſi poſtea ratum habet: vel cum bona fide accepit, & conſumpſit. Sed ſi extaret, & non eſſet ſoluta domini voluntate, vel eo ratum habente, vindicaretur.
h *SEruum. Eo nomine.* id eſt ob repetendam pecuniam.
i *Ignoraſſes.* quia non valet contractus: vt infra de contrahenda emptione. l. ſuæ rei. & l. ſi in emptione. §. rei ſuæ. Accurſius.

F*Rater à fratre.* {CASVS.} Primo nota tria circa hanc. l. quòd filius mutuando pecuniam paternam fratri eidemq; filiofa. patris voluntate, vel non, non refert, ſemper adquirit naturalem obligationem patri, ſecundū iura iſta. Aliud eſt, quia quotiens debitor ſuccedit creditori, quòd extinguitur obligatio. Tertium eſt, quòd debitum filij, eſt onus peculiare: quia pertinet ad peculium: & ex peculio erit ſoluendum. his præſuppoſitis dic caſum. Paterfa. habebat duos filios, Titium & Mæuium. Titius à Mæuio x. accepit mutuo: & ita erat patri naturaliter obligatus per Mæuium tradentem. deceſsit pater vtroque herede inſtit. omnia bona paterna & peculiaria inter ſe diuiſerunt: & diuiſione facta x. ſoluit Titius Mæuio: vult ea repetere. an poſsit quæritur. Et dicit quòd debet Mæuius reſtituere medietatem qua non extat heres. nam pro medietate qua extat heres Titius, extincta fuit obligatio: aliam medietatem, id eſt alia v. condicet, ſi tantum peruenit ad Mæuium de peculio Titij, quantum fuit medietas debiti. id eſt v. & hoc tribus rationibus. Prima eſt, quòd ad quem deuenit peculium, debet deuenire onus peculiare: puta debitum. vnde ſi totum peculium Titio fuiſſet prælegatum: de illo peculio eſſet ſatisfaciendum Mæuio. quod ergo ad Mæuium peruenit de peculio in debitum erit computandum. Secunda ratio eſt, per id ſcilicet quod peruenit ad Mæuium de peculio, extinguitur debitum. Quid ſi Titius tantum debet extraneo: & cum conueniretur, tantum de ſuo ſolueret: nunquid poſſet tantum deducere de peculio per iudicium fami. erciſc? Dicitur quòd ſic. Tertia ratio eſt, quòd ſi tantum debuit extraneo: antequam tamen exigeretur peculium, omnino diuiſerunt: poterit deducere id in quo eſt alij obligatus. certe poteſt. ergo ex quo ita eſt quòd ſi extraneo deberet, de peculio eſſet ſoluendum, & à fratre eſſet indemnis conſeruandus: multo fortius aduerſus ſeipſum indemnem conſeruare debet. {QVAESITVM.} Habebam filium in poteſtate qui peculium habebat x. ei mutuaui. deinde emancipatus x. mihi ſoluit. an poſsit repetere? Dicit quòd ſi peculium filij mei penes me nō remāſit, non repetet: quia naturaliter fuit mihi obligatus exiſtens in mea poteſtate. vnde licet poſtea ſoluat, nō repetet. & hoc probat per quoddā argumentum: quia ſi ego à creditoribus filij mei intra annū fuerim conuentus de peculio poſt emancipationem, nōne primitus potuit deducere quod mihi debebat: & ſic ſi quid fuerit reſiduum in peculio, hoc ſoluere creditoribus? certe ſic. vnde videtur quòd naturaliter fuit mihi obligatus: & poſt emancipationem ſolutum nō repetet. Sed pone: filius exiſtens in poteſtate mea mihi mutuauit: deinde emancipaui, & ſolui: nūquid repetam? Certe nō: quia hic naturaliter A remanſit obligatio, ſicut in ſuperiori caſu. & hoc probat per idem: quia ſi creditor filij intra annū patrem conueniat de peculio: & dicat pater, accipiatis pecuniam, & inter vos diuidatis, vt liberetur id quod filius debebat ei offerre: ſi quidem poſt emancipationem durauit hæc naturalis obligatio, ceſſat repetitio. {EADEMQVE ERVNT.} Filius mutuauit patri in poteſtate ſua exiſtens. ipſo emancipato deceſsit pater, & extraneū inſtituit heredem: & filium exheredauit: extraneus filio ſoluit: an repetere poſsit, quęritur. Et dicitur quòd non: quia naturaliter fuit obligatus, & hæc naturalis obligatio tranſiuit in extraneum: vt infra ad Treb. ſi eius. in princip. Viuianus.

k *Frater.* Mæuius à Titio fratre ſuo accepit mutuum. Accurſius.

l *A fratre.* in ſex partes diuide vſque ad §. quæſitū. Thema, quæſtio, reſponſio, reſponſionis ratio, tria argumenta ad rationem, item concluſio. & ſic literam diuides. Item nota quòd quinque modis poteſt filiusfamil. habere pecuniam. nam poteſt habere pecuniā patris, item profectitiam, item caſtrenſis peculij, item quaſi caſtrenſis, item aduentitiam. Et in his omnibus poteſt intelligi hæc lex, ſi nomine patris fuiſſet mutuata. nam ſoli patri fuiſſet quęſita, & ſine ſcrupulo eſſet. ſi autem ponas (quod eſt melius) quòd ſuo nomine mutuet, non habet locum hæc lex in caſtrenſi vel quaſi: cum in his naturaliter & ciuiliter & cum effectu frater debitor fratri alteri teneatur: vt j. ad Mace. l. ij. hodie autem iure Codicis idem in aduentitia: vt C. de bo. quæ li. l. cum oportet. §. j. Et ſic hodie tantum in pecunia patris vel profectitij peculij loquitur hæc lex. Dic ergo, pecuniam mutuatus. ſ. paternā, & voluntate vel etiam ſine voluntate patris datam, conſumptam tamen: aliàs non naſceretur naturalis obligatio. Idem ſi peculiarem & de profectitio peculio vel etiam aduentitio ſecundum tempora huius legis. Nam & tunc dico naturalem obligationem filio & patri per filium, & tandem filio vt heredi quæſitam. & ſic[a] duæ naturales ab initio naſcuntur, & media vtriuſque naturalis tollitur, propter hoc quia ſucceſsit frater debitor patri. & hoc probat cum duæ naſcuntur &c. cum enim peculium fratris creditoris patrem reſpiciat, vt dicatur patris, non ſolum filij: & obligationes peculiares pertineant ad patrem, vt ei quærantur, non ſolum filio: ideoque ſicuti ſi D patri viuenti ſoluiſſet, in totum liberaretur: quaſi in hac parte duo rei credendi eſſe videantur: & potentior videatur pater ratione patriæ poteſtatis: ita ſi ei extitit heres, & pro ea parte confunditur obligatio vtraque. ſ. patris & filij. ſed ſi patri eſſet ſoluta, ipſe teneretur conreo act. neg. geſt. ad communicandum. ergo hic pater tenetur fratri creditori: ergo & filius debitor tenetur, eo quòd heres. Quare ergo non impedit hic repetitionem pro rata?[b] Reſpon. quia obligatio ipſius patris potior eſt quo ad effectum: cum occaſione profectitij peculij vel aduentitij, vel ratione aduentitij proueniens obligatio ipſius patris ſit vere: vt inſtit. per quas perſo. no. adquir. §. igitur. & ibi no. Eſt & alia ratio[c] quia commune eſt peculium fratris creditoris. idem in peculio fratris debitoris: quia cū ſuo onere confertur: cum hæc ſicut alia conferatur & communicetur. ergo & peculiaris obligatio confertur. conferri autem aliter non poteſt, niſi vt liberetur: quia pro ea parte qua ſucceſſit pater, confunditur obligatio. Item quòd filio ſit quæſita & patri, probatur infra eodem. ſi id quod. & infra de pecu. ſed ſi damnum. §. peculium. & l. nec ſeruus. ſi enim dicitur dominus detrahere quod debetur ſeruis ſuis, ergo eis naturalis obligatio eſt quæſita. Videtur tamen contra quod dicitur infra de adquirend. hered. placet. Sed illud in ciuili adquiſitione

*Filiusfa. quinque modis pecuniā habere poteſt.*

*a Nō tenetur ſecundū Bar. Ba. Albe. Fulg. & Alc. niſi dicas remanere naturalē inefficacem penes fratrē maiorē ratione nudæ adminiſtrationis, ex mēte lat. bl. ſtā videtur tenere. Bar.*

*c Iſta eſt vera, tenendo opinionem gl. ſecundū prædic.*

ſent, pecuniã mutuatus[a], poſt mortẽ[b] patris ei ſoluit[c]. quæſitum eſt an repetere poſsit. reſpondit, vtiq; quidem pro ea parte qua ipſe[d] patri heres extitiſſet, repetiturum. pro ea verò qua frater heres extiterit, ita repetiturum, ſi non minus[e] ex peculio ſuo ad fratrem[f] perueniſſet[g]. naturalem enim obligationem quæ fuiſſet[h], hoc ipſo ſublatam videri, quòd peculij partem B frater ſit conſecutus[i]: adeo[k] vt ſi prelegatum filio eidemque debitori id fuiſſet, deductio huius debiti[l] à fratre ex eo fieret. idque[m] maximè conſequens eſſe ei ſententiæ quam Iulianus probaret, ſi extraneo[n] quid debuiſſet, & ab eo[o] poſt mortem patris exactum[p] eſſet, tantum iudicio eum familiæ erciſcundæ[q] recuperaturum à coheredibus fuiſ-

quiſitione eſt intelligendum, quæ fit ſolo animo: vt in hered. A bo.poſ.& Trebel.reſtitutione: licet lex illa generaliter loqui videatur, ſecundum Azo. Item quæro, cum hi duo erant in poteſtate patris, an ſicut patri quæritur obligatio naturalis ex perſona dantis mutuum, ita & econtra teneatur ei naturaliter ex perſona accipientis. Si dicas[a] neque patrem teneri eo nomine, neq; ei quæſitã: ſtare non poteſt: quia ſecundũ hoc, ideo qa frater debitor patri extitit, non tolleretur obligatio: immo ſecũdum omnes ideo tollitur, quia pro parte debitor heres extitit, quaſi creditori. alia enim ratio eſſe non poteſt. Quid ergo dices? Videtur ꝙ teneatur. ſicut enim ſi hic filius ſe extraneo ciuiliter & naturaliter obligaſſet, pater ciuiliter & naturaliter teneretur: ita hic quãdo ſe naturaliter obligauit, & pater debet teneri ex eius perſona naturaliter. & hoc dicunt quidam, vt Hug.[b] Sed Azo dicit quòd non tenetur pater ex perſona filij debitoris. nec obſtat quod dixi. nam ſi ciuiliter & naturaliter filius ſe extraneo obliget, non ideo pater tenetur ex eius perſona, niſi ciuiliter[c]: ſed illa ciuilis habet effectum naturalis, quia cum effectu tenetur: & ſic hæc ratio retorquetur in eos. & pro eo argumentum eſt, quod de ſeruis dicitur. nam ſi ſerui mei inuicem ſibi credant, & conuenior de peculio eius qui accepit pecuniam: deduco quod alteri ſeruo debetur: vt infra de pe. ſi ſeruus meus.§.ſed quid ſi non mihi.& l.ſed ſi damnum.§. peculium. Sed ſi ego pariter tenerer ex perſona eius qui accepit: ego nihil deducerem. nam id quod deberem ex perſona alterius ſerui, in peculio computaretur dantis mutuum: vt ĵ.de pecu.l.quam Tuberonis.§. ſed id. & ſic cum haberetur pro ſoluto[d], ſi conueniretur ex perſona eius qui debet, non ſibi ſcilicet ſeruo, & ſic nec mihi domino debetur. non ergo deducerem, quod aperte falſum eſt me non deducere poſſe: tamen reſpon. contra eſſe. quia ſi debeam pecuniam, computabitur in peculio eius C cui deberetur, ſi ex eius perſona conueniar. & ita adhuc appa ret me teneri naturaliter pro eo qui debet. ſed certe non cõputatur ad hoc quòd ego debeã, ſed quia debet ei conſeruus: vt l.quam Tuberonis in fi. vt tunc demum cum fuit ſolutum, augeat peculium. Præterea[e] manifeſtior eſt ratio in delictis: vt ĵ.de pec.leg.id quod.§.ſi conſeruum. Item probantur hæc in l.iſta. ſi enim pater eſſet debitor & creditor, ergo vterque filius alteri adinuicem eſſet debitor in v. & creditor in aliis v. ergo quicquid ſolueretur, repeteretur quaſi compenſatione facta, ſecundum Azo. & ſic ſola ſucceſsio hic operaretur, ſed peculium non: quod eſt cõtra l.iſtam. Eſt & alia potior ratio: quia cum deſcendit obligatio directo à patre in filium, vt quia pater pro filio promittit alteri filio, patri non quæritur: & ipſe naturaliter obligatur. ſed ſi per obliquum, vt fuit hic, per alterum filium quæritur patri: ſed fideiuſſor datus à patre filio, per obliquum deſcendit in filium: & ideo patri acquiritur. ſed quia pro eodem apud eundem teneri non poteſt, ideo dicit lex fideiuſſorẽ non teneri: vt infra de fideiuſ. ſi quis pro eo. in prin. ergo & hic, cum ſimiliter per obliquũ deſcendat: & ita inueniretur pater obligatus, & ſibiipſi non debet dici obligatus. Nunquid ergo poteſt pater filio obligari naturaliter? Videtur quòd non, propter eandem abſurditatem: quia D ſi ſibi quæritur, inueniretur ſibiipſi obligatus. Sed reſpon.[f] immo obligatur: vt infra eodẽ.§. quæſitum. Sed quæ eſt ratio quare directo obligatur, non per obliquum? Reſpon. quia obligatio quæ venit à patre, quæritur filio: & ſic non patri. ea verò quæ aliunde prouenit: non ei filio, ſed patri per eum ſolet acquiri.

*a Reprobatur ſecundũ B.B.P.Ale. & Iaſ.*

*b Et male, ſecundum cõmuniter ſcriben. hic.*

*c Immo ciuiliter & naturaliter: cũ peculiũ concedendo etiã in obligationes peculiares conſenſiſſe videatur his qui peculij. ĵ.de pœnis. Ratio igitur vera eſt, quia nõ debet quis ſibiipſi eſſe obligatus obſtãte regula perplexitatis. l.ſi Titius. ĵ.de verb.obl. Zaſ.*

*d Immo non habetur pro ſoluto. Pau.*

*e Iſta ratio eſt nimis à remotis: ideo tene primam. ſecundũ Bar. P.Ale. & Iaſ.*

*f Et bene, & eſt melior de toto corpore iuris, ſecundũ Sal. & Iaſ.*

a *Mutuatus.* puta decem.

b *Poſt mortem.* & poſt aditam hereditatem. Sed quid ſi ante? Reſpon. Io. & H. non poſſe repeti: quia tunc totum debitum erat, argument. infra eodem. l.fin.§.pen. & ſupra eodem. l. qui ob rem. Sed Azo. dicit quòd ſic. nam cum poſtea immiſceat ſe ſoluens, iuſta cauſa ad iniuſtam cauſam deducitur: vt infra tit.j.l.j.§.fi. tantum enim facit immixtio in ſuo, quantum aditio in extraneo. & hæc opinio videtur verior, maxime cum ab ipſa morte finguntur heredes: vt infra de reg.iur.l.omnis. Accurſius.

c *Et ſoluit.* ex propria pecunia.

d *Qua ipſe.* ſcilicet debitor. Accurſius.

e *Si non minus.* vel plus intellige, non ſecundum quotam portionem: licet ſic in hereditate capiatur: vt C.de nego.geſt.l.ſi A ab ea. nam ſi dimidia peculij, quæ eſt v. perueniat ad fratrem creditorẽ, nõ ideo tollitur obligatio quæ eſt in x. ſed in v. tantum: vt ſtatim dices. Sed ſi nihil de peculio debitoris ad fratrem creditorem peruenit, vel non tantum, an poſſit agere aliqua actione? Reſpon. non: cum tantum naturalis obligatio ibi intercedat, ex qua nõ oritur actio: vt C.de pact.l.legem. vt ſtatim dices.

f *Ad fratrem.* creditorem. Accurſius.

g *Perueniſſet.* ex diuiſione, quę prouenit ex dimidia. Accurſius.

h *Fuiſſet.* patri quæſita. ac per hoc ei credidit pro hereditaria parte ſublata. Et not. naturalem tantum obligationem eſſe inter fratres, & inter partẽ & filium eſſe quæſitã.

i *Conſecutus.* hoc quidam intellexerunt vt licet medietatem peculij debitoris, quę pluris eſt quàm debitum, frater creditor iure hereditario cõſequatur, tamen nihilo minus ad debitum duret obligatio: niſi de alia medietate quæ debitorem fratrem contingit, frater creditor tantum conſequatur, quantum facit debitum. alteram enim partem peculij non à fratre, ſed à patre vt heredem hunc fratrem habere dicunt: quod Io. omnino inficiatur. nam quod debet hic filius, onus peculij eſt: & peculium ſicut lepra ſemper comitatur. vnde cum peculij pars ad fratrem perueniat, & onus quod peculij partem conſequitur, ad eum ſpectat, vt ſibiipſi ſoluat, ſicut aliàs ſi extraneo deberetur: vt infra de pecu. ſi quis ſeruũ. in princ. ergo quaſi ſolutum ſit, ei tollitur obligatio. Et hoc oſtendo apertius. Pone x. ſunt in peculio filij mei, qui debet tibi x. ex his quæ ſunt in peculio, dono tibi v. nonne modo tibi ſublata eſt actio de pecu. pro parte? Reſpon. vtique, cum non in plus quàm ſit in peculio, pater teneatur: vt infra de lib.le.l.ſi quis reum.§. idem Iulia.[g] Ergo & hic extinguet dimidiam obligationis: ſed altera dimidia eſt extincta iure ſucceſsionis. Item nec dicat quis, ſublata eſt obligatio, quia ſucceſsit frater debitor: obligatio ergo quæ pro parte remanſit, C quaſi vtriuſque fratris peculium non ſpectat: ſed tantum illam partem quæ ad creditorem fratrem peruenit, vt ſic ſibi compenſet? Reſpon. quia altera peculij medietas, & altera rerum hereditariarum, quæ apud fratrem debitorem remanſit, pro parte obligationem ſuccedendo ſuſtulit[h], & his finibus contenta eſt: vnde ad alium pro parte alia ſpectat onus. Item nec intelligas quòd ſi pars dimidia peculij quæ forte eſt v. ad creditorem perueniat, quòd ideo tollatur obligatio quæ eſt pro alia parte in x. ſed in v. tantum: vt prius no. in glo. quæ incipit, minus. Et probatur hoc hic, ſcilicet quod eſt in illa glo. in verſi. item nec dicat. & ſuperius quod eſt in princ. huius gl. aperte hac ratione quæ ſequitur: quia ſicut quilibet creditor peculiaris qui contraxiſſet cum Mæuio debitore, ageret contra Titium, id eſt fratrem creditorem de toto peculio quod habet: & poſſet omittere Mæuium. ita & hic Mæuius obiicit Titio, vt ſibi videatur ſolutum pro ſuo debito id quod habet de pecu. Et idem dico vbi Mæuius ſoluit creditoribus ſuis peculiaribus. nã & tunc nõ repetitur illa pars quam pro ſe videatur ſoluiſſe, ſcilicet pro eo peculio quod habet, ſed pro eo quod habeat Titius, & repetit à fratre iud. fami. erciſc. pecuniam quam ſoluit: arg. ĵ.de pecu.l.quæſitum.§.j. Item nunquid D adempto peculio naturaliter adhuc ſeruus vel filius tenetur? Videtur quòd non: quia cum ſit iuris vniuerſitas peculium, tranſit illa obligatio cum vniuerſitate: ar. ĵ.eo.l.§.j.& ŝ. ſi non ſortem.§.qui filio.& ĵ.ad Mace.l.antepe. ſecundum Io. ſed H. contra. ĵ eo. ſi id quod dominus.& ŝ.eo. naturaliter. & ĵ.de pecu.nec ſeruus.

k *Adeo.* videtur ſupereſſe naturalis obligatio in peculio, & ſic poſtea per conſequentiam confunditur, adeo &c. Accur.

l *Debiti.* quod conſiſtit pro ea parte qua frater creditor extitit heres.

m *Idq;.* vt debitum iſtud ſit onus peculij.

n *Si extraneo.* probat efficaciſsime naturaliter filiũ remanere obligatum: & obligationem naturalẽ ſemper concomitari peculium. vnde pro eo quod peruenit ad fratrem, eſt liberatus.

o *Ab eo.* conuento actione de peculio nomine patris, vt quilibet extraneus heres conueniretur: vt ĵ. de pecu.l.quæſitũ.§. ſi ad heredẽ. niſi dicas ſuo nomine, id eſt quaſi ex ſuo contractu. ipſe enim ad hoc ſoluendum etiam directo tenetur. ſed & tunc videtur idem: vt C.fami. erciſ. l.certum eſt.

p *Exactum.* ita ꝙ non de peculio, ſed aliunde ſolutũ eſſet. Io.

q *Familiæ erciſcundæ.* cum enim pater fuiſſet obligatus de peculio

culio heredes obligatos reliquit.&ſi vn⁹ ſoluit,facit negotiũ coheredis quod ꝑ parte expediri nõ potuit: vt ſ.famil.erciſc. heredes.§.ſi vnus.ideo autẽ ꝑ parte gerere nõ potuit, quia in ſolidũ tenebatur: vt j.de pec.quæſitũ.§.iij.& l. & ancillarum.

a *Reintegra.* id eſt antequã Mæuius aliquid ſoluat à creditoribus peculiaribus cõuentus. Accurſius.

b *Indẽnis.* ſcilicet per cautionem.

c *Oportet.* concludit. & dic oportet.ſ. vt vltra peculium damnum non patiatur. Et nota optimum argumentum, quod in aliorum perſona facio, multo magis in mea: vt plene dixi ſupra de pact. l.cum in eo. & facit etiam ad hoc quòd debita ſint ſuper pecu. ſ. famil.erciſcun. his cõſequenter.§.ſi filius. & C.famil.erciſcun. certum eſt.

d *Obligationem.* illud quæritur, ſi pater in emancipatione ademit ei peculium, an remaneat ei naturaliter obligatus? Reſpon.non, ſecundum Io. & Azo. vt arg. j. de ſol. ſi quis ſeruo.

e *Argumento.* non eſt neceſſarium argumentum domini Africani, nam mortuo filio nulla ſupereſt obligatio: vt j.ad Macedo. l. antepe. & j. de fideiuſ.l. qui contra ſenatuſcõ. ſed eo emancipato ſupereſt: vt hic: & tunc vtrobique deducit intra annum pater debitum:vt j. de pec.ſed ſi dam.§. peculium. Vel dic neceſſarium quod ſupereſt in peculium, ex quo nunc oritur obligatio.

f *Deduceret.* antequã ſoluat.

g *Contra.* id eſt econtra. & ſupple, non repetit ſi pater,&c.

h *Debuiſſet.* vt ſolutũ non repetatur,quia naturalis obligatio qua tenebatur pater,tranſiit in heredem etiam extraneum:vt j.ad Treb.ſi eius pupilli.in prin.ſi ergo ſoluit, naturalis cauſa inhibet repetitionem.

ſe, quantum ab his creditor actione de peculio conſequi potuiſſet. Igitur & ſi re integra [a] familiæ erciſcũdæ agat, ita peculiũ diuidi æquũ eſſe, vt ad quantitatem eius indẽnis [b] à coherede præſtetur. Porro cum quẽ aduerſus extraneũ defendi oportet [c], longe magis in eo quod fratri debuiſſet, indemnẽ eſſe præſtãdum. Quæſitũ eſt,ſi pater filio crediderit, isq; emancipatus ſoluat,an repetere poſſit. Reſpondit, ſi nihil ex peculio apud patrẽ remanſerit, nõ repetiturũ. Nam manere naturalem obligationẽ [d] argumento [e] eſſe, quòd extraneo agente intra annũ de peculio,deduceret [f] pater quod ſibi filius debuiſſet. contra [g] ſi pater quod filio debuiſſet, eidẽ emancipato ſoluerit, nõ repetet. nam hic quoq; manere naturalẽ obligationem, eodem argumẽto probatur, quod ſi extraneus intra annum de peculio agat, etiam quod pater ei debuiſſet,computetur. Eademq; erunt & ſi extraneus heres exheredato filio ſoluerit id quod ei pater debuiſſet [h].

*Fideiuſſori ſoluenti indebitum, competit repetitio.hoc intellige,quando fideiuſſor ſoluit ſuo nomine:vt j.eo.l.indebitum.Bar.*

Legati [i] ſatis accepi [k]: & cũ fideiuſſor mihi ſoluiſſet, apparuit indebitum [l] fuiſſe legatum. Poſſe eum [m] repetere exiſtimauit.

i *Legati.* ſ.nomine,& in diem vel ſub conditione relicti.

k *Accepi.* ego legatarius.

l *Indebitum.* vel propter Falcid.vel quia inofficioſum,vel ruptum,vel irritum teſtamentum apparuit.vnde fideiuſſor repetit:vt hic,& j.vt le.no.ca.l.j.§.ſi quis ſub conditione.

m *Eum.* fideiuſſorem quod dic vt infra l.indebitum.

S*I quis.*] C A S V S. Teſtator reliquit tibi x.ſi non aſcenderes Capitolium. heres cum potuit à te cautionẽ exigere de nõ aſcendendo, ignorans ſoluit ſine cautione. Dicit iuriſcon. quòd repetere poteſt. Viuianus.

n *Si quis.* Pone caſum in eo cui eſt fideicom. relictum ſub condi.quæ eſt in non faciendo: vt non aſcendat Capitolium. vnde Mutiana cautio locum habet: vt infra de condic. & demon.l.Mutianæ. Vel pone in patrono ex debita tantùm parte inſtituto à liberto:& ex ea ſoluit fideicom.vt infra ad Trebel.l.patronus.Vel pone vt in eo.titu.ad Treb. l.cum hereditas ex fideicom.

o *Quaſi.* improprietatem notat,ſecũdum primum & tertium caſum:ſecundum medium,veritatem.Accurſius.

p *Poſſe.* vel ipſam cautionem ſecundum primum & tertium caſum:vt ſ.de vſufru.earum rerum quæ vſu conſu.l.hoc ſenatus.§.j.& j.ſi cui plus quàm per.l.Fal.l.ij.§.fina.Vel ipſam rem condicet, ſecundum ſecundum caſum: quia definit dominus

A eſſe: aliàs contra contingit, vt in proprietario, qui tradidit alij rem cauſa vſusfru.vt & ſupra vſufru.quemad.ca.l. ſi vſusfructus. Accurſius.

Q*Vi exceptionem.*] C A S V S. Præmittit regulam, quæ talis eſt: quod tutus exceptione ſoluit, repetit. ſed hoc non eſt generaliter verum, niſi exceptio introducta fuerit in fauorem illius qui conuenitur, vt Vellei.ſe.con. vnde ſi mulier tuta except. ſoluerit, repetit.ceterum ſi in odiũ fuerit introducta, vt in Macedoniano,ſoluens nõ repetit. Viuia.

*Si cautio debita in ſoluendo fuit omiſſa: ſoluenti per condictionem conſulitur.Bar.*

XXXIX. MARCIANVS libro octauo Inſtitutionum.

SI quis [n] cum à fideicommiſſario ſibi cauere poterat, non cauerit, quaſi [o] indebitum plus debito eum ſolutum repetere poſſe [p] diui Seuerus & Antoninus reſcripſerunt.

*Tutus exceptione perpetua & fauorabili,ſoluens quocunque errore,repetit.ſecus ſi ſit exceptio odioſa.Bartolus.*

B

XL. IDEM libro tertio Regularum.

QVi [†] exceptionem perpetuam [q] habet, ſolutũ per errorem repetere poteſt. ſed hoc nõ eſt perpetuum. Nam ſi quidẽ eius cauſa [r] exceptio datur,cum quo agitur, ſolutũ repetere poteſt: vt accidit in ſenatuſconſulto de interceſſionibus [s]. vbi verò in odiũ eius cui debetur,exceptio datur, perperam [t] ſolutum non repetitur: veluti ſi filiusfamilias contra Macedonianum mutuam pecuniam [u] acceperit, & paterfamilias factus ſoluerit, non repetit.

C

*Res data poteſt condici vt poſſit pro impenſis retineri.Bartolus.*

Si pars domus quę in diem [x] per fideicõmiſſum relicta eſt arſerit [y] ante diẽ fideicõmiſſi cedentem, & eã heres ſua impenſa refecerit, deducẽdam [z] eſſe impenſam ex fideicõmiſſo cõſtat: & ſi ſine deductione domum tradiderit, poſſe condici [a] incerti [b], quaſi plus debito dederit.

q *Qui exceptionem perpetuam.* id eſt generalẽ.

r *Eius cauſa.* i.fauore.

s *De interceſſionibus.* ſ. fœminarum.

t *Perperam.* id eſt per errorem.

u *Pecuniam.* vt j. ad Mace. ſed ſi pater.§.fi. & l.ſeq. Idem in ſtipulatione per metũ extorta, ſed ſponte ſoluta:vt C. quod me.cau. fa.l.ij. & ſ. de condic. ob.tur.cau.l.ſi ob turpem cauſam. Sed contra. j. de condic. ob cau.qui ſe debere.Sol. vt ibi. Item idem in quadam exceptione quæ iuris rigoris ſeruandi cauſa inducitur: vt rei iudi.[a] vt j.eo.Iulianus. & hoc in perpetuis. Si autem temporalis ſit, ſolutũ non repetitur: ſiue ſit in diem expreſſum, ſiue tacitũ:vt ſ.eo.l. in diẽ. & l.nam & maritus. & l. nam & ſi cum moriar. Sed nonne in cuiuſlibet locum eſt doli exceptio, & hæc odioſa:vt j.de do.exce. l.ij.§.generaliter.& ſic nunquam repetitur? Reſpon. origo excep. magis quàm huius impoſitio nominis attenditur:vt arg. j.de don. l.qui id quod.§. j. Vel dicas quòd exceptio doli ſpecialis de dolo odioſa eſt:generalis autem non. Accurſius.

x *In diem.* incertum. alioquin ſtatim cederet dies: vt C. de ca.tol.§.j.

y *Arſerit.* ſine culpa heredis:vt j.de le.j.dom⁹.& l.ſi modo.& l. ꝙ ſi nulla. Itẽ bene dicit pars.nã ſi tota arſerit ante diẽ fideicõ. cedentẽ,& refecta ſit per herede,deficeret fideicõmiſſum:vt j.de leg.j.ſi ita legatũ.§.fi.& j.de verb.obl.inter ſtipulantẽ.§. ſacram.in fi.§.& j.de ſol.qui res.§.aream.in fi.& ſ.de vſufru.ſi cui.& ſ.qui mo.vſusfr.amit.quid tamen.§.j.& §.pen.Accur.

D

z *Deducendam.* antequam ſoluat. Accurſius.

a *Condici.* ſ.poſſeſsionẽ ipſam.i. detentationẽ: vt ſic pro impenſis retineatur.ſic j.de impen.l. quod dicitur.§. ſi dos. Sed contra.ſ.eo.l.ſi in area.§.ſed & ſi is.Sol.hic exiſtente [b] conditione legatarius habet dominiũ ab herede:quia à teſtatore:cũ vna perſona videatur:& ideo habet condictionẽ: vt ar.in authẽ.de iureiuran.à mo.præſtit.§.j.col.v. Vel hic area ædificantis eiuſdem heredis,nõ teſtatoris fuit:ibi aliena, eius.ſ.cui ſoluebatur.& hic prouidere etiam legatario voluit.ſ. non. Vel certe dici poteſt quòd fuit defuncti:non tamen erat legatarij: quia ſub conditione fuit legatum, vel in diem incertum:vt in prin.notulæ.& ideo interim eſt heredis:vt j.ad Sylla.l.j.§.ſerui. Azo.quæ idem eſt cum prima.

b *Incerti.* immo indebiti:vt ſ.e.l.indebiti §.j.ſed ibi cõdicitur poſſeſsio:qđ eſt certũ:hic retraditio:vt habeat detentationẽ, non poſſeſsionẽ,& ſic factũ:vt j.de cu.fu.conſilio.quare non habet locũ indebiti,ſed incerti:vt no.ſ.eo.l.ſed ſi me.§.j.Acc.

*† Iſta lex docet cognoſcere exceptionẽ fauorabilem & odioſam: quia debet conſiderari ratio legis: vtrũ ſit ratio fauoris vel odij, ſecundum Bal.hic.*

*a Reprobatur ſecundũ Bar. quia illa non eſt introducta ob rigorem iuris: ſed intellige de exceptione litis finitæ.*

*b Reprobatur cũ ſeq. ideo dic, ꝙ in cõtrario nullũ negotiũ fuit geſtũ ex quo poſſit intentari cõdictio indebiti: licet fuit negotium geſtum ſecundum Ia.*

a *Operæ.* fabriles.ſ.vel artificiales,quarũ reperitur æſtimatio. A aliæ enim.ſ.obſequiales,*iure naturali debetur:vt ſ̃.e.l.ſi non ſortẽ.§.libertus.& ideo nõ videntur poſſe remitti:vt j̃.ſol.ma. alia.§.ſi paciſcatur. Sed arg.cõtra.j̃.de ſol.Stichũ.§.naturalis.
b QVod pupillus. *Tutoris.* alterius,cum duos haberet.

*Has non dici iuriſcõſultis,operas,annotauimus in l. ſi nõ ſortẽ. §.libertus. ſ̃.eo.*

*Confer cum l.qui operas.de præſcri.*

*Per pactum tollitur obligatio operarum, quæ poſtea ſolutæ repetentur.Bar.*

Si pactus * fuerit patronus cum liberto ne operæ [a] ab eo petantur, quicquid poſtea ſolutum fuerit à liberto, repeti poteſt.

*Pupillus infans vel cum tutore contrahens,etiam naturaliter non tenetur.Bar.*

XLI. NERATIVS libro ſexto Membranarum.

QVod pupillus ſine tutoris [b] auctoritate ſtipulanti promiſerit, ſoluerit, B repetitio eſt: quia nec natura [c] debet.

XLII. VLPIANVS libro ſexageſimooctauo ad Edictum.

POenę non ſolent repeti[d] cum depenſæ ſunt.

*Tutus exceptione iuriſiurandi,per errorẽ ſoluens repetit.Bartolus.*

XLIII. PAVLVS libro tertio ad Plautium.

SI quis iuraſſet[e] ſe dare non oportere,ab omni contentione diſcedetur:atque ita ſolutam pecuniam[f] repeti poſſe dicendum eſt.[g]

*An ſit debitum,inſpicitur ex perſona eius cui ſoluitur.Bartolus.*

XLIIII. IDEM libro quartodecimo ad Plautium.

C REpetitio nulla eſt ab eo qui ſuũ recepit, tametſi ab alio quàm vero debitore ſolutum eſt.[h]

*Qui ex hereditate ſibi debitum non deducit,repetit.Bartolus.*

XLV. IAVOLENVS libro ſecundo ex Plautio.

SI is qui hereditatem vendidit,& emptori tradidit, id quod ſibi mortuus debuerat,non retinuit, repetere[i] poterit: quia plus debito ſolutum,per condictionem rectè recipietur.

c *Natura.* vt infra de act. & obliga. l. pupillus.& infra de acquir.here. l.more noſtro.& inſtitu. qui.ali. li.vel non. §. nunc admonendi. Sed contra. j̃.de noua.l.j.in fi. vbi dicit eum naturaliter teneri. Solu.dic quòd hic obligauit ſe ipſi tutori: vt arg. infra de act.tu. l. pupillus. vel de infante hic dicit.

POenæ.} CASVS. In vſuris promiſi tibi vltra legitimum modum.ſi petatur, obſtat exceptio.ſolutæ tamẽ non repetuntur. Vel pone: Conueni te:abſentaſti te. condemnatus es in expenſis: & ſoluiſti. an repetere poſsis quæritur. Et dicitur quòd non. Viuianus.

d *Repeti.* vt j̃.de ſolu. id quod pœnæ. & de regulis iuris. l. quod à quoquã etiam ſi poſsit debitor retinere antequam ſoluat:quia poſſit purgari mora & pęna euitari: vt ſupra eo. l.qui ob rem. Vel dic, pœnæ,id eſt vſuræ: vt ſupra eo. l. ſi non ſortem.in princ.Vel pone vt C. de fideiuſ. l. ſancimus. Item quòd dicit,non repeti, ſcilicet ab eo cui ſoluit: nec etiam ab alio, ſi propter ſuum factum ſoluit:vt ſ̃.de procur.qui proprio.§.pęnam. Accurſius.

e SI *quis iuraſſet*: ex delatione actoris. ſi enim non eſſet delatum,ſecus.ſibi enim &c. vt ſupra de iureiur.l.iij.j.reſpon. Accurſius.

f *Pecuniam.* poſt hoc iuramentum præſtitũ: & dic,ſolutam,per errorem.

g *Dicendum eſt.* quia per iuſiurãdum ſublata eſt naturalis obligatio:vt infra de ſol.l.Stichum.§.naturalis. & ſupra de iureiuran.l.finali. D

REpetitio.} CASVS. Debebam tibi decem.ea ſoluit Titius nomine meo. vult repetere. an poſsit quæritur. Et dicitur quòd non.ratio eſt,cum id quod ſolutum fuerit,debeatur.Viuianus.

h *Solutum eſt.* hoc ſi nomine debentis ſoluatur. ſecus ſi ſuo proprio:vt ſ̃.eo.l.ſi pœnæ.§.quamuis.in fin.& C.e.l.ſi à patre. quæ eſt contra.qui tamen nomine debentis heredis ſoluit,de hereditate deducit:vt C.de peti.here.l. de hereditate. & facit ad hãc.l.infra de noua.ſi quis delegauerit. & infra de dol.excep.pure.§.ſi eum.Accurſius.

SI is qui.} CASVS. Debebas mihi x. deceſsiſti me herede inſtituto.vendidi Titio here.& tradidi illa x.quæ mihi debebantur ex here.non retinui.dicit quòd plus debito ſoluiſſe videor:vnde illa x.repeto.Viuianus.

i *Repetere.* vt infra de hered.vel act.ven.l.ij.§.fin. & §.penultimo.Accurſius.

QVi heredis.} CASVS. Deceſsit aliquis me herede inſtituto.credidit aliquis vt procurator aliqua legata à me præſtanda: & de pecunia mea illa ſoluit. quæritur quis iſta legata A repetet? Et dicitur quòd ego heres:non qui ſoluit.plus etiam dicit,quòd etiam potero vindicare,ſi extant.Viuianus.

k *Qui heredis nomine.* vt procurator. Accurſius.

l *Non poteſt.* ſcilicet heres ſi ratum habeat:vt ſupra e.l.ſi procurator. Et hoc ſi conſumpti ſunt. Accurſius.

XLVI. IDEM libro quarto ex Plautio.

QVi heredis nomine [k] legata non debita ex nũmis ipſius heredis ſoluit, ipſe quidem repetere nõ poteſt:[l] ſed ſi ignorãte herede nummos eius tradidit, dominus, ait,eos rectè vindicabit. Eadem cauſa rerum corporalium[m] eſt.

*Iſta eſt lex valde notabilis. Si fideiuſſor ſoluat indebitum, debitori cõpetit repetitio, ſi eius nomine eſt ſolutum: vel fideiuſſori, ſi ſuo proprio nomine ſoluerit.Bartolus.*

B XLVII. CELSVS libro ſexto Digeſtorum.

INdebitam pecuniam per errorem promiſiſti: eã qui pro te fideiuſſerat, ſoluit. Ego exiſtimo,ſi nomine tuo ſoluerit fideiuſſor:te fideiuſſori,[n] ſtipulatorem[o] tibi obligatum fore. nec expectandum eſt vt ratum habeas:[p] quoniam † potes videri idipſum[q] mandaſſe,vt tuo[r] nomine ſolueretur. Sin autem fideiuſſor ſuo nomine ſoluerit[s] quod non debebat, ipſum à ſtipulatore repetere poſſe,[t] C quoniam indebitam iure gentium pecuniam ſoluit. quo minus autem conſequi poterit ab eo qui ſoluit, à te mandati iudicio conſecuturum: ſi modò per ignorantiam [u] petentem exceptione non ſummouerit.

*Inter ſi & cum,non eſt differentia.Bart.*

XLVIII. IDEM libro ſexto Digeſtorum.

QVi promiſit, ſi aliquid [x] à ſe[y] factum ſit, vel cum aliquid factum ſit, dare ſe decem: ſi prius quàm id factum fuerit, quod promiſit

m *Corporalium.* i.ſpecierum. nam nũmi de quibus dixi, non ſunt ſpecies, ſed quantitas, ſecundum Io. Vel ſubaudi.ſ.aliarum. nam & nummi res ſunt corporales: vt inſtitut.de re. corpo. & incorpo. Accurſius.

INdebitam.} CASVS. Credebam me tibi pecuniam debere, cũ non debebam: illam promiſi tibi nudo pacto, vel ſtipulatione. dedi tibi fideiuſſorem Titium. Titius illam pecuniam tibi ſoluit. quæritur quis repetet. Reſpõ.ſi nomine meo ſoluerit, ego ei, & tu mihi eris obligatus,& ego repetam. Cæterùm ſi ſuo nomine ſoluerit,repetet. Sed pone quòd ille cui ſoluit,factus eſt nõn ſoluendo pro parte. Dicit quòd ſi ignorans ſoluit.quòd hoc quod ab eo non poteſt conſequi, conſequetur à me actione mandati. Viuianus.

n *Fideiuſſori.* actione mandati.

o *Stipulatorem.* condictione indebiti.

p *Habeas.* Argu.contra infra de acquir.he. l.ſi quis alicui. in fine. Accurſius.

q *Videri idipſum.* No. cum quid mando,& ea quæ ex eo ſequuntur videntur mandata. ſic & ſ̃.eo.l.ſi procurator. §.j.& ſ̃.de procur.l.qui procuratorem. & j̃.de inſti.ſed & ſi pupillus. §. ſed & ſi quis nolit. ſic & in prohibitione, vt cum quid prohibetur, & omne id prohiberi videtur per quod peruenitur ad illud: vt j̃.de ſpon. l. oratio. Sed contra eſt j̃. de ope.no.nun.l.cum procurator.§.fi.& de ſucceſſ.edic.l.j.§.vnuſquiſque.& de bo.poſſ.l.tutor.Azo. D

r *Tuo nomine.* hoc exprimendo in ſolutione, forte quia putat ſe ſuo nomine eſſe obligatum. & ſic ſi eſſet debitum, non liberaretur ipſo iure debitor: ſed per exceptionem: vt infra man.l.Papi.

s *Soluerit.* & hoc caſu loquitur ſupra eo.frater.in fin.

t *Repetere poſſe.* Sed contra j̃.eo.l.fin.§.Titius.Sol.vt ibi.

u *Per ignorantiam.* vt j̃.manda.l.ſi procuratorem.§.ſi ignorantes.& l.ſi fideiuſſor.in prin.Accurſius.

x QVi promiſit,ſi aliquid. puta,ſi in Capitolium aſcendero ego ſtipulator,& quod dicit non videbitur feciſſe.i.non videtur ſoluiſſe quod promiſit. & ideo repetit, quia ſufficit ad cauſam indebiti &c.vt infra e.l.ſufficit. Et no.inter hæc verba,ſi & cum,non eſſe vim:quia vtrunq; facit conditionem.vt hic,& j̃.de ver.obl.l.huiuſmodi.in fin. & l.quodcunque.§.nõ ſolum.& ideo poteſt repeti quod interim ſoluitur:vt hic,& ſ̃. e.l.ſub conditione.quandoque tamen refert: vt ibi, ſi volueris,& cum volueris.nam prima inutilis,ſecunda vtilis eſt:vt j̃. de verb.obli.l.centeſimis.§.fin.& de leg.iij. fideicommiſſa.§. ſic fideicommiſſum.

y *A ſe.* ſcilicet ſtipulatore.

A dederit,[a] non videbitur fecisſe quod promiſit: atque ideo repetere poteſt.

*Hæc condictio eſt perſonalis: ideo datur contra eum cui ſoluitur, nec eſt in rẽ ſcripta: ideo non datur contra eum cui ſolutio proficit. Bartolus.*

XLIX. MODESTINVS libro tertio Regularum.

HIs ſolis pecunia conditur quibus quoquo modo[b] ſoluta eſt, non quibus proficit[c].

*Soluens ſcienter indebitum, non repetit. Bartolus.*

B L. POMPONIVS libro quinto ad Quintum Mucium.

QVod quis ſciens indebitum dedit hac mente,[d] vt poſtea repeteret, repetere non poteſt.*

*Qui habet ſolam retentionem, ſoluens nõ repetit. Bartolus.*

LI. IDEM libro ſexto ad Quintum Mucium.

EX quibus cauſis retentionem quidem[e] habemus, petitionem autem non habemus: ea ſi ſoluerimus, repetere non poſſumus.

*Datum ob cauſam de præterito non obligatoriam, non repetitur: datum verò ob cauſam de futuro, cauſa non ſecuta repetitur. Bartolus.*

C LII. IDEM libro vicenſimoſeptimo ad Quintum Mucium.

DAmus † aut ob cauſam, aut ob rem. Ob cauſam, præteritam:[f] veluti cum ideo do, quòd aliquid à te conſecutus ſum: vel quia aliquid à te factum eſt: vt etiam ſi falſa cauſa ſit, repetitio eius pecuniæ[g] non ſit. Ob rem verò datur, vt aliquid ſequatur: quo non ſequente[h] repetitio competit.

*Iſta lex fortis eſt. Solutum indebite ſi non eſt tranſlatum dominium, vindicatur à domino. ſi eſt tranſlatum, condicitur ab eo immediate ad quem in veritate ſpectat, vt euitetur circuitus. Bartolus.*

LIII. PROCVLVS libro ſeptimo Epiſtularum.

B DOminus teſtamẽto ſeruo[k] ſuo libertatem dedit ſi decem det. ſeruo ignorante id teſtamentũ non valere, data ſunt mihi[l] decem. quæritur quis repetere poteſt. Proculus reſpondit. Si ipſe ſeruus peculiares nũmos dedit, cum ei à domino[m] id permiſſum non eſſet, manẽt nummi domini, eoſque non per cõdictionem, ſed in rem actione petere debet.[n] Si autem alius rogatu ſerui ſuos nũmos dedit, facti ſũt mei:[o]* eoſque dominus ſerui cuius nomine dati ſunt, per condictionem petere poteſt.[p] Sed tam benignius, quàm vtilius eſt, recta via ipſum qui nummos dedit, ſuum recipere. C

*Iſta lex eſt ſumma quaſi totius materiæ: & ponit ſummarium in toto titulo. Bar.*

LIIII. PAPINIANVS libro ſecundo Quæſtionum.

EX his omnib[us] cauſis quæ iure non valuerunt[q], vel

---

a Dederit. putans ſe teneri, aliàs non repetet, ſi ſciens eſſet: vt ſupra eo. l. j. & infra de reg. iur. l. cuius.

b HIs ſolis. Quoquo modo. vel per ſe, vel per alios: vt per procuratores eorum.

c Proficit. illi cui data eſt ab illo cui ſoluo indebitum: vt C. ſi cer. pet. l. nõ aduerſus. & C. de act. & oblig. l. penult. Sed quid ſi ille non eſt ſoluendo, puta cui eſt ſolutum: an in ſubſidiũ ille cui proficit, conuenitur? Arg. quòd ſic, ſi cauſam lucratiuam habet forte. aliàs non: vt ſ. de eo per quem fac. erit. l. ſi. in prin.

d QVod quis. Hac mẽte. non hoc expreſſo: vel expreſſo, ſed altero non conſentiente. alioquin agitur præſcrip. ver. vt C. de re. permu. l. rebus. & ſ. eo. l. ij. in princip. Et not. hic ſcientem non repetere: vt ſupra eod. l. j. & de inoffic. teſt. l. cum. §. j.

e EX quib[us] cauſis. Quidem. Pone caſum vt ſ. eo. l. ſi in area. & j. de except. do. l. Paulus reſpon. nam ibi habemus retentionem. ſ. ſi poſſidemus. non autẽ petitionem, ſi non poſſidemus. & ſic non loquitur fatuè repetendo idem per idem, vt quidam dixerunt. & idem etiam in ſimilibus caſibus dicas. ſed vbi perſonaliter obligatus exceptione tutus ſum: ſi ſoluo, non repeto. eſt autem contra huic. l. ſ. e. indebiti. §. j. Sol. non condicẽtur nummi alieni reſpectu proprietatis, ſed reſpectu poſſeſſionis. Vel dic ꝙ nullo modo obſtat: quia nũmorum alienorum nõ habeo retentionem: quia domino nullam poſſum obiicere exceptionem. licet ego habeam poſſeſſionem. non enim habere poſſeſſionem, eſt habere retentionem. Item argu. contra ſ. eo. qui exceptionem. §. pen. ſed dic vt ibi no. in ſolutione primi contrarij.

f DAmus. Præteritam. ſic etiam exponuntur hæc verba infra de condi. & demon. l. ſi ita legatum. in fine.

g Pecuniæ. hoc quando ſoluo, non quando me putẽ debere: ſed quia donare velim: aliàs repeto: vt per totum hũc tit. aliàs non haberet locum hic titulus. nec ob. ſ. e. l. eleganter. in prin. quæ eſt contra. nam bene dico quòd ibi credebat ſe teneri efficaciter ex tranſac. licet enim non ſemper actio ex trãſactione naſcitur: vt C. de tranſact. ſiue apud. tamen quandoq; naſcitur: vt in eo. ti. l. cum mora. & l. ſi pro fundo. & ſic ibi putabat ſe teneri præſcrip. ver. vel putabatur per ſtipulationem interueniſſe tranſactionem. Item & tunc cum dico repetitionem non ſupereſſe: ſi tamen appareat eum non aliàs fuiſſe daturũ, repetitur: vt j. de condi. & demon. l. cum tale. §. falſam. & l. demonſtratio. Sed alia ratione videtur quòd repetere non poſſit quando aliàs non erat daturus: quia tutus eſt exceptione doli: vt dicit prædictus. §. falſam. Soluens ergo non repetit: vt ſ. eo. l. qui exceptionem. ſed hoc poteſt admitti in legato, ſcilicet quòd non repetat. ſed hic ſecus eſt. cum nulla except. tutus ſoluerit: cum aduerſario nulla competat actio hic: ſed ibi competebat.

h Sequente. vel cum dantem pœnitet: vt ſ. de condi. ob cau. l. ſi pecuniam. in principio. Accurſius.

DOminus.} CASVS. Habebã ſeruũ: cui in teſtamẽto reliqui libertatẽ ſi daret x. cuidã extraneo dedit. apparuit teſtamentũ eſſe nulliũ. an tibi heredi cõpetat repetitio, quęritur. Et reſpõ. ꝙ ſi pecunia fuit peculiaris: heres qui poſt mortẽ meã dominus ſerui permanſit, poterit pecuniã vindicare: ſed non condicet: quia ſua res permanſit. Sed pone quòd pro ſeruo alius dedit. ille cui data eſt, iuſte percepit eaque eius facta eſt: veruntamen ex quo teſtamentum poſtea nullum apparet, indebita: & de rigore iuris ille qui ſoluit, repetet ab herede: & heres ab extraneo cui ſolutum fuit de æquitate: non ab eo cui ſoluit, propter circuitum. Viuianus.

i Dominus teſtamẽto. minus ſolenni: vel poſtea inofficioſo, vel rupto.

k Seruo. extraneo.

l Mihi. ſ. extraneo.

m A domino. ſ. ab herede. Vel dic, à domino, id eſt à teſtatore, qui non permiſit, cum teſtamentum de iure nõ teneat. aliàs permittere videtur. ſ. de condi. ob cau. l. dedi. §. penulti.

n Petere debet. niſi ſint conſumpti: tunc enim reconciliatur indebitum, ſicut mutuum: vt arg. inſtit. quibus modis re contrahi. ob. §. i. & no. ſupra eod. titu. l. indebiti. §. ſed & ſi nummi.

o Mei. mutatio perſonarũ. aliàs eius, id eſt mei cui ſoluti ſunt. *eim.

p Petere poteſt. hoc ideo, quia contemplatione ſerui dedit: quaſi donaturus ipſi ſeruo: non tamen voluit quod penes dominum remaneret pecunia. & ſic longa manu interueniente videtur dediſſe ipſi ſeruo. nã celeritate coniungendarum actionũ inter ſe, id eſt actuum, vnam actionem occultari &c. vt j. de don. inter vir. & vxo. l. iij. §. fi. & ſic ſi iſte ſeruus eſſet libera perſona, haberet condictionem: igitur cum ſit ſeruus, acquirit eam domino: & ſic datur domino de ſtricto iure. ſed quia ille nunquam fuit eius propoſiti vt vellet nummos penes dominum eſſe: benignius eſt, &c. & eſt in duobus æquitas: & quod repetat, licet ſeruo donare voluerit: & quòd recta via. Vel dic quod dedit mandato ſerui, volens donare. & ſic ex mandato ſerui obligatus eſt de peculio dominus ad illa x. etſi nil aliud ſit in peculio: quia illa videntur eſſe in peculio: vt j. de pecu. l. depoſui. in prin. & ſi cedat condictionem indebiti, ſatis eſt: vt j. de pecu. D l. quod debetur. & ſecundum hoc in fin. dic, recipere ex iure ceſſo agens. Si queras, quare non datur domino rei vindi. de ſtricto iure pecunia extante, cum longa manu interueniente videatur perueniſſe ad ſeruum: nam dico quòd non datur: vt infra ad Macedo. ſed & ſi pater. §. j. Reſpon. quia ſi iſte ſeruus erat libera perſona, ei non daretur: quia ille non tranſtulit dominium in accipientem. Item not. hic ſecundum Azo. de circuitũ tollendo. ſic. C. communia de lega. l. j. in princip. & infra ſi cui plus quàm per legem Falci. videamus. & C. de act. & oblig. l. in omnibus. & l. ſi in ſolutum. & C. de lega. l. ex legato. & C. de arbi. l. ne in arbitriis. in fine. & per quas perſo. no. acqui. l. fi. & C. de emancipa. lib. l. fin. & ſupra eodem. non eſt nouum. Argu. contra. j. ad leg. Rho. de iac. ij. in princ. & pro hoc eſt. ſ. vſufruct. quemadmo. ca. ſi vſusfructus mihi. in principio. Accurſius. *Circuitus vitandus eſt.*

EX his.} CASVS. Vendidi tibi hominem liberũ. ſoluiſti pretium. poſtea lege iubente reſoluta eſt venditio. quæritur, an pretium à me repetes? Et reſpon. quòd ſic, & generaliter in omnibus contractibus qui reprobantur à lege. Viuianus.

q Non valuerunt. vt ex teſtamento falſo, vel iniuſto, vel ex

venditione liberi hominis. Iohan.

a *Effectum.* vt teſtamento reſciſſo poſtea, vel venditione reſciſſa, vel cum eſt receſſum ab ea.

b *Condictioni.* vel ob cauſam: vt ſupra de condic. ob tur. cau. l. j. & ij. vel indebiti ei qui ſoluit, vel alij: vt ſ. l. proxi.

A qua conditione condicuntur fructus à prædone? Reſpõ. condictione furtiua. Alij dicunt condi. incerti: quia non credunt eum furtũ fructuũ facere: quia imputaretur ei ſi non perciperet: ſed certe imputatur ei propter malã fidẽ: & hoc nõ debet eũ releuare à pœna. ſed ar. pro eis & nobis. ſ. de peti. her. l. niſi ex re. §. Iulian⁹ ſcribit. & l. ſi poſſeſſor. §. ſed ſi forte. & l. itẽ veniunt. §. pe. ſecundum Azo.

SI *vrbana.*} CASVS. Prædo prædia mea intrauit: & alij ea locauit, & pẽſionem accepit. Dicit quòd illi qui ſoluerunt, non repetent: ſed ille prædo erit mihi obligatus. idẽ ſi naues vel operas ſeruorum locauit prædo, & penſiones recepit. ſed ſi ſeruus operis ſuis à ſe locatis recepit mercedem, eamque prædoni tradidit: nunquid ſeruus fecit pecuniam accipientis? Dicit quòd non. Sed pone quòd ego dominus prædia vel naues locaui. conductores penſionem prædoni tradiderunt: ipſi qui ſoluerunt, condicunt. Viuianus.

c *Si vrbana.* diſtingue tres caſus in hac lege. Primus, quando prædo locauit, & mercedem vel pẽſionem accepit. Secundus, quando ipſemet ſeruus ſe locauit, & mercedem accepit. Tertius, quando dominus locauit, ſed prædo exegit. Accurſius.

d *Prædia.* idem in ruſticis ſi penſio eſt in pecunia, quæ eſt vera locatio.

e *Repetetur.* ſiue dicas i. non repetetur interim: ſed ipſe prædo domino tenetur, planum eſt. ſiue dicas, id eſt iure non condicet qui ſoluit tanquam indebitum, cum ipſe, ſcilicet prædo domino teneatur, ſimiliter planum eſt.

f *Obligatus.* ſcilicet prædo.

*ſi quis.

non habuerunt effectum[a], ſecuta per errorem ſolutione condictioni[b] locus erit.

*Ex locatione prædonis nõ competit actio domino. Item ex locatione ſerui vel domini non rectè ſoluitur prædoni: ſed ſolutum vt indebitum repetitur. h. d. Hæc lex eſt ſingularis & notabilis. gloſ. diuidit in tres partes. dic vt in ea. Bartolus.*

LV. IDEM libro ſexto Quæſtionum.

SI vrbana[c] prædia[d] locauerit prædo, quod mercedis nomine acceperit, ab eo qui ſoluit, non repetetur,[e] ſed domino erit obligatus.[f] Idemque iuris erit in vecturis nauium quas ipſe[g] locauerit aut exercuerit[h]: item mercedibus ſeruorum, quorum operæ per ipſum[i] fuerint locatæ. Nam ſi ſeruus non locatus[k] mercedem vt domino prædoni retulit, non fiet accipientis pecunia.[l] Quòd ſi vecturas nauium quas dominus locauerat, item penſiones inſularum acceperit,[m] ob indebitum ei[n] tenebitur qui non eſt liberatus ſoluendo.[o] Quod ergo dici ſolet,[p] prædoni fructus poſſe condici, tunc locum habet[q] cum domini fructus fuerunt.

B

*Dubia exceptionis perpetuæ cauſa, dubietate pendente habet vim exceptionis perpetuæ. h. d. Bartolus.*

LVI. IDEM libro octauo Quæſtionum.

SVfficit ad cauſam indebiti, incertum eſſe temporaria ſit an perpetua exceptionis defenſio. Nam ſi* qui ne conueniatur donec Titius conſul fiat[r], paciſcatur, quia poteſt Titio decedente perpetua fieri exceptio quæ ad tempus eſt, Titio cõſulatum ineunte, ſumma ratione dicetur, quod interim ſoluitur repeti. Vt enim pactũ quod in tempus certum collatum eſt, non magis inducit condictionem[s], quàm ſi ex die debitor ſoluit, ita prorſus[t] defenſio iuris quæ cauſam incertam habet, condictionis[u] inſtar obtinet.

C

*Ex ſolutione tutoris competit condictio impuberi. h. d. vel ſic: Indebitum ſolutum per tutorem, condicitur à pupillo. Bar.*

LVII. IDEM libro tertio Reſponſorum.

CVm indebitũ impuberis nomine tutor numerauit, impuberis cõdictio eſt[x].

*Solutum indebite procuratori non habenti mandatum ad hoc, repetitur à domino, vel ab eodem. Bartolus.*

Creditor vt procuratori ſuo debitum redderetur mãdauit. maiore pecunia ſoluta, procurator indebiti cauſa cõuenietur[y]. Quòd ſi nominatim vt maior pecunia ſolueretur delegauit, indebiti cum eo qui delegauit, erit actio: quæ non videtur perempta, ſi fruſtra cum procuratore lis fuerit inſtituta[z].

*Conditio impoſſibilis quam teſtator putabat poſſibilem, vitiat legatum. h. d. & iſta eſt notabilis & ſingularis lex. Bar.*

LVIII. IDEM libro nono Reſponſorum.

SEruo† manumiſſo[a] fideicõmiſſum ita reliquit, ſi ad

q *Tunc locum habet.* ſ. in medio caſu. nam ad eum tantum ſe refert regula, nõ ad primum vel vltimum.

r SVfficit. *Conſul fiat.* vel ſanæ mentis, cum ſit furioſus: vel ſi qua ſimilis: vt C. de vſufru. l. ambiguitatem. §. ſin autem.

s *Condictionẽ.* i. repetitionẽ per condi. indebi. quam ſi ex die, &c. vt hic, & ſ. eod. l. in diem. Accurſius.

t *Ita prorſus.* Et ſic no. quatuor proportionalia. Duo prima hic: pmittis. ſ. cũ Titius erit conſul. Itẽ promittis pure: ſed paciſcor quod non petam, niſi quando Titius erit conſul. vtraq; enim conditionalis eſt, & ideo vtrobiq; repetitur: vt hic & ſ. ſub cõditione. Fit enim conditio per cũ, & ſimilia: vt no. ſ. eo. l. qui promiſit. Alia duo ſunt, promittis vſque ad Paſcha. vel pure: ſed facio pactũ de non petendo vſq; ad Paſcha. hæc ambo ſunt in diẽ, & non repetitur ſolutũ: vt hic. Et ſunt hæc proportionalia hoc caſu, non aliàs: vt j. de iu. do. l. Iulianus. & j. de duo. re. l. eadẽ. quæ ſũt contra. Sed in condi. indebiti eſt ſpeciale, vt ſint proportionalia propter fauorabilem cauſam repetentis, qui certat de damno vitando: vt j. de regu. iur. l. non debet. & l. in re obſcura. nam & hic magis attenditur quòd exceptio poteſt eſſe perpetua quàm temporalis: aliàs autem hæc non ſunt proportionalia: vt ibi.

u *Condictionis.* i. ſtipulationis conceptæ ſub conditione. Azo. Et no. hic in indebito, quòd dies incertus pro conditione eſt, ſicut in vltimis voluntatibus: vt j. de leg. j. talis. §. j. & de condi. & demon. dies. & hoc ſi eſt incertum exiſtere. ſi autem eſt certum, ſed neſcitur quando, non competit repetitio: vt ſ. eo. l. nam ſi cum.

D

x CVm *indebitum. Cõdictio eſt.* ſ. & ſi de nummis pupilli ſoluat. Idẽ credo & ſi ſint tutoris. vnde ipſe tutor hãc pecuniã in actione tutelæ compenſat: vt ſ. eo. l. ſi procurator. in fi. ſi tamen iuſta ignorantia dicatur ſoluiſſe: quia factum tutoris lex interpretatur impuberis. alioquin. ſ. ſine iuſta ignorantia, contra eſt: vt diſtinguitur in bo. ſi. poſ. hereditatis: vt ſ. de pet. her. quod ſi poſſeſſor. & l. poſſeſſor bonæ fidei. Azo. Item eſt contra huic dicto. infra e. l. fi. §. tutor. ſolu. vt ibi dicemus.

y *Conuenietur.* niſi ſequatur ratihabitio de ſuperfluo: vt ſ. eo. l. ſi procurator. quod fit in conueniendo procuratorem.

z *Inſtituta.* nota, nõ nocere electionẽ male factã ſiue fruſtra: vt hic, & j. de op. le. l. ij. §. data. & j. de bo. lib. l. ſi vero in prin. & C. de poſtli. reuer. l. nec nos præteriit. & C. quomodo & quãdo iudex. l. ſi præſes. & C. de accu. l. iiij. & arg. j. de adul. l. ſi maritus. §. fi. Sed arg. cõtra. j. de trib. quod in heredem. § eligere. Sed ibi vtraq; via poterat agere: hic altera tantum. Accurſius.

g *Quas ipſe.* ſ. prædo.

h *Exercuerit.* ſcilicet ipſemet. Accurſius.

i *Per ipſum.* prædonẽ. hæc omnia enim in peti. her. veniũt: vt ſ. de petitione here. l. ancillarum. & l. mercedis. & l. ſi quis. §. fi.

k *Non locatus.* ſcilicet à prædone: ſed ipſemet ſe locauit, & mercedem retulit prædoni vt, id eſt, ſicut domino.

l *Pecunia.* itaque dominus ſerui vindicat extantem, & conſumptam condic. à prædone.

m *Acceperit.* à conductore. Accurſius.

n *Ei.* ſcilicet conductori.

o *Soluendo.* ſ. prædoni, niſi prædo domino reſtituerit: vt j. de ſol. qui hominẽ. §. ſi prædo. Sed certe immo videtur liberatus propter iuſtã ignorantiã: vt inſt. man. §. idem ſi. quæ eſt cõtra. Sol. hic nullum mandatũ interceſsit. non enim dominus mandauit conductoribus vt ſoluerent iſti: nec illi vt recipiat. vnde ignorantia non prodeſt: vt j. de ſolu. qui hominem. §. ſi nullo. Item argu. contra ad medium caſum infra depoſi. l. prima. §. ſi rem à ſeruo. Solu. vt ibi: quia ibi conſtat: hic non.

p *Solet.* regula eſt vulgaris, vt fructus. ſ. conſumpti cõdicantur. vt hic, & C. de condic. ex lege l. pe. & j. de pig. act. l. ſi pignore. §. ſi prædo. quæ exponitur hic, vt in illis obtineat fructibus qui domini fuerint. ſ. ab initio: ſed poſtea cõſumpti fuerunt à prædone: vt dictis legibus patet, & in medio caſu huius legis, quando ſeruus ſemet locauit, & mercedem retulit prædoni tanquã domino. Si enim domini non fuerunt, aut ille repetit qui indebitum ſoluit, vt in vltimo: aut dominus quidem, ſed obuentionum nomine, non fructuũ, vt in primo. Sed

a SEruo *manumiſſo.* quia in alio teſtamẽto fuerat manumiſſus: ſed teſtator eum credebat ſeruum. Et not. quòd hic eſt oppoſitio

A libertatem ex teſtamento[a] peruenerit poſt acceptam ſine iudice[b] pecuniam ingenuus[c] pronuntiatus eſt. indebiti fideicommiſsi repetitio erit.

*Si fideiuſſor ſolus eſt liberatus, ſoluens repetit. ſecus ſi principalis reus ſoluerit. Bartolus.*

LIX. IDEM libro ſecundo Definitionum.

SI fideiuſſor iure liberatus[d] ſoluerit errore pecuniam, repetenti non oberit.[e] Si verò reus promittendi per errorem[f] & ipſe poſtea pecuniam ſoluerit,[g] non repetet: cum prior ſolutio, quæ fuit irrita, naturale vinculum non diſſoluit, nec ciuile, ſi[h] reus promittendi tenebatur.

*Subtilis eſt hæc lex, & h.d. Quod ex nullo euentu inducitur, id dubietas non inducit. & quod in omnem euentum certum eſt debitum iri ab eodem, id vt indebitum non repetitur. ſecus ſi diuerſæ perſonæ. illud debituræ ſint. h.d. tota lex. Primo ponitur dictum Iuliani. Secundo ponitur caſus dicto Iuliani diſsimilis, ſecundum quoſdam iuriſconſultos. Tertio ponitur dicto Iuliani diſsimile, ſecundum omnes. Quarto ratio differentiæ inter iſtos duos caſus oſtenditur. ſecunda ibi, vbi autem. Tertia ibi, idémque. Quarta ibi, ſed hoc diſsimile. Itē prima pars ſubdiuiditur in tres: quia primo ponitur dictum Iuliani. ſecundo eius probatio per argumentum. tertio eius probatio per ſimile. ſecunda ibi, quia nec abſolutus. tertia ibi, ſimilémque eſſe. Bartolus.*

LX. PAVLVS libro tertio Quæſtionum.

B IVlianus* verum debitorē poſt litem conteſtatam manente adhuc iudicio negabat ſoluentē repetere poſſe: quia nec abſolutus[i] nec condemnatus repetere poſſet. Licet enim abſolutus ſit, natura[k] tamen debitor permanet. Similemque eſſe ei dicit, qui ita promiſit: Siue nauis ex Aſia venerit, ſiue non venerit. quia ex vna cauſa[l] alterutrius ſolutionis origo proficiſcitur.[m] Vbi autem quis quod purè debet, ſub condi-

* *Obſerua obligationē duplicē concurrere in eundē: nēpe naturalem, & ciuilem. nam hoc quæri ſolet apud interpretes. l. ſi vnus. de pactis. L.R.*

oppoſitio in obiecto, vt homo mortuus: ſed vnum horum ad veritatē. ſ. manumiſſus: alterū ad opinionē. ſ. ſeruo refertur. a Ex teſtamento. ſ. ſuo. Sed nonne conditio eſt impoſsibilis: & ita pro non adiecta habetur, & valet legatum, & ſolutum non repetitur: vt inſtitu. de hered. inſtitu. §. antepe? Reſpon. hic fuit appoſita heredi. hoc enim ſonant hæc verba, id eſt ſi heres eum manumiſerit. & ſic non valet relictum: vt inſtitut. de leg. §. fina. & ſolutum repetitur: vt hic. Vel dic quòd non eſt impoſsibilis quantum ad opinionem teſtatoris, quæ inſpicitur hoc caſu. Sic & quando teſtator mortuum ex quadrante, quendam viuum in dodrante inſtituit: & tertium ſine parte. nam veritate inſpecta debet tertius habere partem primi, quæ vacat. inſpecta verò opinione teſtatoris, qui viuere primum credebat, debet aſſem alium habere, & hoc præualet: vt j. de here. inſti. quo loco. §. j. Vel dic quòd in veritate erat ſeruus: ſed ſentētia fecit eum ingenuum: vt ſupra de ſta. ho. l. ingenuum & ſecundum hoc manumiſſo, id eſt manumittendo. vel erat liber: ſed nihilominus poteſt ei relinqui libertas: quia poteſt contingere quòd fiet ſeruus: vt infra de fideicommiſſ. liber. l. generaliter. §. ſi homini. & ſic non eſt impoſsibilis. Sed argu. contra infra de verbo. obliga. l. inter ſtipulantem. §. ſacram. Accurſius.

b *Sine iudice.* aliàs non repeteretur, vt infra man. l. ſi fideiuſſor. §. in omnibus.

c *Ingenuus.* id eſt manumiſſus in alio teſtamento.

d *SI fideiuſſor iure liberatus.* ſcilicet acceptilatione, ſecundum quoſdam. Hoc non valet: quia ſic etiam liberaretur reus per conſequens: vt infra de accep. & per iuſiurandū. §. ſi fideiuſſori. Dic ergo ſcilicet pacto perſonali, non in rem: vt ſupra eodem. l. cum is. §. fideiuſſor.

e *Non oberit.* ſcilicet quòd ſoluerit.

f *Per errorem.* non credens à fideiuſſore ſolutum.

g *Soluerit.* antequam repetat fideiuſſor. & ſic videtur vltima ſolutio indebita: ſed non eſt. vt hic dicit.

h *Si.* id eſt quamuis. immo proprie poni poteſt. Azo.

IVlianus.) CASVS. Petebam à te decem: negaſti te debere. litem tecum conteſtatus ſum: ſoluiſti: an repetere poſsis, quæritur. Et dicitur quòd non: quia ſi in veritate condemnatus eſſes, non repeteres: nec ſi fuiſſes abſolutus, & poſtea ſolueres: quia obſtaret naturalis obligatio, qua tenebaris. vnde non magis repetes, quàm ſi ita promiſiſſes, ſiue nauis venerit ex Aſia, ſiue non. Sed pone quòd debebas mihi c. & animo nouandi ſtipulatus ſum illa c. ſub conditione, pendente conditione ſoluiſti: nunquid repetes? Et dicit quòd ſic. Idem eſt ſi debebas aliquid pure, & ab alio ſtipulatus ſum ſub conditione: quia ſi ante conditionem ſoluis, repetes. diſsimilis eſt tamen is ſuperiori: quia in primo caſu ille qui tenebatur pure, nunc ſub conditione tenetur. in ſecundo alius fuit obligatus pure, & alius ſub conditione. ſed quo ad repetitionem non ſunt diſsimiles. Viuianus.

i *Abſolutus.* id eſt ſi abſolutus eſſet verus debitor, & ſolueret, poſtea non repeteretur: vt hic, & ſ. eodem. l. iudex. & argu. infra de pecu. eo tempore. §. etiam. & ſic multo minus condemnatus repetit. Non dico in caſu præmiſſo vbi ſoluitur pendente iudicio, quòd ibi poſsit condemnari vel abſolui, niſi ab obſeruatione iudicij: vt inſtitu. de perpe. & temp. ac. §. ſi. quo caſu etiam ſi prius ſoluiſſet, non repeteret, ſcilicet quando condemnatus eſt. Vel dic quòd eodem caſu loqui poteſt, quando ſcilicet ſoluit pendente iudicio: ſed extra iudiciū, ſi actor negat ſibi ſolutum quod reus aſſeuerat, & actor non plene probat debitum, nec reus ſolutionem, certe abſoluitur reus: nec tamen repetit prius ſolutū. & multo minus repeteret ſi actore plene probante condemnatur. nam tunc ſoluere etiā ſecundo tenebitur, niſi probet primam ſolutionem, id eſt ex quo non probauit in iudicio priore: & videtur redire ad non cauſam. ſecundū autem primū intellectum, quando ſoluit poſt abſolutionem, dicas quòd abſolutio fuit facta ſic: Abſoluo te à petitione iſtius creditoris: quia non probauit. ſi autē dixerit, pronūntio te non debere, vel non debuiſſe, vel non eſſe debitorem: tunc bene repeteret: quia propoſita à debitore condict. ind. per ſententiam probabit debitor quòd nō eſſet debitor: & creditor ſi vellet probare contra, nō admitteretur: quia ſententia pro veritate eſt accipienda: vt j. de ſtat. ho. ingenuum. & quia contra ſentetiam à qua non appellauit, venire non poteſt: vt j. de except. rei iudi. l. ſi quis rem à non domino. ſed in alio caſu ſi vellet eum probare debitorem eſſe, bene admitteretur: nec veniret ideo contra ſententiam primam. Sed ſecundum Py. ſi verus debitor ſoluit pendente lite, non poteſt repetere nec pendente lite, nec poſt: quia cum ſoluit, naturale debitum erat: nec aliquam exceptionem habebat debitor. ſi autem ſoluit poſt ſententiam abſolutionis, repetet ſolutum per facti vel iuris errorem: cum erat tutus except. perpetua & fauorabili: vt ſ. eodem. l. qui exceptionem. ſecus ſi ſciens: vt ſ. eo. l. iudex. & hoc ſi intelligas C hic ſolutum poſt abſolutionem. & ſic aliter intelligit abſolutus quàm nos.

*Sententia pro veritate accipitur*

k *Natura.* Nota, ſententiam non facere ius, vt qui eſt debitor, deſinat: vel qui dominus eſt deſinat: vt hic, & infra de except. rei iudic. l. exceptio. ſed hoc fallit in caſibus: vt dixi ſupra de inoffic. teſta. l. Papinianus. §. fina. ſed cum ſententia inducat ipſo iure act. in factum, vbi non eſt aliqua: vt C. de re. credi. l. actori. quare non tollit ipſo iure, vt hic: cum proniores, &c. vt infra de actio. & obliga. l. Arrianus? Reſpon. quia actori non prodeſt ſententia, niſi per act. ei conſuleretur. reo vero poteſt prodeſſe, etiam ſi non pereat actio actoris. nam ſufficit repelli except. vt argumen. ſupra de eo per quem fac. eſt. l. j. §. ſi reus. Not. etiam hic quòd refert an ciuilis ſit exceptio, vt hic: an naturalis, vt pacti: quæ naturale vinculum diſſoluit: vt tunc repetatur: vt ſupra eodem. l. ſi non ſortem. §. indebitum. & l. qui exceptionem. Sed certe inducit ciuilem, & tollit ciuilem: ergo idem facit tollendo quod inducendo. Sed reſpon. non tollit, ſed elidit & inducit. Et no. quòd exceptionum alia eſt fauorabilis, & tunc ſolutum repetitur: alia odioſa, & tunc non: vt ſupra eodem. l. ſi non ſortem. §. indebitum. & l. qui exceptionem. alia iuriſdictionis conſeruandæ gratia, vt hic: & tunc non repetitur: vt hic: & infra de re iu D di. l. ſæpe.

l *Quia ex vna cauſa.* ſ. deficiente. q. d. ſi vna cauſa deficiat, remaneat vt ſit ſolutum ex alia cauſa. vel dic ex vna cauſa, ſcilicet exiſtente.

m *Proficiſcitur.* origo ſolutionis, id eſt diſſolutionis alterius. ex quo enim ſolutum eſt ex vna cauſa, non poterit nec debebit ſolui ex alia. Azo. Habetur ergo pro puro hoc debitum, vt non repetatur: vt hic. Sic & venditio ſic facta: vt infra de peri. & commo. rei vend. l. ſi pendente. §. penult. Sed legatum ſic relictum non eſt pro puro: vnde inde interim legatario mortuo ad heredem non tranſmittit: vt infra quando dies lega. ce. l. huius. quæ eſt contra. Solu. aliud in contractu, & aliud in legato: quia in contractu ſtatim perfecta eſt obligatio: vt infra de pericu. & com. rei vend. l. quòd ſi pendente. § penul. Vel refert ſecundum Iohan. an ſint duæ ſtipulationes, vel duo legata: vt patet per hoc quòd bis eſt appoſita coniunctio ſiue. & tunc duæ ſunt conditiones. an ſit vna ſtipulatio vel legatum, quod tamen habeat duo membra: vt ponatur ibi ſemel tantum diſiunctiua coniunctio, ſiue. in primo caſu non cedit dies, niſi alterutra exiſtat: quoniam incertum eſſet cuius legati dies cederet ante conditionem. in ſecundo ſtatim cedit:

tione nouandi animo promiſit, plerique putant[a] pendente nouatione ſolutum repetere poſſe: quia ex qua obligatione ſoluat, adhuc incertum ſit. Idemque eſſe etiam ſi diuerſas perſonas ponas eandem pecuniam purè,[b] & ſub conditione nouandi animo promiſiſſe. Sed hoc diſsimile[c] eſt. In ſtipulatione enim pura & conditionali eundem debiturum certum eſt.

B

*Quod bona fide factum eſt, habetur ratum etiam pupillo poſtea per in integrum reſtitutionem abſtento. ſecus ſi dolo factum eſt. Item repetitio cōpetit ei ad quem poſtea negotium incipit pertinere. Bartolus.*

LXI. SCAEVOLA libro quinto Reſponſorum.

TVtores* pupilli quibuſdam creditoribus patris ex patrimonio paterno ſoluerunt:[d] ſed poſtea non ſufficientibus[e] bonis pupillum abſtinuerunt. Quæritur an quod amplius creditoribus per tutores pupilli ſolutum eſt, vel totum quod acceperunt, reſtituere debeant.[f] Reſpondit, ſi nihil dolo[g] factū eſſet, tutori quidem vel pupillo[h] non deberi: creditoribus autem aliis[i] in id quod amplius ſui debiti[k] ſolutum eſt teneri.

C

*Indebitum ſcienter promiſſum, non repetitur. Bartolus.*

LXII. MARCIANVS libro quarto Fideicommmiſſorum.

FIdeicommiſſum in ſtipulatione deductum, tamet ſi non debitum[l] fuiſſet, quia tamen à ſciente fidei explendæ cauſa promiſſum eſſet, debetur.[m]

*Si ſpecies debita perfectè non ſoluitur, talis ſolutio non parit liberationem, nec inducit repetitionem. Bartolus.*

LXIII. GAIVS libro ſingulari de caſibus.

NEratius caſum refert, vt quis id quod ſoluerit, repetere non poſsit, quaſi debitum dederit, nec tamen liberetur:[n] velut ſi is qui cum certum hominem deberet, ſtatuliberum dederit.[o] Nam ideo eum non liberari, quòd non in plenum ſtipulatoris hominem fecerit: nec tamen repetere eum poſſe, quòd debitum dederit.[p]

*Iſta eſt nobilis lex & ſubtilis, & hoc dicit: Dominus obligatur ſeruo naturaliter: quæ obligatio ſequitur ipſum etiam manumiſſum. Bartolus.*

LXIIII. TRYPHONINVS libro ſeptimo Diſputationum.

SI quod* dominus ſeruo debuit, manumiſſo ſoluit: quamuis exiſtimans[q] ei aliqua teneri actione, tamē repetere non poterit: quia naturale adgnouit debitum. Vt enim libertas naturali iure continetur, & donatio ex gentium[r] iure introducta eſt: ita debiti vel non debiti ratio[s] in condictione[t]

---

arg. j. de condi. & demon. hæc ſcriptura: & j. de reb. dub. l. ſi is qui ducenta. §. vtrum. quaſi ſpreuerit teſtator talem conditionem. Sed hæc ſolu. non valet. & in hac & in illa. l. bis. apponitur verbum, ſiue. Tu autem potes diſtinguere ita: an fuit appoſitum certum tempus: puta des illi x. ſi nauis venerit ex Aſia intra triduum: ſiue etiam non venerit, dabis. nam tunc ante ſolutum non repetitur: vt ibi. an non fuit appoſitum: & tunc obtinet quod hic dicitur. vel dic vt vbi notaui. Illud quæro, an antequam vna iſtarum exiſtat, poſsit agi ſi non eſt ſolutum? Reſpon. non forte: vt argu. infra de verb. obli. l. ſi ita quis ſtipuletur. Item an & huic poteſt obiici compenſatio? Reſpon. vt infra de compen. l. etiam. Accurſius.

a *Putant.* ſed male ſecundum quoſdam. nec enim poteſt videri quare aliud ſit in iſto caſu quam in ſuperiori, vbi promiſit ſiue nauis ex Aſia venerit, ſiue non, nam & hic incertum eſt ex qua cauſa ſoluerit, ſicut ibi. Tu dicas ſecundum Azo. & Ioan. quòd bene dicunt. nam & in ſuperiori caſu pura eſt ſtipulatio. nam qui tales conditiones apponit, clare oſtendit omni dilationi ſe velle renuntiare, & pure debere. vnde ſi poſtea ſoluat, ſiue tunc nondum venerit nauis ex Aſia, ex ea cauſa videtur ſolutum: ſiue venerit ex ea: & ideo denegatur repetitio. At in altero vbi pure promiſit: etſi poſtea ei volenti ſub conditione promitto, & creditor puræ obligationi videtur renūtiare: & ego dilationem conditionis induco. vnde ſi interim ſoluo, repeto, quaſi ſub cōditionibus duabus ſim obligatus, vt j. de adi. leg. l. ſi legatum pure. j. reſpon & l. legata inutiliter. & ſ. ſi cert. pet. l. pecuniam. Item quia incertum eſt vtrum ſit temporalis, an perpetua: vt ſ. eo. ſufficit.

*Coniunge l. 44. de pact.

b *Purè.* quia alius pure, alius ſub conditione nouandi animo promiſit: & alter interim ſoluit. hęc enim nouatio valet ita demum ſi cōditio exiſtat. aliàs in primam redimus obligationē: vt j de noua. l. quotiens. & ſ. de pactis. l. in perſona. §. fi.

c *Diſsimile.* q. d. in hoc differt à ſuperiori caſu: quoniā in ſtipu. &c. ſed in eo quòd detur repetitio, non eſt diſsimile. nam in vtroq; datur, ſecundū Io. Alij dicunt hic corrigi reſponſionē factam ſuperiori caſu. & ſecundum diuerſas expoſitiones variabis demonſtrationem huius pronominis hoc. Azo.

TVtores.} CASVS. Teſtator filio ſuo impuberi heredi tutorem dedit: quibuſdam hereditariis creditoribus debitum ſoluit: & apparuit hereditas poſtea non ſoluendo & reſtitutus eſt pupillus vt abſtineat. cui repetitio eſt quod indebite ſolutum eſt? Et reſpon alij creditori: ſi hoc dolo tutoris non eſſet factum, id eſt in fraudem aliorum ſolutum eſt alij creditori: ſed etiam portionē illius quod debite ſolutum eſt, præſtat. Viuianus.

d *Soluerunt.* vltra debitum.

e *Sufficientibus.* ad ſoluenda omnia debita quæ debentur creditoribus hereditariis.

f *Debeant.* ſ. creditores, qui receperūt ab aliis creditoribus.

g *Dolo.* ſed ſi dolo tutoris eſſet factū, repeterēt creditores nō ſolū quod amplius ſolutū eſſet, ſed etiā pro rata portione eius quod debebatur, & eſt ſolutū: vt j. de bo. auct. iud. poſſ. l. ſi nō

A expedierit. §. j. & quæ in frau. cre. l. pupillus. §. pupillum. tutor autem non conuenietur, niſi forte cum illi non ſint ſoluendo, & tunc actione de dolo: vt ſ. de dolo. l. ideoque. & l. nam.

h *Pupillo.* ſcilicet abſtento.

i *Aliis.* quibus nihil eſt ſolutum. Accurſius.

k *Sui debiti.* ſ. eorum quibus ſolutum eſt: in eo autem quod vere debetur: diſtingue, an erant bona iam poſſeſſa, an non: vt primo caſu reuocetur: & pro rata diſtribuatur quod eſt ſolutum vni, etiam ſine dolo ſoluentis. ſecundo non: vt j. de his quę in frau. credi. l. qui autem. §. ſciendum. & ſ. de mino. l. ſi mulier. Item an extorſit ab inuito, vel à ſpontaneo accepit: vt primo caſu reuocetur, ſecundo non: vt j. quæ in frau. credi. l. pupillus. in fine. Item no. creditoribus dari condictionem indebiti: nec eſt nouum: vt ſ. eodē. l. non eſt nouum. ſic & C. de non nu. pecu. l. ſi cui.

FIdeicommiſſum.} CASVS. Petebas à me fideicom. quod tibi nō eſt relictum: promiſi tibi per ſtipulationē, licet indebitum fuerit: & ſi ſoluero, non repetā. & hoc ſupple, vt lex faciat ad titulum. Viuianus.

l *Non debitum.* quia teſtamentum non ſolenne: vel quia defalcari poterat.

*Coniunge l. 56. ...

m *Debetur.* vt C. ad leg. Fal. l. fina. & ſic ſolutum non repetitur: vt bene faciat hæc lex ad tit. vt hic, & C. de teſt. l. non dubium. §. fina.

n NEratius. Liberetur. Caſus autem ille vt quis ſoluat, & ex ea cauſa contingat liberatio, & indebiti naſcatur condictio nunquam reperitur: vt dixi ſ. e. l. cum is. §. fideiuſſor Sed quid ſi ciuiliter debitum tantum ſolui: nonne eadem ſolutio parit liberationem & repetitionem? Reſpō. vt ſupra eo. l. cum is. §. j. Item ſecundum canones ſi iuraui me ſoluere vſuras. teneor ſoluere, & repeto: vt extra de iureiur. cap. ij.

o *Dederit.* immo videtur quòd repetat, & non liberetur: vt j. de ſolu. l. cum quis. §. qui hominem. quæ eſt contra. Vt autem

D hæc & alia ſoluas, diſtingue cū quis promittit hominem: aut in genere, aut in ſpecie. ſi in genere, ſoluens ſtatuliberū repetit: nec liberatur: vt d. l. de ſol. cum quis. §. qui hominem. & l. ſi mihi. Item parte Stichi ſoluta, nec pro parte liberatione defungitur: vt j. de verb. obl. l. ij. in prin. cæterum ſi in ſpem, ſi quidem ſtatuliberū ſuo facto, vt quia ſeruus ſuus erat, ſoluit, non liberatur, nec repetit, vt hic Neratius dicit. Si vero ſine facto ſuo ſtatuliberum ſoluat, vt quia alienus ſeruus erat: nec repetit: & liberatur: vt infra de ſtatulib. l. ſtatuliberum. in medio. §. illud. & de ſol. l. ſi mihi alienum. Azo. vel in illa. l. ſtatuliberum non erat in mora hic ſic.

p *Dederit.* petentem tamen hominem exceptione ſubmouebo: niſi hominem reddat: vt j. de ſolu. ſi cum aurum.

q S I *id. Exiſtimans.* ignorans ius. nam ſi factum, repetit: vt j. ad Mace. l. fina.

r *Gentium.* ſecundum quod pro nullo ſunt ſerui: vt infra de reg. iur. quod attinet. Nam omne ius appellat ibi ciuile, præter naturale.

s *Ratio.* id eſt ius.

t *In condictione* dāda vel non. Azo. Patet ergo q obligatio fuit ſeruo etiam in ſeruitute quæſita. Sed cōtra infra de acqui. here. l.

re.l.placet. vbi dicit quòd etiam momento non reſidet penes ſeruum quo minus ad dominum ſtatim vadat. Sol.ibi de ciuili adquiſitione, ſcilicet hereditatis dicit, ſecundum quod ſerui pro nihilo ſunt: vt modo dixi.

a *Naturaliter.* i. cõſiderato an naturaliter teneatur dominus, vel non.

A manumiſſus: vt j. quando dies leg. ce. l. ſi poſtea. §. fi. & l. vſufructu. Accurſius.

r *Repetitionem.* per condictionem ob cauſam: vel per condic. ob tur. cau. vt s̃. de condic. ob turp. cau. l. j. §. j.

s *Ei qui indebitum.* hoc eſt exemplum de vltimo membro.

naturaliter[a] intelligenda eſt.

LXV. PAVLVS libro ſeptimodecimo ad Plautium.

IN ſumma[b], vt generaliter de repetitione tractemus, ſciendum eſt dari aut ob trãſactionem[c], aut ob cauſam[d], aut propter conditionem[e], aut ob rem[f], aut indebitum[g]: in quibus omnibus quæritur de repetitiõe. Et quidẽ quod tranſactionis nomine datur, licet res nulla[h] media fuerit, non repetitur. nã ſi lis fuerit: hoc ipſum quòd à lite diſceditur[i], cauſa videtur eſſe. Sin autem ꝥ euidẽs calumnia[k] detegitur, & tranſactio imperfecta eſt, repetitio dabitur. Id quoq; quod ob cauſam datur, puta quòd negotia mea adiuta ab eo putaui, licet non ſit factũ: quia donare volui, quamuis falsò mihi perſuaſerim, repeti non poſſe[l].

B

Sed *agere[m] per condictionem propter conditionem legati vel hereditatis, ſiue non ſit mihi legatum, ſiue ademptum legatum, poſſum, vt repetam quod dedi: quoniam non contrahendi[n] animo dederim: quia cauſa propter quã dedi, non eſt ſecuta. Idem & ſi hereditatem adire nolui[o], vel non potui. Non idem poteſt dici ſi ſeruus meus ſub cõditione heres inſtitutus ſit, & ego dedero[p], deinde manumiſſus adierit. nã hoc caſu ſecuta res eſt[q]. Quod ob rem datur ex bono & æquo habet repetitionem[r]: veluti ſi dẽ tibi vt aliquid facias, nec feceris. Ei qui indebitum[s] repetit, & fructus & partus[t] reſtitui debent deducta[u] impenſa. In frumento indebito ſoluto[x] & bonitas eſt: & ſi cõſumpſit frumẽtum, pretium[y] repetet. ſic habitatione data pecuniam condicã: non quidem quanti locare potui, ſed quanti tu condicturus fuiſſes[z]. Si ſeruum indebitum tibi dedi, eumq; manumiſiſti, ſi ſciens hoc feciſti, teneberis ad pretium[a] eius. ſi neſciens, non teneberis[b]: ſed propter operas eius liberti[c], & vt hereditatem[d] eius reſtituas.

C

Indebitum[e] eſt nõ tantùm quod omnino non debetur, ſed & quod alij debetur, ſi alij ſoluatur: aut ſi id quod alius debebat, alius quaſi ipſe debeat ſoluat.

LXVI. PAPINIANVS libro octauo Quæſtionum.

HAec condictio[f] *ex bono & ęquo introducta, quod alterius[g] apud alterum ſine cauſa[h] deprehenditur, reuocare conſueuit[i].

*Datum pro libertate ab eo qui poſtea reperitur ingenuus, repetitur. h.d.*

LXVII. SCAEVOLA libro quinto Digeſtorum.

STichus teſtamento eius quem dominum ſuum arbitrabatur, libertate accepta ſi decem[k] annis ex die mortis annuos[l] decem heredibus præſtitiſſet, per octo annos præfinitam quantitatem vt iuſſus erat dedit: poſtmodum ſe ingenuum comperit, nec reliquorum annorũ

D

b *N ſumma.* id eſt vt breuiter in fi. titu. perſtringamus quæ s̃. dicta ſunt.

c *Ob tranſactionem.* ſcilicet implendam.

d *Aut ob cauſam.* ſcilicet præteritam.

e *Conditionem.* legati implendam: vt infra e. §. ſed agere.

f *Ob rem.* futurã. Ioã. vt s̃. eo. l. damus.

g *Aut indebitum.* ſ. quaſi debitũ. Ioan. & de his omnibus per ordinẽ ſubiicit. Sed nõne duo membra. ſ. aut ob cau. aut ob rem, ſufficerẽt pro omnibus? Reſpõ. vtiq;, cum nõ ſint prędictæ oppoſitæ ſpecies, ſed quædã continentur ſub ob rem: quædam ſub ob cau. ſed hoc ideo egit, vt diligentius reſponderet in ſingulis, ſic inſtit. quibus mod. teſt. infir. §. alio.

h *Nulla.* id eſt licet nil debeatur, lis tamen erat: vt ſubiicit hic, & C. de tranſac. l. ij.

i *Diſceditur.* in perpetuum: nam ſi ad tempus, non videtur cauſa ſecuta: vt s̃. eod. l. eleganter. §. penul. ſed an per ſine cauſa? argum. quòd ſic: vt s̃. de tranſact. l. cum hi. §. ſi quis alimentis.

k *Calumnia.* ſ. in inſiſtẽte, hoc eſt actore. ſec' in reſiſtẽte, id eſt reo: quia nihil valet tranſactio: vt C. de tranſac. l. ſub prętextu. ſed Rog. idem dixit vtrobique per l. iſtam. Itẽ contra. C. de plus pet. l. j. in fi. vbi dicit trãſact. etiam per dolum factam valere. Sol. refert an trãſactio fuit ſuper re per dolum, vt hic: an ſuper dolo etiam per dolum: vt ibi. ſecundũ Bul. & H. Vel dic quòd ibi non per dolum facta fuit tranſactio ſuper dolo: aliàs etiam tunc non valeret: vt C. de tranſact. l. ſub prætextu.

l *Non poſſe.* nam volenti dolus non infertur: vt hic, & C. de tranſact. l. cum donationis. Et intellige quod eſt hic, niſi forte aliàs non eſſet donaturus: vt j. de condi. & demon. l. cum tale. §. falſam. & ſic etiam intelligitur quod eſt. C. de fal. cau. adiec. l. j. & plene dixi. s̃. eo. l. damus.

m *Sed & agere.* hic incipit tertium membrum. Azo. Et conſtrue ſic: agere poſſum, ſcilicet per condictionem indebi. vel condic. ob tur. cau. poſſum dico, vt repetam quod dedi propter conditionem legati vel hereditatis ſcilicet implendam, ſiue non. &c.

n *Non contrahendi.* ſcilicet obligandi me pro admittenda hereditate: ſed ob cauſam: & ideo repeto: quia cauſa, &c.

o *Nolui.* Sed quomodo repudio: vt j. de. he. inſt. iam dubitari. quæ eſt contra? Sol. vt diximus s̃. de condic. ob cau. l. j. §. j.

p *Dedero.* cauſa implendæ conditionis. Accurſius.

q *Secuta res eſt.* non mihi ſed ſeruo facto libero qui ſuo arbitrio poteſt adire: vt inſtit. de here. inſti. §. alienus. & s̃. de inofficioſo teſt. nihil. in fin. j. reſpon. Et ſic not. hic quòd tempus aditionis in hereditate inſpicitur: ſed in legato tempus quo cedit, & ſic domino hoc caſu quæreretur, licet ſeruus fuerit

t *Partus.* vt j. de vſur. videamus. §. j. & ij. Sed an hæc reſtitutio fiat iure huius actionis, an per officium iudicis, quærit Ioan. Reſpon. iure actionis. s. eodem. ſi non ſortem. §. libertus.

u *Deducta.* quia nullus caſus, &c. vt s̃. fami. erciſc. l. fundus.

x *Soluto.* in ſpecie putabat enim ſe teneri incerto ſacco frumenti. ſed ſi in genere: nõ pretium, ſed tantundẽ repetit: vt in mutuo: vt inſtit. quib. mod. re contrahi. obligat. §. is quoque.

y *Pretium* id eſt æſtimationem.

z *Fuiſſes.* nã hac actione inquantum quis eſt locupletior, tenetur: vt patet hic, & s̃. eo. l. ſi nõ ſortem. §. libertus.

a *Ad pretium.* valuit ergo manumiſsio. Sed quomodo potuit manumittere, quãdo ſciẽter accepit, cũ & tunc faciat furtum: vt j. de cõdic. fur. l. quoniam? Reſpõ. ab initio ignorauit: ſed poſtea didicit: & ſic trãſlato in ſe domino manumittit: vel ibi labitur in perſona. Item contra. j. de dona. cauſa mor. l. ſi is cui. vbi dicit ꝙ donatarius cauſa mor. manumittere non poteſt. Sol. aliud in donatiõe cauſa mortis, vbi ſciebat ꝙ poterat reuocari per pœnitentiam, & per alios multos modos: vt s̃. ſi cert. pet. l. nõ omnis. Item quæro cur ſecus ſi heres hominẽ à ſe legatũ manumiſerit: vbi non diſtinguitur ſciens vel ignorans: nam ſemper legatario tenetur: vt inſtit. de lega. §. ſi res legata? Reſpon. quia vtilitatem habet à defuncto heres, ideo grauius onera ſuſtineat. hic autem non tenetur niſi inquantum locupletior factus eſt: vt s̃. prox. §.

b *Non teneberis.* ſicut nec legatarius, cui ſolutum eſt legatum præſtita cautione ſi amplius eſt quàm per leg. Fal. accipere liceat, quod reddat. nam ſi interim pereat, non tenetur legatarius: licet generis debitor videatur: vt j. ſi cui plus quam per leg. Fal. l. j in fi. & l. ij.

c *Eius liberti.* ſcilicet teneberis.

d *Hereditatem.* ſcilicet ſi peruenit ad eum vt ad patronũ, non aliàs, vt infra ſol. matr. l. ſi vero. §. item quicquid. & infra de ac. emp. l. ſi quis ſeruum.

e *Indebitum.* quaſi ipſe: ſecus ſi quaſi ipſe qui debet: vt ſupra eo. l. repetitio. & l. ſi pœnæ.

f *HAec condictio.* quæ eſt j. tit. j. vel de condic. indeb. accipe.

g *Quod alterius.* ſcilicet quondam. vel dic quòd ratione poſſeſsionis hic agatur.

h *Sine cauſa.* ſ. ſolutum ſine cauſa, vel ſolutum indebitum.

i *Conſueuit.* hoc fallit in muliere cauſa ventris in poſſeſsionem miſſa, quæ alitur interdum ſine cauſa: vt j. ſi mul. ven. no. l. j. §. intereſſe.

k *STichus. Si decem.* ſub hac conditione.

l *Annuos.* ſcilicet aureos.

* *Papinianus de cõdictione ſine cauſa generaliter locutus videtur: cuius appellatione generali & indebiti cõdictio ſignificatur l. 1. de cõdic. ſine cauſa.*

A dedit[a]: & pronũtiatus eſt ingenuus. quæſitum eſt, an pecuniam quam heredibus dedit, vt indebitam datam repetere, & qua actione poſsit. Reſpondit, ſi eam pecuniam dedit quæ neque ex operis ſuis, neque ex re eius cui bona fide ſeruiebat, quæſita ſit, poſſe repeti[b].

*Si res mea ad te ſine cauſa peruenit, & deſinit mihi aduerſus alium eſſe conſultum, à te repetam. Bartolus.*

B Tutor creditori pupilli ſui plus quã debebatur exſoluit: & tutelæ iudicio pupillo nõ imputauit[c]. quæro an repetitionẽ aduerſus creditorẽ haberet. Reſpondit, habere[d].

*Duobus idem debitum ſoluentibus, vltimo ſoluenti repetitio conceditur. Baldus.*

Titius cum multos creditores haberet, in quib' & Seium, bona ſua priuatim facta venditione Mæuio cõceſsit, vt ſatis creditoribus faceret: ſed Mæuius ſoluit pecuniam Seio tanquã debitã, quæ iam à Titio fuerat ſoluta. quęſitũ eſt, cũ poſtea reperiãtur apochæ[e] apud Titium debitorẽ† C partim ſolutæ pecuniæ, cui magis repetitio pecuniæ indebitæ ſolutæ competit, Titio debitori, an Mæuio, qui in rem ſuam procurator factus eſt. Reſpondit, ſecũdum ea quę proponerentur, ei qui poſtea ſoluiſſet[f].

*Iſte eſt ſolennis. §. Per promiſſionẽ de non mouendo controuerſiam, non tollitur condictio indebiti. Bartolus.*

Idem quęſiit an pactũ quod in pariationibus[g] adſcribi ſolet in hunc modum, *ex hoc*[h] *contractu nullam inter ſe cõtrouerſiam amplius eſſe*, impediat repetitionẽ. Reſpondit nihil D proponi cur impediret[i].

A *Reſtitutio cõceſſa ſuper principali, ad acceſſorium non extenditur. Item quod per in integ. reſt. quis poſſet conſequi, ea nondũ petita & obtenta non poteſt in cõpenſationem deduci. hoc dicit iſte notabilis. §. Bartolus.*

Lucius Titius Gaio Seio minori annis vigintiquinq; pecuniã certam credidit, & ab eo aliquantum vſurarũ nomine accepit, & Gaij Seij minoris heres aduerſus Publiũ[k] Mæuiũ à præſide prouinciæ in integrũ reſtitutus eſt, ne B debitũ hereditariũ ſolueret: nec quidquã de vſuris eiuſdẽ ſortis quas Seius minor annis vigintiquinque exſolueret, * repetendis tractatũ apud pręſidẽ aut ab eo eſt pronuntiatũ. quæro an vſuras quas Gaius Seius minor annis vigintiquinq; quoad viueret, creditori exſolueret, heres eius repetere poſsit. Reſpõdit, ſecundũ ea quæ proponerẽtur, condici id quod vſurarũ nomine defunctus ſoluiſſet, nõ poſſe.[l] Item quæro, ſi exiſtimes repeti non poſſe: an ex alio debito[m] heres retinere C eas poſsit.[n] Reſpondit, nec hoc quidem[o].

## DE CONDICTIONE ſine cauſa.*

### TITVLVS VII.

*Hæc eſt ſpecialis condictio, & concurrit cum condictione indebiti ob cauſam, & ob turpem cauſam. Bartolus.*

1. VLPIANVS libro quadrageſimotertio ad Sabinum.

Est & hæc ſpecies[p] cõdictionis, ſi quis ſine cauſa promiſerit, vel ſi ſoluerit[q] quis indebitum. qui autem[r] promiſit ſine cauſa[s], condicere quantitatem non D poteſt quam non dedit[t], ſed ipſam obligationem[u]. Sed &

a *Dedit.* ſcilicet ſummam.

b *Poſſe repeti.* ſuper actione præuetus: vel vt ſurdus nõ reſpõdet. quid ergo? Reſpon. ſecundum Ir. condictionẽ indebiti habere locum. cũ enim ſimpliciter dicat poſſe repeti, nec adiiciat de actione, veriſimile eſt vt ſe referat ad eam condictionem in cuius tractatu quæſtio proponitur, de qua ſ. prox. & j. loquitur. ar. j. de leg. j. ſi ſeruus plurium. §. fi. & ar. etiam. ſ. eo. in ſumma. §. ſed & agere. Sed hoc non placet, eo ꝙ quando hic ſoluit, magis ſoluit ob rem futuram, & non ob cau. præteritam. hæc autẽ condictio præteritam cauſam reſpicit. Item bene ſciebat ſe nõ debere: non ergo habet locũ condictio indebiti: vt ſ. l. j. ſed condict. ob cau. vt ſ. de cõdic. cau. da. l. de di. §. ſi liber. Azo.

c *Non imputauit.* vnde ſi per act. tutelæ iterũ ageret, repellitur excep. rei iudic. quare datur hęc ex ęquitate: vt ſ. ſi cer. pet. l. ſi & me.

d *Habere.* vtilem. Sed cõtra. ſ. e. l. tũ indebitũ. vbi dicitꝙ pupillo, non tutori, detur. Sol. hic fuit ſoluta pecunia tutoris: ibi pupilli. Vel verius diſtingue, ſit reputatum, vt ibi: vel nõ: vt hic. Azo.

e *Apochæ.* de recepto. Et not. quòd apocha ſemper de recepto dicitur: antapocha de ſoluto. apocha à creditore facta debitori reo datur, qua debiti receptio continetur. antapocha à debitore facta creditori traditur, qua continetur pecuniæ ſolutio, ſicut & in hoc. §. dicit, & C. de fide inſtrument. plures. Item not. qualiter ex parte rei ſit procurator in rem ſuã: vt hic, & ſ. fami. erciſc. l. plane. in fin.

*Apocha & antapocha differunt.*

*† Not. tex. ad hoc ꝙ inſtrumentũ ſolutionis debet eſſe apud debitorem, pro quo facit tex. in l. pecuniæ. C. de ſolut. hic addito: quando inſtrumẽtum reperitur cãcellatum apud debitorẽ, an præſumatur ſoluiſſe. ponit Ale. in l. Labeo. in 2. colum. ff. de pact. Bolo.*

f *Soluiſſet.* Sed cur hic non datur ei cuius nomine ſolutũ eſt: vt ſ. e. indebitũ? Reſpõ. ideo quia hic erat procurator in rem ſuã. vel dic domino dari directã, procuratori vtilẽ. vel ibi habuit ratum, hic non. prima verior eſt.

g *In pariationibus.* aliàs pactionibus. aliàs pariationibus, id eſt ſolutionibus. ſic j. de ſtat. liber. l. Sticho. §. argentarius. Accur.

ADDITIO. Quid ſit autem pariatio, pariare & pariator, eleganter explicat Anto. Aug. lib. 4. Emendationum, cap. 12.

h *Ex hoc.* audi pactum.

i *Impediret.* vt C. de tranſact. l. ſi de certa. & ſ. de pact. l. tres fratres. & l. emptor. §. Lucius. Accurſius.

k *Publium.* id eſt Lucium Titium. quadrinomius enim erat. vel dic quòd hic erat heres creditoris, vel procuratoris.

l *Non poſſe.* niſi reſtituatur. Sed nec hoc videtur poſſe fieri: vt C. depo. l. iiij. poteſt tamen dici contra: quia hic in peti. reſtit. officiũ nulli actioni ſeruit: ſed ibi ſic. vnde ea ibi ſublata tollitur officium. hic autẽ reſtitutio principaliter tam ad ſortem quàm ad vſuras porrigitur: vt ar. ſ. de procu. l. non ſolum. §. eſt & caſus. Azo. Sed iure communi videtur repetitio dari, cum non ſit prohibitum: vt j. de cõpen. quod in diem §. ſi rationem quæ eſt contra. Sol. ibi loquitur in debito: hæ autẽ vſuræ non debentur debitori, niſi prius petat reſtitutionem, vt dixi. Item cum ſors, quod eſt principale, ſit caſſata, & redierit ad non cauſam, ergo & vſuræ: & ſic repetuntur: vt j. titu. j. l. j. §. fi. quæ eſt contra. Sol. ante reſtitutionem erant debitæ: nec per reſtitutionem in ſorte datam factæ ſunt indebitæ: quia ſingulare ius reſtitutionis non porrigitur vltra id quod in iudiciũ reſtitutionis tractum eſt.

m *Debito.* ſ. ſortis: vel aliud debitũ quod debetur creditori.

n *Poſsit.* quaſi cõpenſando.

o *Quidem.* quia nõ eſt debitũ, quod peti poteſt per in integ. reſti. vt j. ad l. Fal. itẽ ſi pupillus. Alioquin poſſet compenſari: vt j. de cõpen. l. etiam quod natura debetur.

DE CONDICTIONE ſine cauſa.

p *Et & hæc ſpecies.* nõ ſolũ ſuperiores. & ꝙ dicit ſpecies, dic. ſ. ſub iſto genere cõdictio. nã condictio alia ſine cauſa, alia certi: & ſic de ceteris. Ipſa tantum generaliſsima eſt. nam concurrit fere cũ omnibus aliis. ecce enim concurrit cum cõdic. indeb. vt in hac l. ij. reſpon. Itẽ cũ cõdic. ob cau. vt hac l. §. ſed ſi ob cauſam. Itẽ cũ cõdi. ob tur. cau. vt hac l. §. fi. & ſ. de cõdic. ob tur. cau. l. perpetuo. Item cum cõdic. fur. fur enim de fructibus condic. ſine cau. tenetur, & condic. fur. vt C. eo. l. pe. & j. tit. j. l. in re. §. fina. Item cũ cõdic. generali. vbi enim hęc datur, & illa. ſi modo cer. pe. Nõ ergo ad liberationẽ locũ habet certi condi. ſed hæc ſic: vt hac l. §. qui autẽ promiſit &c. Ecõtra illa datur, ſcilicet certi condic. ex omni cõtractu vbi certũ petitur. hæc vero non habet locũ in contractibus omnibus: vt quando concurrit cum condic. ob cau. ne ſit contra j. eo. ſi fullo. & ſeq. vt diximus. ſ. de condict. ob cau. l. fi. Acc.

q *Soluerit.* concurrit ergo cum condictione indebiti quandoque. Azo.

r *Qui autem.* melius dixiſſet, qui enim, ſecundũ quoſdam. immo melius, qui autem. q. d. datur in promiſſo condic. ſine cau. non autem indebiti: quia ſine cauſa competit ad liberationẽ: condic. autem indebiti ad pecuniam tantùm ſolutam. ad illam autem dari non poteſt hæc. quia ſoluta nondum eſt.

s *Sine cauſa.* vt quia credebat ſe teneri ex teſtamento ad legatum præſtandum, promiſit, cum non valeret teſtamentum, vel erat ademptum in codicillis.

t *Dedit.* Hæc non eſt bona ratio ad cõdictionem. nã quandoque nõ datur quantitas: & tamen quantitas repetitur per condic. inde. vt ſ. de condic. inde. ſi non ſortẽ. §. libertus. vnde dic. hic non fuit data quantitas, nec aliquid aliud quod ſit neceſſe verti in pecuniæ præſtationem.

u *Ipſam obligationẽ.* per cõdic. iſtã: non per cõdic. illã indebiti. Sed nũquid certi cõdic. ad liberationẽ detur? Dic ꝙ ſic, prout datur ad intereſſe, quod fieri poteſt: vt j. de re iudic. ſi quis ab alio.

** Exſud... rat.*

** Sine cauſa ... agentur ... ter data ... ctũ ... cipitur, ſine ob rem quæ ſecuta non eſt, ſine ... mo ſoluendi quod deberetur, cum nihil debitũ eſſe, iuſta ... ctũ ſit l. ... ſ. de condic. indebi. l. ... hic & ... Sed ſpecialiter accipitur ſine cauſa factum datum, cũ nec cauſa data condictio, nec indebiti competit, vel ob turpem aut iniuſtã cauſam, &c. L. R.*

alio.§.fina. Si verò ad factum vt liberatio fiat, non: vt diximus ſ.ſi cer.pe.certi condictio. Accurſius.

a *Condictionem.* ſ.ſine cauſa: & ſic cõcurrit cũ condic.ob cau. quæ hic locum habet, & j.proxi.§.& ſ.de condic.cau.dã.l.j.in prin.ſic & in condic. cau. ante biennium habet locum vtraq;: vt C.eo.l.fina.

A ſi heres.& dixi plene ſ.tit.j.l.ſed & ſi me putem.§.cum iter.

n *Nec refert.* quod eſt in parte quo ad partẽ, & in toto quo ad totũ, & ecõtra. Sed arg.cõtra. C.de diſtra.pig.quandiu. ADDITIO. Solu.ſecundũ Bar.hic, & dic q in his quæ ſunt omnino diuidua, idẽ iuris eſt de parte quo ad partem, quod eſt de toto quo ad totum ita loquitur hic. ſed in his quę aliquo modo ſunt indiuidua, hæc regula nõ procedit: vt in l.cõtraria probatur. in executione.§.pro parte.j. de verb.oblig.

ſi ob cauſam promiſit, cauſa tamen ſecuta non eſt: dicendũ eſt cõdictionem[a] locum habere. Siue ab initio[b] ſine cauſa[c] promiſſum eſt, ſiue fuit cauſa promittendi[d], quæ finita eſt, vel ſecuta non eſt, dicendum eſt condictioni locũ fore. Conſtat id demum poſſe condici alicui, quod vel non ex iuſta cauſa ad eum peruenit, vel redit ad non iuſtam cauſam[e].

*Si res pro qua ſolui æſtimationẽ ei à quo cauſam habeo, ad eum redeat, poteſt agi actione ex eo contractu, vel condictione ſine cauſa ad rem ſolutam. h. d. & eſt multum notabilis. B.*

B

II. IDEM libro trigenſimoſecundo ad Edictum.

SI fullo * veſtimenta lauanda conduxerit, deinde amiſſis eis domino pretium ex locato cõuentus[f] præſtiterit, poſteaq; dominus inuenerit veſtimenta[g], qua actione debeat conſequi pretium quod dedit? Et ait Caſsius, eũ non ſolùm ex conducto agere, verùm cõdicere domino poſſe. Ego[h] puto ex cõducto[i] omnimodo eum habere actionẽ. An autẽ & condicere poſsit, quæſitum eſt: quia nõ indebitum dedit: niſi forte quaſi ſine cauſa[k] datum ſic putamus condici poſſe. Etenim veſtimentis inuentis[l] quaſi ſine cauſa datum videtur.

C

*Qui ſine cauſa in totum vel in partem obligatur, liberationem condicit. Bart.*

III. IVLIANVS libro octauo Digeſtorum.

QVi ſine cauſa obligãtur, incerti[m] cõdictione conſequi poſſunt vt liberentur. Nec refert[n], omnẽ quis obligationẽ ſine cauſa ſuſcipiat, an maiorẽ quã ſuſcipere cum oportuerit: niſi quòd aliàs cõdictione id agitur, vt omni obligatione liberetur: alias vt exoneretur: veluti qui decẽ promiſit. nam ſi quidẽ nullã cauſam promittendi habuit, incerti condictione cõſequitur vt tota ſtipulatio accepto fiat at ſi cum quinq; promittere deberet, decem promiſit, incerti conſequetur vt quinque liberetur.

*Paria ſunt ab initio aliquid eſſe tale; vel ex poſt facto deuenire ad tale. Bart.*

IIII. AFRICANVS libro octauo Quæſtionum.

NIhil refert vtrùmne ab initio ſine cauſa[o] quid datũ ſit, an cauſa propter quã datum ſit, ſecuta non ſit.

*Iſta eſt fortis lex. & h. d. Datum ob cauſam impoſsibilẽ de iure, cauſa non ſecuta de facto, condictione ſine cauſa repetitur. Bar.*

V. PAPINIANVS libro vndecimo Quæſtionum.

AVunculo[p] nuptura, pecuniã in dotẽ dedit: neq; nupſit[q]. an eandem repetere poſsit, quæſitum eſt. dixi[r], cũ ob turpem cauſam dantis & accipientis pecunia numeretur, ceſſare condictionem, & in delicto pari potiorem[s] eſſe poſſeſſorem. quam rationem fortaſsis aliquem ſecutum reſpondere[t], non habiturã mulierem condictionem. Sed rectè defendi[u], non * turpem cauſam in propoſito, quàm nullam fuiſſe: cum pecunia quæ daretur in dotem conuerti nequiret. nõ enim ſtupri ſed matrimonij gratia datam eſſe. Nouerca[x] priuigno,

D

b *Siue autem ab initio.* No.nõ referre ab initio vel poſt aliquid fiat: vt ſ.de pac.l.iuriſgentium. §.ſi autem. Sed ar.contra j.de lega.ij. cum filius.§.heres. vbi dicitur quòd non videtur falſum, quod primordio veritatis iuuatur. Item arg.contra.ſ.tit.j. l. ſi. §.Lucius. Sed reſpon. vt ibi. ADDITIO. Dic ſecundum Bart. hic, quòd ibi non deuenit ad non cauſam antequam reſtitutio petatur.

c *Sine cauſa.* ſ.iuſta: vt ſi x.tibi dem, vt hominem non occidas.

d *Cauſa promittendi.* vt dos ob matrimonium quod modo finitũ eſt, vel nõ eſt ſecutum: vt modo dixi de legato.

e *Ad non iuſtam cauſam.* vt ſequen.l.de fullone dicitur. Accurſius.

f SI *fullo. Conuentus.* ſ. extra iudiciũ: vt & illud, Vos inquam conuenio ô Iudæi. Si autẽ in iudicio, tunc nõ haberet locũ condictio quæ hic datur: vt C.de condic.indeb.l.j. & j. man.ſi fideiuſſor. §. in omnib'. Vel dic quòd licet ceſſet condic.indebi.non tamen ceſſat condic. ſine cauſa de qua hic dicit: & cõdic. quæ datur propter præcedentem cõtractum: vt j.commo.l.rem mihi.j.reſpon.

g *Inuenerit veſtimenta.* & habuit.

h *Ego.* idem repetit ratiocinando & cõfirmando.

i *Ex cõducto.* Sed quomodo habet locum ex conducto ad pretium? R.quia bo.fi.iudicium &c.in quibus bo.fi. iudic.veniunt multa de quibus nec dictum eſt, nec cogitatum: vt ſ.de condic.ob tur.cau.l.fin.

k *Sine cauſa.* ſcilicet perſeueranti.

l *Inuentis.* ne inueniatur habere vtrunq;: vt hic, & ſ.tit.j.l.eleganter.§.ſi quis.in fi.§. ideo datur condic. & cum rediret per hoc ad non cauſam: vt ſ.l.proxi.in fi.& j.ad leg.Rho.de iac.l.ij.§.pen.& j.loca.ſed addes.§.ſi quis eum.& C. de re iudi.l.ij. Sed videtur non condictionem, ſed Publicianam competere, vel vtilem in rem huic fulloni, cum videatur emiſſe ipſam ac. in rem, vt ſic tanquam aliàs emptor nominis habeat vtiles actiones: vt ſ.de rei vin.ſi culpa. Sed dic quòd lex illa loquitur cum experior prius contra eum qui non habet à me cauſam. ſed ſi habeat, vt quia commodaui ſibi vel fulloni, tunc repetat quod dedit: vt j.commo.l.in commodato.§.fina. Vel dic in mea electione eſſe, vt ibi not. nam & aliàs ſi dolo depoſitarij vel commodatarij res abſit, & mihi ea ratione condemnaretur: teneor ei cedere actiones mihi competentes: vt j.de re iudic.in depoſiti.ſecus ſi non haberet cauſam à me: vt ſ.de rei vindi.l.is qui dolo. Accurſius.

m QVi *ſine cauſa. Incerti.* i.ſine cauſa: quia ad incertũ datur: vt hic, & ſ.e.l.j.in prin.ibi, qui autẽ &c. Vel dic q ſit proprium nomen actionis: vt j.tit.j.& ideo.§.fi.& j.de act.emp.l.

o N *Ihil. Sine cauſa.* ne ex alieno lucretur: vt ſ.de trãſac.l.cũ hi qbus.§.ſane ſi is.

p A *Vunculo.* ex eo qđ dicit hic auunculo, & j.§.ſi.dicit nouerca, innuitur q ſciẽtes erant quòd matrimonium non tenebat. & ſic facit pro P.qui dixit q etiam ſciẽs repetat. Item pro eo extra de do. poſt di. re. c. j. Sed nos cõtra.nã quomodo dotẽ repetit illa cuius ſcelere pronunciatur nullum: vt ſ.de condic.ob cau.l.j.§.ſi. & l.ij. quæ ſunt cõtra? Dic ergo quòd hic loquitur cum bene ſciebat auunculum ſuum eſſe: ſed putabat ſibi licere de iure contrahere. Item nec hic de facto fuit ſecutũ. Si obiicias: in hac iuris ignorantia non debet ſubueniri mulieri vel mari: niſi in caſibus quos notaui: vt C. de iur. & fac.igno.l.ſi. Reſpon. & hic caſus de illis eſt in quo & mari & fęminæ ſubuenitur: vt j. ad l.Iuliam de adul.l. ſi adulteriũ cum inceſtu. §.ſtuprum.in fi.§. & §. nonnunquã.&§.idem. Quod autem dicit, in delicto pari, quod etiã pro Pla.facit, quaſi per hoc videatur ſcire: refertur ad extrinſecos caſus, vt per hoc idem in caſu propoſito.l.videatur reſponderi. qđ tamen non eſt, vt poſtea ſubiicit. quidam tamen dicunt, quòd ſi ſciret eum eſſe ſuum auunculum, non repeteret: argu. C. ſol. ma.ſi ignorans.ſed contra eſt, vt dictum eſt.

* *non turpẽ cauſam in prop. quàm nullã &c. id eſt potius nullã quàm turpem. Vide Anto. Aug. lib.4. emen.ca.8. Aliàs, non tam tur. &c.*

q *Nupſit.* ſ.de facto, vel de iure. Si enim nupſiſſet ſciens factũ & ius, vel factum tantum, dos applicaretur fiſco. nec ipſa repeteret quaſi cauſa ſaltem de facto ſecuta propter quam dedit: licet hoc non ſufficiat ad cond.ob cau ſ.cauſam tantum de facto ſequi: vt ſ.de condi.ob cau.l.dedi.§.ſi liber.& verũ eſt hoc etiam ſi ipſa in iure errauit. nam cum repetitio denegetur, vbi errauerit in facto, niſi fuerit error acerrimus: vt C. de inceſt. nup.l.qui contra. ergo & multo magis iis denegabitur, vbi error iuris non iuſtus, nedũ iuſtiſsimus, interuenit. quãuis enim à pœna excuſat error iuris: vt j.de adul.ſi adulterium.§.j. & §. inceſtum. non tamen à periculo dotis: vt j.de rit.nu. inceſtæ. quæ eſt huic l.contra. Sed hic non fuit ſecutum, ibi ſic. Et hęc omnia quando fuit ſecutum matrimonium de facto. aliàs locum habent ea quæ modo in alia notula dixi.

r *Dixi.* ſcilicet allegando.

s *Potiorem.* vt ſupra de condic.ob turp.cau.l.penul.in prin.& C.de condic.ob tur.cau.l.cum te. Azo.

t *Reſpondere.* dixi, repete.

u *Rectè defendi.* Vulg. Reor rectè defendi. i. puto definiendo.

x *Nouerca.* quod dixit vbi non tenet matrimoniũ ratione ſanguinis,

guinis, dicit idem etiam ſi prohibeatur ratione affinitatis. Itē s. prohibetur iure naturali, hic iure ciuili. ſecundum Io. & facit ſupra de condict. ob cau. quod Seruius.

A emp. l. quotiēs. & s. de mino. l. quòd ſi minor. §. ſi ſeruus. & j. de pœ. licet. § ex cauſa. & j. de leg. j. l. ſi heredis ſeruum.

m PRoinde. Ope. quando ope, & quando conſilio, habes inſti. de obli. quæ ex deli. naſcun. §. ope.

n Condictione. ſcilicet furtiua. Accurſius.

DE CONDICTIONE FVRTIVA.

*Explicito tractatu illarum condictionum quæ regulariter ſunt inducta: nunc ad eas trāſitum facit, quæ extra ordinem inductæ ſunt. Vel melius, ſupra proſecutus eſt tractatum aliquarum: modo facit tranſitum ad alias. Vel tertio: quia ſupra dixit de quadam quæ reſpicit turpem cauſam, vt de condic. ob tur. cau. ponit hic de alia, ſcilicet furtiua: & quia in medio multa interſeruit, etiam librum hic incipit.*

a IN *furtiua re.* id eſt pro re furtiua perſequenda.

† *In hunc tractatum Gel. lib.* 11. *Noc. Att. cap.* 18. *& Alexan. ab Alexan. Gen. die. li.* 6. *ca.* 10.

b *Soli domino.* hoc eſt contra naturam aliarum cōdictionum. nā non dominis tantùm dantur: vt ſupra vſufru. quemad. ca. l. fin. ſed hæc domino: vt hic, & inſti. de ac. §. ſic itaque. & quaſi dominō, vt heredi, qui non erat dominus tempore furti facti: vt j. e. l. ſed nec. Item tutori: vt infra de fur. l. interdū. §. qui tutelam. ſed certe etiam non domino vel quaſi videtur dari, vt creditori, qui habet ius in re: vt infra de pign. ac. l. ſi pignore. quæ eſt contra. Solu. ibi loquitur de condi. incer. non furti. vt infra e. l. & ideo. §. ſi. Accurſius.

c COndictione. *Neceſſarij.* & ſui, quales ſunt filij, & alij in poteſtate: vt inſtitut. de hered. qua. & dif. §. ſui. Sed hodie poſſunt. abſtinere etiam ſine reſtitutione: vt inſtit. e. §. ſed & his. & infra de adquir. here. l. ei qui ſe. Sed quid ſi eſt extraneus heres furioſus? Reſpon. vt C. de cu. fur. l. fin. §. j. & §. pe.

d *Non poßit.* quia nō ſunt legitimæ ætatis, vel ſane mentis: niſi pupillus cum auctoritate tutoris conueniretur: vt j. de admi. tut. l. j. § ſufficit.

e SI *condicatur ſeruus.* viuens. Accur.

nurus ſocero pecuniā dotis nomine debit: neque nupſit. ceſſare condictio prima facie videtur: quoniam iure gentium inceſtum committitur. atquin vel magis in ea ſpecie nulla cauſa dotis dandæ fuit. condictio igitur competit.

# Digeſtorum ſeu Pandectarum liber tertiuſdecimus.

## TITVLVS I.

## DE CONDICTIONE furtiua.

I. VLPIANVS libro octauodecimo ad Sabinum.

IN furtiua re[a] ſoli domino[b] cōdictio competit.

*Qui non poteſt furtum cōmittere, poteſt hac actione ex alterius perſona teneri. Bartolus.*

II. POMPONIVS libro ſextodecimo ad Sabinum.

COndictio ēc ex cauſa furtiua & furioſi & infantes obligantur, cum heredes neceſſarij[c] extiterunt: quāuis cum eis agi non poſsit.[d]

*In condictione furtiua habetur ratio intereſſe conſiſtentis in lucro. Bartolus.*

III. PAVLVS libro nono ad Sabinum.

SI cōdicatur ſeruus[e] ex cauſa furtiua, id venire[f] in cōdictionem certum eſt, quod interſit agētis: veluti ſi heres ſit inſtitutus[g], & periculum ſubeat dominus hereditatis perdendæ[h]. quod & Iulianus ſcribit. Item ſi mortuum hominē condicat, cōſecuturum ait pretium hereditatis.[i]

*Hac actione tenetur dominus ex perſona ſerui: & datur noxalis in eo quod ad dominum non peruenit. idem in patre ex perſona filij. & qui furtum commiſit, hac actione non tenebitur. h. d. cum duabus. ll. ſeq. Bartolus.*

IIII. VLPIANVS libro quadrageſimoprimo ad Sabinum.

SI ſeruus vel filiusfamilias furtum commiſerit, condicendum eſt domino[k] id quod ad eū peruenit[l]: in reſiduum, noxæ ſeruum dominus dedere poteſt.

V. PAVLVS libro nono ad Sabinum.

EX furtiua cauſa filiofamilias condici poteſt. nunquam enim ea condictione alius quàm qui fecit tenetur, aut heres eius.

VI. VLPIANVS libro trigenſimooctauo ad Edictum.

PRoinde & ſi ope[m] cōſilio alicuius furtum factū ſit,

B condictione[n] nō tenebitur[o], etſi furti tenetur.

*Deciſio in actione furti non præiudicat in condictione furtiua. Bartolus.*

VII. IDEM libro quadragenſimoſecundo ad Sabinum.

SI pro fure[p] damnum[q] deciſum ſit, condictionem nō impediri veriſsimum eſt. deciſione[r] enim furti quidem actio non autem condictio tollitur[s].

*Perſecutoria non tollitur per pœnalē, nec econtra: ſed perſecutoria per perſecutoriam bene tollitur. Bartolus.*

Furti actio pœnā petit legitimam, condictio rem ipſam. Ea res facit vt neq; furti actio

C per condictionem neq; condictio per furti actionē conſumatur[t]. Is itaq; cui furtum factum eſt, habet actionem furti, & condictionē, & vindicationem[u], habet & ad exhibendum actionem.

*Hæc actio datur contra heredem etiam in eo quod ad eum non peruenit, qualitercunque & quomodocunque res perierit, ſiue quantumcunque. Bartolus.*

Condictio rei furtiuæ quia rei habet perſecutionem, heredem quoq; furis[x] obligat: nec tantū ſi viuat ſeruus furtiuus, ſed etiā ſi deceſſerit[y]. Sed & ſi apud furis heredem diem ſuū obiit ſeruus furti-

D uus, vel nō apud ipſum,[z] poſt mortem[a] tamen furis, dicendum eſt condictionem aduerſus heredem durare. Quæ in herede diximus, eadem erunt & in ceteris ſucceſſoribus.[b]

o *Tenebitur.* immo videtur quòd ſic: vt j. de verb. ſignifi. l. ſæpe. in fi. quæ eſt contra. Sol. hic non peruenit res ad eum qui opē tulit, ibi ſic. vel ibi de con dic. id eſt de actione perſonali: puta certi cōdic. dicit, nō de iſta: & hæc vera. Alij dicunt, hic de ope teneri, non de conſilio: vt ibi. & eodē modo reſpōde ad aliam legem infra de pecu. l. peculium. §. ſed ſi opem.

p SI *pro fure.* id eſt per actionem furti.

q *Damnum.* dupli vel quadrupli ſoluendi à fure.

r *Deciſione.* facta ſuper duplo, vel quadruplo.

s *Tollitur.* immo videtur tolli: vt s. de iureiur. ſi duo. §. idem Iulianus. quæ eſt contra. Sol. vt ibi. ADDITIO. Dic quòd ibi fuit iuratum vel ſententiatum ſuper facto: hic ſuper actione, ſecundum P.

t *Conſumatur.* hoc in pœna legali. ſecus in conuentionali, vbi loco intereſſe ſuccedit: vnde non poteſt vtrūque peti: vt j. de exce. do. apud Celſum. §. Labeo. quæ eſt contra: niſi ibi eſſet dictum, rato manente pacto: vt s. de tranſact. qui ſidem. quando autē tollatur vna per aliam, plene no. s. nau. ſta. l. idem. §. fin.

u *Et vindicationem.* ſi eſt dominus. ſed vna iſtarum perſecutoriarum per alteram tollitur: vt C. de noxa. l. finali. & facit C. de furtis. l. ancillæ. Accurſius.

x *Furis.* ſcilicet ſuo nomine ſi contrectet: nō tantùm defuncti.

y *Deceſſerit.* viuo fure.

z *Apud ipſum.* ſcilicet heredem: ſed apud alium.

a *Poſt mortem.* Sed nōne idem & ſi ante mortem furis obierit: vt inſtitu. de obli. quæ ex delic. naſ. §. fin. & s. proxi. §? Reſpon ita. quod ergo dicit poſt mortem, ideo dicit, quia ſi ante mortem furis deceſsiſſet heres furis, nunquam ſuo nomine, id eſt propter ſuum maleficiū damnaretur, ſed alieno, id eſt defuncti: vt ſupra de iis qui not. infam. l. furti. §. ſi quis alieno. vbi autem poſt mortem decedit, ſuo etiam nomine poteſt heres obligari, ſi contrectet contra voluntatem domini cui ſurripuit defunctus. Vt enim perſona domini mutata de nouo naſcitur actio furti, remanente prima tamen: vt j. de fur. l. interdum. j. reſpon. ita & perſona furis mutata ſtatuendum eſt vt noua naſcatur: vt dictum eſt ſecundum Azo.

b *Succeſſoribus.* ſcilicet in ius. Ioan. non in rem: vt s. de eden. quædam

f *Id venire.* ſubaudi etiam. Accurſius.

g *Si heres ſit inſtitutus.* vel ſimilia damna cōſequatur per hoc: vt s. ad l. Aquil. inde Neratius. §. idē Iulianus. Idem in act. fur. vt j. de fur. l. in furti actione. § j. & l. ſiquis vxori. §. pen. & arg. inſti. ad l. Aquil. § illud.

h *Perdendæ.* id eſt perditæ: vt j. de fur. ſi quis vxori. in §. penu. ſic tempus pro tempore: vt C. de iis qui not. infa. ſi Poſidoniū.

i *Hereditatis.* & etiam pretium ſerui, cum res furtiua periculo furis ſit.

k SI *ſeruus. Domino.* idem in patre: vt j. eodem. Iulianus. & j. re. amo. l. viua.

l *Peruenit.* vt j. de act. emp. ſeruus quē. in prin. & de cōtrahē.

quædam ſunt.§.j.& ĩ.eod.ſed nec.Azo.Ex quo ergo in here- A des datur:quæro vnde hæc actio naſcitur? Dicunt quidam ex maleficio:quia no xaliter datur:vt ſ.eodem. ſi ſeruus. Alij ex quaſi maleficio,& ex quaſi contractu: & ſic intelligunt & inducunt.ĩ.de act.& obl.l.j. Tu dicas ex variis figuris,id eſt nec ex contractu vel quaſi, nec ex maleficio vel quaſi, ſed anomalam & ſeparatam quandam habet naturam: cum habeat ſimilia & diſsimilia cum omnibus. cum contractibus enim vel quaſi, habet ſimile, vt in heredem detur, licet ad eũ nil peruenerit, vt notaui modo ſ. l. proxi. & in hoc differt a maleficiis vel quaſi, quæ nõ dantur niſi in quãtum peruenit: vt C.ex delic. defun. l. j. cum maleficiis vel quaſi habet ſimile,vt detur noxaliter, vt dixi. in quo diſcrepat à contractu vel quaſi : vt ſ. de iis qui deie. vel effu.l.j.§. cum ſeruus. Sic & actio in factum eſt ex variis figuris cauſarum.vt C.de ſac.ſanct. eccle.l.ſancimus.& de iſtis duabus intelligitur illud tertium membrum infra de act.& obli.l.j.in prin. ibi.aut ex variis figuris, &c. Accurſius.

*In obligatione rem reſtitui,demũ perempta re ſuccedit obligatio ad intereſſe quãdo eſt contra furem quanti res plurimi fuerit, & habetur ratio fructuum.Bartolus.*

VIII. IDEM libro vicenſimoſeptimo ad Edictum.

IN re furtiua[a] condictio ipſorum corporum competit. ſed vtrum tamdiu quamdiu extent,an verò & ſi deſierint eſſe in reb[9] humanis? Et ſi quidẽ[b] obtulit fur, ſine dubio nulla erit cõdictio. ſi nõ obtulit[c], durat condictio æſtimationis[d] *eius. corpus e- B nim ipſũ præſtari nõ poteſt[e]. Si ex cauſa furtiua res condicatur,cuius temporis ęſtimatio fiat quæritur. Placet tamẽ id tẽpus ſpectandũ, quo res vnquam plurimi[f] fuit : maximè cum deteriorem rem factam fur dando nõ liberatur. ſemper enim moram[g] fur facere videtur. Nouiſsimè[h] dicendum eſt etiam fructus in hac actione venire.

*Hæc actio datur contra heredes pro hereditaria portione , non inſpecto ſi ad eos minus peruenit.Bart.*

XI. IDEM libro trigenſimo ad Edictum.

IN condictione ex cauſa C furtiua, non pro parte quę peruenit[i], ſed in ſolidum tenemur dum ſoli heredes ſumus[k].pro parte[l] autem heres, pro ea parte pro qua heres eſt,tenetur[m].

*Hæc condictio competit contra furem manifeſtum,ſiue non manifeſtum: niſi poſſeſsio rei ad dominum ſit reuerſa.Bart.*

X. IDEM libro trigenſimooctauo ad Edictum.

IN re furtiua.} CASVS. In lege iſta dicit quæ veniant in cõdictione furtiua : quia res ſubtracta condici debet ſi extat : ſi non, æſtimatio illius condici debet : niſi forte fur obtulerit poſt oblationem : ſi perierit, nulla erit condictio. Viuianus.

a *In re furtiua.* nunc reſpondet.

b *Et ſi quidem.* oblatio prodeſt quo ad interitum: vt hic, & ĩ.eo. parui.& C.e. l. fi. & ĩ. de verb. obliga. interdum.§.Stichi. Non ad actionem pœnalem furti vitandam: vt ĩ.de fur.qui ea mente.

c *Obtulit.* vel niſi ſimile fecerit:vt quia nouauit: vt ĩ.e.parui. ſic ſ.man.ſi procuratorem.§.fi. Accurſius.

d *Aeſtimationis.* immo æſtimatio in ſolutione[a] eſt tantum:homo autem ipſe in petitione:vt ĩ.de verb.obliga.ſi quis ſtipulatus.§.fi. & l.eum qui.§.fin. ADDITIO. Dic quòd illæ leges loquuntur in obligationibus in rem dari: hic in rem reſtitui. D Bal.& Bart.

e *Non poteſt.* quia deſiit eſſe in rebus humanis.

f *Plurimi.* ſcilicet à tempore commiſsi furti:vt hic, & ĩ. rerũ amot.l.pen.& ĩ.de tri.l.pen.in fin. non autem ſi plus valuiſſet ante furtum factũ,de hoc tenetur:licet in lege Aqu.teneatur: vt ĩ.de pri.delic.l.nunquam.§.item quæſitum eſt.

g *Moram.* vt ĩ.e.l.ſi & C.de condic.ob tur.cau.l.fi.Accur.

h *Nouiſsime.* i.in vltima parte huius legis,vel etiam tractatus.

IN condictione.} CASVS.Heres furis condictione furtiua tenetur. vnde ſi res furtiua non inſolidũ ad heredem peruenerit, pro parte tenetur, cum pro parte ſit heres. ſi inſolidum peruenit,inſolidum tenetur.Viuianus.

i *Peruenit.* de re furtiua.Accurſius.

k *Sumus.* de vno loquitur in plurali numero: ſed ĩ proxi.ibi, pro parte.&c.loquitur quando ſunt plures.Accurſius.

l *Pro parte.* hoc non ita intelligas,vt ſi tota res ad vnũ peruenit,ipſe in totum nõ teneatur:imo tenetur in totum: vt ĩ.com mo.l.iij.§.heres.& ſ.de eden.l.ſi quis. §.j. ſed vt etiã ſi minus quàm pars hereditaria ſit quæ peruenit ad eum de re furtiua, A tamen inquantum heres eſt,teneatur. Azo. ſi tamen lis fuerit cum defuncto conteſtata,etiam ſi vnus teneat totum:non niſi pro hereditaria parte tenetur:vt ĩ.de præto.ſtip.l.ij.in fi.

m *Tenetur.* ſcilicet nomine defuncti.

n *Siue manifeſtus. Condici.* id eſt agi condict. fur.

SIue manifeſtus fur, ſiue nec manifeſtus ſit,poterit ei condici[n]. Ita demum autẽ manifeſtus fur † condictione tenebitur,ſi deprehenſa[o] non fuerit à domino poſſeſsio eius. Ceterum nemo furum conditione tenetur poſteaquam dominus poſſeſsionẽ adprehendit[p]. & ideo Iulianus vt procedat in fure manifeſto tractare,de conditione ita proponit,furem depre B henſum aut occidiſſe[q], aut fregiſſe,aut effudiſſe id quod interceperat. Ei quoque qui vi bonorum raptorum tenetur, condici poſſe[r] Iulianus libro vicenſimoſecundo Digeſtorum ſignificat.

*Hæc condictio datur domino & heredi eius,non ſucceſſori titulo ſingulari.*

Tamdiu autem[s] condictioni locus erit donec domini facto dominium eius rei ab eo recedat. & ideo ſi eam rẽ alienauerit[t], condicere non potuerit. vnde Celſus libro duodecimo Digeſtorum ſcribit,ſi rem furtiuam dominus purè[u] legauerit furi, heredẽ[x] C ei condicere non poſſe.[y] Sed & ſi non ipſi furi, ſed alij,idem dicendum eſt, ceſſare condictionem: quia dominium facto teſtatoris, id eſt domini diſceſsit.

IX. PAVLVS libro trigenſimonono ad Edictum.

SEd nec legatarius condicere poteſt[z]: ei enim cõpetit cõdictio,cui res ſubrepta eſt,

o *Deprehenſa.* id eſt apprehenſa . Accurſius.

p *Apprehendit.* verum eſt pro poſſeſsione illa, ſed pro fructibus & ſimilibus poteſt cõpetere: vt ſ. eodem. ſi cõdicatur. & l. in rem. §.fina.

q *Occidiſſe.* In his tantum caſibus dicit P. furem manifeſtum teneri condictione furti: quod omnino falſum eſt, ſecundum Ioannem poteſt & plurib[9] aliis modis accidere. Quid enim ſi non occiderit,ſed vulnerauerit? Itẽ quid ſi fur fuerit viſus non captus? fur quidem eſt manifeſtus, non tamen apprehenſus:vt ĩ.de fur. ſi quis in ſeruitute: cõuenit ergo poterit: ſed hic indubitabilia poſuit exempla, ſecundum Azo.

† *Baldus hic dicit iſtũ tex.meliorẽ de iure ad cognoſcendum quis ſit fur manifeſtus: cũ quo ſtãdum eſt: quia tex. clarus in ſe eſt,& optime probat. Bolo.*

r *Condici poſſe.* quia eſt fur:vt inſti. vi bo.rap. in princip.

s *Tamdiu autem.* condictio furtiua datur domino quamdiu res durat ſua: ſed ſi alienauerit, diſtinguitur: aut facto ſuo, & tunc deſinit ei competere: de quo ponit tria exẽpla: ſcilicet quando vendit vel legat furi, vel extraneo: quo tertio caſu etiam legatarius condictionem non habet : adijcitur etiam quartum exemplum in l.& ideo.quando duo erant domini rei furtiuæ : & vnus prouocat alium ad diuiſionem:& alteri eorum eſt adiudicata. nã ſi eſt adiudicata prouocato, prouocans amittit cõdictionem: quia ſuo facto videtur alienaſſe ſuam partem.ſi autem prouocanti eſt adiudicata, prouocatus non amittit : quia non videtur ſuo facto ſuam partem alienaſſe : vt hic dicit vſque ad §. Neratius in l.& ideo.

*Cõdi.furtiua an re alienata domino competat.*

t *Alienauerit.* Sed hoc quomodo ſine poſſeſ.? Reſpon.vt infra eo.l.& ideo.

D u *Pure.* ſecus ſi ſub conditione:vt ĩ.eo.ſi ſeruus.

x *Heredem.* ſcilicet domini. Accurſius.

y *Non poſſe.* ſ.furi.ſecundũ Io.Sed nũquid actione furti aget heres cõtra furẽ? Azo.R. forte ſic:vt ar.ĩ.de fur.l.qui ea mẽte.

z *Sed nec legatarius. Condicere poteſt.* ſ.condic.furtiua,ex cõtrectatione prima:vt dicunt.ſed ex ſecunda[b] ſic: vt ĩ.de fur. ſi dominium.ratione igitur primæ,nulli. Vel dic quòd cõdic. furtiua non agitur,nec ex prima,nec ex ſecunda.ſed furti ex contrectatione prima,quaſi hoc ius vna cũ rei dominio tranſeat & ambulet:vt d.l.ĩ.de fur.ſi dominiũ.& l.ſi cũ quis in hoſtium.§.j.& l.ſi is. §. j. & ex noua contrectatione alia naſcitur furti actio:vt ſic duas actiones[c] furti habeat idem contra eundem,& nomine eiuſdem rei:vt ĩ.de fur.interdum.in prin. Vel loquitur ibi in l. interdum. quando poſſeſsio rediit ad dominũ,ſecundum R.& fur ſecundo ſurripuit.alias prima act.furti ſufficeret.quod H.non placet, ſcilicet quòd agat legatarius ex vtraq; contrectatione. Item no.ex prædictis quòd heredi non remanet condictio etiam ex prima contrectatione. & ſic eſt contra ſ.de ſer.cor.ſed heres. Vel dic ſecundum H. quòd hic loquitur de cõdic. at in act.furti.dic, ſi iure vniuerſali res furtiua

*b Iſtud eſſet contra generalitatẽ iſtius.l. ſecundum Bart.& Pau.*

*c Nihil eſt B.B.& Ang.*

furtiua deuenit ad dominium alterius, vt heredẽ, vel bo. poſ. vel arrogatorem: agitur etiam ex veteri contrectatione & noua. & ſic duæ eidem & contra eundem actiones furti competunt: vt l. ſi dominium. & l. ſi cum quis in hoſtium. nec ob. l. ei qui. quia ibi dominium non mutatur. quod ergo facit, quando redit ad dominiũ, vt l. interdum. §. fi. hoc hic dominij mutatio. Item ſicut heres furis tenetur noua condict. & noua act. fur. vt ſupra eodẽ. l. ſi pro fure. §. fina. ſic & domino nouo noua actio datur. at ſi ſingulari ti. vt legato, agitur tantùm pro noua contrectatione: vt l. ſi dominium. in fin. pro veteri heres: vt ſupra de ſer. cor. ſed ſi heres. vel illud[a] in act. ſer. cor. in furti. idẽ quod in vniuerſali dicunt. Alij dicunt ex veteri contrectatione indiſtinctè dari veteri domino[b]. quod eſt contra l. ſi dominium. Sed quæ eſt ratio diuerſitatis inter condic. fur. & furti actionem? Itẽ quare non eſt ita ambulatoria condictio, vt actio furti? Reſpon. condictio prodita eſt vt detur domino, quod eſt contra naturam cõdic. & contra ius. ergo reſtringitur ad præſentia, non furtiua: vt infra de lib. & poſthu. l. cum quidam. & s̃. vſufru. quemadmod. ca. l. fina. etiam ex futura contrectatione. vel ideo non tranſit, quia alia actione conſulitur: vt in fi. huius legis.

*a Immo inter illas actiones non eſt differentia ex mẽte Bar. & P.*

*b Et male. Bar. Bal. & Pau.*

vel heredi eius, ſed vindicare rem legatam ab eo poteſt[a].

XII. VLPIANVS libro trigenſimooctauo ad Edictum.

ET ideo eleganter Marcellus definit libro ſeptimo. ait enim: Si res[b] mihi[c] ſubrepta, tua remaneat, condices. Sed & ſi dominiũ non tuo facto[d] amiſeris, æquè condices. In communi igitur re eleganter ait intereſſe, B vtrum tu prouocaſti communi diuidundo iudicio: an prouocatus es: vt ſi prouocaſti in communi[e] diuidundo iudicio, amiſeris condictionem: ſi prouocatus[f] es, retineas[g].

*Ei qui non eſt dominus, ſed habet ius in re, in locum condi. fur. competit condictio incerti. Bartolus.*

Neratius libris Membranarum Ariſtonem exiſtimaſſe refert, eum[h] cui pignori res data ſit, incerti[i] condictione acturum, ſi ea ſubrepta eſt.

*Etiam ſpecies facta ex materia mea, venit in hac condictione: & in ea habetur ratio meliorationis factæ, etiam ſumptibus furis. Bartolus.* C

XIII. PAVLVS libro trigenſimonono ad Edictum.

a *Poteſt.* legatarius. ſecundum Io.

b ET *ideo. Si res mihi.* vt quia eã cõmodaſti, & alius ſurripuit.

c *Mihi.* id eſt à me furtiue ſubtraxit.

d *Facto.* vt ſtatim ſubiicit in exemplo, in communi. &c.

e *In communi.* igitur rem communem, puta ſeruum communem tecum habeo. hic ſurripitur vel ab eo cui cõmodauimus: vel ab vno noſtrum. interim prouocas me ad iudicium communi di. Diſtingue ergo: aut eſt mihi adiudicata res te prouocante: & tunc condictionem amiſiſti, quam pro tua parte habebas: & ego condicam pro mea parte, quę mihi remanſit, & pro ea quæ ex iudicatione ad me peruenit. ſi autem adiudicaretur tibi prouocanti, condictio remanet mihi meæ partis: tibi etiã tuæ partis ſimiliter remanet vt hac l. dicitur. & ſic not. quòd ſufficit hoc vltimo caſu aliquando interfuiſſe mea in condic. licet hodie non interſit. quod in actione furti eſt expeditum: vt j. de fur. inter omnes. in prin. Accurſius. D

f *Prouocatus.* & vtroque caſu eſt alteri adiudicata.

g *Retineas.* ſcilicet condic. fur. cum facto tuo dominium non ſit trãſlatum: ſed potius quadam neceſsitate. Sed op. aut huius rei pro qua egimus communi di. poſſeſsionem habemus: & tunc non poteſt agi condic. vt s̃. eo. ſiue manifeſtus. aut non: & tunc non potuit dominium tranſire de vno in alium? Reſp. facile eſt ſecundum nos aſsignare, qui dicimus dominium ſine poſſeſsione adquiri. pone enim quòd eum induco in poſſeſsionem[c]. licet enim non adquiritur ei poſſeſsio, quia alius eam habet. tamen adquiritur dominiũ: vt j. de fun. do. l. ſi fundum. Vel pone ſecundum Azo. quòd fur ſtatim re adiudicata ſocio, ei tradidit poſſeſsionẽ: quia erat homo potens: non tamen volens reſtituere cui ſurripuerat, ſpernens eum. Vel pone eam poſſeſsionem deueniſſe ad dominum, qui ignorans ſuam eſſe alicui pretium vel æſtimationẽ præſtitit, & ſic conſecutus eſt rem: vt infra de verbo. ſignific. l. Labeo. §. item. Vel dic, ſpeciale in tribus iudiciis iſtis, ſcilicet fa. erciſc. communi diui. fi. regu. vt transferatur ſine poſſeſsione ex ſola ſententia dominium[d]: vt inſtitu. de offi. iudi. §. j. hoc autem cõſtat, quòd licet non poſsideamus, tamen hoc iudicium communi di. & ſimilibus agi poteſt: vt hic & s̃. fa. erciſc. item Labeo. §. fi. & l. ſeq. Accurſius.

*c Iſta inductio eſt difficilis in re mobili. Bal.*

*d Iſta eſt vera, quando res erat cõmunis ex ſocietatę, aliàs ſecus. Bar.*

A h *Eum.* ſcilicet creditorem.

i *Incerti.* hæc datur iis qui domini non ſunt, quorum tamen intereſt rem ſaluam eſſe: quia ius habent in re: vt hic, & infra de pig. act. ſi pignore. Si verò quis tantum bona fide habeat poſſeſsionem, & non habeat ius in re, condicet condict. triticiaria ipſam poſſeſsionem: vt j. de triti. l. ij. Alij dicunt vtili cõdict. furti. Sed ſi neque dominium, nec ius in re, nec poſſeſsionem habeat, ſed detentationem tantum, vt commodatarius, vel depoſitarius, vel ſimiles: videtur deſtitui omni actione de iure communi: ſed forte conſuletur ei actio in factum, vel offic. iudic. ad ipſam poſſeſsionem: vt argu. C. de agr. & cen. l. ſi coloni. ſecundum Azo. & ſecundum H. incerti. Accurſius.

EX argẽto * ſubrepto pocula[k] facta condici poſſe Fulcinius ait. ergo in condictione poculorum etiã cælaturæ[l] æſtimatio fiet, quę impenſa furis facta eſt[m]: quemadmodum ſi infans ſubreptus adoleuerit, æſtimatio ſit adoleſcentis, quãuis cura & ſumptibus furis creuerit[n].

*Si actor pendente iudicio deſinit eſſe dominus facto ſuo, vel actoris ſui, ius eius extinguitur: ſecus ſi facto furis: & res æſtimatur quantum vendi poteſt. Bar.* B

XIIII. IVLIANVS libro vicenſimoſecundo Digeſtorum.

SI ſeruus furtiuus ſub conditione legatus fuerit, pẽdente ea heres cõdictionem[o] habebit. Et ſi lite conteſtata conditio extiterit, abſolutio ſequi debebit[p] perinde ac ſi idem ſeruus ſub conditione liber eſſe iuſſus fuiſſet, & lite cõteſtata cõditio extitiſſet[q]. Nam nec petitoris iam intereſt[r] hominem recipere: & res ſine dolo malo[s] furis eius eſſe deſiit. C Quòd ſi pendente conditione iudicaretur, iudex æſtimare debebit quanti emptorem inuenerit.[t]

k EX *argento. Pocula.* ſcilicet ex argento: vt j. de fur. ſi quis vxori. §. ſi quis maſſam.

l *Cælaturæ.* id eſt deauraturæ.

m *Facta eſt.* omnia hęc enim videtur donare, cum ſit malæ fidei: & ideo ad æſtimationem omnium iſtarum tenetur: vt hic, & infra re. amo. l. pen.

n *Creuerit.* quas impenſas non repetit: vt hic, & C. de infan. expo. l. j. Accurſius.

SI *ſeruus.*} CASVS. Aliquis mihi reliquit ſeruum ſub conditione. pendente ea ſurreptus eſt. an competat condictio mihi aut heredi pendente conditione, quæritur. Et dicitur quòd heredi. vnde ſi egit. & pendente lite extiterit conditio: non aget heres de cetero condictione furti: quia nihil intereſt heredis. & hoc probat per ſimile. Cetera plana ſunt vſque ad finem tit. Viuianus.

o *Condictionem.* ideo heres, quia non eſt dominus legatarius conditione pendente: vt argu. s̃. vſufruct. quemadmo. ca. l. ſi vſufructus mihi legatus. §. plane. Et hoc ex eo apparet, quia nec ante diem repudiari poteſt: vt j. de leg. ij. ſi ita ſcriptum. §. ſi ſub conditione. Item expreſſum eſt s̃. de rei vindic. l. non ideò. Accurſius.

p *Debebit.* ſcilicet ab herede. ſed nec legatario datur cõdic. vt ſupra eo. ſed nec.

q *Extitiſſet.* quo caſu procedi vltra non debet: vt hic, & j. de fur. ſi quis vxori. §. fi. & arg. s̃. ad exhi. tigni. §. fi. & s̃. de rei vin. D l. ex diuerſo. in prin. Sed cur denegatur hered. cõdic. his duobus caſibus, cum ab eo inuito recedit dominium: vt s̃. eo. ſiue. §. tandiu? Reſpõ. ſecundum Azo. heres voluiſſe[e] videtur, cum teſtator voluit, etiam ſi doleat: cum poſt aditam hereditatem exiſtat cõditio. Nam & heres ad legata cõpellitur, cum quaſi contraxerit: vt inſtit. de ob. quæ ex quaſi contract. §. heres.

r *Intereſt.* non ergo datur condictio ſi intereſſe deſiit vel per libertatem, vel per interitum, vel per ſimiles modos. Sed cõtra j. de fur. l. inter omnes. in prin. vbi dicit ſufficere ſemel intereſſe. Solu. ibi de actio. furti. hic de condi. fur. hoc nõ valet: quia idem ibi de condic. dicitur quòd detur poſt interitum rei: vt dicitur s̃. eo. in re furtiua. §. ſed vtrum. Alij dicunt quòd ibi præciſe ſemel interfuit, quia ſua fuit ab initio, hic nõ erat præciſe. Tu vero dic[f] quòd hic facto ſuo deſiit eſſe ſeruus ſuus: & ideo condic. non habet: vt s̃. eo. ſiue. §. fi. & l. & ideo. §. ſed & ſi dominium. cum facto teſtatoris qui legauit, vel libertatem reliquit: cuius factum heredis reputatur: vt in authen. de iureiur. à mo. §. fin.

s *Dolo malo.* puta ſi ſine dolo malo furis, conditio legati extiterit, vt ſic abſolueretur: quia ſi ipſe fecit conditionem extiſtere dolo malo, perinde damnaretur conditione exiſtente, ac ſi penderet.

t *Inuenerit.* ſcilicet vt æſtimet quantũ quis daret pro re cuius dominium

dominium à ſe receſſurum ſit. Sic ergo no. vulgare, quòd res tantum valet, quantum vendi poteſt: vt hic & j. de fur. ſi vendidero. §. j. & l. ſi quis vxori. §. fin. & j. ad Trebel. l. j. §. ſi heres. ſed arg. cōtra. j. ad l. Fal. in lege Falcidia. §. proculus. Item huic dicto eſt contra. s. ad l. Aquil. l. in lege Aquilia, ſi deletum, in eo quòd ibi in totum fit condemnatio. Item in eo quòd ibi non fit ſtatim executio: ſed in eo ſpeciale, ſicut & alia multa ſunt: & de pœna inficiationis & ſimilibus. Accurſius.

a *Ei.* ſcilicet furi.

b *Non debebit.* ſcilicet vt intereſſe reſtituat, quod nunc accepit, ſi deſinat eſſe ſua conditione exiſtente: & eſt ratio: quia non ad pretium rei, ſed quanti res talis ſit agitur, ſecundum Azo. Item & alia, quia ſibi imputet quod ipſam non reſtituit: vt ſupra de rei vindi. ex diuerſo. §. petitor.

c *Bouis.* ſcilicet totius, ſic vniuerſaliter accepti licet ſit mortuus: & venit æſtimatio: vt ſupra e. in re furtiua.

d *Corij.* hoc quod de corio & carne dicit, intellige quòd competit actio, ſcilicet contra alios inuito domino contrectantes. nam quòd contra furem pro ſingulis membris detur condic. non videtur iuſtum: vt infra commo. l. in commodato. §. duabus. Eſt & alia ratio, quia aſsidua contrectatione non fit furtum: vt infra de fur. l. ei qui. Vel dic quòd committit furtum, & tenetur condict. fur. ad corium, ſi poſtea contrectet: quia alia res eſt hæc: & nunc incipit primo ſingulas partes poſsidere: vt infra de adquiren. poſſ. qui vniuerſas. in princip. & de vſucap. eum qui. & ſic nunc primo contrectat. ſed tamen quia videtur contrectatio de eadem re, obſtat exceptio. ſi præſtitit bouis æſtimationem: & econtra tantum minus præſtat poſtea de bouis æſtimatione, quanti eſt corium cuius præſtitit æſtimationem. & idem dic in extraneo b vt habeat exceptionem pro corio: ſi fur qui ſubtraxit bouem, bouis æſtimationem præſtitit. & econtra ſi per condict. fur. fuerit conſecutus ab eodem extraneo bouis æſtimationem, & poſtea velit condicere corium, & carnem ab eodem extraneo, obſtat exceptio rei iudicatæ: vt j. de except. rei iudic. l. ſi quis cum totum. §. plane. Nec ob. l. euidenter. in eo. tit. quia à tali prodeſſe quòd ſoluamus condemnationem, & poſtea excipiamus, liberet nos Deus.

e *Contrectata.* ſcilicet ab aliis inuito domino: vt modo dixi: vel ab ipſo fure. Accurſius.

f *Summouebitur.* ſic j. de excep. rei iudic. ſi quis cum totum. §. plane. Soluit ergo quod reſtat: ſed ſecus in legato boue. nam ſi moritur bos, heredes nihil præſtant, nec corium, nec alia: vt j. de leg. ij mortuo boue. j. reſpon.

g *Offerente.* immo & ſine oblatione videtur quòd poſsit eū repellere à petitione tota: ſicut ille qui ducit aquam vltra quā ſoleat, à tota ducēda prohibetur: vt j. de aqua quoti. & æſti. l. j. §. item quæritur. Itē & quia à cauſa cadere videtur: vt inſti de actio. §. ſi quis agēs. ſed certe immo debet offerre, vt hic dicit; & dices quòd ſine dolo malo petit plus: vnde ſibi non nocet: A vt C. de plus petitio. l. j. Item hic id petitur, quód iam diuidi poteſt, ſcilicet æſtimatio. & ſic non obſtat. d. l. de aqua quot. & æſtiua. vt ibi in proximo. §. dicitur.

h *Poſſunt.* vt j. de fur. l. ſi quis vxori. §. ſi quis maſſam.

i Q*uod ab alio. Tenetur.* quia noxa caput ſequitur in actionibus. non ſic in condic. vt ſubiicitur.

k *Non poteſt.* ex hoc probatur quòd non ex maleficio: nā tunc noxa caput ſequeretur: vt C. de noxa. l. j. Accurſius.

*Malæ fidei poſſeſſori litis æſtimationem ſoluenti, de euictione non cauetur.* Bar.

Cauere autē ex hac actione petitor ei [a] cum quo agitur, non debebit.[b]

*Iſte eſt ſubtilis. §. A fure poſſum condicere rem meam, & id quod ex re mea ſupereſt: & qui conſecutus eſt totum, non poteſt petere partem: & qui conſecutus eſt partem, poteſt petere reſiduum.* Bar.

Boue ſurrepto & occiſo, condictio & bouis [c] & corij [d] & carnis domino competit: B ſcilicet ſi & corium & caro contrectata [e] fuerint. cornua quoque condicentur. Sed ſi dominus condictione bouis pretium conſecutus fuerit, & poſtea aliquid eorum de quibus ſupra dictum eſt, condicet, omnimodo exceptione ſummouebitur [f]. Contra ſi corium condixerit, & pretium eius conſecutus, bouem condicet, offerēteq; fure pretium bouis detracto pretio corij, doli mali exceptione ſummouebitur. Idem iuris eſt vuis ſubreptis: nam & muſtum & vinacia iure condici poſſunt.[h] C

*Liber factus ex veteri contrectatione, cō dictione furtiua non tenetur.* Bar.

XV. CELSVS libro duodecimo Digeſtorum.

QVod* ab alio ſeruus ſubripuit, eius nomine liber furti tenetur [i] *. Condici autem ei non poteſt [k], niſi liber contrectauerit.

*In hac actione periculum interitus pertinet ad furem indiſtinctè: ſed in actionibus deſcēdentibus ex cōtractis, habetur ratio culpæ ſecundum naturam contractus.* Bar.

XVI. POMPONIVS libro trigeſimooctauo ad Quintum Mucium.

QVi * furtum admittit vel re commodata vel depoſita vtendo [l], condictione quoque ex furtiua cauſa obſtringitur [m]: quæ differt ab actione commodati, hoc, quòd etiam ſi ſine dolo malo & culpa eius interierit res, cōdictione tamen tenetur [n]: B cum in commodati actione non facilè vltra culpam [o], & in depoſiti nō vltra dolum [p] malum teneatur is cum quo depoſiti agitur.

*Oblatione & nouatione purgatur mora furis.* Bartolus.

XVII. PAPINIANVS libro decimo Quæſtionum.

PArui refert ad tollendam condictionem, offeratur [q] ſeruus furtiuus, an in aliud nomen, aliumque ſtatum obligationis transferatur [r]. Nec me mouet [s], præſens homo fuerit, necne: cum mora quæ eueniebat * ex furto, C veluti quadam [t] delegatione finiatur.

*Falſus creditor accipiendo ſcienter indebitum, furtum facit: & condictione furtiua ſoluenti tenetur.* Bar.

XVIII. SCAEVOLA libro quarto Quæſtionum.

QVoniam furtum fit cum quis indebitos nummos ſciens acceperit [u], videndum, ſi procurator ſuos nummos ſoluat, an ipſi furtum fiat. Et Pomponius epiſtularum libro octauo ipſum con

d *Nihil eſt, ſecundum Bar. & P.*

*Coniunge l. qui re. 67. de fur.*

l Q*ui furtum. Vtendo.* alio modo quàm debeat.

m *Obſtringitur.* ſed vna per aliam tollitur: niſi in id quod excedit: vt infra de act. & obl. qui ſeruum. §. ſi is. & §. ſi tibi.

n *Tenetur.* ſcilicet furtiua.

o *Culpam.* ſcilicet latam & leuiſsimam & leuem: de quibus omnibus tenetur commodatarius: vt inſtit. qui. mo. re contrahi. ob. §. item is.

*Commodatarius de omni culpa tenetur.*

p *Dolum.* quandoque enim vltra dolum tenetur commodatarius: vt ſi culpa vel mora præcedat caſum: vt infra commo. ſi vt certo: §. interdum. idem in depoſito, ſi culpa præceſsit: vt quia vendidit: & ſic furtum fecit: vt infra depoſi. l. j. §. ſi rem. quæ eſt contra. ſed hic vtendo, ibi vendendo commiſit furtum: vt dixi.

** veniebat.*

q P*arui. Offeratur.* tunc non puto quòd condictio tollatur ſtatim: ſed demum re perempta. ſecus vero in nouatione.

r *Transferatur.* ſcilicet cōdi. fur. puta ſtipulor nouandi animo quicquid ex cauſa furtiua te dare facere oportet. non autem rem meam ſtipulor mihi dari: quia ſic nihil valet ſtipulatio: vt infra de verb. oblig. ſcire debemus. §. fin.

s *Mouet.* ſcilicet ſecundo caſu.

D t *Veluti quadam.* vt enim per delegationem alius pro alio iudex aſſumitur: ita hic alia pro alia obligatio naſcitur. Azo. Sed certe licet hic dicat nec me mouet &c. videtur contra debere dici, ſcilicet vt referat ſit præſens vel non: vt infra de ſolu. qui decem. §. idem reſponſum. quæ eſt contra. Solu. hic à fure ſtipulatus fuit animo nouandi: ibi ab alio. Alij, quòd ibi erat ſeruus abſens multum in alia prouincia: hic licet non præſens, prope tamen erat: vnde pro præſente eſt habendus: vt infra de adquirend. poſſ. l. iij. §. Nerua. Tu dic hic animo nouandi, ibi non: quo caſu non tollitur niſi res præſens ſit: vt ibi dicitur. Et ſic not. quòd tribus modis tollitur: per oblationem, item per ſtipulationem animo nouandi factam, ſiue res præſens ſit, ſiue non. Item per ſtipulationem non animo nouandi factam, ſi modò res præſens ſit: nō aliàs: vt d. l. qui decem. Item facit huic. l. C. de contrahen. empt. l. j. Accurſius.

u Q*uoniam furtū. Acceperit.* vt infra de fur. l. falſus. in prin. Sed quomodo, cum dominium ſit tranſlatum in creditorem & nemo rei ſuæ faciat furtum: vt patet in definitione furti: vt inſtitu. de oblig. quæ ex deli. §. j? Reſpon. hic videtur ſolutum ſub hac conditione, ſi creditor eſt. ſic & infra de adquir. poſ. ſi me in vacuam. vel hic non creditori, ſed falſo procuratori

eius

*a Omnes ſolutiones diſplicēt: ideo dic quòd ſi ſoluo ſuaſio nibus creditorū, cōmittitur furtū: vt hic. ſi vero mea ſpōte abſque ſuaſione creditoris, habet locū cōdictio indebiti. Alb. Bartol. Sal. & Ful. licet P. contra.*

eius qui creditor putabatur, ſoluit. Vel meli⁹: hic errauit debitor in perſona creditoris: vnde dominium non tranſtulit: vt j. de fur. ſi quis vxori. §. cum Titio. & l. ſi is. §. ſi tu Titium. Et hoc caſu procuratori ſoluenti datur condic. fur. non mihi domino. licet habeam ratum: quia ſoli domino datur. ipſe tamen debet eam cedere mihi: ſed habeo iure meo per ratihabitionem condic. indeb. vt hic, & j. de fur. ſi vēdidero. §. fina. ſi autem tranſtulit dominium, & ratum habeam. datur mihi condi. indeb. vt s. de cond. indebi. ſi procurator.

a *Ex cauſa.* itē habet hic procurator actio. fur. vt j. de fur. ſi vendidero. §. cum eſſet.

b *Condicere.* ſ. condic. indeb. vt modo dixi: licet quidam dicūt vtili * condic. furtiua.

c *Iulianus.* *In patrem.* inquantū peruenit ad patrem: vt j. de pec. licet. §. ex furtiua.

**Coniunge l. pe. de vi et vi arma.*

d *In peculium.* inquantum locupletatum eſt peculium. Accurſius.

e *Licet. Voluerunt.* & bene, propter rationem quæ ſequitur: quia, &c. & j. de vi & vi ar. l. pe. & s. eo. l. in re. §. ſi ex cauſa. alias ſatis eſſet iudiciū velle ſuſcipere: vt j. de vſur. ſi quis ſolutionem. & infra de regu. iur. l. non poteſt videri. *& C. de diſtrac. pign. ſi reſiduum.

dicere ait ex cauſa ᵃ furtiua. Sed & me condicere ᵇ, ſi ratū habeam quod indebitum datum ſit. ſed altera condictio*ne, altera tollitur.

*Hæc condictio datur cum adiectione de peculio. Bartolus.*

XIX. PAVLVS libro tertio ad Neratium.

IVlianus ex perſona filiæ quę res amouit, dandam in patrem ᶜ condictionem in peculium ᵈ reſpondit.

*Fur ſemper eſt in mora: ideo ad eum ſemper ſpectat periculum interitus. Bart.*

B

XX. TRYPHONINVS libro quintodecimo Diſputationum.

LIcet* fur paratus fuerit excipere condictionē, & per me ſteterit dum in rebus humanis res fuerat condicere eam, poſtea autem perempta eſt, tamen durare condictionem veteres voluerunt ᵉ: quia videtur qui primò inuito domino rem contrectauerit, ſemper in reſtituenda ea, quam nec debuit auferre, moram facere.

## DE CONDICTIONE ex lege.

### TITVLVS II.

*Quando per legem ciuilem inducitur obligatio immediate, nec exprimitur actio, condictione ex lege agitur. Bartolus.*

I. PAVLVS libro ſecundo ad Plautium.

C

SI obligatio ᶠ lege ᵍ noua introducta ſit, nec cautum eadem lege, quo genere actionis experiamur, ex lege agendum eſt.

DE CONDICTIONE ex lege.

*Quia hæc condic. ſicut ſuperior ſpeciali ratione eſt inuenta: ideo de iſta poſt illam ſupponit.*

*† Quid differat l. legitima cōuentio. ſupra de pact. & l. iſta, & an illa propter iſtā reddatur ſuperflua: vide per laſ. in d. l. legitima. in quarto propoſito. Bol.*

† *Si obligatio.* CASVS. Pone caſū vbi obligatio introducitur noua lege: verbi gratia, Rem donaſti mihi ſimpliciter: hic nudo pacto fit donatio. nunquid ex tali nudo pacto oriatur obligatio? Dicitur quòd ſic. ſed quæ actio? Reſpon. ſi lege cautum ſit qua actio agatur, ea agetur. ſi autem non ſit cautum, agetur actio. ex lege. l. ſi quis argentum. §. ſinautem. C. de dona. & hæc bona eſt poſitio. Viuianus.

f *Lege noua.* potes legere vt dicas, obligatio noua inducta lege. ſ. veteri: vel noua, propter id quia quandoq; etiam veteri lege datur hæc cond. vt j. de adul. ſi poſtulauerit. §. fin. & l. ſeq. Vel verius dic, lege noua: & appelles omnem legē nouam quę ſit poſt l. xij. tab. inducta & accipe exemplum in donatione: vt C. de dona. ſi quis argentum. §. fi. Itēm in nudo pacto de ſalario præſtando: vt C. de ſuffra. l. j. Item in his quę poſſeſſor hereditatis ſoluit: vt C. de pet. here. l. ſi. §. ſinautem. Item in legatariis quibus ſoluuntur legata facto inuentario, & creditores repetunt per cond. ex lege: vt C. de iure delic. l. ſi. §. licentia. Item in domino ſerui torti ob quæſtionem adulterij contra dominū inſtitutam. nam ſi ſeruus ſit mortuus in tormentis, & dominus ſit abſolutus, cond. ex lege petet medietatem æſtimationis ſerui: vt d. l. j. de adult. ſi poſtulauerit. in fin. & l. ſeq. nec obſtat quòd illa eſt vetus lex. nam poſt legem xij. tab. eſt à Iulio Cæſare imperatore facta. Item poteſt poni in l. ſi quis in tantam. ſed cū hęc exempla ſint per leges poſt iſtam factas, quomodo hæc lex de his cogitauit? Reſpon. bene ᵇ & dic ſit, id eſt erit. ADDITIO. Dic quòd iſta expoſitio non eſt neceſſaria: quia tex. ſemper loquitur. Bar. Sal. & Fulgo.

*b Generaliter non ſpecialiter. B.*

DE CONDICTIONE TRITICIARIA.

*Profecuto tractatu irregularium condictionum, ſupponit & de condict. triticiaria, quæ & ipſa irregularis eſt. vt pote enim ſicut cetera non*

A

*in contractibus tantum, vel quaſi: vel malæ fidei, vel quaſi, locum habet ſed nunc circa hæc, nunc circa illa ſuam habet poteſtatem: ᶜ videndum etiam ergo ſit vnde ſic dicatur. & quidem hoc in nullo loco reperitur: poteſt tamen probabiliter dici, ᵈ vt aſſumpſerit nomen à Tritico auctore, vt de ſtipu Publiciana dicitur: vt inſtitu. de actio. §. ſed quia ſane. Item quando locum habet dic vt j. eo. l. j. & 2. Item qualiter in ea fiat condemnatio: dic vt j. l. pe nul. Accurſius.*

## DE CONDICTIONE triticiaria.

### TITVLVS III.

*Hæc condictio locum habet pro omni re excepta pecunia numerata: ſiue certum, ſiue incertum, ſiue dominium, ſiue poſſeſſio petatur. Bartolus.*

I. VLPIANVS libro viceſimoſeptimo ad Edictum.

QVi certam pecuniam numeratam ᵍ petit, illa actione vtitur, *Si certum* * *petetur* ʰ. qui autem alias res ⁱ, per triticiariam condictionem petet. Et generaliter dicēdum eſt, eas res per hanc actionē peti, ſi quæ ſint * præter pecuniam numeratā, ſiue in pondere, ſiue in menſura ᵏ conſtent: ſiue mobiles ſint, ſiue ſoli. Quare ˡ fundum quoque per hanc actionem petimus, & ſi vectigalis ſit: ſiue ius ſtipulatus quis ſit, veluti vſumfructum ᵐ, vel ſeruitutem vtrorumq; prædiorum.

C

*Summaui cum præcedenti, vel magis propriè hunc §. ſumma ſic: Nemo condicit rem ſuam præterquam à fure, & violento poſſeſſore poſſeſſionem vero ſuam amiſſam quilibet condicit. Bartolus.*

REm autem ſuam ⁿ per hanc actionem nemo petet, niſi ex cauſis ex quibus poteſt ᵒ: veluti ex cauſa furtiua, vel vi* mobili ᵖ abrepta.

*Qui certam.* CASVS. Dicitquòd certi cōdictio ex mutuo datur ad pecuniā mutuatam. hoc in prima. Sed condictio triticiaria datur aliquando ad aliquas res debitas vel ex pacto, vel ex promiſſiōe, vel ex emptione. hoc in ſecunda. Et generaliter dicā tibi, condictio hæc cō petit ei, quando aliqua res certa vel incerta, corporalis vel incorporalis petitur hoc in tertia. {REM.} Rem autem ſuam per condictionem triticiariā non peter, ſed condic. furti. ſi ſubtracta ſit per furtum veluti ſi vi & c. Viuianus.

g *Numeratam.* ſtrictiſſimè ergo hic ponitur pecunia, cum dicatur numerata: vt C. de proba. l. j. & ſic pro frumēto datur. hæc condict. triticiaria, & pro aliis quæ conſiſtunt pondere. & menſura: vt j. ſtatim.

h *Si certum petetur.* hoc dicunt quidam actionis eſſe nomen: * vt dixi in rub. s. ſi cer. pet. Itē not. quòd hoc verbū non remouet quin condict. certi in aliis rebus locum habeat: ſed remouet triticiariam habere locum in numerata pecunia: nō enim denotat hic naturam certi condictionis, ſed triticiariæ.

i *Alias Res.* ſcilicet debitas: vt infra eo. §. fin.

k *Menſura.* an idē ſi pōdere? Reſpō. idem: nā nomine pecuniæ numeratę nō niſi nūmi cōtinentur. ſec⁹ eſt in nomine pecuniæ.

l *Quare.* bona ratio: quia cum dictum ſit omnes res venire, & nomen rei contineat corporales & incorporales: vt inſtitu. de re. corpora. & incorpora. ergo l. æ veniunt.

m *Vſum fructum.* ergo incertū poteſt condici, cū vſusfruc. res incerta ſit: vt j. de verb. oblig. vbi autē. §. fundi certi. quæ eſt contra. ſed certi condict. ad talia non datur: vt s. ſi cer. pet. l. certi condictio. in prin. & inſtit. de verb. oblig. in prin.

D

n *Rem autem ſuam.* Quid de poſſeſſione rei ſuæ quam Titius habet? Reſpon. illam condici, cū nomē rei de qua ſupra dixit, ipſam contineat. Azo. Item quod dicit, ſuā rem non poſſe condici, eſt generale in qualibet cōdic. vt s. de vſufru. quemad. ca. l. ſi. Sed nunquid ſeruitutem meam condico? Videtur quòd ſic: vt s. proxi. quod quidam vtiq; dicunt, vt Azo: cum & hic de corporalibus dicat. & hoc innuit hæc aduerſatiua coniunctio, autem. Vel verius ſupra dixit quando deduxerat in ſtipulationem: & non erat adhuc mihi ſeruitus tradita. ſed ſi eam traditam amittam, non condicam poſt: vt hic.

o *Ex quibus poteſt.* ſpecialiter lege concedente. Azo. vt hic ſubiicit.

p *Mobili.* mobilia rapi, ſed immobilia inuadi dicuntur: vt inſti. vi bo. rap. §. penul. Accurſius.

*Si Ed & ei.* CASVS. Deiecisti me de fundo cuius dominus ſum. dicit iuriſconſult. quòd poſſum condicere dominum fundi, ſi eram dominus. ſed ſi poſſeſſor, condicam fundum ratione poſſeſſionis, & hoc per condic. fur. Viuianus.

a *Sed & ei.* ab eo.
b *Fundum.* id eſt dominium fundi.
c *Condici.* ſcilicet triticiaria. Sic ergo per actio. perſonalem & ciuilem poſſeſsio petitur. ſic & ſupra de condic. indeb. l. indebiti. §. j. & j. vti poſ. l. j. §. reſtituendæ. Accurſius.
d *Poſſeſsionem.* ſ. tantum. ſed qui eſt dominus, multo magis ipſam poſſeſsionem poterit condicere: vt ſ. l. proxi. §. & generaliter. Accurſius.

A tur cum condictio hæc proponitur ex contractu bo. fid. nam generalis eſt. Sed qui dicunt ita, contrarietatem de tempore condemnationis ſignatam ad prin. huius. l. euitant, non illam de tempore moræ quæ eſt ad finem. nam ibi tempus rei iudicandæ, hic moræ: quod eſt contra ex quo ambas intelligis in bo. fid. Sed certe dicas ſecūdum eos quòd dicitur tempus condemnationis, vt in prin. huius l. & in l. illa. j. commo. vbi dicit rei iudicandæ, intelligendum eſt tempus moræ. Nā à tempore moræ condemnandum eum eſſe, certum eſt. & ſic idem eſt ſiue res fiat deterior, ſiue omnino pereat. Sed hoc diſplicet: quia nimis ſtricte loqueretur hæc lex in bo. fi. tantū. nec poteſt dici quòd hic qui non reſtituit, teneatur quāti in litem iuretur: vt ſ. de rei vindi. qui reſtituere. quia illud tunc locum habet, cū rem meam ſiue act. in rem ſiue in perſonam peto. ſed probabitur hoc intereſſe actoris per teſtes. Alij diſtinxerūt ad ſolutionē dicti contrarij. vt Ir. & H. an petatur ſpecies: vt tunc à tempore moræ fiat æſtimatio, vt hic: aut quantitas: id eſt quod in pondere, vel numero, vel menſura continetur: vt tunc in contractu bo. fi. ſpectetur tēpus condemnationis: in contractu ſtricti iuris tempus lit. conteſta. vt ibi. ſed quod tēpore lit. conteſt. dicunt. ſ. circa quātitatē, neſcimus quomodo intelligunt. nā ſi ita intelligunt, vt ſi antea fuit in mora, quòd tēpus illud nō ſpectetur, falſum eſt: vt hic dicitur, & j. l. prox. Si ita vt ſi ante litem non fuit in mora, & poſt litē res maioris ſit pretij: quòd nō æſtimatur hoc iudicio ſtri-

C cti iuris: quia in eo iudex formam ſuæ condemnationis ad id quod petitū eſt reſtringere debet: at in iudicio bon. fid. iudici data eſt larga poteſtas: & ideo etiā condemnationis tēpus ſpectatur: etiam hæc aliquantulū remordent meā conſcientiam, & naturalē rationem. Sed lex contradicit eis ſic diſtinguentibus. j. eo. l. vlt. in prin. & ſ. ſi cer. pet. l. vinum. quia in cōtractu ſtricti iuris ante litem inſpicitur: nam & ante oportet dari: & ideo etiam illud tempus ſpectari debet. Itē quia quantitas non commodatur: vt j. commo. l. iij. §. fin. vnde hic & ibi in ſpecie bene dixit dari. ſed Bul. dixit quòd hic plus interfuit tempore ſententiæ, & parū diſcrepat à ſententia Io. quæ ſequitur. Vt autem hæc ad euitandas contrarietates plenius intelligantur, aliter diſtinguo: Si res, ſpecies, vel quātitas tantū, vel intereſſe tantum, id eſt ſine acceſſione: vt quia promiſiſti facere domū, vel tradere: vt j. de ver. ob. ſi fundū. ex contractu ſtricti iuris vel bo. fi. petatur: quod idē eſt quantum ad hæc duo, tenetur quāti plurimi fuit res poſt morā interpellatione ex parte rei contingēte, vel lit. conteſt. ſi prius nō fuit in mora: vt hic vſq; ad ſententiā, non vltra: vt ſ. de eden. l. vbi. §. j. Idē in intereſſe: vt hic & j. de act. empt. l. ratio. §. ſi per venditorem. & j. de re iud. ſi kalēdis. Secus ſi adhibeatur mora ex parte actoris, quia purgatur mora: & ideo de interitu non tenetur: vt j. de verb.

D obl. l. ſi ſeruū. §. ſequitur. Ceterū quantum ad cauſam. id eſt ad ceſsionē cum re petita differunt contractus bo. fi. à cōtractibus ſtricti iuris. nā in bo. fi. cōtractibus fructus veniunt etiam à tempore moræ: vt j. de vſur. l. videamus. §. ex cauſa. & §. ſi poſſeſsionē naturalem. & §. ante matrimoniū. & §. itē ſi diuidere. & hoc eſt quòd aliquādo dicitur tēpus rei iudi. ſpectandū in bo. fi. iud. vt j. cōmo. l. ſed mihi. §. in hac. i. tēpus quo potuit & debuit iudicari. Item in bo. fi. contrac. veniūt vſurę à tempore moræ: vt j. de vſur. l. mora. §. in bo. fi. Sed in ſtricti iuris iudi. à tēpore lit. cont. tantū veniūt fructus: vt j. de vſur. l. videamus. §. ſi actionē. Et hoc ſi peto quod meū nō fuit. ſed ſi petā quod meū fuit, etiam à tēpore moræ fiet reſtitutio fructuū: vt j. de vſur. videamus. vſque ad illum §. ſi actionem. vſuræ etiam à tēpore litis cont. nō veniunt: vt C. de condic. indeb. l. j. licet quidā contradicant, vt R. ar. eius quod legitur. j. de vſur. in fideicōmiſsi. §. in his. & l. lite. Sed intelligas in acceſsione naturali: & illam. l. lite. intellige in bo. fi. cōtractibus. Sed qui aliam tenent, poſſent reſpondere ad legem. C. de cond. inde. quia condictione indebiti non tenetur quis, niſi in quantum eſt locupletior: vt ſ. de condic. indeb. ſi non ſortem. §. libertus.

II. IDEM libro octauodecimo ad Sabinum.

SEd & ei[a] qui vi aliquem de fundo deiecit, poſſe fundum[b] cōdici[c] Sabinus ſcribit: & ita & Celſus: ſed ita, ſi dominus ſit qui deiectus condicat. cæterum ſi non ſit, poſſeſsionem[d] eum cōdicere Celſus ait.

*Si tempore ſententiæ, vel tempore mortis res plurimi fuit, illud tempus inſpicitur quāti plurimi fuit à tempore moræ. h. d. Primo ponit quando certum erat quo tempore plurimi fuit. Secūdo quādo erat dubium. Secunda ibi, Sed etiam antea. Bar.*

III. IDEM libro vicenſimoſeptimo ad Edictum.

IN hac [e]actione ſi quæratur res quæ petita eſt, cuius temporis æſtimationem[f] recipiat, verius eſt quod Seruius ait, condemnationis tempus ſpectandum: ſi verò deſierit eſſe in rebus humanis, mortis * tempus, ſed ἐν πλάτει[g] ſecundum Celſum erit ſpectandum. nō enim debet nouiſsimū vitæ tempus æſtimari: ne ad exiguū pretium æſtimatio redigatur in ſeruo fortè mortiferè vulnerato. In vtroque[h] autem ſi poſt morā deterior res facta ſit, Marcellus ſcribit libro viceſimo habendam æſtimationem quāto deterior res facta ſit. &

B ideo ſi quis poſt moram ſeruum eluſcatum[i] dederit, nec liberari[k] eum. quare ad tempus moræ[l] in his erit reducenda æſtimatio.

** Tempus mortis non debet ſpectari, vt ad vltimam æſtimationē rem redigamus, ſed potius quod bonum æquumq; eſt æſtimemus.*

*De tempore ad locum idem eſt iudicium. Baldus.*

IIII. GAIVS libro nono ad Edictum Prouinciale.

IN *hac actione.* ✝ CASVS. Debebas mihi ſeruum: fuiſti in mora. cuius temporis fiet æſtimatio, diſtinguitur. aut extat non factus deterior: & erit ſpectandum tēpus ſententiæ vt dicit Seruius: ſi non extat, ſpectatur tempus mortis ſecundum Seruium, & male. Celſus dicit quòd tempore litis cōteſt. ſi deterior non eſt factus: in quo morbus ſonticus venit, à tempore ſpectandum eſt: quia non debet nouiſsimū &c. in vtroque caſu tamen, hoc eſt, ſiue res extet, ſiue non, ſi deterior poſt moram factus fuerit, Celſus ait quòd fiet æſtimatio quanti plurimi fuerit poſt moram promittentis: quia ſi debebas mihi ſeruum, & poſt moram factus ſit luſcus, vel claudus: ſpectatur tempus moræ. lex ſeq. plana eſt. Viuianus.

e *In hac actione.* ſciliet triticiaria.
f *Aeſtimationem.* ſed ſi extet, videtur fatua hæc quæſtio, & reſponſio: quare non præſtatur ipſa res, ſed æſtimatio: cum ipſa res ſit: vt C. de fideic. l. ſi? Reſpon. forte res quam ego condicebam, non erat illius qui debebat mihi dare: quia non poterat dari, id eſt mea fieri: vnde non intererat mea habere rem illam: ſed æſtimationem.
g *Sed en platei.* Vetus lectio, ſed etiam antea, id eſt à tempore lit. conteſt. vel à tempore quo morbus ſuperuenit. Vel dic, id eſt cū aliquanto temporis ſpatio etiam vltra præſcriptum: vt intelligas quo ad habendam deteriorationem. Vide Alcia. lib. Diſpunc. ij. cap. xj. & Eraſ. chil. 4. adag. cent. 8. prouer. 7.
h *In vtroque.* id eſt ſiue res extet, ſiue non.
i *Eluſcatum.* quid ſit, habes j. de ædil. edic. idē Offilius. in ſi.
k *Liberari.* ab actione de dolo: vt ſ. de dolo. l. & eleganter. §. j. ſed etiam à prima liberatur: licet hic innuat contra: vt infra de ſol. qui ſibi. §. j. quia aliàs non poſſet teneri de dolo. Vel dic, ibi ad cetera damna: hic ad ipſam rem datur prima: quaſi nec habeat rem, cum habeat deteriorem: vt infra commo. l. iij. §. ſi reddita. Sed nonne recipiendo approbat? Reſpon. forte ignorauit: quia latens erat vitium. Vel dic tertio dederit, id eſt dare voluerit: ſic infra de verb. oblig. ſtipulatus ſum Damam.
l *Moræ.* hoc videtur eſſe contrarium ei quod in principio dicitur, ſcilicet, condemnationis tempus eſt ſpectandum. Item ei quod in medio dicebatur inſpici tēpus quo ſuperuenit infirmitas: maxime ideò quia dicit, in vtroque autem &c. quod aduerſari videtur. Quod ſatis dici poteſt, vt corrigat. Vel dic melius quod determinat & addit: quia non ſolum ſententiæ, ſed etiam præcedens tempus moræ ſpectatur quanti plurimi fuit, vt in princ. huius l. quæ ſatis cum prima in idem recidit. Nec placet illud vt dicas, in prin. loqui quando iuſtam cauſam litigandi habebat, vel ſe debere nō putabat: ideo non placet: quia tunc cum in mora non eſſet, non tenetur ad vllam æſtimationem: vt ſ. de rei vin. item ſi verberatum. §. vlti. & l. vtique. Vel dicas clarius quod in prin. loquitur quando res extat in medio, quando res periit omnino. hic autem quando deterior eſt facta. & ſic in primis duobus non fuit facta deterior. Et quod dicit, in vtroq; caſu, expone id eſt ſiue res extet, ſiue non, ſecundum H. deteriorata tamen poſt moram: & ſic non ponit contrarium ponendo: ſed diuerſum. q. d. ſed ſi facta ſit deterior poſt moram. Marcellus ait in vtroq; caſu &c. & ſiue tempus moræ, ſiue ſententiæ inſpiciatur, vt in fin. & in princ. huius l. dicitur. videtur contra ſ. commo. l. ſed mihi. §. in hac. vbi tempus litis conteſt. inſpicitur. & ita prin. & fi. huius l. eſt contra: cum in princi. dicat tempus condemnationis inſpici: in fine tempus moræ. Reſpon. quidam vt Pla. quòd hic loqui-

a SI merx aliqua. hic de quantitatis æſtimatione agitur.
b Tanti. id eſt in tantum.
c Quanti. id eſt inquantum.
d Debuit. ſic & j. vi bo. rapt. l. prætor. §. hic autē. & j. quod vi aut clam. l. ſi quis in puteum. §. quod ait. & j. de noua. l. fundum Cor. & infra de iur. fiſ. l. iij. §. diui fratres. & ſ. ſi cer. pe. l. vinum. & j. de au. & ar. le. cum certum. & ſ. de ſer. co. do. li. §. ſi.
e Acciperetur. id eſt cum lis conteſtaretur. & hoc ſi ante non erat in mora. alias etiam prius: vt ſupra ſi cert. pet. vinum. quæ eſt contra.
f Peteretur. id eſt peti deberet.

DE EO QVOD certo loco dari oportet.

*Quia nonnunquam fit varia æſtimatio rei propter locorum diuerſitatem, de qua ſupra locutus eſt: ideo incidenter hunc titu. ponit. Vel aliter: quoniam arbitraria actio extra naturam aliarum actionum ſtricti iuris proponitur, ſicut ſuperiores conditiones, ideo ſequitur de ea videre. & quia ipſa naſcitur ex ea obligatione quæ ſic cōtracta eſt, vt quid certo loco detur: ideo ponit de eo quod certo loco, &c. Accur.*

SI merx aliqua [a] quæ certo die dari debebat, petita ſit, veluti vinum, oleum frumentū: tanti [b] litem æſtimandam Caſsius ait, quanti [c] fuiſſet eo die quo dari debuit [d]. ſi de die nihil conuenit: quanti tunc cum iudicium acciperetur. [e] Idemq; iuris in loco eſſe, vt primum æſtimatio ſumatur eius loci quo dari debuit. ſi de loco nihil conuenit: is locus ſpectetur quo peteretur. [f] quod & de cæteris rebus iuris eſt.

B

# DE EO QVOD CERTO loco dari oportet.

## TITVLVS IIII.

*Qui promiſit dare certo loco: ſi in eo non reperiatur, poteſt vbique conueniri. Bar.*

I. GAIVS libro nono ad Edictum Prouinciale.

ALio* loco quam in quem [g] ſibi dari quiſque ſtipulatus eſſet, non videbatur [h] agendi facultas competere. Sed quia iniquum erat, ſi promiſſor ad eum locum in quem daturū ſe promiſiſſet, nūquam accederet, quod vel data opera faceret, vel quia aliis locis neceſſariò diſtringeretur non poſſe ſtipulatorem ad ſuum [i] peruenire: ideo viſum eſt vtilem [k] actionem

C

in eam rem comparare.

*In actione arbitraria propter locum habetur ratio intereſſe actoris & rei. Bar.*

II. VLPIANVS libro viceſimoſeptimo ad Edictum.

ARbitraria actio vtriuſque [l] vtilitatem continet, tam actoris, quàm rei. quòd ſi rei intereſt, minoris fit pecuniæ condemnatio, quàm intentatum eſt. aut ſi actoris, maioris pecuniæ fiat.

*Actio ratione loci tunc dicitur arbitraria, quando eſt ſtricti iuris: vt cum oritur ex ſtipulatione. Pau.*

Hæc autem actio [m] ex illa ſtipulatione [n] venit, vbi ſtipulatus ſum à te, Epheſi decem dari. [o]

*Locus debet exprimi in libello, quando eius omiſſio reo eſſet noxia. Bar.*

Si quis Epheſi decem, aut Capuæ hominem dari ſtipulatus experiatur [p], non debet detracto [q] altero loco experiri, ne auferat loci [t] vtilitatem reo.

*In alternatiuis in rei eſt poteſtate, quòd debeat an non debeat, aut æquipollens. h. d. vſque ad §. Si quis ita. Primo ponit vnum dictum Scæuolæ. Secūdo ad eius probationem præmittit duas regulas, & vnam illationem confuſe. Tertio prædicta declarat per multa exempla vſque ad §. Nunc de officio.*

Scæuola libro quintodecimo Quæſtionū ait, nō vtiq; [r] ea quę tacite inſunt ſtipulationibus [s], ſemper [t] in rei eſſe po-

g Lio. In quē. ſed an in eo poteſt? Reſp. ſic: cū ibi cōtraxiſſe videatur: vt infra de act. & obliga. l. contraxiſſe. Sed non antequam poſsit ad locum peruenire: vt j. de verb. obli. continuus. §. cum ita.
h Non videbatur. quia ſicut iſte non cogebatur in alio loco accipere: vt j. eod. is qui ita. nec ille videbatur cogendus in alio loco [a] dare. erat & alia ratio: quia hoc ipſo quod ſibi reſeruauerat electionem & poteſtatem agendi in certo loco & ſoluendi, videbatur in ceteris præiudicaſſe ſibi: vt arg. infra de fund. inſtit. l. quæſitum. §. idem reſpon. domo inſtructa. & C. de pac. conuen. l. fin. §. & ſi quidem. ſed non eſt ita: quia ex tali interpretatione fieret inutilis ſtipulatio: quod eſſe non debet: vt j. de verbo. obliga. Titia. §. idem reſpon. Azo.
i Ad ſuum. i. ſibi debitum. ſic ſupra ſi cer. peta. l. ſi & me.
k Vtilem. i. efficacem. Et ſic not. quòd auferenda eſt occaſio delinquendi: vt C. de indi. vidu. tol. l. ij. in fin. Item no. argu. ad multa: quia conſulendum eſt petenti ſuum, & ſibi debitū. Sed nunquid vbiq; poterit conueniri vbi nō habeat forum? Quidam dicunt quòd ſic: vt ſ. de iudi. eum qui. & j. tit. j. ſi duo. §. j. Sed tu dic contra: vt ſ. de iudi. heres abſens. §. fi. & quod dictis ll. dicitur loco quolibet, ſubaudi idoneo. ſic j. de mu. & ho. vt gradatim. §. j. Accurſius.
l ARbitraria actio vtriuſque. alio & alio caſu. ſecundum Ir. & Pla. immo etiam in vno eodemq; caſu, ſecundum Io. vt ſi actoris intereſt ideo quia ſub pœna in loco deſtinato promiſerat: vt j. e. l. §. pe. & rei: quia eſt minoris pretij ibi vbi quid promiſit, quàm vbi conuenitur. Si ergo plus actoris quam rei intereſt, in ſuperfluum tantum fit condemnatio. verbi gratia: ſors eſt c. intereſſe actoris x. & intereſſe rei in v. ergo condemnabitur in c. & v. actoris tamen dico rationem habendam ita demum, ſi culpa vel mora reo poſsit imputari [b]. alioquin cur puniretur reus: ſed rei ratio haberetur ſemper: quia auferatur ei locus quem habuit ex pacto: vt j. eo. quòd ſi. §. j. Sed quid ſi intereſt rei ibi conueniri vbi promiſit in totum: quia ibi conuentus haberet in integ. reſtitu. iure Ro. hic vbi conuenitur. [c] non habet iure Longobardo. vt quia maior eſt xviij. an. & minor xxv? Reſpon. videtur habere locum: quia quod nihil eſt,

*Vtilem actionē hanc arbitrariā Gai⁹ vocat, quæ à prætore propoſita ſit adiuuandi iuris ciuilis gratia, ex quo non niſi in loco in quo promiſſum ſit, dari oportuit l. 1. & §. plus autem. inſtit. de act.

a Iſtud eſt verū, niſi offeratur ſibi omne damnū & inter eſſe in alio loco: quia tūc cōpellitur recipere ſolutionē. l. qui Romæ. cū ibi no. j. de ver. obl.

b Et non actori, quia iuit ad locū: vel miſit aliquem ad recipiendū, ſecundum Pau.

c Cōtra gl. B. B. tenēt. Ful. & Iaſ. per tex. in l. in ſtipulationibus. j. de re iudic.

A

id minus eſt: vt hic, & j. de tributo. illud. §. j. Puto tamen contra: quia hoc ratione perſonæ habetur: ſed hic ti. loquitur quando [d] ratione rei intereſt ſua ibi conueniri: vt j. eo. l. ideo. & inſtit. de actio. §. loco plus.
m Hæc autem actio. ſcilicet certi condictio, quæ dicitur arbitraria. Sed nunquid fit proprium nomen actionis? Reſpon. vt diximus j. eod. in bonæ fidei.
n Stipulatione. ſed non ſolum ex ea: vt j. eo. ſi heres. & l. aut ſi mutua. Azo.
o Dari. q. d. quando ſtipulatus ſum in certo loco. Accurſius.
p Experiatur. in altero eorum locorum.
q Detracto. ſed nec in altero experitur detracto altero. ergo & multo magis nec in tertio detracto vtroq;: quod eſt contra ſupra eo. l. j. ſic ergo in nullo. Sed quod dicit, non poſſe experiri detracto altero loco: expone, id eſt de detracta [e] vtilitate alterius loci: vt quod ſequitur, ne loci &c. quaſi expoſitio ſit. Vel non debet conuenire detracto altero loco de libello conuentionali. ſic enim dices, conuenio te Capuę, quia Capuę, aut Epheſi promiſiſti. Accurſius.

c *Nō videbitur reddita.* quantū ad hanc actionem: nec quantum ad depoſiti: vt j. depo. l. j. §. ſi res. ſed ſecus quo ad actionem ad exhibendum: vt C. ad exhi. exhibitionis. niſi in aliā prorſus forma exhiberetur. nam tunc eſſet idē quod hic: vt & s. ad exhi. l. Iulian⁹. §. ſi quis rē. verſi. ſed & ſi quis nunquid ergo hoc caſu, ex quo non videtur reddita ipſa tota res, petetur adhuc? Arg. quòd ſic, infra de ſolu. l. etiam. & quia verbum reddi, latā habet ſignificationem: vt infra de vſur. l. videamus ij. §. in Fauiana. Sed Io. contra: vt j. de ſolu. l. ſi ſtipulatus ſum. §. j. agetur ergo pro deterioratione ſicut re non reddita: & hoc ideo quia deterioratio iure actionis venit: ſecus ſi iudicis officio: vt C. depo. l. iiij. & s. de eo quod cer. lo. l. antep. niſi forte incontinenti ſuppleret: vt j. de re iud. l. Paulus, reſpon. j. & s. de rei vindi. l. ex diuerſo §. vbi. Vel melius ſi pro re ipſa quæ eſt ſoluta, aliquid deſijt, res ipſa petitur: vt quia alij obligatā tradas: vt j. de ſol. l. etiam. & l. ſi rem. ſecus ſi res deterior eſt in contractu ſtricti iuris: vt s. de dolo l. & eleganter. §. non ſolum. & hæc diſtinctio in contractu ſtricti iuris locum habet: ſecus in ac. bon. fi. vt hic nam tota petetur. Si verò in re ſoluta nil deſit, ſed pars debita tantum eſt ſoluta: pro parte tollitur obligatio: et ibi, & j. de leg. ij Mæuius. §. fundo. & de ſolu. ſi ſtipulatus ſi. §. j. ſecundum Azo.

d *In hac.* tria dicit. In primo fuit in dolo: & ideo iuratur in litem In ſecundo in culpa. Tertio in dolo ſine culpa.

e *Quanti.* in bo. fi. contractibus ſi res principaliter petatur, tempus rei iudicatæ inſpicitur: vt hic. Si ad æſtimationem agatur, tempus quo nata fuit obligatio: vt infra man. l. hominem in prin. at in contractu ſtricti iuris diſtinguitur quantitas a ſpecie. nam ſi quantitas, tunc lit. conte. tempus inſpicitur: vt hic: niſi poſt moram etiam ante commiſſam melior facta ſit: vt ſupra ſi cer. pet. l. vinum. & de trit. l. fi. ſi verò ſpecies, ſi extat, qualis eſt: ſi non, qualis eſſe deſiit: & hoc mora ceſſante: ſed culpa interueniente. cæterum ſi in mora fuit, in id tenetur in quo facta fuit deterior: vt s. de tri. l. penul. & j. man. l. hominem. ſecundum Ioan. & ſecundum hoc loquitur hic quando in ſpecie & demum lit. conteſt. fuit in mora. Sed Azo facit vim in eo quod dicit hic quanti. nam per hoc patet quòd etiam quantum ad rei æſtimationem ſpectatur tempus ſententiæ vel lit. conteſt. non quo nata fuit obligatio: & illa lex, hominem, in ſpeciali caſu loquitur. & forte in bo. fi. iudi. ſpectatur tempus ſententiæ, vt vſque ad illud ex tempore moræ fiat æſtimatio, non vt progrediatur vltra: & ita in cōtractibus ſtricti iuris ſcilicet de tēpore lit. conteſt. i. vt à tempore moræ vſque ad lite conteſt. fiat æſtimatio. & ſic nō ob. l. hominem. & hoc ſi aliū conuenio ac. ſtricti iuris vel bo. fi. propter culpam. nā ita innuitur hic. quia primo dixit iurari in litem. quod propter dolum tantùm contingit: & poſtea dicit æſtimandum quanti res in tēpore ſententiæ: quod eſt vbi propter culpā agitur. Si vero quis propter dolū cōuenia tur actione ſtricti iuris: forte à tēpore moræ vſq; ad ſentētiā fiet æſtimatio: vt s. de rei vin. l. Iulianus li. vj. Digeſtorū ſcribit, ſi hominē. §. j. & ita poſſet intelligi quod dicitur. s. de triti. l. pe. condemnationis tēpus ſpectādū. licet & alijs modis ibi expoſuerimus: vt corrigatur principiū per finē. Item quod dicit hic rei iudi. propriè pone: vt tunc incipiat, ſecundum Io. & H. & hoc niſi culpa vel dolo res ſit facta deterior poſt lit. conteſta. quia tunc id inſpicitur tempus.

f *Quamuis.* id eſt cum in ſtricti &c. ſecūdum Io. & ſic argumētatur à minori. Item ſecundum Azo propriè, vt tunc finiatur. Vel tertio dic, iudicandæ, id eſt tempus moræ quo potuit & debuit iudicari, ſecundum omnes.

g *Litis cōteſtatæ.* ſi quātitas petatur ſecūdū Ir. Itē eſt cōtra huic dicto de ſtricti iuris. s. ſi quis cau. l. qui autē. §. j. Sol. vt ibi. Itē eſt cōtra. s. de triti. l. pe. Sol. vt ibi & modo diximus. Accur.

h *Conuenitur.* vt & s. de condic. furti. l. in cōdictione. Accur.

i *In ſolidum.* vt hic & C. de here. act. l. pro hereditarijs. & s. de rei vin. l. ſi poſſeſſor. & j. de vi & vi ar. ſi plures. & j. de præto. ſtipu. l. ij. § incertam. & s. de eden. ſi quis ex argentarijs. §. j. & j. pro ſoc. l. actione. §. antepenult.

k *Agendum* contra patrem vel dominum. Accurſius.

l *Filio autem fam.* ſed hodie cum patre, cum habeat ipſe exercitium vt C. de bo. ma. l. j. & de bo. quæ lib. l. fi. poſſet tamen dici hoc eſſe verum in his rebus quarum patri acquiritur vſusfruct. ſed ſi extra illas res ineat filius contractum, vt eſt hic, quia res ei commodata eſt, vel depoſita apud eum: poſſet ipſe filius conuenire & conueniri, auctoritate tamen patris: vt d. l. cum non ſolum § j. C. de bo. quæ li.

m *Condemnetur.* de pecu. vt & s. de dolo. ſi oleum. § hæc de dolo. & j. depo. l. j §. filiusfamilias.

n *Duntaxat.* id eſt non culpa, ſed dolus tantum domini punitur: vt j. de pecu. l. in bonæ fidei. & l. depoſiti.

o *Conſumitur* vnde panis impropriè dicitur cōmodari. Acc.

p SAepe. *Dicis.* quaſi dicat intercedūt pecuniæ gratia ditis. i. dinitis appariturj. eſt enim ſyncopatum loco numerationis. ſ. faciendæ creditori. ac ſi dicat, debitor plurium accepit pecuniam

pecuniã vt diues appareat, & ſui creditores non ſint acerbi: quaſi cito poſsit eis ſolui. ADDITIO. In Flo. dicis rectè legitur.
a l vt certo. Habeat. actione ex eo contractu: vt s. de eo quod certo loco. l. in bonæ fidei. Accurſius.
b Facit. ſi res præſens ſit. aliàs cum nactus erit poſſeſsionẽ ex voluntate actoris: vt s. de rei vind. hæc ſi res. Eſt enim emptori ſimilis. j. rerum amo. l. ſi propter res. & s. de publi. ſed & ſi res. §. j. & infra pro empt. l. iij. & ideo debet iſte cauere victo ſi ad ſe peruenerit: vt infra eo. l. ſi is qui. j. reſpon. & etiã actionem cedere, quãuis dolum commiſerit: vt infra de re iudic. l. in depoſiti. Accurſius.

A infra depoſi. l. quod Nerua. ſic & tutor pupilli pecuniam: vt j. de adm. tut. l. tutor ſecundũ dignitatem. §. nõ eſt. ſed ſeruus plus dominum quàm ſe: vt j. ad Sil. l. j. §. eodem autem. verſi. ſerui quoque. Sed quid ſi res commodata erat vilis pretij, ſua vero pretioſa res erat? Reſpon. non tenetur: quia diligẽs quilibet hoc feciſſet: non autem tenetur facere niſi quod diligentiſsimus faceret: vt j. eo. in rebus. j. reſpon. Quid ſi æquales? Item quid ſi res duorum commodatas habuerit? Reſpõ. idem: arg. infra ad Sil. l. iij. §. ij.

V. VLPIANVS libro viceſimooctauo ad Edictum.

SI vt certo loco vel tempore reddatur cõmodatum conuenit, officio iudicis ineſt vt rationem loci vel temporis habeat.[a]

*Litis æſtimatio ſimilis eſt emptioni.* Bar.

Si quis hac actione egerit, et oblatã litis æſtimationẽ ſuſceperit, rẽ offerentis facit.[b]

*In contractibus qui celebrantur gratia dantis tantum, venit dolus & lata culpa. In his qui gratia accipientis tantum, venit leuis & leuiſsima. In his qui gratia vtriuſque, venit lata & leuis. de caſu vero fortuito quis nõ tenetur, niſi conuentio, æſtimatio, vel culpa præceſſerit: vel aliud indicat. hoc dicit vſque ad §. denique.* Bartol.

B Nũc videndũ eſt quid veniat in cõmodati actione: vtrũ dol⁹ an & culpa,[c] an verò & omne periculum. Et quidẽ[d] in cõtractib⁹ interdũ dolũ ſolũ, interdũ & culpã prẹſtamus. Dolũ in † depoſito. nã quia nulla vtilitas eius verſatur apud quẽ deponitur, meritò dolus præſtatur ſolus: niſi fortè & merces[e] acceſsit. tunc enim (vt eſt & cõſtitutũ) etiã culpa exhibetur: aut ſi hoc ab initio cõuenit, vt & culpã & periculũ præſtet is penes quẽ deponitur.[f] Sed vbi vtriuſq; vtilitas vertitur, vt in empto, vt in locato, vt in dote, vt in pignore, vt in ſocietate: & dol⁹ & culpa præſtatur. Cõmodatũ autẽ plerũq;[g] ſolã vtilitatẽ cõtinet eius cui cõmodatur. & ideo verior eſt Quinti Mucij ſentẽtia, exiſtimantis & culpã[h] prẹſtandã, & diligentiã:[i] & ſi fortè res æſtimata data ſit, omne periculũ[k] præſtandũ ab eo qui æſtimationẽ ſe præſtaturũ recepit.[l] Quod verò[m] ſenectute cõtigit vel morbo, vel vi latronũ ereptũ eſt, aut quid ſimile accidit: dicendũ eſt nihil eorũ eſſe imputandum ei qui commodatũ accepit, niſi aliqua culpa interueniat. Proinde & ſi incendio vel ruina aliquid cõtigit vel aliquod dãnum fatale. nõ tenebitur: niſi fortè cũ poſſet res commodatas ſaluas facere,[n] ſuas pretulit. Cuſtodiã planè cõmodatæ rei etiam diligentẽ[o] debet præſtare. Sed an etiã hominis cõmodati cuſtodia præſtetur, apud veteres dubitatũ eſt. Nã interdũ & hominis cuſtodia præſtanda eſt, ſi vinct⁹[p] cõmodat⁹ eſt:[q] vel eius ætatis, vt cuſtodia indigeret. Certè ſi hoc actũ eſt, vt cuſtodiã is q rogauit[r] præſtet, dicendũ erit prẹſtare. Sed † interdũ & mortis dãnum ad eũ qui cõmodatũ rogauit, pertinet. Nã ſi tibi equũ cõmodauero vt ad villã adduceres, tu ad bellũ duxeris, cõmmodati teneberis. Idẽ erit & in homine.[s] Planè ſi ſic cõmodaui vt ad bellũ duceres, meũ erit periculũ.[t] Nã & ſi ſeruũ tibi tectorẽ cõmodauero, & de machina ceciderit, periculum meũ eſſe Namuſa ait. Sed ego ita hoc verũ puto, ſi tibi cõmodaui vt & in machina operaretur. Cæterũ ſi vt de plano opus faceret, tu eũ impoſuiſti in machina:[u] aut ſi C machinæ[x] culpa factũ minus diligẽter,[y] nõ ab ipſo[z] ligatẹ, vel funiũ perticarũq; vetuſtate, dico periculũ quod culpa cõtigit rogãtis cõmodatũ ipſum præſtare debere. Nã et Mela ſcripſit, ſi ſeruus lapidario cõmodat⁹, ſub machina perierit, teneri fabrũ commodati, qui negligẽtius machinã colligauit. Quinimo & qui aliàs re cõmodata vtitur, nõ ſolùm cõmodati, verùm furti[a] quoque tenetur: vt Iulianus libro vndecimo Digeſtorum ſcripſit.

D *Si cõmodãs nõ patitur cõmodatarium vti re ad eũ vſum ad quem cõmodauit, tenetur commodati contraria. Si commodatarius aliter vtitur, tenetur commodati directa etiam & furti.* Bar.

Denique ait, ſi tibi codicẽ cõmodauero, & in eo chirographum* debitorem tuũ cauere feceris, egoque hoc interleuero. ſi quidẽ ad hoc tibi cõmodauero, vt caueretur tibi in eo, teneri me tibi contrario iudicio. ſi minus, neque me certioraſti[b]

c Culpa. aliqua lata, leuis & leuiſsima.
d Et quidẽ. altius exorditur quàm propoſuerit.
e Merces. nõ quaſi merces. tunc enim locatio eſſet: vt j. depoſi. l. j. §. ſi quis ſeruum.
f Deponitur. quia contractus ex conuentione legem accipiunt: vt infra depoſi. l. j. §. ſi cõueniat. Sunt & alij caſus in quibus vltra dolum depoſitarius tenetur: vt dices infra depoſi. l. j. §. ſæpe. vel ſi fuit in mora, vel culpa præceſsit caſum. Accurſius.
g Plerũque. hoc dicit, quia quãdoque gratia vtriuſque: quandoque etiã gratia dantis tantum: vt infra ead. l. §. interdum. & l. eum. §. j. & l. in rebus. §. j.
h Culpã. ſi fecit quod non debuit. Io.
i Diligentiam. vt & facere teneatur, ſi omiſerit.
k Periculum. id eſt omnem culpam. vel id eſt periculum per culpam omnem proueniẽs. ſic & s. de neg. geſt. litis. §. ſi pecuniæ. ſic etiam ponitur. j. de æſti. act. l. j. in fi. & hoc licet nõ gratia cõmodatarij tãtum ſit conceſſa. Sed quid ſi gratia cõmodatarij ſit tantũ conceſſa, & poſtea ẹſtimetur? Reſpon. pactũ æſtimationis inducit caſum: aliàs nihil adderet: quod eſſe non debet. arg. infra de lega. j. ſi quando. ſecundum Azo. & de hac materia plene dixi. s. ſi quis cau. ſed & ſi. §. quæſitum.
l Recepit. ſed de caſu nõ tenetur: vt j. prox.
m Quod verò. hic poteſt ſignari. §. vt loquatur in alio caſu, ſcilicet cum res non eſt æſtimata: ſed melius eſt ſuperiora determinari. nam & tunc de caſu non tenetur: vt ibi dixi. & dicitur infra loca. l. opus. in fi.
n Saluas facere. ſimili enim modo debet cuſtodire: vt hic, & infra depoſi. l. quod Nerua. …

o Diligentem. tenetur enim regulariter omnis commodatarius de lata, leui & leuiſsima: vt plene dices j. ead. l. §. interdum.
p Vinctus. i. legatus.
q Commodatus eſt. vnde cuſtodiendus erat: vt s. de rei vin. l. ſi à bonẹ fidei. Et nota quòd inſpicitur conſuetudo dantis: vt j. de pigne. act. ſi ſeruos. Itẽ not.[a] quòd minus de homine quàm de alia re tenetur: niſi indicia prẹcedãt: vt hic. Item not. quòd iuuenes facilius fugiunt quàm ſenes.
r Rogauit. id eſt is qui cõmodatum accepit.
s In homine. no. ex hoc §. generale tale, quòd vbicunq; quis non tenetur de caſu, ibidem ſi culpa præcedat caſum, de caſu tenetur: vt infra eodẽ. l. in rebus. §. j. & infra loca. videamus. §. ſi hoc. & C. de nauti. fœ. l. cum proponas. & ſupra ſi quis cau. l. ij. §. ſi non propter. ver. vis flu. & infra. ſolu. matr. in his. Sed quandoque fallit: vt infra ad leg. Rho. de ia. l. fin. §. ſi ea. & §. fina.
t Periculum. quia ad hoc dedi: vt argu. s. de vſufru. l. arboribus. §. nauis.
u Machina. & machinæ vitio nil factum eſt &c. Et not. quod res inanimata non dicitur culpam committere.
x Aut ſi machinæ. redit ad primũ quãdo commodauit vt in machina operaretur. Accurſius.
y Minus diligenter. rationem aſsignat. Azo.
z Ab ipſo. ſcilicet ſeruo. tũc enim nõ teneretur: vt arg. j. ea. l. §. ſi me rogaueris. verſi. plane ſi ſeruus.
a Furti tenetur. vt arg. ſupra de condic. fur. l. qui furtum. & infra de fur. l. qui iumenta. & l. ſi is qui. & l. qui re. & l. ſi pignore. §. j. & infra proxi. §. & hoc ſi intellexiſſet ſe inuito domino facere: eumque ſi intellexiſſet, non permiſſurum: vt inſt. de ob. ex delic. §. placuit.
b Certioraſti. maximè. Accurſius.

† Cõcor. cũ hoc. §. gloſſ. 1. in ver. cõmodatum autem. in c. 1. extra eo. tit.

a Bal. dicit iſtam gloſſ. meliorem de iure, ad hoc quando in dubio debitor vel alius quilibet nõ præſumatur fugitiuus. & vide, quæ dicuntur hic, in ſecundis interpreta. Bolog.

Res inanimata culpã nõ cõmittit.

* Chirographariũ. forte legendũ, chirographo.

Praſta-

ibi chirographũ eſſe ſcriptũ: etiã teneris mihi, inquit, cõmodati. immò ait, etiam furti. quoniam aliter re cõmodata vſus es. quemadmodũ qui equo, inquit, vel veſtimento aliter quàm commodatũ eſt vtitur, furti tenetur.

*Diligentia debet adhiberi in re commodata, & in eius ſequela. Bartolus.*

Vſque adeo autẽ diligentia in re cõmodata prȩſtanda eſt, vt etiã in ea quæ ſequitur rẽ cõmodatam, præſtari[a] debeat: B vt puta equam tibi commodaui, quam pullus comitabatur. etiam pulli te cuſtodiam præſtare debere veteres reſponderunt.

*Si commodatum fiat gratia dantis, vel eius contemplatione, commodatarius de ſolo dolo tenetur. Bartolus.*

Interdum† planè dolũ ſolum in re cõmodata qui rogauit præſtabit: vt puta ſi quis ita conuenit[b]: vel ſi ſua duntaxat cauſa cõmodauit, ſponſæ forte ſuæ, vel vxori, quo honeſtius culta ad ſe deduceretur, vel ſi quis ludos edens prætor* ſcenicis[c] C cõmodauit: vel ipſi prætori quis vltro commodauit[d].

*Si res data vt pignoretur, non recolligitur, competentibus actionibus eſt agẽdum, vel actio debet cedi ſumptibus & periculo ipſius cedentis. Bartolus.*

Nunc videndũ in quibus ſpeciebus cõmodati actio locum habeat. Et eſt apud veteres de huiuſmodi ſpeciebus dubitatũ: Rem tibi dedi[e], vt creditori tuo pignori dares[f]. dediſti. non repigneras[g], vt mihi reddas. Labeo ait cõmodati actionẽ locũ habere. Quod ego puto[h] verũ eſſe, niſi merces interuenerit: tũc enim vel in factũ, vel ex D locato[i] cõducto agendũ erit. Planè ſi ego pro te[k] rem pignori dedero tua volũtate, mãdati erit actio. Idẽ Labeo rectè dicit, ſi à me[l] culpa abſit repignerãdi, creditor autẽ nolit reddere pignus, cõpetere tibi ad hoc dũtaxat[m] commodati, vt tibi actiones aduerſus eum præſtem. Abeſſe autẽ culpa à me videtur, ſiue iam ſolui pecuniã, ſiue ſoluere ſum paratus[n]. Sumptus[o] planè litis ceteraque æquũ eſt eum agnoſcere, qui commodatum accepit.

*Culpa hominis commodati cum re, commodatariũ non excuſat: ſecus in dolo. Bar.*

Si me rogaueris vt ſeruũ tibi cũ lance[p] cõmodarem, et ſeruus lancẽ[q] perdiderit, Cartilius ait periculum ad te reſpicere. nam & lancẽ videri commodatam: quare culpã in eam quoque prȩſtandam. Planè ſi ſeruus cum ea fugerit, eum qui commodatum accepit, non teneri: niſi fugæ præſtitit culpam.

*Appoſitio cuſtodis facta ex poſtfacto, nõ remittit cuſtodiam ei cui res fuerat commo data. Bartolus.*

Si de me[r] petiſſes vt tricliniũ tibi ſternerem,[s] & argentum ad miniſteriũ præberem[t], & fecero: deinde petiſſes vt idem ſequenti die facerem: & cum commodè argentum domum* referre nõ poſſem, ibi hoc[u] reliquero[x], & perierit, qua actione agi poterit, & cuius erit periculum? Labeo de periculo ſcripſit multũ intereſſe, cuſtodem poſui, an non. ſi poſui, ad me periculum ſpectare, ſi minus, ad eum penes quem relictum eſt. Ego puto commodati quidem agendum[y]: verum cuſtodiam eum præſtare debere, penes quem res relictæ[z] ſunt niſi aliud nominatim conuenit.

*In obligatione primitiua quæ ad rei reſtitutionẽ contrahitur, quilibet tenetur pro parte: quia inſolidum ad eos peruenire non poteſt. In obligatione verò ſecundaria quæ contrahitur ratione doli vel culpæ, quilibet tenetur inſolidũ: quia pro parte non poteſt delinqui. & ſi agit cõtra vnũ ex facto alterius, ei actio cedi debet: quia ſi cõtra iſtũ ageretur, actio pro rata tolleretur. Bartol.*

Si duobus vehiculũ[a] commodatũ ſit vel locatũ ſimul, Celſus filius ſcripſit libro ſexto Digeſtorũ quæri poſſe, vtrum vnuſquiſque eorum inſolidum, an pro parte teneatur. Et ait[b] duorũ quidẽ in ſolidum dominiũ[c] vel poſſeſsionem eſſe nõ poſſe:

a *Præſtari debeat.* quod iuris eſt in principali, & in acceſſorio: A vt j. de inſt. act. l. cuicũq;. §. itẽ fideiuſſori. & j. ea. l. §. ſi me. & j. depo. l. j. §. ſi ciſta. & j. de preca. l. quãuis. & s. nau. cau. ſtab. ſed & ipſi. §. ſi. Sed ar. contra. j. depo. l. j. §. quæ depoſitis.

b *Conuenit.* ſ. per pactum. ſed in dote hoc pactum nõ valet: vt j. de pac. do. l. Pomponius ait. Et diſtingue: quia quandoque dolũ tantũ præſtabit. vt ſi gratia dantis tãtũ ſit cõmodata: quãdoq; de lata & de leui: vt ſi vtriuſq; gratia: quandoq; etiã de leuiſsima: vt regulariter: vt hic, & j. eo. l. cũ. §. ſi rẽ. & j. e. l. in rebus. in prin.

c *Scenicis.* in ſcena ludentibus. Azo.

d *Vltro cõmodauit.* duobus modis poteſt hoc intelligi: & quòd prætor ſedebat, & ei dedit vt daret ſcenicis. tunc ipſe de dolo tantum mihi tenetur. vel ꝙ ego alicui vel prætori vltro accommodem, vt & tunc de dolo ſolo teneatur.

e *Rem tibi dedi.* id eſt commodaui. Accur.

f *Dares.* i. obligares.

g *Non repigneras.* id eſt non luis. Accurſius.

h *Puto.* vt & C. e. l. pe.

i *Vel ex locato.* ſi certa merces, tũc ex locato. ſi incerta: tũc in factũ, i. præſcript. verb. vt inſti. de loca. & conduc. §. nam vt. verſic. & quȩ ſupra diximus.

k *Pro te.* ſ. præſente. aliàs nego. geſt. datur: vt j. man. l. ex mãdato. §. fideiuſſori. ſed ſi tempus nõ eſt appoſitum quando luere debeat, quando agam? Reſpõ. cum diu ſteterit. vt j. manda. l. Lucius.

l *Si à me.* mutat perſonas. Accurſius.

m *Duntaxat.* cõtra. j. de pigne. act. l. petenti. vbi dicit dari actionem. Sed dicit quòd & ibi cedendo liberatur: vt j. e tit. de pign. act. eleganter. §. ſi vendiderit. & l. pe. Azo. & ad hoc j. de pecu. qđ debetur. & j. loca. cũ in plures. §. veſtimenta. Accurſius.

n *Paratus.* vt j. qui mo. pign. vel hypo. ſolu. l. item liberatur. §. qui paratus. Et ſic not. ꝙ ſufficit ſi per eum nõ remaneat: vt hic, & j. de an. le. l. Mæuia. in princi.

o *Sumptus.* ad hoc. j. depo ſi in Aſia. j. reſpon. & ſupra ad exhiben. ſed & ſi. §. quo autem loco.

p *Cum lance.* id eſt ſeruum & lancem.

q *Lancem.* vt ſupra eo. §. vſque adeo. Accurſius.

r *Si de me.* id eſt à me.

s *Sternerem.* i. optime locũ tuum præpararem, & ſcopis mundarem, & domum bene ornarem: ibique tres lectos ſternerẽ, in quibus olim comedebant antiqui. & vocabatur locus ſic paratus triclinium. Vel dicitur locus tribus clauibus firmatus, vel cameræ tres dicuntur triclinium.

t *Præberem.* id eſt commodarem.

u *Hoc.* ſcilicet argentum.

x *Reliquero.* penes commodatarium: vt innuit. j. in eo quòd dicit actio commodati. commodaueram ergo etiam argentum ad illud ſeruitium.

y *Agendum.* in vtroq; caſu ſiue poſuit cuſtodem, ſiue non.

z *Relictæ ſunt.* reprobata prædicta diſtinctione Labeonis, ſecundũ Azo. nec ob. s. proxi. l. §. ſi me rogaueris. quia ibi cõmodator ab initio cõmiſit ſeruo cuſtodiam: alioquin fugæ periculũ ad eũ cõmodantẽ non ſpectaret de lãce: & tamẽ de alio periculo tenetur cõmodatarius: vt ibi, & j. eo. l. rem mihi. §. j. quanquàm Io. dixerit ꝙ vbi cuſtodem poſuit, renũtiaſſe cuſtodiæ cõmodatarij prius videtur: & ideo ad ſe ſpectet periculũ. quod non placet: quia commodatarius prius fuit obligatus pro cuſtodia: & ideo licet alius cuſtodẽ apponat, non poteſt dici ſic liberari. ſecus vero vbi quis in rei traditione quæ fit per cuſtodem, appoſuerit. quia tunc renũtiaſſe bene videtur, vt dixi. & ſic loquitur. j. de ſol. ſi ſoluturus. in fin. & infra de acquir. poſſ. quarundam. & C. de pac. conuen. tam in do. l. fi. §. & ſi quidem. quæ ſunt ar. contra ſecundum Azo. & ſupra proxi. §.

a *Si duobus vehiculum.* paruum plauſtrũ: vt j. innuit. & C. de honora. vehi. lib. xj. l. j.

b *Et ait.* ſcilicet Celſus non reſpondens quæſtioni adhuc, ſed reſpondet ibi, ſed eſſe verius ait &c. vbi dicit quòd inſolidũ tenetur.

c *Dominium.* hoc eſt plane verũ quòd duo non poſſunt eſſe domini inſolidum, nec totius, nec partis rei: vt hic, & j. de caſtrẽ. pec. l. hereditate. §. pater. ſed de poſſeſsiõe quȩritur. Quidam, vt Goſſiani quòd ſic. & pro eis eſt infra. vti poſ. ſi duo. in princip. Alij vt R. & Pla. quòd ciuilem duo poſſunt habere inſolidum: ſed naturalem non. Et pro eis eſt infra de acquiren. poſ. l. iij. §. ex contrario. Tu dicas quòd nec ciuilem nec naturalem duo inſolidum habeant: vt hic, & infra de preca. l. duo. Præterea cũ dominium non poſsit eſſe penes duos inſolidũ: vt hic dicit: ergo poſſeſsio ciuilis, quæ eſt cauſa adquirendi dominiũ, duorũ inſolidum eſſe non poteſt: quod ex definitione vſucapionis pa-

†*Bal. hic dicit iſtũ tex. not. ad hoc quòd ſponſus mutuãs ornamenta ſponſæ, videtur in dubio ei cõmodare, non donare. vnde ſoluto matrimonio poteſt ea repetere. cũ quo tamen nõ eſt ſtandum, vt hic dicitur in ſecũdis interpreta.* Bolog.

* *Prætor. i. imperator populi Roma. qui ludos faciebat pro victoria de hoſtibus habita.* Bu. *hic.*

*Tricli... quid ſit.*

**Fl. do...*

*Poſſeſsio à duobus inſolidũ h... beri poſſe.*

nis patet:vt j̄.de vſuca.l.iij.& inſt.per quas perſo.no.acqui.§. ex his. nam quotiens aliquid prohibetur, & id prohibitũ eſt per quod peruenitur ad id:vt j̄.de ſponſa.l.oratio. diuerſo tamen iure duo inſolidum poſſunt poſsidere,vt vnus ciuiliter, & alter naturaliter:& ſic intelligitur lex illa.j̄. vti poſ.ſi duo. ſic enim diſtinguũtur iura poſſeſsionis: vt j̄. de vi & vi ar. l. j. §. qđ vulgo dicitur: & de prec. l. & habet. §. eũ. Sed qui ſunt qui ciuilem habent poſſeſsionem? Reſpõ. proprietarius, & ille qui dedit in feudũ,& qui in emphyteuſin dedit. nam proprietarius quærit ſibi poſſeſsionem per ſeruum fructuarium. quod non faceret, ſi nõ poſsideret:vt j̄. de acqui.poſ.l.j.§. ſed & per eum. fructuarius verò, vel vaſallus, vel emphyteuta,tantũ naturalẽ habent: vt j̄. de acquirẽ. poſſeſ. naturaliter.& l.poſſeſsio.j. reſpon.Sibi enim poſsident ratione iuris qđ habent in re. & idem in eo colono qui conduxit ad nõ modicum tempus: quia naturaliter poſsidet: vt s̄. ſi ager ve.vel emph. pe.l. j.& j̄.de ſuperfi. l. j. §. quod ait. ſec⁹ ſi ad modicum tempus:quia ille nullo modo poſsidet: vt habetur C. de præſcri.xxx. an.l. male.& j̄.de vſuca. l. non ſolum. §. quod vulgo.licet quidam contra per.l. s̄.communi diui.l.communi diuidundo. §.neque colonus.ſed illud expone vt ibi.quid autem ſi hi qui naturaliter poſsident,alij locẽt ad non modicum tempus,vel dent in feudum,vel in emphyteuſin,vel in vſumfru? Reſpond.nullam retinent,cum aliam non habeant. Item ſecundum Io. ciuiliter poſsidet, qui non eſt in re,nec in conſpectu: ſed quando eſt in conſpectu, naturaliter etiam poſsidet. nam cùm per conſpectum naturalis quæratur,multo magis retinetur:vt j̄. de acquir.poſ.l. quod meo.§. ſi venditorem. Et ſecundum hoc non videtur quòd eodem tempore poſsideat quis ciuiliter & naturaliter. quod Al.dixit, & bene ſecundum Azo.niſi naturalem appelles approbatione ciuilem:vt arg.j̄.de verb.ſignifi.l. lege ſed apud vnum vna, & apud alium alia ſit. Vel dic quòd in partibus in quibus inſiſto & video,habeo naturalem:in alijs ciuilem.ſed P. & Azo dicebant non ideo amitti naturalem,quòd res non ſit in conſpectu:ſed certè ſecundum hoc non eſſet ciuilis ſine naturali. Item contra eos videtur: quia plures haberent naturalem,ſecundum hoc: quia ingreſſus fundum habet naturalem, ſecundum eos.P.& M.& R. & Azo. & dominus nihilo minus.ſic ergo plures:quod tamẽ ipſe Pl. aliàs negauit, dicens naturaliter duos inſolidum poſsidere non poſſe, ſed ciuiliter. Sed dici poteſt quòd abſens habet naturalem: ciuiliter ingrediens habet naturalem naturaliter. Alij dicunt quòd tunc eſſe deſinat. quod non placet.ei autem quod dixi apud vnum non poſſe eſſe ciuilem & naturalem, contradicit. C.de acqui.poſ. licet vbi dicit exeuntem de poſſeſsione & longè recedentem,ita quòd nõ ſit in conſpectu, quòd retinet poſſeſsionem. Vnde dicunt quidam ciuilem, & ſic prius habebat ciuilem.de naturali conſtat quòd habebat: ſic ergo ciuiliter & naturaliter poſsidebat. Sed dicas quòd retinet naturalem, quam ſolam prius habebat: illam tamen dico ciuilem. quia iuris ciuilis auctoritate retinetur. ſic dicitur actio ciuilis prætoria auctoritate extenſionis:vt s̄. de noxa.l. electio.§.ſi is quem. Accurſius.

nec quẽquam partis corporis [a] dominũ eſſe,ſed totius corporis pro indiuiſo ꝑ parte dominium habere: vſum autem [b] balinei quidem, vel porticus, vel campi vniuſcuiuſq; in ſolidum eſſe[c]. neque enim minus me vti, ꝙ & alius vteretur. Verùm in vehiculo cõmodato vel locato,pro parte quidem effectu[d] me vſum habere: quia non omnia loca vehiculi [e] teneam [f]. Sed eſſe verius ait, & dolum & culpam & diligentiam & cuſtodiã in totũ me præſtare debere. quare duo quodãmodo rei habebuntur [g]: & ſi alter conuentus[h] præſtiterit, liberabit alterum. & ambobus competet furti [i] actio:

VI. POMPONIVS libro quinto ad Sabinum.

ET alterutro agente[k], alterius actio contra furem tollatur [l].

VII. VLPIANVS libro vicenſimooctauo ad Sabinum.

VNde quæritur, ſi alter furti egerit, an ipſe ſolus debeat commodati conueniri [m]. Et ait Celſus, ſi alter conueniatur qui furti non egit, & paratus ſit periculo ſuo conuenire * alterum qui furti agendo lucrũ ſenſit ex re commodata, debere eum audiri, & abſolui [n]. Sed ſi legis Aquiliæ aduerſus ſocium [o] eius habuit commodator actionem, videndum erit ne cedere debeat[p] ſi fortè damnum dedit alter, quod hic qui conuenitur, commodati actione ſarcire compellitur[q]. Nam & ſi aduerſus ipſum [r] habuit Aquiliæ actionem commodator, æquiſsimum eſt vt cõmodati agendo remittat actionem: niſi fortè quis dixerit, agẽdo eum è lege[s] Aquilia hoc minus conſecuturũ, quàm ex cauſa commodati cõſecutus eſt. quod videtur habere rationem [t].

* Conueniri.

a *Partis corporis*.ſed inſolidum ſimul cum alio vel pro indiuiſo.Vel dic clarius,partis viſibilis & diſcretæ:ſed intellectualiter ſic.nec enim tua eſt mea, vel mea tua.

b *Vſum autem*.qui nec eſt dominiũ,nec poſſeſsio,ſed quoddam tertium aliud ab vtroque.& ideo diſtinguitur inter ſpatioſam rem,& non ſpatioſam.

c *Inſolidum eſſe*. quia vnuſquiſque cõmodè balneo etiã cum alio vel alijs vtitur,nec in aliquo per alium impeditur; idem in porticu. ſecus in vehiculo.

d *Effectu*.q.d.ipſa neceſsitate.ſic s̄.de vſufru.accre.l.j.in ſi.

e *Vehiculi*. ſed nec balnei: ſed ibi per alium vſus meus non ſic minuitur: quod eſt in vehiculo ſecus.Io. Item quod dicit hic vſum haberi pro parte, eſt contra s̄. de vſu & hab. l. vſus pars. ſed quod hic dicitur, refertur ad factum, & pro parte vti dicor, cum certa parte vehiculi vtor. Sed quod ibi dicitur ad ius, id eſt ad ſeruitutem vſus.

f *Teneam*. id eſt tenere poſſum, cum tu in eodem conſiſtens me impedias. & idem in balneo paruo, quod in vehiculo.

g *Habebuntur*.quia vterq; obligatus eſt inſolidum ad rem reſtituendam: quod ſi non facit, debet pro parte ad intereſſe damnari: vt infra depo.l.ſi duo. Azo.Sed videtur ꝙ nõ inſolidum teneatur:vt j̄.e.l.rem.§. in exercitu.quæ eſt contra. Solu. ibi actum eſt quòd quilibet pro parte teneatur. nam ita dixit communi periculo: vt ibi dicit. Hodie verò vt puto commodatarij ſint duo rei debendi, oportet ꝙ expreſſim dicatur:vt in auth. de duo re.in prin.colla.vij.nec dicat aliquis ꝙ auth.loquatur quãdo eſt diuiduũ in obligatione. hic autem reſtitui res pro parte non poteſt: vt j̄. depo.ſi duo.& j̄.de verb. oblig. ſtipulationes non diuiduntur.quia certè illud locum habet quando res pro parte reſtitui non poſsit: quando id eſt actum quòd quilibet teneatur inſolidum. vel quãdo vnus ad rem totam tenebatur: alioquin quilibet tenebitur pro parte: vt in heredibus dicitur, & pluribus depoſitarijs:vt j̄.depoſi.l.j.§.ſi apud duos.& l.in depoſiti.ſic ergo & hic fuit actum. Accurſius.

h *Conuentus*. actione commodati.

i *Furti*.ſi ei res commodata ſurripiatur. hodie verò ponitur in electione commodantis, vt poſsit ipſe ſi velit eligere furem:vt inſti.de obli.quæ ex delic.§.quæ de fullone.

k ET *alterutro agente*.ſed non peragente.

l *Tolletur*. hoc ideo, quia vtrique inſolidum ex vna eademq́ue cauſa defertur furti actio,& ideo vni per alium præiudicatur:vt j̄.de duo. re.l.ex duobus.

m VNde *quæritur*. *Conuenire*.ſ.commodati actione ſibi à cõmodante ceſſa.aliter enim non poteſt, & tunc non ad lucrum,id eſt pœnam furti quam habuit ſocius aget:vt C.de fur.l.ſi.§.ſed cum.& infra.loca.& condu.l. is qui.licet in creditore ſit aliud:vt j̄.titu.j.ſi pignore.ſed ad rem,vel rei commodatæ æſtimationem,quam ſocius conſecutus eſt.Sed quidam habent in litera cõueniri:& ad hoc eſt arg.j̄. de fideiuſ. l. ſi dubitetur. j. reſpon. poteſt tamen dici in fideiuſſoribus aliter quàm in duobus reis,ſecundum Azo.

n *Abſolui*.ſcilicet ab obſeruatione iudicij interim.

o *Socium eius*.conuenti.vt quia ſocius eius damnum dedit.

p *Debeat*.ſcilicet conuento.

q *Compelletur*. immo videtur quòd cogi non debeat, cum præuideri non poſsit:vt j̄.l.ad eos? Reſpon. immo quandoque cogitur ſ.ſi potuerit præcauere: vt j̄.loc.ſed & de damno.Vel dic aliud in damno dato ab extraneo: & aliud in damno dato à ſocio:quia illud quaſi à me reputatur datum, cum pro vno reputaremur propter ſocietatem obligationis: vt j̄. de duo.re.l.ſi.ſed ar.contra.j̄.de vſur.l.mora.in ſi.

r *Ipſum*.ſcilicet quẽ vult conuenire.q.d.ideo quæſiui an cedatur actio reſarcienti damnum ab alio datum:quia ſi iſte eſt qui dedit dãnum quem cõuenio commodati, licet nõ debeã cedere,debeo tamen remittere actionem. l. Aquil. niſi in eo quod plus eſt in actione quàm commodati, ſecundum Azo.

s E *lege Aquil*. id eſt poſtquam egerit commodati. vel refertur ad ſuperius dictum.

t *Quod videtur habere rationem*.ſ.ꝙ poſsit agi ad reſiduum per actio-

actionem legis Aquiliæ:vt hic.& arg.j̄.vi.bo.rap.l.j. Sed at. A contra.j̄.de actio.& obli.l.qui ſeruum.§. fi.vbi dicitur quòd poſtquã egi cõmodati, nõ poſſum agere.l.Aquil.in eo quod plus eſſet in ea ex repetitione xxx.dierũ Sol.ſecundũ R.hic de æquitate.vel ſecundum M.ibi dicit nõ durare alterã, cum nõ eſt in ſecũda pluſquã in prima.alias durat vt hic. vel ſecundũ Io.hic ad aliud ſimplũ agitur quod venit in actionem iſtam, quia inficiatio intercesſit, non autem ad incrementum xxx. dierum vt ibi. Vel hic non eſt conſecutus per actionem commodati, niſi medietatẽ æſtimationis, cum duo fuerunt cõmodatarij.aliã ergo poterit conſequi per actionem cõmodati, vel per actionem l.Aqui.ſecũdum Azo.Vel dic quòd hoc,niſi &c. nõ ad proximum, ſed ad ſuperius refertur: & hoc in pluribus & à pluribus permittitur. in cõtraria non ab eo. arg.s̄.ad l. Aquil. item Mela. §.ſi plures. Sed quæſtioni factæ,an cõuento ſocio teneatur cedere contra alium, non reſpõ.ſed ego reſpondeo, quòd teneatur cedere ſicut pupillus cedit tutori conuẽto contra tutorem : vt C.de admi. tut. l. ij. in prin.& §.fi.& j̄. de tut. & ra.diſtra. l.j.§. nunc tractemus.Et eſt ratio, quia ex facto dãtis dãnum conuenitur, & præſtat damni æſtimationem. cõmodati autem actio non eſt cedenda: quia cõuentus ea ſuo nomine tenetur, niſi ad damnũ vt dictum eſt. ſic ergo in duobus reis dico ne conuento actio cedatur, niſi ex facto rei conueniatur.ſed aliud eſt in fideiuſ.vt C.de fideiuſ.authẽ.præſente.& C.loca.l.ſi diuiſa. ſed in reis idem dico ſi tales erant vt poſſet conuẽtus poſtulare ꝙ diuideretur actio ad exemplũ pluriũ mandatorũ:vt j̄.de fideiuſ. ſi fideiuſſores. §. idem reſpon. & l. fideiuſſores. ſecundum Azo.

†*Concor.in ca.1.glo.1. circa fi. extra eod.tit.*

VIII. POMPONIVS libro quinto ad Sabinum.

REi commodatæ[a] † & poſſesſionem & proprietatem retinemus.[b]

IX. VLPIANVS libro ſecundo ad Edictum.

NEmo enim commodãdo rem facit eius cui commodat.

*Ex vſu ad quẽ res accommodatur, quis non obligatur niſi ſit mixta culpa.* Bart.

X. IDEM libro vicenſimonono ad Sabinum.

B EVm qui rẽ commodatã accepit, ſi in eã rem vſus eſt in quẽ accepit, nihil pręſtare, ſi eã in nulla parte culpa ſua deteriorem fecit. verum eſt. nã ſi culpa eius fecit deteriorem, tenebitur.[c]

*Contractus innominati iudicantur ſecundum naturam contractus nominati cui adijciuntur.* Bartolus.

Si rem inſpectori dedi. an ſimilis ſit ei[d] cui commodata res eſt queritur. Et ſi quidem mea cauſa dedi, dũ volo pretium exquirere, dolũ[e] mihi tãtùm præſtabit. ſi ſui, & cuſtodiam: & ideo[f] furti habebit actionem.

C *Si res perierit culpa nũtij referentis, perit periculo domini, ſi eum miſit: aliàs periculo commodatarij, ſi nuntium malum elegit. idem ſi nuntij dolo perierit.* Bartolus.

Sed & ſi dum refertur[g] perijt, ſi quidẽ ego mandaueram per quem remitteret, periculum meum[h] erit. ſi verò ipſe cui voluit commiſit, æquè culpam mihi præſtabi, ſi cui cauſa accepit.

XI. PAVLVS libro quinto ad Sabinum.

QVi non tam idoneum hominem elegerit,[i] vt rectè id perferri poſsit.

XII. VLPIANVS libro vicenſimonono ad Sabinum.

D SI mei cauſa, dolũ tãtùm. Cõmodatam rẽ miſſus qui repeteret, cũ recepiſſet, aufugit. Si dominus ei dari iuſſerat, domino perit, ſi cõmonendi[k] cauſa miſerat vt referretur res commodata, ei qui commodatus eſt.*

a REi commodatæ. ſcilicet alij à nobis.

b Retinemus. vt & inſti.de interdi.§.poſsidere.verſi.per eos quoq;.ſicut & rei depoſitę:vt j̄.depoſi.l.licet.§.rei.

c EVm qui.Tenebitur. quia non videtur reddita: vt s̄.eo.l.iij. §.ſi reddita ſit res.& facit j̄.eo.l.vlti. Accur.

d Sit ei.in act.præſcrip.ver.qua ipſe tenetur:vt j̄.de præſcri. ver.ſi rem.& l.ſi gratuitam.§.ij.

e Dolum tantum. Sed nũquid inſpector debet probare ſe ſine dolo amiſiſſe? Videtur quòd ſic:vt C.de pign.act.ſi creditor. & j̄.loca.ſi quis fundum. & j̄.de cuſto. reo. l.fi.& s̄.de eden. l.ſi quis ex ar.in fi.& l.ſeq.Econtra videtur quòd non,ſed ille qui obijcit :vt j̄.de le. ij. cum ita.§.ſpecies. & C. de pigne. act.ſi nulla.& infra de proba.l.quotiẽs.§.qui dolo.Azo.quod eſt verius.Accurſius.

f Et ideo.quia eius intereſt,cũ de cuſtodia teneatur. Accur.

g Sed & ſi dum refertur.res quæ inſpicienda data eſt.

h Periculum meum.ſine diſtinctione.& eſt pro hoc ſupra nau. A cau.ſta.l.iij.§.idem.in prin.& l. fi. in princip.

i QVi non Elegerit.quod ex poſtfacto apparet. & hoc eſt verum, cum id actum eſt inter me & eum,vt ipſe & non alius perferret, quod ex qualitate perſonarum & dignitate perpenditur.& in hoc caſu omnino tenetur, vt hic, quia mala electio eſt in culpa: vt j̄.man.ſi procuratorẽ. §.ſi tutores.in fi.& s̄.ſi men.fal. mo.dixe.l.ij. & s̄.nau.cau.ſta.l.fi.§. ſeruorũ. ſi autem volui vt mihi mitteret, nec de eo cogitaui ꝙ ipſe afferret: diſtingue,an eũ qui idoneus videtur, elegit ſecundum Io. Alij verò, ſecundum hanc diſtinctionem tãtùm faciũt. Azo.& eſt pro Io. j̄.c. argentum. ſed prima verior eſt.

*Dominus qui recipit æſtimationem litis à cõmodatario, tenetur cauere de reſtituendo ei rem ſi ad manus eius peruenerit.* h.d. Pau.de Caſt.

XIII. POMPONIVS libro vndecimo ad Sabinum.

B ISi qui commodatum accepit, ſi non apparentis rei nomine commodati condẽnetur, cauendum ei eſt, vt repertã dominus ei præſtet.[l]

*Ad eum ad quem res non pertinet, commodum non ſpectabit.* Bartol.

Si quem queſtũ fecit is qui experiẽdum quid acceperit, veluti ſi iumenta[m] fuerint, eaque locata ſint, idipſum[n] præſtabit[o] qui experiundum dedit. neque enim ante eam rem quæſtui cuique eſſe oportet prius quàm periculo eius ſit.[p]

*Error in iure cõſecutiuo non impedit actionẽ oriri ex contractu, ſicut nec error in iure vel in facto antecedẽte impedit cõdictionem oriri extra id quod agitur.* Bart.

C Si libero homini qui mihi bona fide ſeruiebat, quaſi ſeruo rem cõmodauero, videamus an habeã commodati actionem. nã & Celſus filius aiebat, ſi iuſsiſſem eum aliquid facere, vel mandati[q] cũ eo, vel præſcriptis verbis experiri me poſſe. Idẽ ergo & in cõmodato erit dicendũ. Nec obſtat ꝙ nõ hac mente cũ eo qui liber bona fide nobis ſeruiret, contraheremus, quaſi eum obligatum[r] habituri. Plerũque enim id accidit, vt extra id quod agitur, tacita obligatio naſcatur:[s]

D veluti[t] cum per errorẽ indebitum ſoluendi cauſa datur.

k SI mei cauſa. Commonendi.Quid ſi mẽtitus eſt dicens ſibi rẽ tradendam, cum cauſa commonendi miſſus eſt? Reſpon. non nocet[b] commodanti: vt infra de ſol.cũ quis. §. ſi debitorẽ. quia eſt ei imputãdum,qui credulus fuit.Azo.vt arg. ſupra de eo per quem fac.e. l.j.§.j.

l SI is qui. Ei præſtet. aut æſtimationẽ: vt infra eo.l.in cõmodato.§. fi.& facit ſupra eod.ſi vt certo.§.j.

m Si iumenta. ſcilicet data cauſa experiundi. Accurſius.

n Idipſum. quod lucratus eſt.

o Præſtabit.actio.pręſcr. ver. vt j̄. de præſcri. ver.l.apud Labeonem.

p Eius ſit.Sed videtur ꝙ ſit eius periculo. nã hoc ipſo ꝙ vtitur re commodata ad alium vſum, & ſcit ſe hoc facere cõtra domini voluntatẽ, furtũ facit: vt s̄.eo.ſi vt certo.§.quin immo.& ſic ad eũ omne periculũ pertinet, ergo & quæſtus ad eũ pertinere debet? Reſpon. illud verũ eſt cũ ex conuentione bona fide, vel ex natura cõtractus ad eũ pertinet periculũ:vt j̄.pro ſoc. l.ſi vnus.§.ſi vnus. hic non ſic : aliàs ex ſuo dolo lucraretur, quod eſſe non debet:vt C.de rei vind.l.j.in fin.Item not.quòd vbi onus,ibi lucrum:vt & C.de fur.l.fi.§.pe.& j̄.de act.emp. Iulianus.§.ex vendito.& §.ſi quid ſeruo.

q Vel mandati.immo videtur quòd nõ,quia nõ ſponte ſuſcepit mandatũ:vt s̄.de neg.geſt.l.at qui natura.§.ſi libero. quæ eſt cõtra.Sol.ibi loquitur in eo caſu quando putabat ſe ſeruũ, quare naſcitur act.neg.geſt.non mandati.quia ex neceſsitate geſsit,nõ ex volũtate.hic verò loquitur cum ſciebat ſe liberum:in quibus caſibus quodammodo voluntate gerit.Ir.vel datur vtilis,vt hic:non directa,vt ibi.nam & hic neſciebat ſe liberum:quod patet per illa verba,plerũque enim &c.quia & hic & ibi dicit ꝙ bona fide ſeruiebat.Azo.Vel ibi iuſsit vt libero:hic vt ſeruo.Item facit.s̄.ad le.Aqui.liber homo.§.j.

r Obligatum. ſcilicet ciuiliter.

s Naſcatur.vt hic & j̄.man.ſi procuratorem.§.ſi liber homo. in glo.Iul.ait.& s̄.ſi cert.pet.l.cum fundus.§.ſeruum.

t Veluti. id eſt ſicut. Accurſius.

Si ſeruum.

a Seruum. Et furti. ſi tamen agatur commodati, non agetur furti: vt C. de fur. l. j. & j. de fur. l. ſi is cui res commodata aut ea ratione, quia intereſſe conſecutus eſt: aut ea quia agendo commodati habuit ratum quod ſeruus fecit: vt j. de fideiuſ. ſi ſeruus alienus. in fin.

catur quandocunq; vult: vt j. depoſi. l. j. §. antepe. quæ eſt contra: quia nihil intereſt depoſitarij. item precarium quandocunque vult: vt j. de preca. l. j. & l. cum precario. & l. & habet. j. reſpon. & in hoc differt à commodato, ſecundum hoc. Sed quæ eſt ratio[a]? Reſpon. quia commodatum ſemper datur cum præfinitione certi vſus: vt patet per omnes leges fere tractantes de commodato. ſic enim dicitur, commodo equum vt ad villam duceres, pecuniā vt diues appareas: vt s. e. l. iiij. & l. ſi vt certo. §. ſed interdum. & j. e. l. fin. ſic & ſcalas vt feneſtris ſupponas: vt inſtitut. de oblig. quæ ex delic. §. interdum. verſi. ope.

*Ex eodem facto duæ actiones contrariæ poſſunt oriri diuerſis reſpectibus. Bartolus.*

XIIII. VLPIANVS libro quadrageſimooctauo ad Sabinum.

SI ſeruus meus rem meam tibi ſcienti nolle me tibi commodari, commodauerit, & commodati & furti[a] naſcitur actio: & præterea condictio ex cauſa furtiua.

*Qui conuenitur ex contractu, non poteſt referre quæſtionem dominij. Bartolus.*

XV. PAVLVS libro viceſimonono ad Edictum.

COmmodare poſſumus etiam alienam rem quā poſsidemus: tametſi ſcientes alienam poſsideamus.

XVI. MARCELLVS libro quinto Digeſtorum.

ITa vt & ſi fur vel prædo commodauerit, habeat cōmodati[b] actionem.

*Pactum vt non veniat dolus futurus nō valet. Bartolus.*

XVII. PAVLVS libro viceſimonono ad Edictum.

IN cōmodato hæc pactio, ne dolus præſtetur, rata non eſt[c].

*Actiones contrariæ poſſunt principaliter intentari ſicut directæ. Bartolus.*

Contraria cōmodati actio etiam ſine principali[d] moueri poteſt, ſicut & cæteræ quæ dicuntur[e] contrariæ.

*Obligatione ſecundaria quilibet ex heredibus tenetur inſolidū, licet ſit heres ex parte. Bartolus.*

Si ex facto heredis agatur commodati in ſolidū[f] condēnatur, licet ex parte heres eſt.

*Si commodans non patitur commodatariū vti re ad eum vſum ad quem eſt commodata, contraria commodati tenetur. h. d. Primò præmittit quædam præambula ad declarationem quæſtionis: ſecundo eam determinat. ſecunda ibi, geritur. & inde debet ſumi caſus in terminis. Bartolus.*

Sicut autem † voluntatis & officij magis[g] quàm neceſsitatis eſt commodare, ita modū cōmodati finemq;[h] præſcribere, eius eſt qui beneficium tribuit. Cum autem id fecit. id eſt poſtquam commodauit[i], tunc finem præſcribere, & retro agere, atq; intempeſtiuè vſum † commodatæ rei auferre, non officiū[k] tantum impedit, ſed & ſuſcepta[l] eſt obligatio inter dandū accipiendumq;[m]. geritur enim negotium[n] inuicem, & ideo inuicem propoſitæ ſunt actiones: vt appareat quod principio beneficij ac nudæ voluntatis fuerat, conuerti in mutuas præſtationes, actioneſq; ciuiles[o]: vt accidit in eo qui abſentis negotia gerere inchoauit: neq; enim impune peritura[p] deſeret. ſuſcepiſſet enim fortaſsis alius, ſi is non cœpiſſet. Volūtatis eſt enim ſuſcipere mandatū, neceſsitatis conſummare. Igitur ſi pugillares[q] mihi commodaſti, vt debitor mihi caueret, non rectè facies importunè repetendo. nā ſi negaſſes: vel emiſſem, vel teſtes adhibuiſſem. Idemq; eſt ſi ad fulciendam inſulam tigna commodaſti, deinde protraxiſti, * aut etiā ſciēs vitioſa commodaueris. Adiuuari quippe nos, nō decipi beneficio oportet †. Ex quibus cauſis etiam contrarium iudicium vtile[r] eſſe dicendum eſt.

*Ex pluribus rebus ſeparatis poteſt peti vna, nō autē certa pars vnius corporis. Bar.*

Duabus rebus cōmodatis, rectè de altera cōmodati agi poſſe Viuianus ſcripſit. quod ita videri verum, ſi ſeparatæ ſint[s], Pōponius ſcripſit. nam eū qui carrucham puta vel lecticā[t] cōmodauit, non rectè acturum de ſingulis partibus.

*Actio commodati contraria competit vt dominus reddat rem in ſui poteſtatem reuerſam, vel æſtimationem acceptam. Baldus.*

Rem commodatā perdidi & pro ea pretium dedi: deinde res in poteſtate tua venit. Labeo ait contrario iudicio aut rem mihi præſtare te debere, aut quod à me accepiſti reddere[u].

*Commodatarius tenetur de leuiſsima culpa, ſi ipſius gratia fuerit commodatum: non de caſu, niſi culpa præcedat. ſed ſi vtriuſque gratia fuerit commodatum, tenetur ſolum de dolo & leui. Bartolus.*

XVIII. GAIVS libro nono ad Edictum Prouinciale.

b Ita vt & ſi fur. Commodati. vt & s. de iudi. l. non à iudice. ſic & depoſiti: vt j. depoſiti. l. j. §. ſi prędo. & pigneratitiam, vt infra de pig. ac. ſi pignore. §. ſi prędo. immo etiam rei vin. poſſum agere contra commodatarios: vt dicunt Ir. & alij, quia non deberent ei quæſtionem mouere. cum habeāt ab eo cauſam: vt C. de pig. ac nec creditores. & de non nu. pe. l. j. & de præſcript. xxx. an. ſi quis emptionis. §. ſed hæc ſuper illis. Sed Io. & Azo. contra. Dicunt enim, quia agitur contra commodatariū, vt contra quēlibet poſsidētem, ideo oportet plene de dominio probare: vt s. ad exhi. de eo. §. fina. nec obſtat. l. j. de non nu. pec. quæ dicit, ſi pign⁹ datum probaturus es &c. nec illa, nec creditores, quæ dicit, ſi originem rei probare poteſt &c. nam non ideo dicit quòd ſola traditio det debitori rei vindi. ſed quia probata traditione pignoris, præſumitur quòd hodie poſsideat creditor, cum à debitore habuit poſſeſsionem: vt C. de pig. ac. l. ij. & ita poteſt intentari rei vindi. quam parit ſola poſſeſsio: vt C. de alie. iu. mutan. cau. facta. l. j. Item nec ob. lex illa, ſi quis emptionis. C. de præſcript. xxx. an. quæ dicit non licere prædoni obiicere præſcribenti quem expulit, dominij quæſtionem, quia durior eſt cauſa delicti quam contractus.

c IN commodato. Rata non eſt. nec alibi. vt ſupra de pactis ſi vnus. §. illud.

d Principali. id eſt, ſine directa.

e Dicuntur contrariæ. vt j. eo. l. in rebus. §. fi. & C. de contra. iudic. tutelæ. l. ſi. in ſi. & j. de contra. & vti. act. tut. l. j. §. fi. & s. de neg. geſt. ſed an vltro in prin.

f Inſolidum. vt & s. e. l. iij. §. heres. & j. depo. l. ſi duo. & facit infra de pollicita. l. ex pollicitatione. & j. de ali. leg. l. iij. in prin. & j. de verb. obli. in excutione. §. ſecunda.

g Magis. electiue ponitur, non comparatiue. Accurſius.

h Finem. id eſt, vſq; ad quod tempus teneatur commodatarius. ſic C. de act. & oblig. ſicut. Accurſius.

i Commodauit. ad diem, vel ſine die, vbi intelligitur finito vſu.

k Non officium. id eſt facit contra officium, quod homo homini debet: vt j. de ſer. expor. ſeruus ea. depoſitum tamen reuo-

l Suſcepta. id eſt nata.

m Dandū accipiendūmque. aliàs, dātem & accipientem.

n Negotium. i. contractus vtriuſque gratiā celebratus, ſaltē quantum ad repetitionem.

o Ciuiles. not. actionē commodati ciuilem, ſecundum quoſdam: vt & diximus. s. e. l. j. in prin.

p Peritura. ſcilicet negotia. ſed certe videtur quod ſufficiat ſi cui vel in paucis &c. vt C. de neg. geſt. l. tutori. quæ eſt contra. Sol. illud verū eſt in aliis negotiis inchoandis: cœpta enim omnimodo cōſummare debet. vel hic alius erat geſturus: vt ar. s. de neg. geſt. ſi pupilli. §. fin. ꝙ autem fortaſsis, hic dicit, philoſophice temperauit. vel non eſt cōtra: quia hic loquitur vbi mandatum fuit: quod patet ex illo verbo, voluntatis enim &c. hoc non valet, quia in vtroque caſu loquitur hic, s. enim poſuit de eo qui inchoauit gerere. & intelligendum eſt, ſine mandato. poſtea quando cum mādato, cum dicit voluntatis &c. q. d. debet gerere: alioquin tenetur, inchoet vel non: vt j. mand. l. ſi remunerandi. §. j. Azo. Vel diſtingue, vtrum acceſsit quaſi vnum geſtur⁹, vt ibi: an quaſi omnia, vt tunc teneatur. vt hic.

q Si pugillares. id eſt tabulas cereas: & facit ad inferius proxi. reſpō. j. e. l. proxi. §. item qui ſciens.

r Vtile. id eſt efficax ad intereſſe. & facit ad hoc j. man. ſi mandauero. §. fi. Accurſius.

s Separatæ ſint. ſic & in pluribus reb⁹ emptis: vt j. de act. emp. l. & ſi vno. ſic & procurator vnā de pluribus: vt s. de procur. l. fi. §. fi. & ar. j. depo. l. j. §. ſi ciſta. Sed ſi cōmode nō diuiduntur, ſecus: vt hic ſubiicit. & s. fa. erciſ. plane. Sed contra. s. de cōdi. fur. l. ſi ſeruus. §. boue. Sol. ibi erant ſingulæ partes ſeparatæ.

t Lecticam. ad iacendum. Accurſius.

u Reddere. vt j. eo. rē mihi. j. ad l. Ro. de iac. l. ij. §. pe. Sed quod

*a Bal. hic dicit iſtā glo. ſin. ad cognoſcendum quæ differētia ſit inter cōmodatū, depoſitum, et precariū: de quo vide in l. contractus. j. de re. iu. per Bal. in l. 2. C. eo. ti. Bolog.*

** ſubtrāxiſti.*

*† Concor. tex. in ca. vnico. eo. ti. extra de commoda. Bolog.*

iſtorum redderetur: res, vel æſtimatio? Reſpon. Dicunt quidã eſſe in arbitrio illius qui accipit æſtimationem: cum ex beneficio ſuo non debeat damnificari: vt j. de iur. do. l. plerunque. in fin. Sed videtur quòd rem tantum. nam qui æſtimationem accepit, vendidiſſe videtur: vt j. pro empt. l. iij. habet ergo neceſſe vt rem præſtet: vt j. de re iud. in depoſiti. & ſ. de rei vindi. ſi culpa ecõtra quòd pecuniam: vt ſ. de condi. ſine cau. l. ij. hic enim non res ſed culpa fuit æſtimata. Prima eſt verior, vt in ſua electione ſit qui accepit. Accurſius.

† Facit gl. 2. circa prin. ci. in ca. fin. extra eod. tit. Bolog. *Fl. mortis.

IN rebus cõmodatis talis diligẽtia præſtanda eſt, qualẽ quiſq; diligẽtiſsim[a] † paterfamilias ſuis reb[us] adhibet: ita vt tantũ eos caſus non præſtet[b], quib[us] reſiſti nõ poſsit, veluti mortes* ſeruorũ, quę ſine dolo & culpa eius accidũt: latronũ, hoſtiũmve incurſus, piratarũ inſidias, naufragiũ, incendiũ, fugas ſeruorũ qui cuſtodiri nõ ſolent. Quod autẽ de latronib[us] & piratis & naufragio dixim[us] ita ſcilicet accipiem[us], ſi in hoc cõmodata ſit alicui res, vt eã rẽ peregrè ſecũ ferat. alioquin ſi cui ideo argentũ cõmodauerim, ꝙ is amicos ad cœnã inuitaturũ ſe diceret, & id peregrè ſecũ portauerit, ſine vlla dubitatione etiã piratarũ & latronũ & naufragij caſum præſtare[c] debet. Hæc[d] ita, ſi dũtaxat accipiẽtis gratia cõmodata ſit res. at ſi vtriuſq;[e], veluti ſi cõmunem amicũ ad cęnã inuitauerim[us], tuq; ei[us] rei curã ſuſcepiſſes, et ego tibi argentũ cõmodauerim: ſcriptũ quidẽ apud quoſdã inuenio, quaſi dolũ tantũ ꝓſtare debeas: ſed videndum eſt, ne & culpa præſtanda ſit: vt ita culpæ fiat ęſtimatio[f] ſicut in rebus pignori datis & dotalibus æſtimari ſolet[g].

*Pro culpa commiſſa in faciendo competit actio ex eo contractu, & legis Aquiliæ. B.*

Siue aũt pign[us], ſiue cõmodata res ſiue depoſita deterior ab eo q̃ acceperit facta ſit: nõ ſolũ iſtæ ſũt actiones de quibus loquimur, verũ etiã legis Aquiliæ. ſed ſi qua earũ actũ fuerit, aliæ tolluntur.[h]

*Expenſas alimentorum, vel valetudinis, paruas, commodatarius non repetit: ſecus in magnis. Bartolus.*

Poſſũt iuſtę cauſę interuenire, ex quibus cũ eo qui cõmodaſſet agi deberet: veluti de impẽſis in valetudinẽ ſerui factis, quæve poſt fugã requirẽdi reducẽdiq; ei[us] cauſa factæ eſſent. Nã cibariorũ impenſę naturali ſcilicet ratione ad eũ pertinẽt[i], qui vtendũ accepiſſet. Sed & id quod de impenſis valetudinis aut fugæ diximus, ad maiores impẽſas pertinere debet. modica enim impẽdia veri[us] eſt vt ſicuti cibariorũ, ad eundem pertineat.

*Commodans tenetur de vitio rei ſi ſciens fuit. Bartolus.*

Item qui ſciens[k] vaſa vitioſa cõmodauit, ſi ibi infuſum vinum, vel oleum corruptũ, effuſũmve eſt, condemnandus[l] eo nomine eſt.

*Quod poteſt contrario iudicio peti, poteſt in compenſationem deduci. Bar.*

Quod aũt cõtrario iudicio cõſequi quiſq; poteſt, id etiã recto iudicio quo cũ eo agitur, poteſt ſaluũ habere iure penſationis[m]. * Sed fieri poteſt vt amplius eſſet quod inuicẽ aliquem conſequi oporteat, aut iudex penſationis ratione nõ habeat[n], aut ideo de reſtituenda re cũ eo non agatur, quia ea res caſu intercidit, aut ſine iudice reſtituta eſt: dicemus neceſſariam eſſe contrariam actionem.

*De damno dato à tertio non tenetur cõmodatarius vel conductor. Bar.*

XIX. IVLIANVS libro primo Digeſtorum.

AD eos qui ſeruandũ aliquid cõducunt[o], aut vtendũ accipiũt, dãnum iniuria ab alio datũ nõ pertinere, proculdubio[p] eſt. qua enim cura aut diligentia conſequi poſſumus ne aliquis damnũ nobis iniuria det[q]?

*Si res culpa nuntij perdatur, perit periculo domini ſi remittens non fuit in culpa malæ electionis. Bar.*

XX. IDEM libro tertio ad Vrſeium Ferocem.

ARgentũ* cõmodatũ ſi tam idoneo ſeruo meo[r] tradidiſſem ad te perferendum, vt nõ debuerit quis ęſtimare futurum vt à quibuſdã malis hominibus deciperetur: tuũ, nõ meum detrimẽtum erit, ſi id mali homines intercepiſſent.

*Poſtquã quis eſt condẽnatus cõmodati directa, poteſt agere commodati contraria. B.*

XXI. AFRICANVS libro octauo Quæſtionum.

REm mihi commodaſti: eandẽ ſubripuiſti: deinde cũ commodati ageres, nec à te ſcirem eſſe ſubreptã, iudex me cõdemnauit & ſolui. poſtea comperi à te eſſe ſubreptam. quæſitũ eſt quæ mihi tecum actio ſit. Reſpondit, furti quidem † non eſſe[s], ſed commodati contrarium iudicium vtile[t] mihi fore.

*Dolus ſerui non præiudicat commodanti licet pro eo noxaliter teneatur. Bar.*

a IN rebus. *Suis rebus.* vt & inſt. qui. mo. re contrahi. obli. item is. & j. de act. & obl. l. j. §. is quoque apud quem.

b *Præſtet.* vt C. eo. l. j. & de pignera. act. quæ furtiuis.

c *Præſtare debet.* Hoc ideo, quia culpa pręcedit caſum: vt & ſ. de neg. geſt. ſiue hereditaria. & j. loca. & cõduc. l. itẽ quæritur. §. ſi quis. & ſ. eod. ſi vt certo. §. ſed interdum.

d *Hæc ita.* quòd ſicut diligentiſsimus teneatur, & ſic de leuiſsima culpa: vt ſ. in princip. legis dixi.

e *Ac ſi vtriuſque.* hanc eãdem diſtinctionem adhibent quidã in mãdato: vt ſic quandoq; de leuiſsima, quandoque de leui teneatur. ſed nos cõtra. Dicim[us] enim quòd ſemper de leuiſsima teneatur: vt C. man. l. à procuratore. Azo.

f *Aeſtimatio.* ſcilicet vt leuis, non leuiſsima veniat.

g *Solet.* quod verum eſt: vt ſ. eo. tit. ſi vt certo. §. nunc videndum. & j. de reg. iur. l. contractus. & j. ſol. matr. l. etiam. §. fi.

h *Tolluntur.* niſi in id quod ſupereſt: vt ſ. eo. vnde quæritur. in fi. legis.

i *Ad eum pertinet.* quia cum ſeruitio quod ei fecerat compẽſantur, quod ab eo nõ repetitur: vt j. de ædil. edic. item ſi ſerui. §. fin. & j. ſol. ma. l. diuortio. §. ſi. Azo. Item not. hic de modicis expenſis non curandum: vt j. de impen. in re. do. fac. l. omnino. & ſ. de neg. geſt. Neſennius. & ſ. de vſufru. l. hactenus. & j. de li. ag. ſi quis à liberis. §. ſi mater.

k *Item qui ſciens.* ſecus in ignorante: vt j. eo. l. pen. ſed in locato & depoſito & vendito ſecus. quia indiſtincte tenetur: vt j. loca. ſed addes. §. j. & de ac. emp. l. tenetur. §. ſed ſi vas. & j. de fur. l. ſi ſeruus communis. §. quod vero ad mandati. ſed in ſeruo locato non idem quod vaſe: vt j. loca. ſi tibi domum. §. j. & l. cum in plures. §. ſeruum meum. Azo. Quidam tamen hic dixerunt etiam in hoc caſu ſi neſciens fuit, vtili Aquil. eũ teneri occaſione damni dati. ſed M. hoc reprobat.

l *Condemnandus.* Ad intereſſe contrario iudicio cõmodati: vt & ſ. eo. in commodato. §. ſicut. in fi.

m *Compenſationis.* ſed cõtra videtur, quia ſub prætextu, &c. vt C. eo. l. fi. quæ eſt contra. ſol. hic propter debitum quod in ipſa re eſt impẽſum, retinetur quaſi pignoris loco: vt j. de acquir. poſ. ſi quis rẽ. & j. de fur. creditoris. §. fin. & l. ſi is qui rem. pro alio autem debito, non. Vel dic quòd hic culpa commodatarij res perierat: vel deterior facta erat: vnde quantitas hic eſt in intereſſe: & ſic poteſt compenſatio habere locum, ibi autem res extabat non facta deterior.

n *Non habeat.* ea non admiſſa, ſed non reprobata: vt j. de compen. l. quod in diem. Azo. & ſ. de neg. geſt. l. ſi autem. §. ſi quocunque.

o AD *eos. Conducunt.* accepta mercede. M.

p *Proculdubio eſt.* niſi culpa caſum pręceſsit: vt j. loca. ſed & de dãno. & l. ſi merces. §. culpæ. ſecũdum Azo. ſed videtur quòd ſic teneatur: vt ſ. nau. caupo. ſtabu. l. nauta. in fi. ſed dic vt ibi.

q *Det.* reſpõdeo, nulla: vt hic, & j. de act. empt. ſi ea res. & j. locati. ſed & de damno. & ſ. e. in rebus. in prin. & j. de dam. infecti. l. damni infecti quidam. in prin.

r ARgentũ. *Seruo meo.* in ſuo enim venia eſt dignus in aliis non, ſecundum quoſdam: vt hic, & ſ. nau. cau. ſtab. l. fi. §. ſeruorũ. ſed certe imò in omnibus eſt hæc diſtinctio facieda: vt ar. j. de præſcri. ver. l. apud Labeonem. §. ſi. & ſ. eo. l. eum. in fi. & l. ſeq. maxime cum bonæ induſtriæ ſit: vt hic dicit, & ar. ſ. de rei vindi. l. ſi à bonæ fidei.

s REm *mihi. Non eſſe.* cum non interſit mea. alioquin furti agere poſſet, veluti ſi in rem commodatam impendi. licet enim contraria commodati agere poſsim, melius tamen impenſas per retentionem ſeruabo: C. vt infra de fur. ſi is qui. Azo. & l. creditoris. §. ſin.

t *Vtile.* ad alterutrũ: vt ſ. e. l. in cõmodato. §. ſi. itẽ. & condictio ſine

ſine cauſa habet locum ad repetendum quod eſt ſolutum: vt A ſ.de condic.ſine cauſa.l.ij. ſed condictio indebiti non: quia per ſententiam eſt ſolutum.vt C.de condic.inde.l.j.& j.mandati.l.ſi fideiuſſor.j.§.in omnibus. quæ ſunt contra. Vel ſolue: quia hic ſciens,& dolo falſum allegans,conſecutus eſt ſententiam: & ideo tenetur condic.ſine cau.& etiã indebiti reſtituere: vt j.de iudic.l. ſi prætor. j.Marcellus.

a *Subreptis.* ſ.communi culpa omniũ contubernalium interueniente. vnde videbatur quòd cum domin⁹ fuiſſet in culpa, ſimiliter agere nõ poſſet: vt ſ.de nego.geſt.ſiue hereditaria.ſed contra eſt, quia ſatis in culpa ſua punitur:illi ecõtra, licet fuerint in culpa, noxaliter cõtra iſtum agunt.ſecus ſi in dolo: vt j.de fur. eum qui.§. idem ſcribit. verſicu. idem Pomponius.

b *Pro cuiuſque parte.* imò inſolidum: vt ſ.e. ſi vt certo.in ſi.quę eſt contra.Sol.vt ibi. Accurſius.

c *Poſſunt.* noxaliter.

d *Quando.* pro quandoquidem id eſt quia. Azo.

e *A ſeruo meo.* culpa tua præcedente. aliàs tua non intereſt. & ſic in commodato vtriuſque gratia dicit. & facit ad l. j. pro ſocio. l. cum duobus. §. damna.& infra loca.& cõduc.l. videamus. in ſi. Accurſius.

f *SI ſeruus. Cum ſciens.* facit infra tit. j. l.ſi ſeruus. & infra manda.inter cauſas. §. non omnia.verſic.ſed cum ſeruus. & infra loca. ſi tibi domum.§.j. Accurſius.

g *SI commodauero.* Commodati. vt ſ.eod.l. eũ.j.reſpõ. Accurſius.

h *Non potuit.*& ſic tenetur contraria: vt ſupra ad l.Aquil. ſi ſeruus ſeruum.§.pe.

DE PIGNERAticia actione.

*Quę eſt in perſonam: vt C.de diſtrac.pig.l.ſi.Azo.& datur debitori ſoluto debito,vel aliàs ſatisfacto: vt j.eo.ſi rem.§.omnis.Accurſius.*

PIgnus contrahitur.} CASVS. Primo dicit qualiter pignus contrahitur: & dicit quòd pignus nõ ſolum cõtrahitur ſi traditio rei pigneratæ interueniat, ſed ſiue traditio ſiue conſenſus interueniat: vt puta mutuaſti mihi quãdam ſummam pecuniæ: & tibi oſtendi aurum quod volui tibi obligare pro illa pecunia:& conſenſimus quòd illud aurum eſſet pignori obligatũ. quæritur an ſit obligatum,licet loco auri te neſciente æs ſuppoſuerim? Et dicit quòd ſic.Sed ſi oſtendi tibi æs,& credebas æs eſſe aurum,& accepiſti illud ac ſi eſſet aurum: dicit quòd ſi conſenſimus in corpore,id eſt in maſſa: quòd corpus erit pignori obligatum.ſed ſi ſit æs, habebis contra me actio. pigno. quia deceptus es.nihilo minus accuſabis me crimine ſtellionatus. Viuianus.

i *Pignus.* id eſt obligatio pignoris.ſic ponitur. C.quę res pig. oblig.poſſ.l.cum conſtet. Item not.quòd impropriè ponitur pignus,quando non traditur creditori: vt inſtitut. de actio. §. item Seruiana.

k *Traditione.* innuit quòd ſola traditione etiam ſine conſenſu fiat obligatio pignoris,ſed falſum eſt.dic ergo traditione ſcilicet interueniente conſenſu.

In exercitu cõtubernalibus vaſa vtẽda cõmuni periculo dedi: ac deinde meus ſeruus ſubreptis[a] his ad hoſtes profugit, & poſtea ſine vaſis receptus eſt. Habiturum me commodati actionem cum cõtubernalib⁹ cõſtat pro cuiuſq;[b] parte. Sed & illi mecum furti ſerui nomine agere poſſunt:[c] quando[d] & noxa caput ſequitur. Et ſi tibi rem periculo tuo vtendam commodauero,eaq; à ſeruo meo[e] ſubripiatur, agere mecum furti poſsis ſerui nomine.

B *De furto facto per ſeruum commodatum, commodans tenetur noxaliter tantum, ſi fuit ignorans: ſed ſi ſciens, tenetur inſolidũ. Pau.de Caſt.*

XXII. PAVLVS libro vigenſimoſecundo ad Edictum.

SI ſeruus quẽ tibi cõmodauerim, furtũ fecerit, vtrũ ſufficiat contraria cõmodati actio, quẽadmodum cõpetit ſi quid in curationẽ ſerui impendiſti, an furti agendũ ſit, quæritur. Et furti quidem noxalem habere qui commodatum rogauit,proculdubio eſt.contraria autem commo- C dati tunc eum teneri, cum ſciens[f] talem eſſe ſeruum, ignoranti commodauit.

*Si re vtatur commodatarius ad eum vſum ad quem commodata eſt,& pereat ſine culpa commodatarij, commodatarius non tenetur.Bartolus.*

XXIII. POMPONIVS libro vigẽſimoprimo ad Quintum Mucium.

SI cõmodauero tibi equũ, quo vtereris vſq; ad certum locum,ſi nulla culpa tua interueniente in ipſo itinere deterior equus factus ſit,non teneberis commodati.[g] nam ego in culpa ero, qui in tam longum iter commodaui, qui eum laborem ſuſtinere non potuit.[h]

## DE PIGNERATICIA actione,vel contra.

### TITVLVS VII.

*Pignus nudo conſenſu contrahitur etiam ſi alia res tradatur,& error in materia pignoris conſtitutionem non impedit.h.d.Primò præmittit vnum dictum. Secundò ex eo infert ad ſolutionem quæſtionis.Tertiò format aliam quæſtionem & ſoluit. Secunda ibi,ſi* B *igitur.Tertia ibi,ſi quis tamen.Bar.*

I. VLPIANVS libro quadragenſimo ad Sabinum.

PIgnus[i] cõtrahitur nõ ſola traditione[k], ſed etiã nuda conuentione,& ſi nõ traditũ eſt.[l] Si igitur contractũ ſit[m] pign⁹ nuda* conuẽtione: videamus an ſi quis aurũ oſtẽderit quaſi pignori daturus,[n] & æs dederit, obligauerit aurum pignori. Et conſequens eſt vt aurum obligetur,non autem æs: quia in hoc non cõſenſerint. Si quis tamen cũ æs pig- C nori daret,adfirmauit hoc aurũ eſſe, & ita pignori dederit,[o] videndũ erit an æs pignori obligauerit: & nunquid quia in corpus conſenſum eſt,pignori eſſe videatur. quod magis eſt.[p] tenebitur tamen pigneraticia contraria actione qui dedit, præter ſtellionatum[q] quem fecit.

*Secundus creditor ex conuentione debitoris non poteſt in ius creditoris ſuccedere poſt pignus venditum.Bar.*

II. POMPONIVS libro ſexto ad Sabinum.

A l *Traditum eſt.* vt & ſ.de pac.ſi tibi.§.de pignore.& j.de vſuc. l.iuſto.§.non mutat.& j.de pig.l.cõtrahitur.& j.de fid.inſtru. in re hypothecæ.Et no.quòd in hoc differt à prætorio,quòd ſine poſſeſsione non ſit: vt j.eo.l.non eſt. Item differt in alio, quia ſi in conuẽtionali male verſatur creditor,tenetur pigneraticia debitori,ſed in illo tenetur actione in factum: vt j.de bo.aucto.iu.poſ.l. prætor.in prin. Item in alio,quia in conuentionali pignore habet creditor naturalem & ciuilem poſſeſsionem: vt infra de acqui.poſ. l. qui pignoris.& de vſu.l.ſerui nomine. quamuis quidam dicant quòd ſolam detentationem habeat,in prætorio autem nullam habet poſſeſsionem: vt j.vti poſ. l.iiij.§.creditores. Itẽ in conuentionali de dolo & lata culpa & leui tenetur. in alio, de ſolo dolo: vt j.de bo. auct.iudi. poſ. prætor. §.eſt præterea. Item ſi debitor dederit damnum in pignore, creditor agit contraria pigneraticia: vt j.de pi. ſeruum. ſed ſecus forte in prætorio. Item prętoriũ creditori addictum, pro toto debito datum præſumitur, vt j.de re.iudi. l. à diuo. §. ſi pignora. non ſic in conuentionali: vt C. de iur. do. impe. l.ſi.§.ſed ſi quid. Item in conuentionali agit creditor vti poſsi. in prætorio ſecus. vt d.l. ſi duo. j. vti poſsi. §. creditores.

*Pignus prætoriũ & cõuẽtionale in multis differunt.*

m *Contractũ ſit.* i.contrahi poteſt: vt dicit.

n *Daturus.* ecce conſenſus.

o *Dederit.* tunc, vel poſtea.

p *Quod magis eſt.* vt æs ſit pignori,vt hic,& j. de ver.obli.ſi id quod. Sed cur ſecus in venditione: vt j.de contrahen. empt. quid tamen.in fine? Reſpon. quia aliter nulla omnino eſſet pignoris obligatio.ſi enim obligo tibi centum marchas in genere: vel hominem, non tenet: quia non poteſt oſtendi corpus in quo ſit:& cum ius velit conſtituere creditori in certa re,quod eſſe D non poteſt in incerta re obligata. at venditio eſt etiam ſi res nulla certa ſit:& ideo non fuit neceſſe dicere quod in ęre ſtaret venditio.vel hoc & illud fauore decepti dictum eſt: quod primæ ſolutioni eſt vicinum,ſecundum Azo.valebit ergo vel non valebit,prout vult deceptus.

** Idque iure honorario, ita vt contrarium iudiciũ detur creditori.l.ſi tibi.§.de pignore.de pac. directa verò actio creditori non cõpetit, niſi re cõtracta ſit obligatio,quibus modis re cõtr. oblig.§. vl.inſti. & l.42.j.e.*

q *Stellionatum.* de quo extra ordinẽ punitur qui ſciẽs dedit,nõ ignorãs: vt j.e.l.tutor.§.ſi.& l.ſi quis in pignore.& de cri.ſtel. l.pe.Et no.quòd hæc dictio præter,ponitur hic incluſiuè,ac ſi diceret,do tibi domũ & vineã,& præterea pratũ: nõ excludo vt pratũ non dem,ſed vt omnia habeas dico.q.d.illa tibi dedi cõiunctim,hoc autẽ ſeparatim & ſingulariter & ſine illis tibi trado.ecce iſtud ſine, tãtundẽ facit quãtũ præter.certe nil aliud excludit niſi coniunctionẽ,non traditionẽ.ſed aliter quandoque ponitur: vt j.de diuor.& repud.l.nullum.ſecundum Azo.

SI debitor.} CASVS. Obligaui tibi rem aliquã pro x.eandem rem poſtea vendidi,deinde ab alio creditore accepi.x.& tibi ſolui,& idem pignus ſecundo creditori obligaui quod vendideram,& tradidi. Dicit quòd non tenet obligatio, quia res aliena pignori obligari non poteſt: neq; obſtat, quia pignus pecu.ſecundi creditoris fuit liberatum.

a *Pignori datam.* ſcilicet Bombello.
b *Tradidit.* debitor. Accurſius.
c *Túque.* fœnerator ſecundus qui poſt primam obligationẽ & rei alienationem à debitore factam credidiſti.
d *Creditori.* ſcilicet Bombello.

SI debitor rẽ pignori datã[a] vẽdidit & tradidit[b], tuq́;[c] ei nummos credidiſti, quos ille ſoluit ei creditori[d] cui pignus dederat, tibiq́; cum eo conuenit vt ea res quam iam vẽdiderat, pignori tibi eſſet, nihil te egiſſe conſtat, quia rẽ alienã[e] pignori acceperis. ea enim ratione emptorem pignus liberatum habere cępiſſe: neque ad rem pertinuiſſe[f], quod tua pecunia pignus ſit liberatum.

B

*Non videtur habere fidẽ de pretio quod ſtatim quis recepturum ſe putat.* Bartolus.

III. IDEM libro octauodecimo ad Sabinum.

SI quaſi recepturus à debitore tuo cõminus[g] pecuniã, reddidiſti ei pignus, isq́; per feneſtram id miſit excepturo[h] eo quem de induſtria ad id poſuerat, Labeo ait, te furti[i] agere cum debitore poſſe, & ad exhibendum: & ſi agente te[k] contraria pigneraticia excipiat debitor de pignore ſibi reddito, replicabitur de dolo & fraude per quam[l] nec redditum, ſed per fallaciam ablatum id intellegitur.

C

*Pignus poteſt vendi ſi eſt actum vel nihil eſt dictum: ſed ſi agatur quòd non vẽdatur, trina denuntiatione præmiſſa vendi poteſt. aliàs ſecus.* Bartolus.

IIII. VLPIANVS libro quadrageſimoprimo ad Sabinum.

SI conuenit† de diſtrahẽdo pignore ſiue ab initio ſiue poſtea, non tantùm venditio valet, verùm incipit[m] emptor dominiũ rei habere. Sed & ſi non conuenerit de diſtrahendo pignore, hoc tamen iure vtimur, vt liceat diſtrahere: ſi modò non conuenit ne liceat.[n] D Vbi verò conuenit ne diſtraheretur, creditor ſi diſtraxerit, furti obligatur[o], niſi[p] ei ter fuerit denuntiatum vt ſoluat, & ceſſauerit.

V. POMPONIVS libro nonodecimo ad Sabinum.

IDemq́; iuris eſt[q] ſiue omnino fuerint pacti ne veneat, ſiue in ſumma[r] aut conditione[s], aut loco contra pactionem factum ſit.

e *Alienam.* ſtatim iam factam: vt infra de in diem addic. quod autem. §. item quod Sabinus. in prin.
f *Pertinuiſſe.* in caſu propoſito: pertinere tamen poſſet ſi conueníres cum creditore vt in locum eius ſuccederes: vt C. de his qui in prio. cre. lo. ſuc. l. j. ij. & iij.
g SI *quaſi. Comminus.* id eſt ad man⁹ vel incontinenti. & ſic nulla fuit habita fides de debito, nec ſatisfactũ, aliàs pignus eſſet liberatum: vt infra eodem. ſi rem. §. omnis. & inſtitu. de rerum di. §. venditæ.
h *Excepturo.* id eſt recepturo.

*Rei ſuæ quandoque furtum fit.*

i *Furti.* hoc caſu etiã ſuæ rei furtũ fit: vt hic & infra de fur. itaque. & inſtit. de oblig. quæ ex deli. §. interdum. & facit ad legẽ infra in qui. cau. pig. ta. con. l. penul. in fi.
k *Te.* ſcilicet creditore.
l *Quam.* ſ. fraudem. alias per quæ. ſ. dolum & fraudem.
m SI *conuenerit. Incipit.* vt inſtitu. qui ali. li. §. j. & j̄. de adquir. re. do. l. nõ eſt nouum. & Co. ſi antiqui. cre. l. ij.
n *Liceat.* nulla denuntiatione facta olim. hodie contra: vt C. de iure do. imp. l. fina. §. j. Item no. hic quòd omnia licent niſi contra agatur: vt & ſupra ex qui. cau. ma. l. necnon. §. quod eis. & de iud. l. ſolemus.

*† Hic eſt caſus ſing. ſecundũ Bar. quod vbi conuentum eſt de nõ vendẽdo pignore: poteſt vẽdi trina nũtiatione præmiſſa.*

o *Obligatur.* vt & j̄. de fur. ſi is qui pignori.
p *Niſi ei.* ſcilicet debitori, &c. vt ſubiicit. Sed hæc denuntiatio nunquid vna vice fiat, ſolue ſolue ſolue? Reſpon. nõ, ſed triduum inter quamlibet debet eſſe: ſicut in citatione accuſati abſentis: vt j̄. de publi. iud. inter accuſatorem. Sed nunquid poſt hanc debet biẽnium currere? Reſpon. lege non cauetur, ſed tunc currit quando nihil conuenit: vt C. de iur. do. impe. l. fi. §. j. multo magis & hic expectari debet vbi conuenit vt non liceat vendere Sed à quo tempore currit hoc biennium? Reſpon. ſi eſt liquidũ, à tempore denunciationis. ſi non eſt liquidũ, à tempore ſententiæ: vt d. l. C. de iur. do. impe. Item quomodo nõ poteſt ſibi creditor per pactũ præiudicare: vt C. de pac. ſi quis in conſcribendo. quæ eſt contra? Solu. hic ſpeciale, propter publicam vtili atem. nam cum ſibi nullam afferret vtilitatẽ habere pignus, eueniret ſæpiſsime vt creditores mutua denegarent. Quidam tamen dicunt A quòd hæc denuntiatio tantum à furto excuſat. Accur.
q IDémque iuris eſt. ſ. vt teneatur furti ſi non denuntiauerit & non ſeruauerit pacta infra ſcripta. Vel dic idem iuris. ſ. vt poſsit fieri venditio etiam contra pacta huiuſmodi, ſi modo fiat denuntiatio. Sed quid eſt quod dicitur. C. de iure do. impe. l. fina. §. j. vbi dicit pactionem de tempore & de loco ſeruandam? Reſpon. illud verum eſt quando conuenit vt fieret venditio. hic autem quãdo conuenit vt non fieret hoc vel illo modo. Vel dic quòd eſt ſeruandum niſi ter fuerit denuntiatum: vt s. l. proxi. in fi.
r *Summa.* id eſt pretio.
s *Conditione.* ſ. in tempore. Accurſius.

*Creditor non poteſt vendere pignus, ſed cogitur venditori oſtendere vel debitori vt vendatur ſi ſibi idoneè caueatur.* Bar.

VI. IDEM libro trigenſimoquinto ad Sabinum.

QVamuis * conuenerit vt fundum pigneraticium vendere tibi liceret, nihilo magis[t] cogendus es vendere, licet ſoluendo non ſit is qui B pignus dederit: quia tua cauſa id caueatur.[u] Sed Attilicinus ex cauſa cogendum creditorem eſſe ad vendendum dicit. quid enim ſi multo minus ſit quod debeatur, & hodie pluris venire poſsit pignus, quàm poſtea?[x] Melius autem eſt dici, eum[y] qui dederit pignus, poſſe vendere, & accepta pecunia ſoluere id quod debeatur: ita tamen, vt creditor neceſsitatem habeat oſtendere rem pigneratam,[z] ſi mobilis[a] ſit: prius idonea[b] cautela à debitore pro indemnitate ei præſtanda. C Inuitum enim creditorem cogi vendere, ſatis inhumanum eſt.[c]

*Creditor qui pignus vendidit, cogitur reſtituere ſuperfluum pretij per hãc actionem: & etiam vſuras in tribus caſibus hic contentis. hoc dicit cum l. ſeq.* Pau.

Si creditor pluris fundum pigneratum vendiderit, ſi id fœneret, vſuram eius pecuniæ præſtare debet ei qui dederit pignus. Sed & ſi ipſe vſus ſit ea pecunia, vſuram præſtari oportet[d]. quòd ſi eã depoſitam[e] habuerit, vſuras non debet.

VII. PAVLVS libro ſecundo Sententiarum.

D SI autem tardius ſuperfluũ reſtituat creditor id quod apud eum depoſitum eſt, ex mora etiam vſuras debitori hoc nomine præſtare cogendus eſt.

*Expenſæ factæ in re pignerata, contraria pigneraticia repetuntur.* Bartolus.

VIII. POMPONIVS libro trigenſimoquinto ad Sabinum.

t QVamuis. *Nihilo magis.* id eſt non ideo magis.
u *Caueatur.* vnde in læſionem tuam torqueri nõ debet: vt C. de leg. & con. l. quod fauore. Accurſius.
x *Quàm poſtea.* q. d. videtur cõpelli hoc caſu, ſed melius eſt quod ſubiicitur.
y *Eum.* ſ. debitorem.
z *Pigneratam.* ſcilicet volenti emere.
a *Si mobilis.* ſi immobilis, ipſa ſe exhibet: vt C. quando & qui. quar. pars de. l. ij. §. ſed vbi. Azo.
b *Idonea.* quæ eſt cũ fideiuſſore vel pignore: vt infra mand. l. ſi mandato Titij. §. finali. aliàs cautio ſimpliciter dicta nudam cautionem ſignificat: vt C. de verbo. ſigni. l. iij.
c *Inhumanum eſt.* vt & j̄. de re iudic. l. à diuo. §. quòd ſi res. quandoque tamen quis cõpellitur vendere: vt notat infra de ac. emp. Iulianus. §. idem Celſus.
d *Oportet.* idem & in mandato: vt j̄. man. l. idemque. §. ſi procurator. verſi. quòd ſi nõ exercuit.
e *Depoſitam.* præcedente oblatione: aliàs non: vt C. de vſur. l. ij. quæ eſt contra, vbi dicitur emptorem re ſibi tradita ad vſuras teneri: licet depoſuerit pretium. Vel melius ibi emptor fruitur re: vnde æquum eſt eum præſtare vſuras: vt infra de act. empt. Iulianus. §. ex vendito. Accurſius.

SI *neceſſarias.*} CASVS vſq; ad §. ſi annua. eſt planus. {SI ANNVA.} Mutuaui tibi pecuniam, & conueniſti hanc pecuniam ſoluere tribus terminis, puta intra triennium, & vna pars mihi prima die primi anni ſoluenda fuit, ſecunda pars ſecunda die ſecundi anni. iij. pars prima die. iij. an poſtea adieci tale pactum, vt ſi iſta pecunia ſua quaque die ſoluta non eſſet, liceret pign⁹ mihi vẽdere. Poſtea j. anno elapſo nil ſoluitur: quærit an liceat mihi ſtatim pignus vendere? Et dicit quòd nõ. antequam enim totũ tempus fuerit elapſum, nõ vendã. Sed pone quòd

quòd tale pactum adieci ſcilicet vt liceret mihi vẽdere ſi qua pecunia ſua die ſoluta non eſſet. dicit in prima ceſſatione po-tero vendere. {De vendendo.} Mutuaui Titio decem ſub pignore. conuenit vt niſi pecunia ſua die eſſet ſoluta, quod pignus diſtraheretur. Dicit quòd illud pactum non eſt perſonale, ſed reale. vnde ad quemcunque deuenit pignus poterit vendere. ſi autem pactus ſum ſoli creditori vendere licere, dicitur quòd heredi meo iure pacti vendere licebit. Cetera ſunt plana vſque ad §. ſolutam. in l. ſolutum. Viuianus.

a *Si neceſſarias.* quibus non factis res erat peritura, vel deterior futura: vt j. de verb. ſig. l. impenſæ.

b *Pecuniam.* etiã modicam, licet in commodato ſit ſecus, quia gratia accipientis conceditur ad vſum: vt ſupra titu. j. in rebus. §. poſſunt. & §. ſed & id quod. Sed quid de cibariis? Reſpond. forte repeto ſecundum quoſdam, quia huius legis initium eſt generale. argu. infra de iur. & fac. igno. l. pen. §. & licet.

c *Retinere.* ſimilis retentio eſt ſupra de cõdic. inde. ſi nõ ſortem. §. ſi centum. Item ſimilis cautio huic de qua hic ſubiicit, eſt infra ſol. matr. l. cum mulier. & ſ̃. famil. erciſc. l. heredes. §. idem iuris eſt, verſicu. idem obſeruatur. ſed cum creditor cauere non habuerit neceſſe, quare conuertit in alienam iniuriam ſuã negligentiam? Reſpon. aliter vendere non poteſt ſecundum Ioann. Vel dic, ſic erat conſuetudo: vel plus propter hoc vendidit: quibus caſibus de euictione promittere debet. alias non: vt infra eod. ſi pignore. §. fi. & l. ſequen. vel etiam ſi non fuit aliquis caſus de prædictis, habet tamen retentionem cũ debitor tenebatur ad idem: vt infra de diſtra. pigno. l. reſcriptum.

d *Tota.* vt C. de diſtrac. pig. quandiu. ſic econtra infra eo. ſolutum. §. ſi creditori. Accurſius.

e *Si annua.* i. vna x. primo anno, alia ſecundo anno, & alia tertio. ſic ponitur j̃. de contrahen. emptio. l. ſed Celſus. §. j.

f *Soluta.* ſcilicet tota. Azo.

g *His verbis.* id eſt verbo pecuniæ indefinite prolato. item illis verbis, ſua quaque die. q. d. niſi omnibus terminis ſoluatur, pignus vendam. nam hoc nomen quiſque ſignum eſt vniuerſale. fuit enim hæc mens, vt licet in primo termino ceſſaretur, non tamen venderetur, ſed expectaretur an aliis terminis prædicta porcio pecuniæ, vel totum quod deeſt, ſoluatur. ſicut ergo omnes termini non ſingulariter ſinguli continentur, ita & omnium partium tempora expectantur: & tunc ſi in aliquo fuerit ceſſatum, fiet venditio. Azo. & facit ad hoc inſtitut. de verbo. obliga. § omnis. ver. in diem. ſic ergo indefinita æquipollet vniuerſali: vt & infra de leg. ij. ſi pluribus. in prin. Accurſius.

SI neceſſarias[a] impenſas fecerim in ſeruum aut in fundum quẽ pignoris cauſa acceperim, non tantũ retentionẽ, ſed etiam contrariam pigneraticiam actionem habebo. Finge enim medicis, cum ægrotaret ſeruꝰ, dediſſe me pecuniam[b], & eũ deceſsiſſe. Itẽ inſulam fulſiſſe vel refeciſſe, & poſtea deuſtam eſſe, nec habere quòd poſsẽ retinere.

*Si creditor vendit, & de euictione promiſit, ei debet à debitore de indemnitate caueri. Bartolus.*

B Si pignori plura mancipia data ſint, & quædam certis pretiis ita vẽdiderit creditor, vt euictionem eorum præſtaret & creditũ ſuum habeat, reliqua mancipia poteſt retinere[c] donec ei caueatur, ꝙ euictionis nomine promiſerit, indemnem eũ futurum.

*Si ceſſatur in ſolutione partis, venditur totum. Bartolus.*

Si vnus ex heredibus* portionem ſuam ſoluerit, tamen tota[d] res pignori data venire poterit. quemadmodum ſi ipſe debitor portio-

C nem ſoluiſſet.

*Vniuerſalis negatiua non poteſt dici falſa antequam in quolibet particulari ſit poſſibile. Item oratio vniuerſalis ſi in vno eſt falſa, in toto dicitur falſa. Item oratio diſtributiua verificatur in quolibet particulari diſtributorum. Item indefinita æquipolet vniuerſali. Bartolus.*

Si annua[e] bima trima die triginta ſtipulatꝰ, acceperim pignus, pactúſque ſim vt niſi ſua quaque die pecunia ſoluta[f] eſſet, vendere eam mihi liceret, placet, antequam omnium penſionum dies veniret, non poſſe me pignus vendere: quia eis verbis[g]

D omnes penſiones demonſtrarentur[h]: nec verum eſt[i], ſua quaque die non ſolutam[k] pecuniam, antequam omnes dies venirent. Sed omnibus penſionibus præteritis, etiam ſi vna portio ſoluta non ſit, pignus poteſt venire. Sed ſi ita ſcriptum ſit: *Si qua pecunia ſua[l] die ſoluta non erit.* ſtatim competit ei pacti conuentio.

*Pactum de vendendo, in dubio non intelligitur perſonale. Bartolus.*

De vendendo pignore[m] in rem pactio concipienda eſt, vt omnes contineantur. Sed & ſi creditoris duntaxat perſona fuerit comprehenſa, etiam heres eius iure vendet, ſi nihil in contrarium actum eſt.

*Pignus poteſt vendi propter debitum & alias acceſſiones.*

Cum pignus ex pactione venire poteſt, non ſolum ob ſortem non ſolutam venire poterit, ſed ob cætera quoque, veluti vſuras[n], & quæ in id impenſa ſunt.

*Creditori decepto, per contrariã pigneraticiam ſuccurritur contra debitorem. Bart.*

IX. VLPIANVS libro vicenſimooctauo ad Edictum.

SI rem alienam mihi debitor pignori dedit, aut malitioſe[o] in pignore verſatus ſit, dicendum eſt locum habere contrarium iudicium.

*Pro omni obligatione poteſt dari pignus. Bartolus.*

Non tantùm autem ob pecuniam, ſed & ob aliam cauſam[p] pignus dari poteſt: veluti ſi quis pignus alicui dederit vt pro ſe fideiubeat. Propriè † pignus dicimus, quod ad creditorem tranſit: hypothecam, cum non tranſit[q] nec poſſeſsio ad creditorem.

*Pigneraticia directa contrahitur cum eſt creditori ſoluta pecunia, vel aliter ſatisfactum. Bartolus.*

Omnis pecunia exſoluta eſſe debet, aut eo nomine ſatiſfactũ eſſe, vt naſcatur pigneraticia actio[r]. Satisfactum autem accipimus, quemadmodum voluit creditor, licet non ſit ſolutum. Siue* aliis

h *Demonſtrarentur.* q. d. niſi in fine omnium terminorum inueniatur pecunia ſoluta, liceret vendi pignus.

i *Nec verum eſt.* ſ. incõmutabiliter: vt j̃. de verb. obl. quicquid. §. ſi ſtipulatus. Azo.

k *Non ſolutam.* ſ. totã.

l *Die ſua.* hæc enim particularis particulariter ſignificatas portiones & terminos denotat. Azo. ſic. & j̃. de condit. & demon. falſa. §. fi.

m *De vendendo pignore.* i. vt creditor poſsit vẽdere. de aliis autem nil fuit dictum. cum enim pactũ dirigatur in perſonam, non eſt ideo vt ſit perſonale, ſed vt demonſtretur perſona cum qua ſit: vt & ſ̃. de pact. iuriſgentium. §. pactorum. & j̃. de proba. ſi pactum. & j̃. de an. leg. l. annua. §. fina. & ſ̃. de pact. l. tale. in princ. & j̃. de ali. & ciba. le. l. alimenta. j. reſpon.

n *Vſuras.* cum pro his fuerat obligatũ: vt j̃. eo. ſolutũ. §. ſi in ſortẽ.

o *SI rẽ. Malitioſe.* vt dãdo pignus quod ſciebat ſe obligare nõ poſſe, quia vetita erat obligatio à teſtatore: vt j̃. de leg. iij. pater. §. fundum Titianum à filio. Azo. Vel q̃a ſciẽter obligauit ſeruum furẽ. Ioan. vt j̃. eodem. in ſeruus.

p *Cauſam.* honeſtam, non turpẽ: vt diximus C. de cõdi. ob tur. cau. l. cum te. j̃. eod. ſolutũ. §. ſiue autem.

q *Non tranſit.* maxime ſi eſt mobile, quaſi à pugno: vt j̃. de ver. ſigni. plebs. §. pignus. ſed quantũ ad actionẽ hypothecariam nulla eſt differentia: vt j̃. de pign. l. res hypothecę. §. pe. & inſtit. de actio. §. item Seruiana. quæ ſunt contra. Ac. ADDITIO. Dic ſecundum Bar. hic quòd quãtum ad actionem hypothecariam nulla eſt differentia inter pignus & hypothecã, vt ibi: ſed quantũ ad pigneraticiã directam eſt differentia: quia illa cõtrahitur re: vt inſti. quib. mo. re contra. obli. in fi. ideo niſi ad creditorem trãſeat poſſeſsio vel detentatio, nõ haberet locum pigneraticia, ſecundum Bar.

† *Quod ad actionẽ hypothecariã attinet, nominis tantũ ſonus inter eſt l. res hypothecæ. de pignori. §. itẽ Seruiana. de actio. inſti. Vide Vallã. li. elegan. 6.*

* *Siue enim aliis.*

r *Pigneraticia actio.* ſcilicet debitori: vt ſ̃. ſi certum pet. l. ſi quis nec. §. res. & j̃. de iur. do. quæ fundum. hoc tamen fallit in caſibus: vt j̃. eo ſolutum §. ſi quaſi. & l. eleganter. in fi. & l. fi. in fi. j. reſpon. ibi, operam autem, &c. quando etiam ſoluta pecunia non naſcitur: vt j̃. eo. l. aliena. §. fin. Item no. quòd ex eo quod dicit, naſcitur, patet quòd antea nata non fuerit. nec tamẽ ex ſolutione naſcitur: ſed ex contractu dudum inito hodie naſcitur actio, ſicut & in mutuo quod ex cõſumptione reconciliatur: vt j̃. de fideiuſſor. ſi quis pro eo. §. ſi nummos. & in actione tutelæ, quæ demum finita tutela naſcitur, ſed ex geſtione prius male facta: vt infra de tute. & ra. diſtra. ſi tutor. ij. in fi. & l. ſeq. & ſic in mandato iuriſdictionis: vt ſ̃. de offi. pro-

con.l.obſeruare.§.fi. Itē in actione ex ſtipulatū pro dote. nec enim naſcitur niſi ſoluto matrimonio, non tamen ex ſolutione matrimonij: vt C.de repu.l.j.& j̄.de bo.dam.ſed ſi alia.niſi vergat ad inopiam: vt infra ſol.ma.l.hæc actio. Sed quidam dicunt quòd in prædictis caſibus naſcuntur prius, ſed intentari non poſſunt: & pro eis eſt. j̄. de fur. ſerui & filij.in prin. an ergo præſcriptio prius currat cõtra pigneraticiã actionē quã naſcatur? Reſpon.non: vt C.de an na.exc.l.j.in fin.ſed ius offerendi pecuniã poſſet tolli: argu.C.de fide inſtr.l.plures apo chis.& C.de præſcrip. xxx. vel xl. an.l. cum notiſsimi.§.eodem iure.& infra de dam. infec. ſi finita.§.poſtea autem. A

pignoribus[a] ſibi caueri voluit, vt ab hoc recedat, ſiue fideiuſſoribus, ſiue reo[b] dato, ſiue pretio aliquo, vel nuda cõuentione, naſcitur pigneraticia actio. Et generaliter dicendũ erit, quotiens recedere voluit creditor à pignore, videri ei ſatisfactum[c]: ſi vt ipſe voluit, ſibi cauit: licet in hoc deceptus[d] ſit.

*Pro re aliena pignerata poteſt agi pigneraticia.* Bartolus.

B Is quoq; qui rem alienã pignori dedit, ſoluta pecunia poteſt pigneraticia experiri[e].

*Quando ius intentatum ſuperuenit pendente iudicio: ex cauſa de præterito poteſt ſequi condemnatio.* Bartolus.

Qui ante ſolutionem† egit pigneraticia: licet non rectè[f] egit, tamen ſi offerat in iudicio[g] pecuniam, debet rem pigneratam, & quod ſua intereſt, conſequi.

x. Gaivs libro nono ad Edictum Prouinciale.

QVod ſi non ſoluere, ſed alia ratione ſatisfacere paratus eſt, forte ſi expromiſſorem dare vult, nihil ei prodeſt.[h] C

*Nouatiò neceſſaria non perimit pignus: ſecus in volũtaria, niſi cõtrarium actum ſit.* B.

xi. Vlpianvs libro vicenſimooctauo ad Edictum

SOlutum non videtur, ſi lis conteſtata cũ debitore ſit de ipſo debito[i], vel ſi fideiuſſor conuentus fuerit. Nouata[k] autem debiti obligatio pignus perimit: niſi conuenit[l] vt pignus repetatur[m].

*Pigneraticia poteſt agi, ſi principalis obligatio non proficiſcitur, vel ſi profecta tollatur acceptilatione, vel pacto.* Bar.

Si quaſi daturus tibi pecuniã, pignus accepero, nec dedero: pigneraticia actione tenebor, & nulla ſolutione[n] facta. D Idemq; & ſi accepto la-

a *Pignoribus.* vt j̄.qui.mo.pig.vel hypo.ſol.l.itē liberatur.in prin.

b *Reo.* i. alio qui recipiet in ſe obligationem animo liberandi pignus.

c *Satisfactum.* ſic & in venditore: vt j̄.de cõtrahen.emp.l.vt res.

d *Deceptus.* ſ.ſui facilitate, ſecus ſi dolo alterius: vt s̄.eo.ſi quaſi volenti enim dolus non infertur: vt j̄.de actio.emp.l.j.in fi.

e *Experiri.* & ſi creditor vendat pignus tale, liberatur debitor: vt j̄.de diſt.pig.l.reſcriptum.

f *Non rectè egerit.* id eſt nullo modo agere potuerit.nõ autem intelligas ita vt dicitur ſupra quando dies vſusfruct.le.ce.l.j.

g *In iudicio.* ſed ſi extra iudiciũ, nõ actionem, ſed exceptionem præſtaret, vt dices.s̄.e.l.aliena.§.ſi pluribus.verſ.ſi per creditorem. Et no.hic quòd ſi quis habere incipit ius, etiã iudicio pendente ſatiſfit: vt j̄.man.l.ſi mandauero tibi vt à Titio. niſi ex facto precedēti: vt not.ſupra de iudi.l.non poteſt.& ſupra de inoffi.teſta.l.ſi non mortis.§.fin.&l.ſi proponas in fi.vnde & in rei vindi.ſufficit ſi quis incipiat eſſe dominus poſt lit.conteſt ſecundum Azo.

† *Bald. hic reputat iſtũ tex.ſing.ad hoc* ꝙ *ius ſuperueniēs pendente iudicio actori in re de qua litigat, ex cauſa de præterito fundat actionem ab initio male inſtitutam.* Bolog.

h QVod ſi non. *Prodeſt.* vt infra quibus mo.pig.vel hypo.ſol.l.item liberatur.§.j.& infra de ſtatulib.l.ſtatuliber Romę.& ſupra titu.ij.promiſſor.j.§.fin.Accurſius.

SOlutum.} Casvs in hac.l.eſt planus vſque ad §.ſolutam.{Solvtam.} Adhuc proſequitur materiam illam quando videatur ſolutum. & dicit quod ſiue ei fuerit ſolutum cui debebatur: ſiue alij voluntate eius: vel ei cui poſtea ſucceſsit, vel procurator ſoluat, ſatis eſt: quia ſemper liberabitur debitor. Sed pone domum amplam conduxi à te pro c. eandem alijs.iiij.locaui per particulas, hoc eſt per camerulas: ita quòd quilibet eorum debebat xxv. pro portione ſua. nunquid ſi vnus ex illis quibus locaui, ſoluat portionem ſuam illi à quo conduxi totam domum, habebit pigne.ac.contra me ad pignus, qui pro portione ſua ſunt obligati domino totius domus? dicit quòd ſic: quia res illius partiarij conductoris ſunt tantum obligatæ domino totius domus pro illa parte quam conduxerã ego. Conſequenter reſpon.cuidã tacitæ obiectioni, quæ fieri poſſet. dicit enim ꝙ ſibi per liberã perſonam non acquiritur obligatio ex mea ſecunda obligatione. i. ex eo ꝙ partiario cõductori locaui, domino totius domus nõ adquiritur obligatio: quã dominꝰ iſte tacite partiario videtur locaſſe conductori. & ſic ex ſua tacita locatione pignori ſibi obligationē acquiſiſſe.{Per liberam.} Si procuratori vel tutori res fuerit pignori data, vel pupilli pecunia obligata, non mutuo data, ſed in alio contractu: domino vel pupillo non acquiritur obligatio. vnde ſi debitor procu. domino ſoluerit, ipſe procur.pig.tenebitur. dicit tamen quòd poſſeſsio per liberam perſonam acquiritur alij, non obligatio. Cetera ſunt clara vſq; ad l.ſi pignore. Viuianus.

ta ſit pecunia vel cõditio defecerit, ob quam pignus contractum eſt: vel ſi pactum cui ſtandum eſt, de pecunia non petenda factum eſt[o].

*Pigneraticia poteſt agi, ſi id eſt ſolutum, pro quo tantum fuit pignus obligatum.* Bar.

Si in ſortem duntaxat, vel in vſuras obſtrictum eſt pignus: eo ſoluto propter quod obligatum eſt, locum habet pigneraticia[p]. Siue autem vſuræ in ſtipulatum ſint deductæ, B ſiue non[q]: ſi tamen pignus & in eas obligatum fuit, quamdiu quid ex his debetur, pigneraticia ceſſabit. alia cauſa eſt earum quas quis ſupra licitum modum promiſit. nam hæ penitus[r] illicitæ ſunt.

*Niſi omnibus heredibus ſatisfiat, poterit pignus vendi.*

Si creditori plures heredes extiterint, & vni ex his pars eius ſoluatur, non debent ceteri heredes creditoris iniuria adfici: ſed poſſunt totum fundum vendere oblato debitori eo quod coheredi eorum C ſoluit. Quæ ſententia nõ eſt ſine ratione[s].

*Pigneraticia naſcitur ſi ſoluatur creditori, vel alteri pro eo legitimè recipienti vel creditori creditoris. Item inuecta & illata per ſecundum conductorem tenentur pro penſione ipſius ſecundæ conductionis tantũmodo, & non vltra. h.d. Primò ponit vnum dictum. Secundò ex illo infert ad determinationem vnius queſtionis. Tertiò format quæſtionem circa præcedentia. Quartò reſpon.cuidam tacitæ obiectioni. Secunda ibi, vnde ſi domum. Tertia ibi, plane. Quarta ibi, videtur autem: in qua reſpondet tacitæ obiectioni. nam per liberam perſonam non quæritur nobis actio pignoris ſeu obligatio. ergo domino locanti non poteſt quæri per cõductionem factam à primo conductore: ad quod reſpon. quòd iſta conuentio tacite videtur facta cum primo domino: & ſic ipſi non quæritur ex contractu facto cum primo* D *conductore: ſed ex conuentione ſua propria tacite facta.* Bartolus.

i *Debito.* cõtra videbatur, quia lit.conteſt.fit quædã nouatio: vt j̄.de noua.l.delegare.§.fit autem. vnde videbatur extingui pignus quaſi ſoluta eſſet pecunia: vt j̄.proxim.§.ſed non eſt ita, quia hic eſt neceſſaria nouatio. illud autem obtinet in voluntaria: vt j̄.de noua.l.aliam. immo etiã ſi eſſet condemnatus, non tollitur pignus: vt j̄.de pign.grege.§.etiam. Accurſius.

k *Nouata.* ſcilicet voluntaria nouatione: vt j̄.de noua.l.aliam.

l *Conuenerit.* vt.C.etiã ob chiro.pe.pign.reti.poſſ.l.j.Accurſius.

m *Repetatur.* ſ.per pactum. i. vt remaneat. Accurſius.

n *Et nulla ſolutione.* ſic & j̄.e.eleganter.in fi.& l.fin.in fin.j.reſpon. Not. ergo ꝙ vbi nullum eſt pignus, datur pigneraticia: vt hic. Item vbi finitum eſt, datur hypotheca: vt j̄.de except.rei iudi.l.ex ſextante.eſt.l.pe.§.Latinus.in fi. Item vbi finitum eſt mãdatum, datur mandati actio: vt j̄.manda.l.ſi præcedente.& l.inter cauſas.in princi. Item vbi finita eſt emptio, datur ex empto: vt j̄.de actio.empt.l.ex empto.§.is qui vinum.

o *Factum eſt.* nam tollitur pignus: vt dixi.s̄.de pact.ſi tibi.§.de pignore.

p *Pigneraticia.* non ergo ſi propter vnũ eſt obligatũ, propter aliud tenetur, vt hic & j̄.de pig.l.grege.§.fi. Sed contra.C.etiã ob chiro.pe.pig reti.poſ.l.j.§.j. Sol.dicas quòd ſi pro ſorte eſt obligatum, non retinetur pro vſura, ſecundũ Azo. vt & C.de vſur.l.per retentionem. ſed econtra ſi pro vſuris, bene poteſt etiam pro ſorte teneri: vt in l.contraria. vel refert an vſuræ ciuiliter & naturaliter ſint debitæ: & tunc idem quod in aliis debitis: vt in l.contraria. an naturaliter tantum: & tunc per retentionem non poſſunt ſeruari: vt hic, & d.l.C.de vſur.l.per retentionem. Vel dic quòd hic dixit, tantum.

q *Siue non.* ſed aliàs debitæ in bonæ fidei iudiciis ex mora vel nudo pacto.

r *Penitus.* & ideo per retentionē nõ ſeruãtur: immo ſolutæ vt indebitæ cõdicuntur: vt j̄ de cõdic.inde ſi nõ ſortem.in prin.

s *Sine ratione.* vt & ſupra eo.ſi neceſſarias.§.ſi vnus.

Heres.

A Solutam autē pecuniā accipiendū nō ſolū ſi ipſi cui obligata res eſt, ſed & ſi alij ſit ſoluta voluntate eius, vel ei cui heres extitit,[a] vel procuratori eius, vel ſeruo pecuniis exigendis præpoſito. Vnde ſi domum conduxeris, & eius partem mihi locaueris, egoq; locatori tuo penſionē ſoluero, pigneraticia, aduerſus te potero experiri.[b] nam Iulianus ſcribit ſolui ei poſſe. Et ſi partem tibi, partem ei ſoluero, tantundem erit dicendum: Planè in eum dumtaxat ſummam inuecta mea & illata tenebuntur,[c] in quam cęnaculum conduxi. non enim credibile eſt hoc conueniſſe, vt ad vniuerſam penſionem inſulæ friuola[d] *mea teneantur. Videtur autem tacitè & cum domino ædium hoc cōueniſſe,[e] vt non pactio cœnacularij proficiat domino, ſed ſua propria.[f]

*Per liberam perſonam non adquiritur nobis actio ſiue obligatio pignoris, licet eius poſſeſsio adquiri poſsit. h.d. Primo ponit vnū dictum. Secundo reſpondet tacitæ quæſtioni. ſecunda ibi, ſed nec. Bartolus.*

Per liberam autē perſonam pignoris obligatio nobis nō adquiritur: adeo vt nec per procuratorem plerumq; vel tutorem[g] adquiratur: & ideo ipſi actione pigneraticia conuenientur. Sed nec mutat quod conſtitutum eſt ab imperatore noſtro, poſſe per liberam perſonam poſſeſsionem adquiri[h]. nam hoc eò pertinebit, vt poſsimus pignoris nobis obligati poſſeſsionem per procuratorē vel tutorem apprehendere: ipſam autem obligationem libera perſona nobis non ſemper[i] adquiret.

*Procurator qui poteſt pignerare, poteſt pigneraticia agere: quod eſt ſi habet ſpeciale mandatum, vel generale ab homine conſueto pignerare. Bartolus.*

Sed ſi procurator meus vel tutor rem pignori dederit, ipſe agere pigneraticia poterit.[k] quod in procuratore ita procedit, ſi ei mādatum fuerit pignori dare:

B

XII. GAIVS libro nono ad Edictum Prouinciale.

VEl vniuerſorum[l] bonorum adminiſtratio ei permiſſa eſt ab eo qui ſub pignoribus ſolebat mutuas pecunias accipere.

*Ex pacto creditoris vendentis poteſt debitor agere, vel petere vt ſibi cedatur actio. Bartolus.*

XIII. VLPIANVS libro trigenſimooctauo ad Edictum.

C SI cum venderet creditor pignus conuenerit inter ipſum & emptorem, vt ſi ſoluerit debitor pecuniam pretij emptori, liceret ei recipere rem ſuam: ſcripſit Iulianus, & eſt reſcriptum, ob hāc conuentionem pigneraticiis[m] actionibus teneri creditorem: vt debitori mandet ex vendito actionem aduerſus emptorem.[n] ſed & ipſe debitor aut vindicare rem poterit, aut in factum[o] actione aduerſus emptorem agere:

*In hac actione venit dolus, lata culpa, & leuis: non caſus fortuitus. Bartolus.*

Venit autem in hac actione & dolus & culpa,[p] vt in commodato.[q] venit & cuſtodia.* vis maior non venit.

a *Heres extitit.* quia eius factum ratum debet habere: vt infra de reg. iur. l. ex qua perſona.

b *Experiri.* eſt enim ſoluta pecunia: vt ſ. eo. ſi rem. §. omnis. eſt ergo omnis ſublata obligatio: vt inſtitu. quib. mod. tol. obli. in prin. ex tua enim voluntate videor hoc facere, cum idem tu neceſſe habeas facere: vt ſ. de neg. geſt. l. Pomponius. & l. ſoluēdo. nunquid autem idē eſt in omni alia cauſa ſi tuo creditori ſoluo quod tibi debeo? Reſpon. forte nō. & ideo hic eſt ita. quòd illius res ſcilicet ſoluentis fuerunt obligatæ ei cui ſoluit. Arg. tamen contra. ſ. de neg. geſt. ſi liber. in fi. & infra de except. do. ſi opera. in fi. ſed qualiter agetur pigneraticia actione contra primum conductorem, cum per rei traditionem factā primo conductori nō ſit ei quæſita poſſeſsio? alias enim non naſcitur pigneraticia: vt inſtit. qui. mo. re contra. obli. §. fi. Reſpon. immo tacite videtur facta traditio. vnde locator iſte ſecundus poteſt includere rem auctoritate ſua: vt j. in qui. cau. pign. ta. con. eſt differentia. & j. de dam. infec. l. vtique. ſic & alias tacita fingitur traditio: vt C. de dona. l. quiſquis. & hoc ideo quia hic ſecundus cōductor eſt obligatus priori cōductori perſonaliter: non autem priori locatori eſt perſonaliter obligatus. Prior enim locator tacitam habet hypothecam pro alterius debito, nec tamen habet perſonalem contra ſecundum conductorē: & ideo nec tacita traditio ei facta videtur. vnde ipſe non conuenitur pigneraticia actione. vtrique ergo res eſt obligata, & alterutri facta ſolutione agitur pigneraticia actione contra ſecundum locatorem, & contingit liberatio. Audio tamen quòd Py. legit ita literam iſtam, vt domino domus non ſint obligata friuola ſecundi conductoris: quod nihil eſt. quomodo enim fieret quæſtio, an primo conductori obligatę eſſent ad vniuerſam penſionem, cum vniuerſa nō ſibi, ſed domino debeantur? Item cur diceret, videtur autem & cum domino &c. ſit ergo quæſtio an domino ſint obligatæ in ſolidū? & cum domino tacite videtur hoc conueniſſe, quòd ei ſint ei obligatæ pro eo quod debet, ſecundum Azo.

c *Tenebuntur.* ſ. locatori ſecundo. ſecundum Py. tu dic ſcilicet locatori primo. ſed videtur quòd res ſecundi non obligentur priori: vt j. in quib. cau. pig. ta. con. l. Pomponius. ſi gratuitam. quæ eſt contra. Solu. ibi gratis fuit data domus ſecundo habitanti. Item ad idem contra. j. loca. l. ſi in lege. §. ſi colonus. Solu. aliud eſt in vrbanis in quibus etiam ignoranti domino tacite obligantur: vt vt hic. Aliud in ruſticis, vbi demum ſi ſcientia interuenit: vt C. loca. l. certi. & in l. contraria. vel quod ibi dicit rem ſecundi non obligari domino, verum eſt ad vniuerſalem penſionem: ſed ad ſuam partem ſic: vt hic dicitur. Vel tu dic quòd ibi res ſecundi conductoris non fuerunt inuectæ, ſed expreſſa conuentione primo colono obligatæ: vt & ibi dixi.

d *Friuola.* id eſt ſuppellectilia. Accurſius.

e *Hoc conueniſſe.* ſ. vt friuola mea ſint obligata in eam ſummā in quam conduxi. vnde non eſt mirandum ſi poſsim ei ſoluere inuito eo à quo conduxeram.

f *Sua propria.* tacita tamen: vt ſic non videatur ei adquiri per extraneam perſonam.

g *Vel tutorem.* Sed cōtra. C. quando ex fac. tu. vel cu. l. ij. & ſ. de cōſtit. pecu. l. eum qui. §. ſi actori. Sol. ibi vtilis adquiritur, nō directa: vt hic. vel ſpeciale eſt in caſibus illis: quod non placet. Tu dic quod ſi diuiſa eſt adminiſtratio: in re quę non ſpectat ad eius adminiſtrationem, non quæritur: in ea quæ ſpectat, ſic.

h *Adquiri.* vt j. de adquiren. poſ. l. poſſeſsio quoque. ij. §. & ſi poſſeſsio. & C. per quas perſo. nob. adquir. l. j.

i *Non ſemper.* quia aliquando adquirit, ſcilicet cū pecunia noſtro nomine mutuatur. tūc enim condictio certi & pignoris obligatio nobis adquiritur: vt C. per quas perſo. no. adqui. l. fi. quę eſt contra. vel non ſemper ideo dicit, quia nō ad agendum, ſed ad excipiendum: vel non directe ſed vtiliter adquiritur. Item contra. j. de pig. l. ſi inter. in princ. Solu. ibi obligauit procurator domino mandante, vel ratum habente: vnde tenet obligatio: ſecus econtra: vt hic.

k *Poterit.* tenet ergo pignus.

l *VEl vniuerſorum bonorum.* non tamē libera. nam & tūc poſſet etiam ſi non conueniſſet: vt j. eod. ſi conuenerit. §. fina. & ſ. de procur. l. procurator cui generaliter libera. Item nota. quòd præſumptio inducitur ex conſuetudine patriſfa. ſic & infra eo. ſi ſeruus. & C. de epiſ. au. l. iij. & infra de teſta. heredes. §. j. & j. de vſur. qui ſemiſſes. §. fin. & j. de condit. & demon. cum ſeruus ita. circa fin. & j. quod cum eo. l. fina. & ad Macedo. Sed Iulianus. §. proinde. verſi. quod dicitur.

D

m *SI cum venderet. Pigneraticiis.* id eſt pigneraticia actione.

n *Emptorem.* vt & j. de diſt. pi. l. ſi creditor. in prin.

o *Aut in factum.* & poteſt legi diſiūctiue, & correctiue. diſiunctiue, vt quia rei vin. habeat debitor. vtile enim dominiū trāſlatū eſt in accipientē: vt inſti. qui. ali. li. §. contra autem. Correctiuè, vt tantum in factum detur. i. præſcri. ver. ex pacto adhibito incontinenti: vt j. de præſcrip. ver. ſi tibi. quod eſt ſpeciale hic, cum aliàs ex alieno pacto adhibito non detur actio, & ſi paciſcentis intereſt: vt C. de dona. l. cum res. datur etiam hic ex vendito: vt C. de pac. inter emp. l. ij.

p *Et culpa.* vt & j. de bonis auct. iud. poſſ. l. prætor. §. eſt præterea.

q *Vt in commodato.* ſcilicet vtriuſq; gratia contracto: vt ſ. commo. l. ſi vt certo. §. nunc videndū. alioquin ſi tantum gratia accipientis, plus in eo venit. ſi tantū dantis, tunc minus: vt dicta l. ſi vt certo. §. interdum. & l. in rebus. & inſti. quib. mo. re. contra obliga. §. fin. Azo. Vel dic culpa, & non tanta: ſicut & ibi: Eſtote perfecti, ſicut pater veſter, &c.

**Non tamē vt diligētiæ modū excedens à creditore vt à cōmodatario exigatur. l. 5. cōmo. ſed quā diligens paterfa. in ſuis rebus præſtare ſolet. l. ſequen.*

a Creditor. De dol. & culpa: vt j. ſo. ma. l. ſi filiof. §. maritũ. Az:
b Repromittere. & poterit hic dici iudicialis: vt not. j. de verb. oblig. l. ſtipulationum. §. j.
c Et ſi prædium. hoc amplius dicitur in prædio.
d De iure. id eſt de ſeruitute.
e Ceſſante. ſi eãs creditor ſcierit deberi: alioquin imputabitur debitori: vt j. de contrah. empt. in vendendo. §. pe. Azo. & ad hãc cautionem præſtandã facit s. quod met. cau. metum. iij. §. idem Iulianus. & §. ex hoc. & j. mand. l. de tuo. & C. eod. ſi ob eam. & s. de rei vindi. ſi poſt acceptum. & j. de ædil. edict. l. ædiles. §. fin. Sed contra j. eo. debitor. §. fin. Sol. illa ſecundum hanc intelligitur: vt ibi dices.
f Tutor. Non refragã te. aliter ſi lex refragatur: puta in rebus ſoli: vt infra de re. eo. qui ſub tu. vel cura. ſi pupillorum. hodie & in rebus mobilibus refragatur: vt C. de admi. tut. l. lex in fructibus. ergo & in ſimilibus hæc lex intelligitur: vt C. ſi ali. res pig. da. ſit. l. iij. vel quando ob æs alienum cum auctoritate iudicis: vt j. de re. eo. l. magis. §. itẽ prætor.
g Pigneratam. ita quòd non ſufficiat vtriq; debito: vt j. eo. ſi quis in pignore. §. fin.
h Committat. ar. s. eo. l. j. in fi. & j. de cri. ſtel. l. ſtellionatus. ij. §. j.
i Non excuſat. quia in culpa fuit quæ venit in contraria pig. vt s. eod. ſi cum venderet. §. fi.
k Sed ſi ſciens. aliàs nõ eſt hic lex, & aliàs ſic.
l Non competit. quia eſt cautum, vt voluit: vt s. eo. ſi rẽ. §. omnis. Item quia non debuit certiorari, qui ſciuit: vt j. de act. emp. l. j. in fine. & j. quod fal. tu. auct. l. j. in fine. & j. de ædil. edi. ſi tamen. §. ei qui ſeruum. verſ. in ædilitiis. & j. de doli excep. l. apud Celſum. §. item Labeo.
m Vtiles actiones. ſcilicet in rem: vt s. ſi ager vectig. vel emphy. per totum. & de rei vindic. ſuperficiario. §. prætor. & infra de ſuperficie. l. j. §. j. Accurſius.
n Sane. Mercedis. vt & j. qui po. in pign. ha. l. etiam. Accurſius.
o Si conuenerit. inter nos. Accurſius.

* tuendus.

* Forte legendũ, Sane vt diui Seuerus & c. vt in vulgaribus legitur. Facile eſt enim vt verba quædam interdum transponantur.

Quantitatis ad quantitatem ſit compẽſatio.

XIIII. PAVLVS libro vicenſimonono ad Edictum.

EA igitur quæ diligẽs paterfamilias in ſuis rebus præſtare ſolet, à creditore exiguntur.

*Creditor cum reddit pignus debet cauere de ſuo dato, & facto, & neglecto. Bartolus.*

XV. VLPIANVS libro vicenſimooctauo ad Edictum.

CReditor cũ pignus reddit, de dolo [a] debet debitori repromittere [b]. & ſi prædium [c] fuerit pigneratum, & de iure [d] eius repromittendũ eſt: ne forte ſeruitutes ceſſante [e] vti creditore amiſſæ ſint.

*Tuendus eſt creditor in pignore dato à tutore vel curatore legitime. Bartolus.*

XVI. PAVLVS libro vicenſimonono ad Edictum.

B

TVtor lege non refragante [f] ſi dederit rem pupilli pignori, tuendũ *erit, ſcilicet ſi in rem pupilli pecuniã acciperet. Idem eſt & in curatore adoleſcentis, vel furioſi.

*Si creditor decipiatur in pignore dolo vel culpa debitoris, habet contrariam pigneraticiam ad intereſſe. poterit etiã ſtellionatus crimine accuſari ſi dolus interuenerit. Bartolus.*

C

Contrariã pigneraticiã creditori actionẽ cõpetere certum eſt. proinde ſi rẽ alienã, vel alij pigneratam [g], vel in publicum obligatam dedit, tenebitur: quãuis & ſtellionatus crimen cõmittat [h]. Sed vtrum ita demum, ſi ſcit, an & ſi ignorauit? & quantum ad crimen pertinet, excuſat ignorantia: quantũ ad cõtrarium iudiciũ, ignorãtia eum non excuſat [i] vt Marcellus libro ſexto Digeſtorũ ſcribit. Sed ſi ſciẽs [k] creditor accipiat vel alienum, vel obligatum, vel morboſum, contrarium ei non competit. [l]

D

*Fundus vectigalis vel emphyteuticarius poteſt obligari ſaluo iure domini. Bar.*

Etiam vectigale prædium pignori dari poteſt: ſed & ſuperficiarium: quia hodie vtiles actiones [m] ſuperficiariis dantur.

XVII. MARCIANVS libro ſingulari ad formulã Hypothecariam.

SAne* diui Seuerus & Antoninus reſcripſerunt: vt ſine deminutione mercedis [n] ſoli obligabitur*.

*Nomen debitoris poteſt pignori obligari: & quod inde redigitur, vel compẽſatur, vel pro pignore tenetur. Bartolus.*

XVIII. PAVLVS libro vicenſimonono ad Edictum.

SI conuenerit [o] vt nomen debitoris mei pignori tibi ſit, tuenda eſt à prætore hæc conuentio, vt & te in exigenda pecunia, & debitorem aduerſus me ſi cum eo experiar tueatur [p]. Ergo ſi id nomen pecuniarium fuerit, exactam pecuniam tecum penſabis, ſi verò corporis alicuius: id qđ acceperis, erit tibi pignoris loco. [q]

*Quod accedit pignori, pignus eſt. Bart.*

Si nuda proprietas pignori data ſit: vſusfruct⁹ qui poſtea adcreuerit, pignori erit. Eadẽ cauſa eſt alluuionis [r].

*Res tranſit cum cauſa ſua. Bartolus.*

Si fundus pigneratus venierit [s], manere cauſam pignoris: quia cum ſua cauſa fundus tranſeat: ſicut in partu ancillæ [t] qui poſt venditionem natus ſit [u].

*Quando materia in materiatum tranſit, pignus extinguitur, ſeu eius obligatio. Bartolus.*

Si quis cauerit, vt ſilua ſibi pignori eſſet, nauem ex ea materia factam non eſſe pignoris Caſſius ait: quia aliud ſit materia, aliud nauis [x]: & ideo nominatim in dando pignore adiiciendum eſſe ait: *Quæque ex ſylua facta, natáve ſint* [y].

*Seruus & filius ex cauſa peculiari poſſunt rem peculij pignori obligare. Bart.*

Seruus rem peculiarem ſi pignori dederit, tuendum * eſt, ſi liberam [z] peculij adminiſtrationem habuit. nam & alienare eas res poteſt.

XIX. MARCIANVS libro ſingulari ad formulam Hypothecariam.

EAdem & de filiofamilias dicta intellegemus.

*Res aliena poteſt domino volente vel ratum habente pignori obligari. Bartolus.*

XX. PAVLVS libro vicenſimonono ad Edictum.

ALiena res pignori dari volũtate domini põt [a]. Sed & ſi ignorante eo data

A

r Alluuionis. vt & j. de pig. ſi fundus. in princi. ſic & legatum augetur: vt j. de leg. j. quod in rerum. §. ſi quis poſt.
s Venierit. à debitore: vt & C. de diſtra. pign. ſi debitor. & j. de adquiren. re. do. traditio.
t Ancillæ. ſcilicet obligatæ.
u Natus ſit. non tamẽ conceptus. ſed apud debitorem fuit conceptus. nam ſi poſt venditionem conciperetur, non eſſet pignori obligatus: vt j. de pign. l. Paulus reſpondit. §. j. quæ eſt contra.
x Aliud nauis. ſic ſi legaui lanam, ſi poſtea factum eſt veſtimentum, non continetur in legato veſtimentũ: vt infra de lega. iij. lana. Sed arg. contra infra de le. j. ſeruum filij. §. ſi pocula. ſed ibi iam ceſſerat dies legati, vnde rei mutatio legatario non nocet. Sed opponitur huic §. quia eodem modo aliud eſt ancilla, & aliud partus, & tamen reſpondetur idem: vt s. proxim. §. Tu dicas quòd optima eſt hic differentia. hypothecaria quidem actio deſinit competere re obligata deſinente eſſe: ſed materia cum tranſit in materiatum, deſinit eſſe, & extinguitur: & incipit eſſe alia ſpecies: vt j. de aur. & argen. leg. Seia. §. item quæro. ergo hypotheca extinguitur: & ideo nominatim adiiciendum eſt, &c. & tunc dicam nauẽ eſſe obligatã, nõ ideo quia ex ſilua ſit facta vel nata, ſed quia ſua facta eſt. i. illius debitoris. vnde ex generali vel ſpeciali obligatione eſt obligata: quare veniũt quæ habet habiturúſve eſt: vt C. quæ res pig. l. fin. vnde ſi alius non dominus illius ſiluæ, fecerit nauẽ: & ſic ſibi adquiritur dominium: vt j. de adq. re. do. l. ſed ſi ex meis tabulis. in prin. nõ dicam nauem pignori obligatã: ſed in ſuperiori caſu non deſinit eſſe ancilla, propter natiuitatem partus: ſed ſilua deſinit eſſe ſilua.
y Natáve ſint. i. erunt. futurum enim tempus reſpicit. Accurſius.
z Liberam. vt & C. qđ cum eo. l. ſi liberam. Sed contra etiam ſi habeat liberam: vt j. quæ res pign. obliga. poſ. l. j. §. j. Sol. hic peculiare negotium gerebat, ibi alienum: ar. s. de pact. in perſonam. §. j. Accurſius.

* tuendus.

p Tueatur. vt C. de her. ven. l. poſtquam. & quæ res pig. obli. poſ. l. nomen quoque. & ibi dicitur qua actione. Accurſius.
q Loco. vt j. de pign. l. grege. §. ij. Not. ergo compenſari quantitatem ad quantitatem: ſed non ad ſpeciem: vt s. de condi. indeb. l. ſi non ſortem. §. fin. Accurſius.

a ALiena. Poteſt. aliàs non: vt C. ſi res ali. pign. data ſit. l. quæ prædium. & l. fi. ſed vendere ſic: vt infra de act. empt. ex empto. in prin. & de contrahen. empt. rem alienam. in prin. & eſt ratio vt ibi. Accurſius.

Valebit.

ſit, & ratum habuerit, pignus valebit.[a]

*Qui pares ſunt in tempore, ſunt pares in iure. Bartolus.*

Si pluribus res ſimul pignori detur, æqualis omnium cauſa eſt. Si per creditorem ſtetit quo minus ei ſoluatur, rectè agitur[b] pigneraticia.

*Contra agentem pigneraticia, poteſt exci pi de exemptione rei poſtea facta. h. d.*

Interdum & ſi ſoluta ſit pecunia, tamen pigneraticia B actio inhibenda eſt: veluti ſi creditor pignus ſuum emerit à debitore.

*Quod ex re obligata ſupereſt, obligatum eſt. Bartolus.*

XXI. IDEM libro ſexto Breuium.*

DOmo pignori data, & area eius tenebitur:[c] eſt enim pars[d] eius.* & contra, ius[e] ſoli ſequetur ædificium.

*Quod creditor conſecutus eſt ab alio nomine pœnæ delicti circa rem commiſſi, computatur in debitum, vel debitori reſtituitur. ſecus ſi ab ipſo debitore pœna nomine exigatur. Bartolus.*

XXII. VLPIANVS libro trigeſimo ad Edictum. C

SI pignore* ſubrepto[f] furti egerit creditor[g], totum quicquid percepit, debito cũ imputare[h] Papinianus confitetur, & eſt verum, etiam ſi culpa[i] creditoris furtum factum ſit, multo magis hoc erit dicendum in eo quod ex condictione[k] conſecutus eſt. Sed quod ipſe debitor † furti actione præſtitit creditori,[l] vel condictione, an debito ſit imputandum videamus. Et quidem non oportere id ei reſtitui,[m] quod ipſe ex furti actione præſtitit, peræquè relatum eſt & traditum. & ita Papinianus libro nono* quæſtionum ait. B Idem Papinianus ait & ſi metus cauſa ſeruum pigneratum debitori tradiderit, quẽ bona fide[n] pignori acceperat. Nam ſi egerit quòd met⁹ cauſa factum eſt, & quadruplum ſit conſecutus: nihil neque reſtituet ex eo quod conſecutus[o] eſt, nec debito imputabit.[p]

*Etiam prædo poteſt agere pigneraticia ad rem & ad fructus. Bartolus.*

Si prædo rem pignori dederit, competit ei & de fructibus pigneraticia[q] actio,[r] quamuis ipſe fructus ſuos nõ faciet. A prædone enim fru- C ctus & vindicari extantes poſſunt, & conſumpti condici.[s] proderit[t] igitur ei quòd creditor bona fide poſſeſſor fuit.

*Si debitor pignus quod conduxit non reſtituit, ad intereſſe contrario iudicio conuenitur. Bartolus.*

Si poſt diſtractũ[u] pign⁹ debitor qui precario rogauit,[x]

† Not. tex. ſecundum Bald. hic quia venit ad limitationem l. I. C. eo. & l. ſi dominũ. C. de pig. cum ſimilibus. & idẽ probat. l. ſequẽs immediatè quæ incipit: & ſi metus. Bolo.

* octauo.

a *Valebit*. ab eo tempore quo conuenit: vt j. de pig. ſi fundus. A §. j. & C. de dona. inter virum & vxo. l. antepe. in fi. l. No. argu. etiam hic: quod non valet ab initio, poſtea confirmari: vt arg. ſupra de ado. l. adoptio. Accurſius.

b *Recte agitur*. conſignata pecunia & depoſita, vel ſola oblatione facta in iudicio: ſecus ſi extra: vt j. de admini. tut. l. tutor pro pupillo. §. fin. & C. e. l. nec creditores. & l. fi. §. fin. & ſ. eo. ſi rem. in fine. & C. de vſur. l. acceptam.

c *DOmo. Eius tenebitur*. licet domus comburatur. Accurſius.

d *Pars eius*. & quidem maxima: vt j. de ſol. qui res. §. aream. & ſ. de rei vind. ſolum. Sed argu. contra inſti. de vſufru. §. fi. Accurſius. ADDITIO. Dic ſecundum Bartol. hic quòd aliud eſt in vſufructu, quia rei mutatione perimitur: vt ſ. quib. mo. vſuſfru. amit. l. repeti. §. rei mutatione. aliud in pignore: vt per eundem Bart. in l. ſi conuenerit. §. ſi quis cauerit. ſ. eo.

e *Et contra ius*. nam ſ. obligauit domum: hic ſolum tantum, & tamen ædificium ſequitur: vt hic, & infra de pign. Paulus. §. domus. & l. ſi fundus. §. ſi res.

*SI pignore.* CASVS. Obligaui tibi Codicem pignori. fuit tibi ſubreptus. quæritur an hoc quod fueris cõſecutus ex perſecutione rei, ſiue agendo actione furti ad pœnã, ſiue condictione furti ad rem ipſam, debebis in debitum computare? Et diſtinguitur an extraneus pign⁹ ſubripuit: & quicquid ab ipſo fueris conſecutus, in ſolutum computabitur. Si vero dominus pignoris ſubripuit, & conuentus dupli vel quadrupli act. furti præſtiterit: creditor hoc in debitum non computabit. Idem eſt in alio caſu: pone, ſeruum tuũ mihi pignori obligaſti: poſtea per metum me cõpuliſti vt tibi traderem, poſtea egi contra te act. quod metus cau. & quadruplum conſecutus ſum: nunquid illud in debitum computabitur? Dicit quòd non. {SI CREDITOR.} Aliquis creditor iure pacti pignus vendidit, & conſuetudo fuit illius regionis D quod creditor vendendo de euictione caueret: vel forte bene vendere non potuit: vnde de duplo cauit, vel de ſimplo forte: poſtea fuit res euicta: vnde iſte creditor & idem venditor conuentus duplum præſtat: nunquid habet regreſſum per contrariam pigne. contra debitorem? Dicit quòd ſic, ſi ideo pluris vendidit, quòd de duplo cauerat: quia tunc de tota dupla contra debitorem habebit regreſſum. aliàs non habebit niſi ad debitum. Viuianus.

f *Si pignore ſubrepto*. ſ. ab extraneo: quo caſu nõ credito tenus, ſed in ſumma pignoris datur furti actio. ſed ſi debitor ſubripuit, tunc in ſumma debiti vel vſurarũ: vt j. de fur. l. creditoris. Sed plene diſtinxi. j. de fur. l. eum qui. §. idem ſcribit.

g *Creditor*. Not. creditorem agere furti: quia eius intereſt potius &c. vt inſtit. de ob. quæ ex delic. §. furti. Sed lege Aquilia non, niſi in ſubſidium: vt ſ. ad legem Aquiliam l. qui occidit. §. j. quæ eſt contra. Sed illa eſt ratio, quia illa tantum domino datur: vt infra eo. tit. l. item Mela. §. i.

h *Imputare*. & quod debitum excedit, reſtituat debitori: vt j. de fur. l. creditoris. Accurſius.

i *Culpa*. quo caſu videbatur quòd propter culpam à debito caderet, ſecundum Azo.

k *Condictione*. nõ furtiua, ſed incerti, quæ datur nõ domino, ſed aliàs ius habenti in re: vt eſt creditor: vt ſupra de condict. fur. & ideo. §. fin.

l *Creditori*. quod fit in ſumma debiti, vt dixi.

m *Reſtitui*. i. debito imputari: ſed lucro debet creditoris cedere: vt j. de ſol. id quod. Sed quid in eo quod per condictionem incerti præſtat? Videtur imputandum, cum loco rei ſuccedat. argu. ſ. de petit. hered. l. ſi & rem. E cõtra videtur quòd non per hoc quod poſtea dicit in actione quod metus cau. nam in quadruplo illo vnum ſimplum eſt res ipſa, ſiue rei æſtimatio. Dic ergo ſecundum Azo. quòd non imputatur ſed ſr. contra. Et quod dicit de actione quod met. cau. quòd non imputatur, dicit quòd reſtituitur tantum: quod falſum eſt, vt j. dicit. Item cũ creditor imputat ſiue reſtituit quod conſequitur ab extraneo, vt ſupra dictum eſt proxi. quare conductor nõ reſtituit quod ab extraneo conſecutus eſt actione furti: vt j. loca. is qui rem? Item nec commodatarius: vt C. de fur. l. fi. §. ſed cum in ſecunda. quæ ſunt contrariæ. Solu. conductor & cõmodatarius amiſerant vſum quem habere debebant: creditor autem vti non debebat: immo ſi vteretur, faceret furtum: vt infra de fur. ſi pignore. in prin.

n *Bona fide*. ſecus ergo ſi & ipſe per metũ pignori accepit. tunc enim non videtur illud damnũ pati quod deſiderat hæc actio quod met. cau. vt ſupra quod met. cau. ſed & partus. §. fin. Accurſius.

o *Conſequutus*. ſ. à debitore. & æſtimatiõis poſſeſsiõis pignoris: ſed in actione furti ipſius debiti. Et eſt ratio, qa actio furti datur ad intereſſe: quod met. cau. in quadruplum æſtimationis rei ablatæ: vt j. de fur. l. creditoris. & ſ. quod. met. cau. ſi cũ exceptione. §. quadruplabitur. & l. ſi mulier. §. qui poſſeſsionem.

p *Imputabit*. Sed cũ in actiõe quod me. cau. æſtimatio poſſeſſionis pignoris pro pignore habeatur, quare nõ reſtituet vnũ D ſimplũ, ſicut reſtitueret pignus? Reſpõ. quia debitor ad pign⁹ poteſt intendere pigneraticiã actionem: ſed ad æſtimationem nulla actione habet obligatum creditorem: & ita debitori potius expedit dare rem quàm pretium, id eſt vnum ſimplum de quadruplo. ſic j. de leg. j. ſeruum filij. §. ſi ſtatuliberum. Accur.

q *Pigneraticiæ*. ſoluta demum pecunia.

r *Actio*. ſicut & commodati: vt ſ. commo. l. ita vt ſi fur. Acc.

s *Condici*. vt ſ. de condict. inde. l. ſi vrbana. in fi.

t *Proderit*. ad extenuandũ debitũ, vt pigneraticia agere poſſit, quando fuit creditor bonæ fidei. aliàs ſi malæ fidei, nõ facit creditor ſuos: vnde prædo nõ liberatur: ſed dominus vindicat vel condicit, ſi conſumpti ſunt. Item proderit ei: quia ſi ſoluat debitum, per pigneraticiam actionem conſequetur fructus à creditore: vt in prin. §. & transfertur eorum dominium in eum à creditore: ſed tamen eos cogitur reſtituere domino rei: vel totidem vndecunque habeat: ſicut emptor qui redhibitoria agit, vt j. de ædil. edic. l. cum autem. §. cum redhibeatur. cum enim ſit prædo, de perceptis & de percipiendis tenetur: vt ſ. de rei vin. ſi nauis. §. fi.

t *Proderit*. refert ſe ad primum caſum.

u *Si poſt diſtractum*. à creditore, & maxime ſubaudi. nam idem & ſi non diſtraxiſſet adhuc.

x *Rogauit*. ante diſtractionem pignoris, non poſt.

vel conduxit pignus, poſſeſſionem non reſtituat[a], contrario iudicio tenetur[b].

*Si creditor vendens pignus promittit duplum ex conſuetudine, vel aliter vtiliter geſſerit: quod hoc nomine præſtiterit, contrario iudicio repetit: aliàs non vltra debiti ſummam. Item ſi ex ſtipulatione de euictione duplum præſtiterit, ſortem & vſuras conſequetur. ſi ſimplum, ſortẽ tantummodo. h. d. cum l. ſeq. Bartolus.*

Si creditor cum venderet pignus, duplam promiſit: (nã vſu hoc euenerat, & conuentus ob euictionẽ erat & condemnatus) an haberet regreſſum pigneraticiæ contrariæ actionis? Et poteſt dici eſſe regreſſum: ſi modò ſine dolo[c] & culpa ſic vẽdidit, & vt paterfamilias diligens id geſſit. Si verò nullũ emolumentum talis venditio[d] attulit[e], ſed tanti venderet*, quanto vendere potuit, etiam ſi hæc non promiſit[f], regreſſum nõ habere[g].

XXIII. TRYPHONINVS libro octauo Diſputationum.

NEc enim amplius à debitore, quàm debiti ſumma [eſt,] conſequi poterit[h]. Sed ſi * ſtipulatio[i] vſurarum fuerat, & poſt quinquennium forte quàm pretium ex re obligata [conſecutus eſt] victus eã[k] emptori reſtituit, etiam medij temporis vſuras à debitore petere poteſt: quia nihil ei ſolutum eſſe* vt auferri non poſſit, palam factum eſt[l]. Sed ſi ſimplum[m] præſtitit, doli exceptione repellendus erit ab vſurarũ petitione: quia habuit vſum pecuniæ pretij quod ab emptore[n] acceperat.

*Re inſolutum data, à iudice vel à parte euicta non agitur primitiua, ſed vtili ex empto ad intereſſe, quod etiam in compenſationem deducitur. Bartolus.*

XXIIII. VLPIANVS libro trigenſimo ad Edictum.

ELeganter † apud me quęſitum eſt, ſi impetraſſet creditor à Cæſare vt pignus poſſideret[o], idq́; euictum eſſet, an habeat contrariam pigneraticiam? Et videtur finita[p] eſſe pignoris obligatio: & à contractu receſſum. Immo vtilis ex empto accommodata* eſt, quemadmodum ſi pro ſoluto[q] ei res data fuerit, vt in quantitatem debiti ei ſatisfiat, vel in quantum eius[r] interſit. Et* compenſationem[s] habere poteſt creditor, ſi fortè[t] pigneraticia, vel ex alia cauſa cum eo agetur.

*Solutio pecuniæ reprobæ ſoluentem non liberat: ſed non cogitur ſoluere debitum, niſi pecunia reproba reddatur. Bart.*

a *Reſtituat.* ſcilicet creditori vt eam emptori tradat.

b *Tenetur.* ad intereſſe: non vt reſtituat rem. ad eam enim habet interdictum de precario vel hypothecariam. Azo. Item interdictum vnde vi: quia videtur eum vi expellere. Et no. ſecundum quoſdam, quòd in hoc contrario iudicio, cum de fide rupta agatur, poſsit in litem iurari: & condemnat⁹ efficitur infamis hoc caſu: vt ſ. de his qui not. infa. l. furti. §. mandati.

c *Sine dolo.* quia ſic ſe habet cõſuetudo, quæ eſt ſeruãda in talibus: vt j. de ædil. edic. quod ſi nolit. §. quia aſsidua. & j. de euictio. ſi fundus. Et ſecundum hoc intelligitur ſ. e. ſi neceſſarius. §. j. Item no. propter conſuetudinẽ quem excuſari: vt hic, & j. de ad. tu. l. ſine herede. §. Lucius. & ad hoc j. manda. l. ſi quis nego. §. fi.

d *Talis venditio.* ſ. cum promiſsione duplæ. nec etiam erat conſuetudo regionis vt ſic caueretur.

e *Attulit.* hoc ſecundũ caſum quo creditor agit de dupla contra debitorem. ſ. quando plus vendidit.

* Vendidit quanti.

f *Promiſit.* i. promiſiſſet. ſic in auth. de cõſan. & vteri. fra. §. j. col. vj.

g *Non habere.* ſ. ad intereſſe, ſed ad ſummã debiti ſic: vt ſtatĩ ſubiicit, nec enim, &c. ipſe autẽ creditor bene tenetur ex quo promiſit: vt C. cre. eui. pig. l. j. & ij. Accurſius.

* ſi ſtipulatus vſuras.

NEc enim.} CASVS. ibi, ſed ſi ſtipulatio, ſic ponitur. Creditor mihi x. mutuauerat ſub pignore: ſtipulat⁹ eſt vſuras: deinde vendidit pignus creditor forte pro x. quæ ſibi debebantur: & cauit de dupla. hoc in ſuperiori. §. Poſtea ſtetit per quinquennium: tandem euicta fuit res ab emptore, vnde creditorem conuenit emptor de dupla: & conuentus præſtitit. quæritur, an iſte creditor regreſſum habeat contra debitorem pro vſuris medij temporis: hoc eſt illius quinquennij, eo quod res fuit euicta? Et reſpon. quòd regreſſum habebit, cum in duplę ſolutione plus damni ſuſtineat quàm ex vſu pecu. medio tempore. quòd ſi creditor non præſtitit niſi ſimplum: dicit quòd in hoc caſu non habebit regreſſum: quia nõ plus ei videtur abeſſe, quàm fuit lucratus ex vſu pretij per id quinquennium. Viuianus.

h *Poterit.* hanc enim conſequitur: vt infra de diſtrac. pign. l. reſcriptum.

i *Sed ſi ſtipulatio.* à creditore interpoſita propter ſortem.

k *Eam.* ſcilicet duplam. Accurſius.

l *Factum eſt.* q. d. non eſt tanta vſura quin in duplo quod emptori præſtat, non ſit tantundem vel plus. Sed quid ſi minus eſt in duplo? Reſpon. forte non conſequitur quod eſt vltra.

m *Simplum.* quia tantũ ſimplũ promiſit de euictione, ad quod etiam non tenebatur: vt C. cre. eui. pi. l. j. & ij. & j. man. l. ſi mãdato Titij. §. creditor. ſed ad cedendam contrariam pigneraticiam actionem: vt infra de euic. in creditore.

n *Quod ab emptore.* quodq́ue ſolum reſtituit. Ioan. Sed nonne in primo caſu habuit vſum pecuniæ? Reſpon. non intelligitur habuiſſe, cum plus habeat neceſſe reſtituere.

ELeganter.} CASVS. Obligaui tibi aliquam rem pro x. cum in ſolutione ceſſarem, impetraſti à principe vt liceret tibi pignus habere iure dominij: cum autem auctoritate principis poſſediſſes, aliquis eam à te vindicauit, & euicit. quæritur an habeas regreſſum contra me quondam debitorem per act. pignera? Dicitur quòd non: quia per impetrationem dominij videtur extincta pign. obligatio: habebis tamen vtilem actionem ex empto contra me, quaſi rem emiſſes, ad pecuniam debitam & vſuras: & etiam ad intereſſe, ſi plus eſt intereſſe. Sed pone quòd pignus ſit deterius factum: nunquid illam deteriorationem poterit debitor compenſare, ſi debitor agat pigne. act. aduerſus creditorem. Et reſpondetur quòd ſic. {QVI REPROBOS.} Mutuaſti mihi x. ſub pignore. ſolui tibi in falſa moneta. vtrũ habeam pigne. actio. ad pignus? Reſpon. quòd non: ſed ſoluere debeo in bona moneta: & reddendi ſunt mihi falſi nummi quos dedi. {SI VENDIDERIT.} Mutuaui tibi xx. aureos ſub pignore. vendidi pign⁹ iſtud pro xxx. aureis: & ſic vltra x. vendidi, quàm mihi debitum ſit: ſed nondum pretium recepi. vtrum debitor cui mutuaueram, poſsit agere contra me ad ſuperfluum, hoc eſt ac x. antequam recipiam? Et reſpon. quòd expectare debet me quòd recipiã pri⁹: vel debeo ei cedere act. contra emptorem pignoris meo periculo. Sed ſi recipi illud ſuperfluũ, & non reddo, veniet in actio. pig. Sequens. §. eſt planus. Viuianus.

o *Poſsideret.* iure dominij. Accurſius.

p *Finita.* quia creditor dominus eſſe cœpit. Sed contra. j. ad Trebel. debitor. circa princi. vbi dicit heredem rogatũ de reſtituendo ſi adeat, quod licet ſit dominus factus rei ſibi obligatæ, remanet tamen ſibi hypothecaria. Sol. ibi videtur nec dominus fact⁹, ex quo reſtituit: vnde quaſi prius perempta reſtituitur, vel reſuſcitatur: vt ſ. ſi ex noxa. cau. aga. l. ij. in fin. Item contra. j. de excep. rei iudi. l. ex ſextante. §. Latinus. in fin. vbi fuit creditor factus dominus rei ſibi obligatæ ex quadam generali tranſactione inter ſe & debitorem facta, & tradita ſibi re ex ea cauſa: & tamen ſi à poſſeſsione cecidit, agi hypothecaria ibi dicit. Sol. ibi non fuit dominium tranſlatum in creditorem, quia non fuit ei data illa res tanquam eſſet dantis, ſed tanquam alterius. & ideo errans dominium non mutauit: vt ſ. de condict. cau. da. l. iij. §. ſubtilius. Item contra. j. de ſol. ſi aliã. vbi dicit quòd ita demum eſt à prioribus obligationibus receſſum, ſi res ita creditori aſsignetur, quod euinci non poſſit. Solut. ibi eo modo accepit, vt non aliàs diſcederet niſi res eius fieret: hic autem non. Vel hic aliud pro pecunia: ibi aliud pro alio, puta ſpecies pro ſpecie.

q *Pro ſoluto ei.* tunc enim quando res in ſolutum datur, ſi euincitur, datur vtilis ex empto: vt hic innuit, & C. de euict. ſi prędium. expreſſe dicitur. Sed videtur antiqua actione debere agi, vt C. de ſenten. l. libera. quæ eſt contra. Solu. hic res pro pecunia ibi res pro re: vnde non eſt emptio. Vel diſtingue an accipiendo in ſolutum, voluit omnino à priore obligatione recedere, vt hic: an ita demum ſi res irreuocabiliter fieret ſua, vt ibi.

r *Vel in quantum eius.* ſcilicet ſi plus intereſt ſua. Sed contra videtur quòd non poſsit niſi ad pretium & vſuras: vt argu. infra de euictio. ſi plus. §. j? Solu. is qui impetrauit dominium, vt quaſi dominus poſsideret, agit ad intereſſe, vel ad debitum. Aliud in eo qui emit ab executore: quia tunc ad debitum & vſuram agit: vt ibi. forſan propter Cæſaris beneficium eſt hoc, vel quia hic fuit creditor qui emiſſe videtur, ſecundum Azo.

s *Compenſationem.* quia qui actionem habere poteſt, multo magis exceptionem per compenſationem.

t *Si forte.* quia forte damnum dedit in re pignori obligata. Accurſius.

Non.

Qui reprobos nũmos ſoluit creditori, an habeat pigneraticiam actionem quaſi ſoluta pecunia, quæritur. Et conſtat, neq; pigneraticia eũ agere, neq; liberari poſſe: qa reproba pecunia non liberat[a] ſoluentem: reprobis videlicet nummis reddendis[b].

*Ad id quod plus debito pignus eſt venditum, poteſt agere debitor vt ſibi ſoluatur vel actio cedatur. Bartolus.*

Si vendiderit quidam creditor pignus pluris quàm debitum erat, nondum autem pretiũ ab emptore exegerit, an pigneraticio iudicio conueniri poſsit ad ſuperfluum reddendũ[c]: an verò vel expectare debeat quoad[d] emptor ſoluat, vel ſuſcipere actiones aduerſus emptorem? Et arbitror non eſſe vrgendum ad ſolutionem[e] creditorem: ſed aut exſpectare debere debitorem: aut ſi non expectat, mandandas[f] ei actiones aduerſus emptorem, periculo tamen vẽditoris. Quòd ſi accepit iam pecuniam, ſuperfluum reddit. In pigneraticio iudicio venit[g] & ſi res pignori datas malè tractauit creditor, vel ſeruos debilitauit.[h] Planè ſi pro maleficiis ſuis coërcuit, vel vinxit, vel obtulit præfecturæ, vel prǽſidi, dicendum eſt pigneraticia creditorem non teneri[i]. quare ſi proſtituit ancillam, vel aliud improbatum facere coëgit, illico pignus ancillæ ſoluitur[k].

*Expenſæ neceſſariæ vel vtiles debent reſtitui creditori, ſi modo debitori non ſunt onerosæ: quod arbitrio iudicis æſtimabitur. B.*

XXV. IDEM libro trigenſimoprimo ad Edictum.

SI ſeruos pigneratos artificiis inſtruxit creditor: ſi quidem iam imbutos[l], vel voluntate[m] debitoris, erit actio contraria. ſi verò nihil horum interceſſerit: ſi quidẽ artificiis neceſſariis[n], erit actio contraria: non tamen ſic vt cogatur ſeruis carere pro quantitate ſumptuum debitor[o]. Sicut enim neglegere[p] creditorem dolus & culpa[q] quam præſtat non patitur, ita nec talem efficere rem pigneratam, vt grauis ſit debitori ad recuperandum*: puta ſaltum grãdem pignori datũ ab homine qui vix luere[r] poteſt, nedum excolere[s]: tu acceptum pignori excoluiſti ſic, vt magni pretij faceres. alioquin non eſt æquum[t] aut quærere me alios creditores, aut cogi diſtrahere[u] quod velim receptũ, aut tibi penuria coactum derelinquere. Mediè igitur hęc à iudice erunt diſpicienda: vt neque delicatus debitor, neque oneroſus creditor audiatur[x]†.

*Pignus prætorium non conſtituitur, niſi in poſſeſsionem mittatur. Bartolus.*

XXVI. IDEM libro tertio Diſputationum.

a *Non liberat.* nã non videtur ſolutũ, quod deterius ſoluitur quã debet: vt hic, & j. depoſit. l. j. §. ſi res. & j. de ſol. l. qui ſibi. §. ſi. & s. cõmo. l. iij. §. ſi reddita. Sed quid ſi ab electore fuerit approbata? Ar. quòd ſit liberatus: vt s. e. ſi rẽ. §. omnis. in fi. & j. de cõdi. & demon. l. quamuis. quia ſibi debet imputare qui male elegit, vel eligi fecit: vt j. pro ſoc. ſocius ſocio. & j. loc. & condu. l. ea lege. §. fin. & j. man. inter. §. abeſſe. & j. de fideiuſſ. l. iij. in fi. & l. qui debitorem. & j. de ſolu. ſi ſoluturus. Sed econtra videtur ꝙ deficiat ſolutio vel electio, vbi deficit emptio: quia erratũ eſt in ſubſtantiali qualitate: vt j. de cõtrahen. emp. l. in venditionibus. §. vnde quæritur. & j. de opt. leg. l. ij. Solu. ego puto eũ qui certat de damno vitãdo potiorẽ eſſe: arg. s. de mino. verũ. §. fina. & l. ſi minor xxv. annis filio. Item quid ſi expenderit eã pro proba? Videtur ꝙ repellatur, ſaltem quia nõ reddit reprobam: vt hic ſubiicit, & j. de ſolu. ſi cum tãtum. Vel quia tantundem quocunque modo habet: vt j. de ſolu. l. cum ſeruus. & l. cum quis. §. qui hominem. Sed videtur contra: quia poteſt reddere æſtimationem reprobæ: & quia ab eo non cauit, habere debet: vt C. de inoffi. teſta. ſancimus. § repletionem. & quia habet ex ſua negotiatione: vt j. ad leg. Fal. l. iij. & quia his quibus ſoluit, adhuc tenetur. Accurſius.

b *Reddendis.* nõ condictione indebiti, ſed oppoſita exceptione doli mali, etiã ſi ſcienter ſoluit: vt infra de ſol. ſi cum aurum.

c *Reddendum.* ſcilicet debitori. Accurſius.

d *Quoad.* i. donec.

e *Ad ſolutionem.* ſuperflui.

f *Mandandas.* ſic & mãdatur. s. de pet. here. l. quòd ſi in diẽ. §. idem Iulianus. & j. de act. emp. ſi ea. Sed hoc caſu videtur contra j. eo. l. pen. in prin. Sol. vt ibi. Item quod hic ſubiicit de periculo, intellige ſi eius arguatur culpa. nam aliàs non ſuo periculo: vt quia ante fuerat non ſoluẽdo. ſecus ſi poſt incipit eſſe non ſoluendo: vt j. de diſtrac. pig. quæſitum. & infra de admi. re. ad ciui. perti. l. ij. §. ſi eo tempore.

g *Iudicio venit.* & ſi tardius ſoluerit, in vſuras ex mora tenetur: vt ſupra eo. ſin autem. Accurſius.

h *Debilitauit.* ſ. venit in iudicio iſto: vt hic, & C. eo. l. creditor.

i *Non teneri.* nam licitũ eſt ſeruos pro ſuis maleficiis coërcere: vt hic, & j. de verb. oblig. l. qui ſeruum. & de leg. j. l. quid ergo. §. ſi heres. bene autem dicit pro ſuis, nõ autem aliter: quare ſi proſtituit &c.

k *Soluitur.* Sed aget debitor ad intereſſe: vt ſupra proxi. ibi, & ſi res pignori &c. ſic & in patre & domino, quod in creditore hic dicit: vt C. de epiſc. audientia. l. ſi lenones. & C. de ſpectaculis. l. fin. lib. xj. ſic & in eo qui redemit ab hoſtibus, ſi talem ancillam redemptam proſtituat: vt C. de cap. l. fœdiſsimę. Accurſius.

S[l] *ſeruos.*} CASVS. Obligaſti mihi ſeruos tuos, quos inſtruxi in ſcriptura, vel in pictura, vel ſimili artificio: nunquid illa quę impendi, potero à te repetere: Dicit quod ſi voluntate tua tacita vel expreſſa impendã: expẽſas potero recuperare. ſi voluntas nõ interceſsit: Vel diſtingue: aut illud artificiũ eſt neceſſariũ: & tunc agã ad expenſas, vt prius: aut non, & tunc nihil habeo. quia pone quòd pauper fuiſti, & domum magnam mihi obligaſti: in domo illa multum impendi ſubleuando, tegendo: & cum ſoluendo non fuiſti, non potes ſoluere has impenſas: ideo nec cogeris. ſi autem moderatas impenſas feci, & dicas te non poſſe ſoluere, dicit quod iudex inſpicere debet ne tibi ſit nimis oneroſus: nec tu nimis delicatus ſis. Viuianus.

l *Iam imbutos.* id eſt iã imbui cœptos. & ſic eſt hic tacita debitoris voluntas. ſic & s. commo. l. ſi vt certo loco. §. cuſtodiam. & j. de act. empt. Iulianus. § præterea. in fi. & infra ad Macedo. Sed Iulianus. §. quod dicitur. & ſupra e. vel vniuerſorum. & infra de ædil. edict. l. ſi minor. §. ei. Sed argu. contra. s. de vſufruc. l. vſufructuarius. §. ædificium. quia ſi fieret ædificiũ etiam à domino inchoatum, rei mutatione extingueretur vſuſfructus: quod non eſt in pignore: vt ſupra eo. l. domo. Item argu. contra j. de reb. eo. l. j. §. ſi defunctus. ADDITIO. Sol. ſecũdum Bartol. & dic quòd ibi præſumptioni tacitæ voluntatis non ſtatur fauore pupilli: quia forte ſibi eſſet vtile vendere. aliter enim ſciuiſſet vendere defunctus, & aliter pupillus.

*recuperandũ, Flo. recipiendum, vulg.*

m *Voluntate.* ſcilicet expreſſa: vt argu. infra de in rem ver. l. iij. §. ſed ſi mutua.

n *Neceſſariis.* neceſſarium eſt ex quo percipitur expenſa. & idem de vtilibus expenſis.

o *Debitor.* três ſunt ergo caſus. Primus, quando tacita. Secundus, quando expreſſa voluntas interceſsit: in quibus omnino agitur. Tertius, quando nulla: & tunc agitur pro neceſſariis: nõ tamen vt careat debitor re: vt hic, & argu. ſupra de rei vind. l. in fundo.

*† Cõcor. gl. I. poſt prin. in ver. quia nec delicatus. in c. ex præterita. extra de elect.*

p *Negligere.* ſcilicet rem pignoratam: vt hic ſubiicit, & s. ad leg. Aquil. quemadmodum. §. magiſtratus. Accurſius.

q *Culpa.* lata & leuis: vt inſt. quib. mo. re contra. obliga. §. ſi.

r *Vix luere.* ſcilicet ſoluendo ſortem. Accurſius.

s *Excolere.* i. ſumptus culturæ ſoluere. Accurſius.

t *Aequum.* ſ. iſtud quod ſequitur: aut, &c.

u *Diſtrahere.* ſcilicet quod, &c. Et hoc pro ſolutione ſumptuũ vltra modum factorum. Accurſius.

x *Audiatur.* debitor eſt delicatus, qui etiam vnum nummum reddere non vult. creditor eſt oneroſus, qui vſq; ad vltimum quadrantem vult ſibi ſolui. neuter ergo auditur. Et ſic ex duobus contrariis eligitur quoddam temperamentum: vt & s. ſi quis. l. j. & ij. §. ſi quis tamen. & j. de an. leg. l. Quintus. in fin. l. & j. de verb. oblig. l. continuus. §. ij.

*Debitor delicatus, & creditor oneroſus, quis.*

NOn eſt mirum.} CASVS. Superius dixit vnde & qualiter conſenſu contrahentium pignus contrahitur. In lege hac ponit duos alios modos quibus pignora conſtituuntur. Vnus iudex aliquem in poſſeſsionẽ mitit. dicit quòd pignus conſtituitur: & arguit à ſimili. Nam teſtator in teſtamento ſuo poteſt pignus conſtituere legatariis: ergo & poſtea aſsignat differentiam inter pignus conſtitutum auctoritate iudicis, & conuentionale. Et dicit quòd ita demum contrahitur obligatio in pignore iudiciali, ſi res fuerit tradita, & non aliter. Viuianus.

a *Teſtamento.* vt infra de ali.leg.l.Lucius.
b *Fuerit in poſſeſsionem.* ſed conuentionale etiam ſine traditione:vt ſupra eo.l.j.differt & in aliis:vt ibi dixi.

PEtenti.} C A S V S. Petebã à te x.quæ mihi debebas:maſſam auri mihi tradidiſti, vt alij pro pecunia mutuo accipienda obligarem. obligaui: tu poſtmodum pecuniã ſoluiſti. Dicit ꝙ ſi illud ab illo creditore liberaui, & penes me habeam, ꝙ actione ad exhibendũ teneor, vt eã exhibeam & reddã. ſed ſi adhuc eſt penes illum creditorem cui eam obligaui, primam actionem habes cõtra me vt eam redimam. Viuianus.

NOn eſt mirum ſi ex quacumque cauſa magiſtratus in poſſeſsionem aliquem miſerit, pignus conſtitui: cum teſtamento[a] quoque pignus conſtitui poſſe imperator noſter cum patre ſæpiſsime reſcripſit. Sciendum eſt, vbi iuſſu magiſtratus pignus conſtituitur, non alias conſtitui, niſi ventum fuerit in poſſeſsionem.[b]

*Si creditor rem ſibi datam vt pignoret, pignorauit & luit: conuenitur vt reddat. alias conuenitur vt luat. Bartolus.* B

XXVII. IDEM libro ſexto Opinionum.

PEtenti[c] mutuam pecuniã creditori[d], cum præ manu debitor[e] non haberet ſpecies auri dedit, vt pignori apud alium creditorem[f] poneret. Si iam ſolutione liberatas[g] receptaſq; eas is qui ſuſceperat,[h] tenet: exhibere iubendus eſt.[i] Quòd ſi etiam nunc apud creditorem creditoris ſunt, voluntate domini nexæ videntur.[k] Sed vt liberatæ[l] tradantur, domino earum propria actio* aduerſus ſuum creditorem[m] competit. C

*Qui lites æſtimationem ſoluit creditori, repellit debitorem vindicantem: niſi æſtimationem ſolutam offerat. h.d. Bar. vel ſic ſecundum Pau. de Caſt. Vindicans rem repellitur exceptione, niſi ſoluat poſſeſſori quod ipſe poſſeſſor alii pro illa re ſoluit, ſi illud eſt conuerſum in vtilitatem agentis.*

XXVIII. IVLIANVS libro vndecimo Digeſtorum.

SI creditor qui rem pignori acceperat, amiſſa eius poſſeſsione, Seruiana[n] actione petierit,[o] & litis æſtimationem cõſecutus ſit: poſtea debitor eandem rem petens, exceptione ſummouetur: niſi offerat[p] ei debitor quod pro eo ſolutum eſt. D

*Hæc actio datur contra dominum de peculio. Bartolus.*

Si ſeruus pro peculiari nomine pignus acceperit, actio pigneraticia[q] aduerſus dominum[r] debitori competit.

c *Petenti.* i.repetenti, ſic ponitur in rubrica j.ſol.matr. quemadm. dos petatur. i. repetatur. Accurſius.
d *Creditori.* Titio.
e *Debitor.* ſ.Seius.
f *Creditorem.* ſ. Cornelium.
g *Liberatas.* à Cornelio. Accurſius.
h *Suſceperat.* ſ.Titius.
i *Iubendus eſt.* ſ.Titius Seio: & ſic agitur ad exhibendũ, & rei vin. & etiam propria actio locum habet ex hoc contractu: vt in fine huius legis dices. Accurſius.
k *Videtur.* & adhuc hodie ſunt: licet Seius Titio ſuo creditori ſoluerit. ſed ſecus dicas vbi hęc res eſſet Titio obligata, & ipſe alij obligaret: quia tunc ſtatim ſoluitur ſecundum pignus quod ſoluitur creditori primo: vt j.e.l.debitor. in fin. quæ eſt contra. & j.de diuer.& temp.præſcri. l.de acceſsionibus.§.j. in fi.§.
l *Liberatæ.* tradãtur. i. liberentur & tradãtur. nam adhuc ſunt obligatæ: vt dixi.
m *Creditorem.* ſ.Titiũ: non contra Corneliũ: quia cũ eo non cõtraxit, niſi fuerit ceſſa: vt ſ. cõmo. ſi vt certo. §. rem. quę eſt cõtra. Sed quæ eſt hæc propria actio? cõmo. non, quia nõ fuit gratuitũ: ideoque nec mandati pigneraticia non: quia nõ huic fuerunt obligatę. Dic ergo propria. i. præſcriptis verbis actio, cũ deficiant aliæ, & æquum ſit actionẽ dari: vt j.de præſcrip.verb.quotiens. Puto tamen & cõmodati actionẽ dandã: quia nec cõmodare tenebatur, nec mercedem accepit. hoc autẽ non aperit hæc lex, an ſit neceſſe in vtroque caſu quòd Seius ſoluerit Titio. Et videtur quòd ſic: vt ſ.eo.ſi rem.§.omnis.& §.fin. ſed illud eſt quando agitur pigneraticia: hic autem ea agi non poteſt, vt dixi. Accurſius.

**Præſcriptis verbis, quæ eſt propria eorũ cõtractuũ qui propriũ nomẽ non habent, cuiuſmodi eſt iſte.*

SI creditor.} C A S V S. Obligaui tibi Digeſtum meum pro x. & tibi tradidi: cecidiſti à poſſeſsione Digeſti: egiſti contra eum qui detinebat: æſtimationem eius conſecutus es. agere volo contra eum: an ſim audiendus? Dicitur quòd ſic, ſi tantũ ei præſtiterim, quantũ ab eo conſecutus es. {SI SERVVS.} Seruus meus mutuauit Titio. x. ex peculio ſuo, pro quibus pignus accepit. Titius ſoluit iſta x. Dicitur hic quòd poteſt agere pig.ac.contra dominum iſtius ſerui. Viuia.
n *Seruiana.* i.quaſi Seruiana: vt inſti.de act.§.item Seruiana.
o *Petierit.* à poſſeſſore. Accurſius.
p *Offerat.* vt ſ.de rei vin.l.emptor.& j.quib.mo.pig.vel.hyp. ſol.ij.& ſ. com. diui.l. communi diuidundo. §.inter eos. Sed & actio forte datur ſoluenti: vt ſ.de neg.geſt.l.quæ vtiliter.§.fi.
q *Pigneraticia.* de peculio. Io. vt j. de pecu. l.in bonæ fidei. Azo.
r *Dominum.* nomine ſerui. Accurſius.

*Si dominium pignoris cœpit eſſe creditoris, pignus extinguitur: & eius poſſeſsio debitori non proderit: ſed precarium à debitore rogatum durat. Bartolus.*

XXIX. IDEM libro quadrageſimoquarto Digeſtorum.

SI rem alienam bona fide emeris, & mihi pignori dederis, ac precario rogaueris, deinde me dominus heredem inſtituerit, deſinit pignus eſſe, & ſola precarij[s] rogatio ſupererit. idcirco[t] vſucapio tua interpellabitur.

*Pignus vi abreptum eſt periculo creditoris vt capientis: niſi ex poteſtate ſibi à debitore conceſſa rapuerit. h.d. Bart. Vel ſic ſecundum Pau. de caſ. Creditor qui propria auctoritate occupauit rem obligatam, tenetur de caſu poſtea contingente in illa re. ſecus ſi licentiam habuerit à debitore capiendi.*

XXX. PAVLVS libro quinto Epitomarum Alfeni Vari Digeſtorum.

QVi ratiario[u] crediderat: cum ad diem pecunia non ſolueretur, ratem[x] in flumine ſua auctoritate[y] detinuit: * poſtea flumen creuit, & ratem abſtulit. Si inuito ratiario retinuiſſet, eius periculo[z] ratem fuiſſe reſpondit. Sed ſi debitor ſua voluntate conceſſiſſet vt retineret, culpam duntaxat ei præſtandam, nõ vim maiorem.[a] C

*Delictum ſerui obligat debitorem ignorantem vſque ad noxæ deditionem: ſcientẽ vero inſolidum. Bartolus.*

XXXI. AFRICANVS libro octauo Quæſtionum.

SI ſeruus pignori datus creditori furtum faciat, liberũ eſt debitori[b] ſeruum pro noxę deditiõe relinquere. quòd ſi ſciens furem pignori mihi dederit, etſi paratus fuerit pro noxæ dedito * apud me relinquere, nihilo minus habiturum me pigneraticiam actionem, vt indemnem me pręſtet.[c] eadem[d] ſeruanda eſſe Iulianus ait etiam cum depoſitus vel commodatus ſeruus furtum facit. D

S I rem.} C A S V S. Titius rẽ Seij tibi vendidit: & eam bona fide emiſti: & eã vſucapere cœpiſti: eandem mihi obligaſti pro decẽ: & tibi eam precario conceſsi. Seius qui erat verus dominus rei, me heredem inſtituit. Dicit quòd durat precarium: ſed pignoris obligatio deſinit: vſucapio etiam tua interpellatur. Viuianus.
s *Sola precarij.* q.d. nõ hypothecaria. Sed cõtra. j.ad Treb. l. debitor. Sol. ibi nõ videtur dominus factus creditor: cũ incõmutabiliter penes eum non ſteterit. Item contra. j.de excep.rei iudic.l.pe.§. Latinus. in fin. Sol. ibi vtilis datur: hic directa denegatur. Vel melius ibi non fuit dominiũ tranſlatum, cum fuerit error: vt dixi.ſ. eo.l.eleganter. in princip. Accurſius.
t *Idcirco.* quia pignus finitur ideo, quia creditor velut obligatam non poſsidet nũc, ſed vt propriã. Idẽ eſt & ſi quis rem ſuã ab vſucapiente ignorans emat vel conducat, vel pignori accipiat: ſicut hic ex poſtfacto fuit: vt j. de vſuca.l. ei à quo. & l.non ſolum. §. ſi rem. & argu. j.de act. & ob. qui à ſeruo. Sed an interdictum de precario habet? Reſpon. ſic: vt hic, & j.de preca.l.certe.§.fi. Item rei vindi. Item condic. ex lege: vt C.loc.l.ſi quis conductionis. Et quòd dicit, ſola: ſolam hypothecariam excludit. Accurſius.
u QVi ratiario. id eſt qui habebat vel faciebat rates. Accurſius.
x *Ratem.* ſcilicet obligatam.
y *Auctoritate.* ſine pacto occupandi, alioquin non teneretur: vt C de pigno.l.creditor.& habetur.C.de pig.act.l.fin.
z *Periculo.* quod generale eſt in omni violento, vt res ſit eius periculo: vt j.de vi & vi arma.l.j.§.rectiſsime.& l.fi.& C.quod met.cau.l.j.
a *Maiorem.* voluntas enim domini excuſat: vt j.loca.l.cum in plures.§.lege.
b SI ſeruus. *Debitori.* qui furem neſciuit.
c *Preſtet.* niſi forte creditor ſciuit: ar.ſ.eo l.tutor.§.pen.
d *Eadem.* ſ. vt ſciẽs teneatur omnino. Io. depoſitari* enim qui ſuum

ſuum officium deponendi exhibet, etiam contra ignorantem agit: vt infra de fur. ſi ſeruus communis. §. quod vero. eſt ergo idem quantum ad eum qui ſcienter dat. Et not. quòd ſicut hic in pignore diſtinguitur ſciens vel ignorans: ſic & in commodato: vt in fi. huius l. & ſ. commo. l. pen. Sic & in eo quem man dato meo emiſti: vt ĩ. man. inter cauſas. §. ſi cum ſeruus. & in locato: vt infra loc. ſi tibi domum. §. j. & in vendito: vt C. de ædil. edi. l. j. & in dato in dotem qui furtum faciat marito: vt infra rerum amo. ſi mulier cum. §. at ſi in dotem. Item & in legato: vt infra de leg. j. ſi heres. §. generaliter.

*Qui obligauit rem alienam, tenetur contraria pigneraticia ad intereſſe. Bartolus.*

XXXII. MARCIANVS libro quarto Regularum.

CVm debitore qui alienam rem pignori dedit, poteſt creditor contraria pigneraticia agere, etſi ſoluendo[a] debitor ſit.

*Si pignus eſt datum ſub alterius nomine, habet locum pigneraticia ſoluta pecunia. h. d. ſecundum gl. Bart. Vel ſic ſecundum Paulum de Caſtr. Actio pigneraticia competit etiam pro pignore prætorio. h. d. ſecundum intellectum doctorum: qui probatur etiam per l. non eſt mirum. ſupra eo.*

XXXIII. IDEM libro ſingulari ad formulam Hypothecariam.

SI pecuniam debitor ſoluerit, poteſt pigneraticia actione vti ad recuperandam ἀντίχρησιν[b] †. nam cum pignus ſit, hoc verbo poterit vti.

*Pactum quòd pignus ſit ſolutum pro debito, factum ex poſtfacto, valet: & non poteſt reuocari. h. d. Bartol. ſecundum. d. Guil. de Cu.*

XXXIIII. MARCELLVS libro ſingulari reſponſorum.

TItius cum crediſſet pecuniam Sempronio[c], & ob eam pignus accepiſſet, futurumq; eſſet vt diſtraheret id* creditor[d], quia pecunia nõ ſolueretur: petiit[e] à creditore, vt fundum certo pretio emptum haberet[f]. & cum impetraſſet[g], epiſtulam qua ſe vendidiſſe fundum creditori ſignificaret, emiſit[h]. quæro an hanc venditionem debitor reuocare[i] poſſit, offerendo ſortem & vſuras quæ debentur. Marcellus reſpondit, ſecundum ea quæ propoſita eſſent, reuocare non poſſe.

*Pecunia redacta ex venditione pignoris, prius in vſuras, deinde in ſortem computatur. Bartolus.*

XXXV. FLORENTINVS libro octauo Inſtitutionum.

CVm & ſortis nomine & vſurarum[k] aliquid debetur ab eo qui ſub pignoribus pecuniam debet, quidquid ex venditione pignorum recipiatur, primum vſuris quas iam tunc deberi conſtat, deinde ſi quid ſupereſt, B ſorti accepto ferendum eſt. Nec audiendus eſt debitor, ſi cum parum[l] idoneum ſe eſſe ſciat, eligit quo nomine exonerari pignus ſuum malit.[m] *

*Pignus creditor poſſidet: & ab eo debitor poteſt conducere, & precario rogare. B.*

Pignus, manente proprietate debitoris, ſolam poſſeſſionem[n] transfert ad creditorem: poteſt tamen & precario[o] & pro conducto debitor re ſua vti.

*Si pro pignore conſtituto aliud ſubmittatur, furtum committitur pro vtroque debito. ſecus ſi in conſtituẽdo alius pro alio ſubmittatur: quia tunc ſtellionatus crimen committitur. Bartolus.*

C XXXVI. VLPIANVS libro vndecimo ad Edictum.

SI quis* in pignore[p] pro auro æs ſubieciſſet creditori, qualiter teneatur, quæſitũ eſt. In qua ſpecie rectiſsimè Sabinus ſcribit,[q] ſi quidem dato auro[r] æs ſubieciſſet,[s] furti teneri. quòd ſi in dando æs ſubieciſſet, turpiter[t] feciſſe, non furem eſſe. Sed hic puto pigneraticium iudicium locum habere.[u] Et ita Pomponius ſcribit. Sed extra ordinem[x] ſtelliona-

a CVm debitore. Et ſi ſoluendo. quia expedit potius pignori, &c. vt inſtit. de ob. quę ex deli. §. furti. & infra de reg. iur. l. plus cautionis. Item quia periculum eſt ne deſinat poſſe facere: vt ſ. de neg. geſt. diuortio. Vnde tenetur ad intereſſe: puta ſi erat chirographariũ aliud quidam debitum, quod ſibi poterat ſeruare per retentionem pignoris: vt C. etiam ob chiro. pe. l. j. Vel erat naturale debitum pro quo obligauit: vt C. de vſur. l. per retentionem. Vel quia expenderet, ſi ageret perſonali: vnde expedit ei potius pignori incumbere: vt dixi. Alij dicunt agi vt res aliæque bona pignori detur: vt argu. infra de leg. j. ſi heres. §. generaliter. & ſupra de conſtitu. pecu. qui autem. §. ij.

b SI pecuniam antichreſin. vet⁹ lectio, antiphinam. ſed mendoſa. Eſt autem antichreſis (teſte Alciato libr. diſpũc. ij. c. iij.) pignus quod ſub hoc nomine accepit creditor, vt eius vſum & fructum pro vſuris ſibi computet. Lo. Potuit enim & debitor in conſtituendo pignore hoc verbo vti. Vel dic quòd eſt ſcriptura quam facit debitor, in qua continetur eum debere tantum: & dat eam D creditori. & ſic dicit quòd poteſt eam ſoluta pecunia recuperare ſicut pignus. Accurſius.

TItius.) CASVS. Debebas mihi x. tu debitor alteri à quo habebas pignora, ſecũdum vnum intellectum, cum eſſes in mora ſoluendi: & in re aliena, ſecundum vnum caſum, vel propria, ſecundum aliũ: mihi vẽdere volebas. ſcripſiſti mihi, & rogaſti per epiſtolã vt pignus haberem tanquam emptum. deinde pœnitet te: & paratus es ſoluere ſortem & vſuras: & ita venditionem prius factam vis infringere. quæritur an poſsis. Et reſpon. quòd non. Viuianus.

c Sempronio. creditori Seij: cui Sẽpronio res erant obligatæ, quas volebat Sempronius diſtrahere. ſed primo obligauit, poſtea eidem cui obligauit, vendidit non ſoluto debito. Vel dic ſecũdo, quòd debitor petiit à creditore vt pignus certo pretio habeat emptum: vt ita legas, cum Titius crediſſet Sempronio pecuniam, &c. petiit Sempronius, &c. & ſecundum primum ſunt tres perſonæ: Titius, Sempronius, & Seius: ſecundũ alium duæ, ſcilicet Titius & Sempronius.

d Creditor. ſcilicet Seij, ſecundum primum caſum: vel creditor Sempronij, ſecundum alium.

e Petiit. Sempronius debitor ſecundum vtranque poſitionem. Accurſius.

f Haberet. ſcilicet Titius.

g Et cum impetraſſet. quia hoc placuit creditori.

h Emiſit. ad debitorem ſuum, ſecundum primum caſum: vel ad ipſum creditorem cui in ſolutum dabat, ſecundum alium.

i Reuocare. ſecundum vltimam poſitionem caſus, concordat ſupra eo. l. aliena. §. fi. & infra de diſtrac. pign. l. reſcriptum. in princ. Sed eſt contra ĩ. de ſolu. l. Callippus. Sed alij libri habent ibi, quamuis. vbi dicitur quòd maritus dando in ſolutum rem pro dote obligatam ipſi mulieri, poteſt reuocare ſi ſoluat ſortem & vſuras. Solu. ibi non dedit in ſolutum pignus, ſed dare promiſit: hic autem dedit. Præterea hic erat pignus penes creditorem: ibi non.

k CVm & ſortis. Et vſurarum. etiam pacto nudo debitarum: ſecundum quoſdam, etiam ſine pignore: licet ſecus ſit cum ſoluit debitor: vt ſ. de ſol. Paulus. §. Paulus. Nam tunc quando ſoluit, in grauius debitum accipiendum eſt: & in vſuris per ſtipulationem debitis, ſcilicet quod eſt cum pignore: & quod ciuiliter & naturaliter, & non naturaliter tantum: vt ĩ. de ſol. l. j. ij. iij. iiij. & v. §. imperator. & C. de vſur. ſi vſuras. Accurſius.

*Intereſt enim quo nomine ſit exoneratus debitor: quia vſuræ ex ſolo pacto debitæ non niſi per retentionẽ pignoris ſeruari poſſunt. l. 4. C. de vſur.*

*Ex tit. de dolo.*

l Si cum parum. maximè.

m Malit. puta in ſortem.

n Poſſeſſionem. hoc nõ excludit hypothecariam obligationẽ, ſed proprietatem: vt hic, & C. eo. l. pignus. Not. ergo hic quòd & creditor poſſidet: vt ĩ. de acquirend. re. do. l. per ſeruum. in princi. Sed contra ſupra qui ſatiſdare cog. l. ſciendũ. §. creditor. Sol. quantum ad euitandam ſatiſdationem iudicio ſiſti, non poſſidet: vt ibi dicit: ſed quo ad alia ſic: vt ibi diximus.

o Precario. eſt ergo precarium in ſua re, & conductio: vt hic, & infra eodem. l. ſi pignus. & infra de adquirend. poſſeſſ. l. re pignoris. & ſic eſt contra infra de regulis iuris. l. neque pignus. & infra depoſi. l. qui rem ſuam. Solut. hic ratione poſſeſſionis quæ penes creditorem erat: vt infra de preca. l. certè. §. finali. & l. ſequen. & infra de acquirend. poſſeſſ. ſi aliquam. Accurſius.

p SI quis in pignore. ſcilicet dando. Accurſius.

q Scribit. ſcilicet diſtinguendo.

r Auro. iam & apud creditorem cuſtodito.

s Subieciſſet. ſcilicet poſt.

t Turpiter. hæc turpitudo vt & quæuis alia, priuat aliquem dignitate: vt C. de digni. l. ij. ſimilis ſubiectio eſt infra pro emp. l. ij. §. cum Stichum. vnde non vſucapit emptor, vt ibi dicit: & hoc indicat. Accurſius.

u Locum habere. vt ſupra eodem. l. tutor. §. primo. & C. ſi alires pigno. da. ſit. l. quæ prædium. Accurſius.

x Extra ordinem. eſt enim extra ordinem, id eſt non ordinarium: & priuatum, non publicum: vt ſupra eodem. l. tutor. in fin.

tus nomine plectetur : vt eſt ſæpiſsime reſcriptum.

*Qui obligat rem alienam, vel alteri obligatam, ſtellionatum committit, niſi res cuilibet creditori ſufficiat pro vtroque debito. Bartolus.*

Sed & ſi quis rem alienam mihi pignori dederit ſciens prudensque, vel ſi quis alij obligatam mihi obligauit, nec me de hoc certiorauerit, eodem crimine plectetur. Planè ſi ea res ampla eſt,[a] & ad modicum æris fuerit pi- B gnerata, dici debebit ceſſare non ſolùm ſtellionatus crimen, ſed etiam pigneraticiam,[b] & de dolo[c] actionem: quaſi in nullo captus ſit : qui pignori ſecundo loco accepit.

*Per conductionem pignoris à debitore, creditor retinet poſſeſsionem. Bartolus.*

XXXVII. PAVLVS libro quinto ad Plautium.

SI pignus mihi traditum locaſſem domino, per locationem retineo poſſeſsionem[d]: quia antequam conduceret debitor, non fuerit eius poſſeſsio: cum & animus mihi retinendi ſit, & conducen C ti non ſit animus poſſeſsionem[e] apiſcendi.*

*In recipiendo pignore eſt neceſſaria tutoris auctoritas, vt pupillus poſsit conueniri pigneraticia. Bartolus.*

XXXVIII. MODESTINVS libro primo Differentiarum.

PVpillo capienti pignus, propter metum[f] pigneraticiæ[g] actionis neceſſaria eſt tutoris auctoritas.

*Qui ſe teſtamento ſubſcribit vt teſtis, nō videtur approbare quæ in teſtamento apponuntur. Bartolus.*

XXXIX. IDEM libro quarto Reſponſorum.

GAius* Seius ob pecuniã mutuam fundum ſuum Lucio Titio pignori dedit: poſtea pactũ inter eos factũ eſt, vt creditor pignus ſuum in compenſationem pecuniæ ſuæ certo tempore poſsideret[h]. Verùm ante expletum tempus creditor cum ſuprema ſua ordinaret, teſtamento cauit, vt alter ex filiis ſuis B haberet eum fundum[i]: & addidit, *Quem de Lucio Titio*[k] *emi.* cum non emiſſet. Hoc teſtamentum inter ceteros ſignauit & Gaius Seius, qui fuit debitor. Quæro an ex hoc, quòd ſignauit[l], præiudicium aliquod ſibi fecerit, cum nullum inſtrumentum venditionis proferatur, ſed ſolum pactum[m] vt creditor certi temporis fructus caperet. Herennius Modeſtinus reſpondit contractui pignoris non obeſſe[n] quòd debitor teſtamentum creditoris, in quo ſe emiſſe pignus expreſsit, C ſignaſſe* proponitur.

*Debitor non poteſt pignus emere creditore inuito: & pretium indebiti ſolutionem conuertitur. Bar.*

XL. PAPINIANVS libro tertio Reſponſorum.

DEbitor à creditore pignus quod dedit fruſtra emit: cum rei ſuæ nulla emptio[o] ſit. Nec ſi minoris emerit[p], & pignus petat, aut dominium vindicet, ei[q] non totum debitum offerenti[r] creditor poſſeſsionem

---

in fin. & C. de cri. ſtel. l. ſtellionatus.

a *Ampla eſt.* ſcilicet ſecundo obligata.

b *Pigneraticiam.* ſcilicet contrariam.

c *Et de dolo.* mirum eſt quod ponit de actione de dolo, cũ ea non competit, ſit res ampla vel non: quia datur alia, i. contraria pigneraticia. ſed dicas dari de dolo non contra debitorem, ſed contra extraneum, qui in pignore quod pro alio dabat me decepit. Azo. Item ceſſat, ſi antequam conueniatur crimine ſtellionatus, ſatisfecerit creditori : vt & j. de cri. ſtel. l. j. & arg. j. de publi. iud. l. is qui. in prin. Accurſius.

d SI pignus. *Poſſeſsionẽ.* ratione enim poſſeſsionis locatio & precarium ſuæ rei eſt : vt dixi s. eo. cum & ſortis. §. fi. Accurſius.

e *Poſſeſsionem.* immo & ſi ſit, idẽ eſt: vt Codice de prǫſcript. xxx. an. l. male. & l. cum notiſsimi. §. fi. ſecundum Azo. ſubaudi ergo hic, maxime. Item nota hic quòd colonus non poſsidet: vt infra de vſuca. l. non ſolum. §. quod vulgo. & de adquirend. poſſeſſ. qui pignoris. & in l. ſequẽti. Accurſius.

*Colonus poſsidere nō dicitur.*

f PVpillo. *Propter metũ.* Iſte metus imminet debitori, nō pupillo. nam ipſe non teneretur, niſi eſſet factus locupletior : vt inſti. de auctori. tuto. in prin. & C. de vſuca. pro emp. l. fina.

** adipiſcendi.*

g *Pigneraticiæ.* ſcilicet directę naſciturae, non natæ, vt diximus ſupra eod. l. ſi rem. §. omnis. Item econtra dare pign⁹ nō poteſt ſine tutore : vt infra quæ res pign. oblig. poſſ. l. j. in principio.

GAius.} CASVS. Mihi mutuaſti. x. ſub pignore : Titio id pignus iure tuo legaſti: & dixiſti te id quõdam emiſſe : ego omnibus his interfui: & iſtud tanquam teſtis ſignaui. Dicit quòd mihi non præiudicatur.

h *Poſsideret.* & fructus cum debito compenſando acciperet: D quod etiam fieret etſi non eſſet dictum: vt C. de diſtract. pign. l. j. & C. de pigne. act. l. j. & ij. Accurſius.

i *Eum fundum.* ſcilicet iure prælegationis.

k *A Lucio Titio.* id eſt Gaio Seio: vt s. poſuit. Vel dic ꝙ quadrinomius erat. Azo. Vel dic ab alio Titio.

l *Signauit.* i. ſigillauit: vt j. de teſti. l. ad teſtiũ. §. ſi quis ex teſtibus. Accurſius.

m *Pactum.* ſcilicet profertur.

n *Non obeſſe.* Remanet ergo pignus, & non fit præiudicium ei cuius eſt. Sed contra j. de pig. l. fideiuſſor. §. pater. vbi filius ſubſcribendo in inſtrumento in quo pater rem ipſius filij obligabat præiudicat ſibi. Solu. ſecundum R. aut adhibetur ſubſcribens vt ſubſtantia præbeatur ei, quod fit ex iſtius conſenſu: vt ibi. aut vt probatio tantum, vt hic. nec enim teſtamentum ſubſtantiam capit ex ſubſcriptione iſtius, ſed à teſtatore. Et pro hoc eſt quia officium ſuum teſti non debet eſſe damnoſum: vt infra quemadmo. teſtament. ape. l. ſi quis ex ſignatoribus. & infra de lega. ij. Titia. §. Lucia. Vel hic ignorans: vt quia teſtamentum non fuit lectum coram teſtibus: vt C. de teſta. l. hac conſultiſsima. §. j. ibi ſciuit: vt argum. infra A quibus mod. pignus vel hypo. ſol. l. Titius Sempronio. in fine. Vel aliud in pignore, quod ſolo conſenſu contrahitur: vt ſupra eodem. l. j. Aliud in venditione, quę ſine pretio eſſe non poteſt: vt infra de contrahen. emptio. ſine pretio. Vel hic ſciuit ius ſuum vbique durare: ibi non: vt arg. infra quibus modis pignus vel hypo. ſol. ſicut. §. non videtur. Vel hic de actu morientis, ibi viuentis: inter quos eſt differentia : vt ſupra communia prædio. l. finali. in fine. Tu autem dicas quòd refert an cõtractus qui fit in mei præſentia, poſsit fieri etiam me inuito ſuper re mea, vt venditio, vel legatum: & tũc mea pręſentia vel ſubſcriptio non nocet mihi. an non poſſet fieri me inuito : & tũc videor conſentire: vt in pignore. quæ ſolutio probatur j. de re iudic. l. ſæpe. §. cum autem. Item no. hic, non omnem teſtatoris vocem habere vim legis: vt & C. de proba. l. rationes. & infra ad Velleia. l. Seia. in fine. j. reſpon. ſicut nec quælibet vox iudicis habet vim ſententiæ: vt C. de ſenten. l. ex ſtipulatione: Item no. erroneam ſubſcriptionem non nocere: vt hic, & infra de reſcinden. vendi. Titius Seij procurator. & C. plus valere quod agitur. l. ſi falſam. Sed argument. contra infra quod iuſſu. l. j. §. ſed & ſi ſerui. Sed ibi fuit ſciens dominus eius: quod fieri debebat. Item nota quòd plus valet quod eſt in veritate, quàm quod eſt in opinione : vt hic, & inſtitutio. de legat. §. ſi quis. Item nota præſentiam non haberi pro conſenſu. Sed argumentum contra. infra de euictione. l. quidam ex parte. & ibi plene proſequor iſtud generale. Accurſius.

DEbitor.} CASVS. Obligaui tibi rem meam pro decem: D eam à te emi : an valeat emptio ? Dicit quòd non: quia ſuæ rei nulla eſt emptio. quòd ſi ego pignus peterem per pigneraticiam actionem, vel pactum in rem, repellar: niſi paratus ſim totum debitum ſoluere. {DEBITORIS.} Libertus meus filiumfamilias habens in peculio, debebat Titio decem : & pignus ei tradidit : filius liberti pignus emit ex pecunia peculiari. Dicit quòd non tenuit emptio. vnde mortuo liberto erit pignus in hereditate : & conſequor ergo patronus portionem illius rei, ſicut aliarum rerum liberti mei per bonorum poſſeſsionem contra tabulas. {SOLVTA.} Debebam tibi decem ſub pignore ſi tibi ſatisfeci : poſt ſolutionem pignus mihi reſtituere debes. Sed pone quòd pignus quod tibi obligaui, alij obligaſti : & poſtea tibi ſatiſfeci. Dicit quòd à ſecundo creditore pignus liberabitur. Viuianus.

o *Emptio.* ſiue ſciens ſiue ignorans emit: vt j. de contrahenda emptione. l. ſuæ rei: & s. de condict. indeb. l. ſeruum meum. & arg. j. man. l. ſi mandauero. §. ſi hi. Accurſius.

p *Nec ſi minoris emerit.* ſcilicet quàm ſit debitum.

q *Ei.* ſcilicet debitori. Accurſius.

r *Offerenti.* cteditori.

Cogetur.

reſtituere cogetur.[a]

*Filius rem patris de pecunia profectitia non poteſt emere. Bartolus.*

Debitoris[b] filius qui manet in patris poteſtate, fruſtra pignus à creditore patris peculiaribus[c] nummis cōparat: & ideo[d] ſi patronus debitoris contra tabulas eius poſſeſſionem[e] acceperit, dominij partem[f] obtinebit. nam pecunia quam filius ex re patris in pretium dedit, pignus B liberatur.

*Soluta pecunia liberatur pignus ab eo cui eſt ſolutum: & ab eius creditore cui erat ſecundo obligatum: & ad reſtituendam poſſeſsionem tenetur. Bartolus.*

Soluta pecunia, creditor poſſeſsionem pignoris, quæ corporalis apud eum fuit, reſtituere debet: nec quicquam amplius[g] præſtare cogitur. Itaque[h] ſi medio tempore pignus creditor pignori dederit: domino ſoluente pecuniam quam debuit, ſecundi pignoris neque perſecutio dabitur, neque retentio[i] relinquetur. C

*Si dominium rei ſuperueniat debitori, cōfirmatur obligatio: ſecus ſi dominus debitori ſuccedat. h. d. Diuiditur in duas partes. Prima, quando dominium ſuperuenit debitori. Secunda, quando debitum ſuperuenit domino: quia dominus ſucceſsit debitori. Item hæc ſecunda ſubdiuiditur in duas partes. Prima, quando res fuit obligata ſimpliciter. Secunda, quando ille qui obligauit, expreſſe ſe aſſeruit eſſe dominum. Secunda ibi, ſed ſi conueniſſet. Bartolus.*

XLI. PAVLVS libro tertio Quæſtionum.

REm alienā pignori dediſti, deinde dominus rei eius eſſe cœpiſti: datur vtilis actio pigneraticia[k] creditori. Non eſt idem dicendum,[l] † ſi ego Titio qui rem meā obligauerat ſine mea voluntate,[m] B heres extitero. hoc enim modo pignoris perſecutio concedenda non eſt creditori.[n] Neq; vtiq; ſufficit ad cōpetendam vtilem pigneraticiam[o] actionem, eundem eſſe dominum[p] qui etiam pecuniam debet. Sed ſi conueniſſet de pignore,[q] vt ex ſuo mendacio arguatur, improbe reſiſtit, quominus vtilis actio moueatur.

† In hūc locū vide Alciat. l. Parer. 7. cap. 14. & Duar. li. 2. diſputat. ca. 4.

*Creditor qui vendit pignus, debet ſuperfluum pretij reſtituere, non debitorem delegare. Bartolus.*

XLII. PAPINIANVS libro tertio Reſponſorum.

C CReditor iudicio quod de pignore dato proponitur, vt ſuperfluum pretij cum vſuris reſtituat, iure cogitur: nec audiendus erit, ſi velit emptorem delegare,[r] cum in venditione,

a *Cogetur*. Quid ſi creditor debitori poſſeſsionem pignoris vendidiſſet? Reſpon. repetit, quaſi nil valeat quod eſt actum: vt arg. ſ. de condict. inde. l. ſeruum meum. Accurſius.

b *Debitoris filius*. ſcilicet liberti. Accurſius.

c *Peculiaribus*. id eſt profectitiis.

d *Et ideo*. bene ſequitur, ideo. Si enim iam teneret emptio in perſona filij, vt quia iam eſſet emancipatus, vel quia de caſtrenſi pecunia emiſſet, detineret res eſſe liberti, & fieret filij: ergo patronus nihil in ea petere poſſet: quia filius liberti ingenuus eſt: vt inſtitut. de inge. in princip.

e *Poſſeſsionem*. ſcilicet pro tertia parte. Et hoc cum filiꝰ erat exheredatus rite vt non poſsit agere querela: vel erat mortuus, vel hereditatem patris ad ſe pertinere nolebat: alioquin in nihilum patronus admitteretur: vt inſtitut. de ſuc. li. §. ſed noſtra.

f *Dominij partem*. rei pigneratæ, & aliarum rerum. Accurſius.

g *Nec quicquam amplius*. non ergo ciuilem poſſeſsionem, ſed naturalem tantùm reſtituit ſecundum quoſdam. & ſic dicunt ex hac lege, quòd naturaliter tantum creditor poſsidet. ſed tu dic quòd vtroque modo vt dixi ſupra qui ſatiſda. cog. l. ſciendum. §. creditor. & quod hic dicit, non excludit quin & ciuilis ſit reſtituenda. nam illa naturalem comitatur. Item nec excludit quò minus ſatiſdetur: vt ſupra eo. l. creditor. Vel dic, ex eo quòd hic dicit reſtituere, quod omnia prædicta ſub eo verbo contineantur, cum late pateat: vt infra de vſur. l. videamus. §. in Fauiana. & ſupra titu. j. l. iij. §. ſi reddita. Accurſius.

h *Itaque*. bene infert quaſi dicat poſſeſsio tantum, non autē liberare tenetur: quia nec tenetur, nec obligatio apud eum remanet: ergo ſecundum pignus perit.

i *Retentio*. ſi poſsideat: vt hic, & infra de pign. l. grege. §. ij. & C. ſi pig. pig. datum ſit. l. j. & infra de diuer. & tem. præſcrip. de acceſsionibus. §. j. in fine. Sed contra ſupra eodem. l. petenti. in fine. Solu. vt ibi.

REm alienam.} CASVS. Rem tuam pignori obligaui Titio. non tenet pignoris obligatio. Sed pone quòd dominium illius rei aliquo caſu adeptus ſum. Dicit quòd pignus confirmatur: & datur Titio vtilis pigneraticia. Sed pone, cum rem tuam obligaui, deceſsi te herede inſtituto. nunquid hoc idem erit vt confirmetur pignoris obligatio? Dicit quòd non. Sed pone quod ego volebam rem meam pignerare: fuiſti preſens, & aſſeruiſti rem illam meam eſſe: poſtea deceſsi te herede inſtituto. Dicit quòd iſto caſu improbè feciſti ſi reſiſtere voluiſti creditori volenti te pigneraticia conuenire. vnde vtili pigneraticia conueniendus es. Iſtam vltimam particulam obſcure dicit. Viuianus.

k *Pigneraticia*. id eſt hypothecaria deficiente directā: quia cū obligare voluit, non potuit: & nunc cum poteſt non vult: vt C. ſi aliena res pigno. da. ſit. l. cum res. & j. ad Trebel. l. ſilum. & infra ad Maced. ſed Iulianus. §. ſed & ſi filius. & j. de actio. empt. l. ſi quis alienam. & j. qui po. in pign. ha. l. qui balneum. §. Titia. Sed videtur non confirmari pignus, etiam vtiliter: vt infra de pigno. l. j. ij. reſpon. quæ eſt contra. Solu. ibi creditor ab initio ſciuit rem alienam, cum ſibi obligabatur: hic autem ignorauit. Et potes plene diſtinguere, vt ibi diximus. Item videtur contra infra qui & à qui. ma. li. non fi. ſi ſeruo, A vbi manumiſſor domino ſerui heres extitit: nec confirmatur. ſed ideo difficilius confirmatur, quia difficilius reuocatur. Sed ſi confirmatur pignus, vt hic dicitur, quid eſt quod dicitur quòd debet creditor probare rem fuiſſe in bonis debitoris tempore obligationis: vt j. de pign. l. & quæ nondum ſunt. §. quod dicitur? Reſpon. hic poſsidebat debitor bona fide cum titulo. nam quæ bona fide poſsidemus, in bonis noſtris eſſe videntur: vt j. de verb. ſignific. l. bonorum. Alioquin ſi mala fide poſsidet, non daretur actio creditori. vel hic debitor, ibi extraneus poſsidet. Accurſius.

l *Dicendum*. ſcilicet de iure: quia nec factum eſt idem. Supra enim debitor ſuccedit domino rei. hic econtra dominus rei debitori. Eſt tamen arg. contra infra de excep. rei vindic. & tra. l. j. ij. reſpon. ADDITIO. Dic ꝙ non confirmatur pignus quo ad actionē: & ita loquitur iſte verſicu. non eſt. nō poteſt ergo creditor in caſu noſtro agere hypothecaria: & ita loquitur hic, ſed bene confirmatur pignus quo ad exceptionem: quia ſi iſte dominus, qui ſuccedit debitori, ageret, repelleretur exceptione: vt ibi. facit ad prædicta. C. de rei vindic. l. cum à matre. ſecundum Bal. hic.

m *Sine mea voluntate*. expreſſa, vel tacita: vt quia præſens eram: quo caſu conſenſiſſe videor: vt dixi ſupra eodem. l. Gaius.

n *Non eſt creditori*. immo videtur concedenda: vt infra de pigno. l. ſi Titia. quæ eſt contra Solu. hic creditor ſciuit alienam tempore obligationis: ibi non, ſecundum Io. Vel ibi licet ſciret creditor, tamen aſſeuerabat debitor ſuam ipſo præſente, & aſſerente idem. vnde poteſt redargui ex ſuo mendacio: vt fine huius. l. Vel ſolu. vt ibi.

o *Pigneraticiam*. id eſt hypothecariam. Accurſius.

p *Dominum*. ſcilicet rei pigneratæ. Accurſius.

q *De pignore*. ſcilicet ſic, vt ex ſuo mendacio arguatur, id eſt argui poſsit: vt quia aſſeuerabat iſte, qui nunc eſt heres, quòd D res erat obligantis. & hæc verior. Vel dic quòd cōſenſerat hic heres, idemque dominus poſtea, quòd eadem res ſit pignori, quaſi defunctus obligare non potuerit: iſte tamen improbè reſiſtit quò minus vtilis, id eſt efficax actio moueatur: quod dicebat eò vt defunctus ex ſuo mendacio redarguatur: ſed hoc dicere non poteſt, vt hic dicit. Vel dic quòd defunctus ſuam dixit in abſentia domini veri: creditor tamen fuit ignorans: vnde vtilis actio datur: vt ſic defunctus ex ſuo mendacio arguatur: ſecundum vltimam expoſitionem, & ſecundum ſecundam. Nota ergo, heredem non poſſe defuncti mendacium allegare: vt C. de ſer. pigno. da. ma. l. ſi creditoribus. Vel quarto dic quòd hic heres conſenſit poſtquam fuit heres. nō ergo reſiſtit quò minus &c. niſi ex ſua &c. hoc enim inde ſequitur: quia ex ſua &c.

CReditor.} CASVS. Si creditor pignus vendidit: & plus conſecutus fuerit debito, conuenitur à debitore pigne. actione ad id quod exceſsit reſtituendum. neque liberatur ſi velit actionem ſuam cedere contra emptorem. Viuianus.

r *Delegare*. immo videtur audiendus: vt ſ. eod. l. eleganter. §. ſi vendiderit. quę eſt contra. Sol. hic iam exegerat pretium: ibi non. Vel hic debitor expectare vult diem: ibi non. Vel hic pure erat ſoluendum: ibi non. Vel hic vult delegare: ibi mādare.

& qui

& qui mandat, non liberatur: qui delegat, ſic. Vel ibi non fuit A in culpa: vt quia propter expectationem melius vendidit: hic fuit in culpa. Hæc ſolutio vera videtur ex litera contrariæ.l. Vel dic quòd hic creditor volebat delegare: ſed non cum ſuo periculo. ſecus ſi cum ſuo periculo: vt ibi. & hoc indicat finis huius legis. Vel hic creditor vult delegare: debitor expectare, cuius eſt electio: vt ibi dixi.

quæ fit[a], ex facto ſuum creditor negotium gerat.

*Si creditor fuit in culpa reſtituendi inſtrumenta pignoris debitori tempore debito, tenetur ad intereſſe: ſecus ſi ei culpa imputari non poßit. Bartolus.*

XLIII. SCAEVOLA libro quinto Digeſtorum.

LOcum purum pignori creditori obligauit[b]: eiq; inſtrumentum emptionis tradidit[c]: & cum eum locum inædificare vellet, mota ſibi controuerſia à vicino de latitudine, quòd alias probare non poterat, petiit à creditore vt inſtrumentum à ſe traditum auctoritatis* exhiberet[d]. quo non exhibente, minorem locum ædificauit, atque ita damnum paſſus eſt. Quæſitum eſt an ſi creditor pecuniam[e] petat, vel pignus vindicet, doli exceptione poſita: iudex huius damni rationem habere debeat. Reſpondit, ſi operam non dediſſet vt inſtrumenti facultate ſubducta debitor caperetur, poſſe debitorem pecunia ſoluta pigneraticia agere. Opera autem in eo data,[f] C

* *Vide Alc. li. 11. parer. ca. 9. & Anto. Aug. li. 3. ca. 6.*

a *Quæ fit.* rite ſi enim minus rite facta eſſet venditio, volēs ſuperfluū pretij offerre non audiretur, cū debitor rei vindicatione non careat.

LOcum. } CASVS. Fundum quēdam emeram à Titio: & inde habebam inſtrumentum, in quo continebatur fundi latitudo & longitudo. poſtmodum eum Seio obligaui: & inſtrumentū tradidi. deinde cū voluí in fundo illo ædificare, dixit mihi vicinus quòd latitudo illius fundi non tantum extendebat ſe ſicut dicebam, per vnum pedē vel duos. vnde acceſsi ad Seium creditorē: & eum petebam vt inſtrumentum exhiberet: vt per illud intentionē meam probarem quod facere noluit: & ita deficiens in probatione ſuccubui: & ita minorem locum ædificando damnificatus ſum. quæritur, an iſtud damnum mihi à Seio ſit reſarciendum. Et diſtinguitur. aut malitioſe & ſtudioſe hoc fecerit: aut non. ſi ſic, tenebitur. ſi non, non. {TITIVS.} Obligaui tibi rem aliquam: illam rem tu poſuiſti in horreo tuo: poſtea nuntij curiæ capiunt aliquid ex horreo tuo: & inter illas capiunt etiam rem meam: & eam deteriorant, rumpendo forte, vel alio modo. quæritur, vtrum mihi tenearis ad damnum illius rei? Et reſpon. quòd non. Viuianus.

b *Obligauit.* ſcilicet aliquis. Accurſius.

c *Tradidit.* ſic ĩ. de pignoribus. l. cum conuenit.

d *Exhiberet.* ſic. & ſ. de eden. l. argentarius. in prin. & ſ. familiæ erciſcundæ. l. ſi quæ cautiones. Accurſius.

e *Pecuniam.* ſcilicet & non aliter.

f *Eo data.* cum dare operam, ſit dolus: videtur quòd hic de ſolo dolo teneatur. & ſic videtur contra ſ. eo. l. ſi cum venderet §. fin. Sed certe propter hoc nō remouetur quin culpa veniat: vt ſ. eo. l. ſi ſeruus. Accurſius.

g *Culleorum.* vaſa quædam erant de corio, quibus annona & vinum menſurabatur: vt infra de an. leg. l. legatum. §. vini. Accurſius. D

h *Inſtantia.* cautè ponitur inſtantia: vt creditoris diligentia appareat: vt ſic non teneatur: vt in fine dicit. Accurſius.

i *Intertrituram.*[a] id eſt deteriorationem. Accurſius.

k *Ex operis.* i. operationibus quas exercebat centurio in eis.

l *Non teneri.* ſ. Seium creditorem emiſſum ab officio: cum ei culpa non poſsit imputari vt arg. ĩ. ad l. Rhod. de iac. l. fi. §. j. & ij. & arg. ĩ. de peric. & com. rei ven. l. lectos. Accurſius.

*a Intertritura, & intertrimentum, inquit Bud. hic: dānum rei detritæ ſignificat.*

DE EXERCITORIA ACTIONE.[b]

*Dictum eſt ſupra de pigneraticia actione, quæ eſt acceſſoria: nunc de exercitoria, quæ & ipſa alterius obligationis acceſſoria eſt. & idem de alijs ſeq. dicas. Et not. quòd hic tit. differt à ſuperiori. nau. cau. quia ille datur ſolummodo propter res receptas. vnde niſi res receptæ ſint, locum non habet: hic autem propter contractum cum exercitore vel magiſtro datur, ſecundum Azo.*

*b Ad materiam huius ti. vide Bal. in ru. C. e. vbi pulchre ponit.*

VTilitatem } CASVS. Habebam nauem meam: poſui magiſtrum. ſi quis cum eo contrahat, quia ita contrahens poteſt ignorare conditionem magiſtri: propter neceſsitatem nauigandi æquum eſt me teneri ad exemplum illius qui aliquem præpoſuit tabernæ vel negotiationi: cum tamen hæc non ſit ſi- A milis neceſsitas contrahendi: quia contrahens cum inſtitore poteſt deliberare expediat ſibi contrahere, an non: ſed non in eo qui contrahit cum magiſtro nauis: quia locus & tempus non patiuntur plenius deliberandi conſilium. poteſt enim contingere vt locus ſit periculoſus in quo debet fieri contractus, vel tempus aptū ad nauigandum cogat nauigare. {MAGISTRVM.} Præpoſui plures nautas naui meæ: quis eorum dicatur magiſter? ille &c. & hoc in prima. Si vero cōtrahatur cum nautis: an in me danda ſi actio? Dicitur quòd non: licet ex delictis eorum debeam teneri: quia alia eſt cauſa &c. & quia qui magiſtrum præponit, cū eo contrahi permittit. ſed ſi nautæ dolo vel culpa aliquid commiſerint: de dolo & culpa eorum debet præponens teneri. & hoc in ſecunda. {MAGISTRI.} Præpoſui magiſtrum naui, vt eam locet ad merces emendas vel vendendas. Itē vt peregrini in ea trāſeant, vel ad armamenta emenda. & ſi ſit mercibus emendis præpoſitus, hoc nomine tenebitur. & hoc in prima. Non autem refert, ſeruus fuerit, an liber: & ſi ſeruus, an exercitoris an alterius: & cuius ætatis, quæritur. Et dicitur quòd non refert, & ſibi imputet qui talem præpoſuit. & hoc in ſecunda. {MAGISTRVM AVTEM.} Non ſolum intelligitur magiſter quem exercitor præpoſuit: ſed etiam ille quem magiſter qui præpoſitus eſt præpoſuit, ſiue ſciuerit, ſiue ignorauerit exercitor talem magiſterio fungi: quia ſi ſcit eum præpoſitum, videtur quòd de facto primi magiſtri impoſiti teneatur. & hoc facilius admittitur in magiſtro, quàm in inſtitore. & hoc in prima. Sed quid ſi prohibeat exercitor ne alium magiſtrum præponat, vel ne talem, puta Titium? Adhuc tamen ex contractu illius tenebitur. & hoc in ſecunda. {NON AVTEM.} Dictum eſt ſupra quòd exercitor tenetur de contractibus magiſtri quem naui præpoſuit. quæritur tamen ſi de omni contractu magiſtri teneatur. Et reſpon. quod non niſi de his quę concernunt nauem, vel iis quę fiunt in naui cauſa nauigationis. & proſequere textum qui procedit per exempla. & planus eſt vſq; ibi, ſed & ſi in pretiis. {SED ET SI IN PRETIIS.} Dicit ſi magiſter nauis decepit aliquem emēdo res neceſſarias ad nauem: damnum ſpectabit ad exercitorem. {SED ET SI.} Præpoſui magiſtrum naui: D hic magiſter mutuauit pecuniam ab aliquo in refectionem nauis: certe ego huic mutuanti teneor. Sed quid ſi magiſter accepit pecuniā mutuo ab alio vt ſoluat huic qui in refectionem nauis mutuauit: an ego tenear? Et reſpon. quòd ſic, quaſi & iſte mutuauerit in refectionem nauis. deinde ponit quaſdā limitationes contractuum: quas ſolebant exercitores apponere magiſtris. & proſequitur vſq; ibi ſi plures. Textus ſatis clarus eſt. {SI PLVRES.} Præpoſui tres magiſtros naui meæ: nec eis diuiſi officia eorum. Dicit: quicquid actum eſt cum vno, ſiue cōtractum, ego ad illud teneor. Si autem diuiſa ſunt eorum officia: puta vnus habet poteſtatem locandi, alter pretiū exigendi tunc teneor tantum de illo quod actum eſt cum vno eorum in eo in quo habet poteſtatem. Item ſi eos præpoſui, ne alter ſine altero aliquid agat, ſi aliquid actum eſt cum vno tantū, non teneor. & ſic tria dicit hic. §. Caſus §. exercitorem planus eſt vſq; ad §. eſt autem. {EST AVTEM.} Dicit iuriſconſultus quòd qui contrahit cum magiſtro nauis, habet electionem quem velit conuenire, exercitorem, an magiſtrum. {SED EX CONTRARIO.} Dictum eſt ſupra quòd contrahentibus cum magiſtro nauis, datur actio in exercitorem. Sed dubitatur: quid econtra, vtrum ſcilicet exercitori

tunc & ante pecuniam ſolutam in id quod intereſt, cum creditore agi.

*Damnum in pignore datum auctoritate curiæ, non pertinet ad creditorem qui in culpa non deprehenditur. Bartolus.*

Titius cum pecuniā mutuā accepit à Gaio Seio ſub pignore culleorū[g]: iſtos culleos cū Seius in horreo haberet: miſſus ex officio annonæ centurio culleos ad annonā ſuſtulit: ac poſtea inſtantia[h] B Gaij Seij creditoris recuperati ſunt. Quæro, intertrituram[i] quæ ex operis[k] facta eſt, vtrū Titius debitor, an Seius creditor adgnoſcere debeat. Reſpondit ſecūdum ea quæ proponerentur, ob id quod eo nomine intertrimenti accidiſſet, non teneri[l].

# Digeſtorum ſeu Pandectarum liber quartuſdecimus.

## DE EXERCITORIA actione.

### TITVLVS I.

C *Dominus tenetur ex facto magiſtri per eum præpoſiti, ſicut dominus ex facto inſtitoris: cum ſit eadem ratio, immo maior. Bar.*

citori detur actio contra contrahentes cum magiſtro? Et dicit ꝙ nõ: ratio, quia non eſt eadem neceſsitas: tamen ſubuenitur exercitori extra ordinem. {S i i s.} Habebam nauem, & filium, & ſeruum. ſi filius vel ſeruus nauem exerceat per magiſtrũ, & contrahatur cũ magiſtro: qualiter ego pater vel dominus tenear, quæritur. Et diſtinguitur: aut ſciui, & volui, & tunc aut tacite, aut expreſſe: aut ignoraui. Primis duobus caſibus teneor ego pater vel dominus inſolidũ: quia publice intereſt vt inſolidũ ſciens, & tacite vel expreſſe tenear. ſecus in tributoria: quia ſi ſeruus meus vel filius negotietur in merce peculiari me ſciente & volente expreſſe, vel tacitè: non teneor inſolidũ, ſed inquantũ merces peculiares patiuntur: vt pro portione debita contribuantur. hoc vſque ad §. ſed ſi. vbi redit ad primum caſum, dicens quòd ſi ſcio vel filium vel ſeruum nauem exercere, mea tamen voluntate non interueniente: an tenear inſolidum, ſicut in primo caſu cũ ſciui & volui, tacite vel expreſſe, aut non, vt in tributoria? Et reſpõdetur quòd in dubio melius eſt ſeruire verbis edicti inducentis vt non tenear inſolidum: & ſicut in tributoria ſola ſcientia, vel nuda voluntas, tacite vel expreſſe interueniens, non inducit obligationem inſolidum, nec in exercitoria ſciẽtia, vel voluntas tacita, vel expreſſa in caſu hoc: & in hac ſententia declinat, vt ego præponens, ſciens, volens tacitè vel expreſſe tenear exercitoria: ſciens & nolens, de peculio. hoc vſque ad §. in poteſtate. vbi dicit quòd non refert cuius ſexus fuerit is qui in poteſtate eſt. Si peculiaris ſeruus filij mei, vel vicarius ſeruus ſerui mei nauẽ exerceat per magiſtrũ, me ſciente & volente, teneor inſolidum. & filius ſi eo volente & ſciente nauem exerceat, teneor inſolidum. & hoc vſque ad §. quanquam, vbi dicit quòd quamuis dictum ſit ſupra. §. ſi is, &c. quòd licet dicatur quòd in magiſtrum detur actio: tamen ſi contrahitur vel cum ſeruo, vel cum filio nauem exercente, ſciente & volente domino, vel patre: dominus vel pater tenebitur inſolidum. {H a e c a c t i o.} Si præpoſui exercitorem in naui mea, & ipſe ſimiliter præpoſuit magiſtrum in naui mea: ex contractu ſuo vterque noſtrum tenebitur, hoc eſt ego & exercitor. ſed ſi cum alterutro actum fuerit & exactum, tollitur obligatio: neque contra alterum agi poterit. {S i p l v r e s.} Plures domini vnius nauis magiſtrum præpoſuerũt: an ex contractu ipſius quilibet inſolidum teneatur, quæritur. Et dicitur quòd ſic, ne contrahens cum vno actionem ſuam diuidere compellatur: neque refert pro qua parte quilibet dominus ſit. Viuianus.

1. V l p i a n v s libro vicenſimooctauo ad Edictum.

VTilitatem huius edicti patere nemo eſt qui ignoret[a]. † Nam cum interdum ignari cuius ſint conditionis vel quales, cũ magiſtris propter nauigandi neceſsitatem, cõtrahamus, æquum fuit, eum qui magiſtrum naui impoſuit, teneri: vt tenetur qui inſtitorem tabernæ vel negotio præpoſuit: cũ ſit maior neceſsitas contrahendi cum magiſtro, quàm inſtitore. quippe res patitur, vt de conditione quis inſtitoris diſpiciat, & ſic cõtrahat: in nauis magiſtro non ita. nam interdum locus,[b] tempus[c], non patitur plenius deliberandi conſilium.

*Magiſter obligat dominum ex omni facto ad quod præponitur de conditione ipſius perſonæ ſeu deſtinatione diſtinctione non habita: nauta vero ex ſolo debito dominum obligat. hoc dicit vſque ad §. magiſtrum.*

Magiſtrum nauis accipere debemus, cui totius nauis cura[d]* mandata eſt. Sed ſi cũ quolibet nautarum[e] ſit contractum, non datur actio in exercitorem: quanquam ex delicto cuiuſuis eorum qui nauis nauigandæ cauſa in naue ſint, detur actio[f] in exercitorem. Alia enim eſt cõtrahendi cauſa, alia delinquendi. Siquidem qui magiſtrum præponit, contrahi cum eo permittit. Qui nautas adhibet, non contrahi cum eis permittit: ſed culpa & dolo carere[g] eos curare debet. Magiſtri autem imponuntur,* locandis nauibus, vel ad merces,[h] vel vectoribus[i] conducendis, armamentiſve[k] emẽdis. Sed etiam ſi mercibus emendis vel vendendis fuerit præpoſitus, etiam hoc nomine obligat exercitorem. Cuius autem cõditionis[l] ſit magiſter iſte, nihil intereſt, vtrum liber an ſeruus: & vtrum exercitoris, an alienus. Sed nec cuius ætatis ſit intererit: ſibi imputaturo, qui præpoſuit.

*Magiſter habet auctoritatẽ alium ſubſtituendi, etiam ſi ſibi fuerit interdictum: & ex ſubſtituti perſona obligatur dominus. Bartolus.*

Magiſtrum autem accipimus non ſolum quem exercitor præpoſuit, ſed & eum quem magiſter.[m] & hoc cõſultus Iulianus[n] in ignorante exercitore reſpondit. Ceterùm ſi ſcit, & paſſus eſt eum in naue magiſterio fungi, ipſe eum impoſuiſſe[o] videtur. Quæ ſententia mihi videtur probabilis. Omnia† enim facta[p] magiſtri debet præſtare, qui eũ præpoſuit: alioquin contrahentes decipientur. Et facilius hoc in magiſtro quàm inſtitore[q] admittendum propter vtilitatem. Quid tamen ſi ſic magiſtrũ prępoſuit, ne alium ei liceret præponere?[r] an adhuc Iuliani ſententiam admittamus, videndũ eſt. finge enim & nominatim eum prohibuiſſe ne Titio magiſtro vtaris. Dicendum ta-

a *Qui ignoret*. publica enim eſt: vt infra eadem. l. §. ideo autem. Accurſius.
b *Locus*. vt quia in perículoſo loco maris ſunt. Accurſius.
c *Tempus*. vt quia tempus eſt bonum: vnde vult incipere iter. Et ſic notandum eſt, quòd ex tempore & loco iura varia ſtatuuntur. ſic & infra depoſi. l. prima. §. merito. argumen. contra C. de tempo. in integr. reſtitut. l. ſuperuacuam. Item eſt contra infra de regu. iur. l. qui cum alio. Sed ibi quando neceſsitas non imminet: hic ſic. Vel dic quòd & hic aliqua inquirenda ſunt, ſcilicet an & in eam cauſam præpoſitus ſit: vt infra eadem l. §. non autem. Item not. ex hoc quod hic dicit, & infra eadem l. §. ideo autem. quædã ſpecialia eſſe in hac actione. Accurſius.

*Iura varia ex tempore et loco ſtatuuntur.*

**vel. lo. nauibus, vel mercibus.*

d *Anchora*. id eſt gubernatio à domino.
e *Nautarum*. qui dicuntur mutæ. dic vt ſ̃. nau. cau. ſtabu. l. prima.
f *Detur actio*. ſcilicet in factum ex quaſi maleficio. Et ſic no. quòd ex contractibus nautarum dominus nõ tenetur: ſed ex delictis ſic, ſi modo damnum datum fuit in naui: aliud ſi extra: vt ſupra nau. cau. l. debet. & l. parui. §. finali. Et eſt ratio quare teneatur, quia vtitur opera malorum hominum: vt infra de actio. & obli. l. ex maleficijs. §. finali. & inſtit. de oblig. quæ ex quaſi deli. §. penul. & infra fur. aduer. nautas cau. l. j. in principio. & ſupra, nau. cau. ſta. l. finali. §. hac autẽ actione.
g *Carere*. qua non carent ſi delinquant: vt ſ̃. nau. cau. ſta. l. fina. §. hac autem actione. & inſtitu. de obli. quæ ex quaſi contrac. naſ. §. penul. in prin.

*† Iuxta hãc ſententiam eſt quod ſenſit. Cic. li. 1. Epiſtol. ad Q. fratrẽ*

h *Vel ad merces*. ſcilicet emendas, vel vendendas. H. Vel dic, cõducendas vt portentur.
i *Vel vectoribus*. dicitur vector, qui vehitur. & ita hic. Item qui vehit. & ſic infra titu. j. l. ij. Sic dicitur hoſpes, qui recipit, & qui recipitur.
k *Armamentiſve*. ſcilicet pro naue.
l *Cuius autem conditionis*. ſic & in inſtitore: vt infra de inſti. act. l. ſed & ſi quis. §. parui. Et in eo cui per me reſtituitur hereditas: vt j̃. ad Trebel. l. quamuis. §. ſi. & l. ſi. & argu. ſ̃. de mino. denique. §. ſi.
m *Magiſter*. ſ. vt ex cõtractu ſecundi magiſtri exercitor etiã ignorans teneatur: vt hic, & ſ̃. nau. cau. l. prima. §. & ſunt. & infra de tribu. act. l. procuratoris. §. item parui. Accurſius.
n *Iulianus*. ſubaudi de eo qui præpoſitus eſt à magiſtro, ſcilicet ignorante exercitore.
o *Impoſuiſſe*. ergo hic conuenitur non tanquam alius præpoſuit: ſed tanquam ipſe. Azo. Not. ergo de patientia, quòd pro conſenſu habeatur. ſic & j̃. loca. cum plures. §. locator horrei. & j̃. de tributo. l. j. §. ſcientiam. Item notandum eſt quòd facere videtur, qui per alium facit: vt & ſupra quod cuiuſque vni. no. l. item. j̃. ſi decuriones.

*Patientia pro conſenſu habetur.*

p *Omnia enim facta*. interueniẽtia gratia eius rei in qua præpoſitus eſt: vt hic, & infra eadem. l. §. nõ autem. & C. eodem. l. prima. Accurſius.
q *Inſtitore*. ſed & in inſtitore admittitur: vt infra de inſtito. l. cuicunque. §. fin.
r *Præponere*. id eſt ſubſtituere. Accurſius.

men erit, eo vſque producendam vtilitatem nauigantium.[a] Nauem accipere debemus, ſiue marinam, ſiue fluuiatilem, ſiue in aliquo ſtagno nauigat, ſiue ſchedia[b] * ſit.

*Hic eſt valde notabilis §. & hoc dicit: Si magiſter contrahit in re in qua præpoſitus eſt, tacite dominus obligatur. ſi in hanc cauſam ſe contrahere exprimat. hoc primo. Item ſi contrahit ſimpliciter, nulla cauſa expreſſa, dominus non tenetur, niſi in eius vtilitatem verſum appareat. Item ſi contrahit in cauſa in qua expreſſe prohibitus eſt, ſufficit tunc expreſſio, licet vera non fuerit. hoc dicit. Et ſic habet tres partes. Secunda ibi, quòd ſi ab initio. Tertia ibi, ſed & ſi in pretijs. Item prima ſubdiuiditur: quia primò ponit vnum dictum, & illud exemplificat. Secundo mouet vnum dubium circa illud & declarat. Secunda ibi, vnde quærit. vſque ad §. ſed & ſi in pretijs. Bartolus.*

B Non autem ex omni cauſa prætor dat in exercitorem actionem, ſed eius rei nomine, cuius ibi præpoſitus[c] fuerit, id eſt ſi in eã rẽ præpoſitus ſit: vt puta ſi ad onus vehendum locatum[d] ſit: aut aliquas res emerit vtiles nauiganti: vel ſi quid reficiendæ nauis cauſa contra- C ctum vel impenſum[e] eſt: vel ſi quid nautæ operarum nomine petent.[f] Quid ſi mutuam pecuniam ſumpſerit, an eius rei nomine videatur geſtum? Et Pegaſus exiſtimat, ſi ad vſum eius rei in quam præpoſitus eſt, fuerit mutuatus,[g] dandam actionem. quam ſententiam puto veram. Quid enim ſi ad armandam inſtruendámve nauem, vel nautas exhibendos mutuatus eſt? Vnde quærit Ofilius, ſi ad reficiendam nauem mutuatus nummos, in ſuos vſus con- D uerterit, an in exercitorem detur actio. Et ait, ſi hac lege accepit, quaſi in nauem impenſurus, mox mutauit voluntatem,[h] teneri exercitorem, imputaturum ſibi cur talẽ[i] præpoſuerit. Quod ſi ab initio conſilium cepit fraudandi creditoris, & hoc ſpecialiter non expreſsit,[k] quòd ad nauis cauſam accipit: contra eſſe. quam diſtinctionem Pedius probat. Sed & ſi in pretijs rerum emptarum fefellit[l] magiſter, exercitoris erit damnum, non creditoris[m]. Sed ſi ab alio mutuatus, liberauit[n] eũ qui in nauis refectionem crediderat, puto etiam huic dandam actionem, quaſi in nauem crediderit.

*Modus exponendi eſt conſiderandus. qui ſi excedatur, dominus non obligatur. Bartolus.*

Igitur præpoſitio certam legem dat contrahentibus. Quare ſi eum præpoſuit naui ad hoc ſolum vt vecturas exigat, non vt locet, quòd[o] fortè ipſe locauerat, non tenebitur exercitor ſi magiſter locauerit. Vel ſi ad locandũ tantùm, nõ ad exigendum, idem erit[p] dicendum. Aut ſi ad hoc vt vectoribus locet, non vt mercibus nauẽ præſtet. vel contra: modum egreſſus non obligabit exercitorem. Sed & ſi vt certis mercibus eam locet, præpoſitus eſt, puta legumini, cannabæ *[q]: ille marmoribus, vel alij materiæ * locauit: dicendum erit non teneri. quędam enim naues onerariæ, * quædam (vt ipſi dicunt) ἐπιβατηγοὶ[r] * ſunt. Et pleroſque mandare ſcio ne vectores recipiant: & ſic vt certa regione & certo mari negotientur *: vt ecce ſunt naues quæ Brundusiũ à Caſſiopa vel à Dyrrachio vectores traijciunt, ad onera inhabiles. Item quædam fluuij capaces, ad mare non ſufficientes.

*Iſte §. habet tres partes principales. Primo loquitur quando plures magiſtri ſunt præpoſiti ſimpliciter. Secundo quando diuiſim. Tertio quando conditione adiecta. Secunda ibi, ſed ſi diuiſis. Tertia ibi, ſed & ſi. & hoc dicit. Adminiſtratio priuata & vtilis ordinaria pluribus ſimpliciter conceſſa intelligitur inſolidum, ſecus ſi diuiſim, vel aliud ſit expreſſum. hoc dicit vſque ad §. exercitorem. Bartolus.*

Si plures ſint magiſtri nõ diuiſis officijs[s], quodcunque cum vno geſtum erit, obligabit exercitorem[t]. Si diuiſis, vt alter locando, alter exigendo: pro cuiuſque officio obligabitur exercitor. Sed & ſi ſic præpoſuit (vt plerunque * faciunt) ne alter ſine altero quid gerat: qui contraxit cum vno, ſibi imputabit.[u]

A a *Nauigantium.* ſcilicet vt teneatur exercitor. Nam qui contrahit cum Titio, videtur contrahere cum magiſtro qui præpoſuit eum. cum ergo ego exercitor conueniar de eo quod eſt cum magiſtro contractum: & de hoc tenebor quod contractum eſt cũ Titio, ſecundum Io. Secus tamen eſt in inſtitore: vt infra de inſtito. l. ſed & ſi pu. §. j. Accurſius.

*Synedria quid ſit.*

b *Synedria ſit.* nauis eſt quæ nauigat in illum locum vbi hinc inde voluitur aqua. Vel dic, id eſt paruula nauis. vel dic à portu vel à loco ſic dicta.

**Schedia genus nauigij inconditum, id eſt trabibus tantũ inter ſe nexis factũ. Feſtus et Bud. hic.*

c *Præpoſitus.* nõ autem in alijs: vt ĵ. e. l. §. igitur præpoſitio. & ſic in inſtitore: vt infra de inſti. l. cuicumque. §. non tamen. Sed argu. cõtra. ĵ. quod cum eo. l. fin. Sol. ibi fecit quæ dominus erat ſolitus facere: licet non in eã rem ſpecialiter præpoſitus ſit: vt argu. ſupra tit. j. l. vel vniuerſorũ. Accur.

d *Locatum ſit.* id eſt locatio nauis facta.

e *Impenſum.* ad quod reficiẽdũ ſemper præpoſitus intelligitur, niſi cõtrarium ſit expreſſum.

f *Petent.* & ſumpta eſt mutua pecunia propter hoc. Vel verius dic peterent ex conuentione facta cũ magiſtro.

g *Mutuatus.* q. d. obligatur. Et dic exhibendos, id eſt alendos. Accurſius.

h *Voluntatem.* dum tamen creditor ſciat pecuniam refectioni neceſſariam. vt infra eo. l. finali.

i *Cur talem.* Sic ergo primum propoſitũ inſpicitur: vt hic, argu. ĵ. de ſolut. cum quis. §. j. Sed argu. cõtra infra ad Macedon. ſed Iulianus. §. ſed ſi ab initio.[a] & infra de in rem verſo. l. iij. quid tamen. ADDITIO. Dic quòd prædicta loquũtur quando quis contrahit cũ habente mãdatum: lex verò contraria loquitur quando contrahitur cum eo qui nullum habet mandatum. vnde creditor debet eſſe magis cautus: vt in voluntate domini ſeu in cauſam domini conuertatur, ſecundũ Bartolum.

*a Dic quòd ibi mutauit propoſitum in melius: vnde ſufficit bonus euentus: ſecundũ Bar. hic.*

k *Non expreſſerit.* nec creditor expreſſerit ſe ad hoc dare. Nam ſi creditor exprimat: licet ipſe à principio habuit conſilium fraudandi creditoris, tamen dabitur actio creditori in exercitorem, ſi modo ſciebat pecuniam refectioni neceſſariam: vt infra eod. l. fi. Accurſius.

l *Fefellit.* ſcilicet creditorem. Accurſius.

m *Creditoris.* ſemper intelligas, niſi quod poſsit imputari creditori: vt infra eo. l. fin.

n *Liberauit.* No. quòd creditor liberatur. & ſic impropriè. ſic infra de acceptila. l. j. & ſupra de negot. geſt. l. ſi pupilli. §. j. & infra ad Macedon. ſed Iulianus. §. penulti. Sed & propriè hoc poſſet poni: vt quia eum ab aliquo alio ſuo creditore liberaret. Accurſius.

o *Quod.* id eſt quia.

p *Erit.* vt infra de inſtito. cuicunque. §. nõ tamen. & argum. infra de re. eo. l. ſi pupillorum. §. ſi prætor.

q *Cannabi.* quæ ſunt leuia pondera.

r *Emphatæ.* id eſt habiles ad portanda leuia pondera. Vel dic habiles ad portandos homines.

s *Officijs.* id eſt non aſsignato cuique officio ſuo.

t *Exercitorem.* cuilibet enim in ſolidum commiſiſſe videtur: vt hic. Sic & in pluribus tutoribus: vt C. de auct. præ. l. finali. & pluribus curatoribus: vt infra de cura. furi. l. conſilio. §. quæſitum. & pluribus fabricenſibus: vt C. de fabricen. l. iure prouiſum eſt. lib. vndecimo.

u *Imputabit.* ſeruanda eſt enim talis lex, id eſt pactum: vt & infra de inſtitoria actio. l. ſed & ſi. §. conditio. & infra man. l. idemque. §. ſi quis ea. & ſupra de arbi. l. parui. in fine. & infra depoſi. l. prima. §. antepenulti. Sed contra infra de adminiſtratio. tutorum. l. quidam decedens. §. Papinianus. vbi commiſit tutelam paterfamil. cuidam conſilio matris adminiſtrandam. Sed ibi ideo non tenetur tutor ex neceſſitate conſilium matris aſſumere: quia nec tutrix ipſa eſſe poterat: alias debet ſtare eius conſilio: vt infra eodem titu. l. Titium. Item eſt contra ſupra ead. l. §. magiſtrum. in fin. §. Solu. hic hi duo pro vno habentur tantum. ſi enim cum vno tantum contrahatur, cum pręposito non videtur cõtractum: ſed ibi contraxit cum Titio quẽ præponi prohibuerat: & non

& non ex perſona Titij, ſed eius magiſtri.
a *Obuentiones*.id eſt parui,& magni reditus. Accurſius.
b *Auerſionẽ*.i.in ſe periculo recepto:lucretur vel nõ lucretur.
c *Mulier*.vt & C.eod.l.& ſi à muliere. & ad hoc.j̄.ad Macedo.ſed Iulianus. §. interdum.

*Supra dixit quis dicatur magiſter : hic declarat quis dicatur exercitor.et h.d.Exercitor dicitur,ad quem omnes reditus veniunt:nec perſonæ conditio inſpicitur , niſi ſit minor : quia tunc tutoris vel curatoris auctoritas inſpicitur.* Bartolus.

Exercitorẽ autem eũ dicimus,ad quem obuentiones[a] & reditus omnes perueniũt: ſiue is dominus nauis ſit,ſiue à domino nauẽ per auerſionem[b]*conduxit,vel ad tempus,vel in perpetuum.Parui autẽ refert, qui exercet maſculus ſit,an mulier:[c]paterfamilias an filiusfamilias , vel ſeruus.Pupillus autem ſi nauem exerceat,exigemus[d]tutoris auctoritatem.

B

*Contrahentes poſſunt eligere inſtitorẽ ſiue magiſtrũ:ſed exercitor non poteſt eligere contrahentes,niſi in ſubſidium.* Bart.

Eſt autẽ nobis electio,vtrũ exercitorem[e] an magiſtrum conuenire[f] velimus. Sed ex cõtrario exercenti nauem,aduerſus eos qui cũ magiſtro cõtraxerunt, actio nõ pollicetur:[g] quia nõ eodem auxilio indigebat:ſed aut ex locato cum magiſtro, ſi mercede operã ei exhibet : aut ſi gratuitam,mãdati agere poteſt.[h] Solent planè præfecti propter miniſterium annonæ,[i] item in prouincijs pręſides prouinciarum extra ordinem[k]* eos iuuare ex contractu magiſtrorum.

C

*Continua primo ad præcedentia. ſupra dixit quòd tenetur exercitor ſiue inſtitor, ſiue ſit ſui iuris,ſiue filius,ſiue ſeruus. Sed vtrum ex perſona inſtitoris qui eſt in poteſtate alterius,teneatur pater vel dominus, ponitur in hoc §. Deinde primo ponit verba edicti. Secundo proſequitur edicti poſitionem reſpondendo tacitæ cuidam obiectioni.Tertio ponitur quædam alia quæſtio ex præmiſsis deſcendens. Secunda ibi,licet. Tertia ibi,ſed ſi ſciente.& h.d. Qui exercitorem habet in poteſtate.ſi fuerit volens, in merce dominica & nauali obligatur inſolidum : ſed in peculiari tributoria obligatur, idem in nauali, ſi ſola ſcientia ſuperuenerit.* Bartolus.

Si is qui nauẽ[l] exercuerit, in aliena poteſtate erit,eiuſque[m] volũtate nauẽ exercuerit : quod cũ magiſtro eius[n] geſtũ erit,in eũ in cuius poteſtate is erit qui nauẽ exercuerit,iudicium datur.Licet autẽ datur actio in eũ cuius in poteſtate eſt qui nauẽ exercet, tamen ita demum datur ſi voluntate[o] eius exerceat.Ideo[p] autẽ ex voluntate in ſolidũ[q] tenentur qui habent in poteſtate exercitorẽ, quia ad ſummã[r] rempublicã* nauiũ exercitio pertinet.† At inſtitorum[s] non idẽ vſus eſt: ea propter in tributũ duntaxat vocãtur qui contraxerũt cũ eo qui in merce peculiari ſciente domino negotiatur. Sed ſi ſciente[t] duntaxat,non etiam volẽte cum magiſtro contractum ſit:vtrum quaſi in volentem damus actionẽ in ſolidum , an verò exemplo tributoriæ[u] dabimus? In re igitur dubia meli⁹ eſt verbis edicti[x] ſeruire, & neque ſcientiam ſolam & nudam[y] patris dominive in nauibus onerare, neque in peculiaribus mercibus voluntatem[z] extendere ad ſolidi obligationem. Et ita videtur Pomponius ſignificare ,[a] ſi ſit in aliena poteſtate , ſi quidem voluntate[b] gerat,[c] in ſolidũ eum obligari . ſi minus,[d] in peculium.[e]

*Supra expoſitũ eſt verbum ex voluntate:hic exponit verbum ex poteſtate. & h.d.Verbum ex poteſtate,accipitur pro poteſtate dominica, & etiam pro ea quam habet qui iuri alterius eſt ſubiectus.* Bart.

D

In poteſtate autem accipiemus vtriuſque ſexus , vel filios vel filias,vel ſeruos vel ſeruas. Si tamen ſeruus peculiaris volente filiofamilias in cuius peculio erat,vel ſeruo , vicarius[f] eius nauem

* Reipublicæ.

† Pulchrè in hunc locum Ariſt. li.7. Politic.c.6.

Verbis legis in dubijs ſtandũ eſt.

d *Exigemus*.ad eũ obligandum : aliàs non obligatur . & ſic in adulto habente curatorem: vt C. de in integ. re.mi.l.ſi curatorem.
e *Exercitorem*.ſcilicet prætoria, vt exercitoria.Accurſius.
f *Conuenire*.ſcilicet ciuili : vt ex empto , vel ſimili . Sic & s̄. nau. cau.ſta.l.licet. §. poſſumus. Accurſius.
g *Non pollicetur*. ſ. ex contractu magiſtri . & eſt paſſiui generis hic. Sed cur non? Reſpon. ſecundum Ot.quia nõ eſt procurator ſpecialis , ſed generalis : ſed tu dic rationẽ, vt ſubijcit:quia &c.ſecus autem in inſtitore : vt j̄. de inſt. ac.l.j. in fi.& l. ij.Accurſius.
h *Mandati agere poteſt*. exercitor: vt infra eodem.l.ſi eum qui. Accurſius.
i *Miniſterium annonæ*. quod naues exhibent.
k *Extra ordinem*. ſcilicet ſi magiſter nõ fuerit ſoluendo : vt argu. j̄.de inſt. act.l.j. in fin. Et dic extra ordinem, id eſt officio iudicis dando vel vtilem actionem. Sed cum ſit actio in magiſtrum ordinaria nõ videtur extraordinarium auxiliũ dandum : vt s̄. de mino. in cauſæ. in princ. quæ eſt contra? Reſpond. hic competere non videtur, cum non eſt ſoluendo : vt & ſupra de dolo . nã is. Vel ibi ipſo iure erat minor tutus:hic ope exceptionis.
l *Si is qui nauem*. hic.§. notat differentiam inter exercitoriam & tributoriam actionem : vt ſi voluntate domini expreſſa vel tacita & in corde retẽta exerceat nauẽ filius vel ſeruus , teneatur dominus inſolidum exercitoria actione . ſi autem negotietur in merce peculiari,volũtate domini expreſſa vel tacita : teneatur dominus tributoria.non inſolidum,ſed in quantum peculiares merces patiuntur in quibus negotiatur.Ei autem quod dixi expreſſe volẽtem nõ teneri inſolidum tributoria , eſt contra. j̄.de tribu.l. j.§.ſcientiam.vbi dicit non tantũ voluntatem expreſſam inducere tributoriam,ſed patientiam:ſubaudi,ibi tantum ac ſi diceret:non tantum expreſſa,ſed etiam tacita.Item eidem eſt contra. j̄.quod iuſſu.l.j.§.ſed ſi mandaueris.& §.ſi ratum.Sed reſpon.illud quando ageretur quod iuſſu.i.vt inſolidum detur:aliud ſi tributoria,vt dictum eſt. Vel dicas quòd tributoria tenetur dominus inſolidum , vbi expreſſa eius voluntas interuenerit.ſi verò tacita:non inſolidum , ſed in mercibus tantum in quibus negotiatur ſeruus.Accur.
m *Eiusq;*.id eſt in cuius poteſtate eſt qui exercet.
n *Quod cum magiſtro eius*. ſubaudi de eo quod &c.

A o *Voluntate*.verbis declarata,vel tacita habita.Accurſius.
p *Ideo*.reddit rationem quare teneatur inſolidum.
q *Inſolidum*.id eſt actione exercitoria, & non de voluntate. ſic & C.quod cum eo.l.j.& j̄.ad munic. l.quotiens.
r *Summam*.i.ad ſummam vtilitatem reipublicæ : vt s̄.ea. l.in princ. Accur.
s *Inſtitorũ*. impropriè ponitur nomen inſtitoris , pro eo qui domino patiente negotiatur in peculiari merce:vt j̄.ſubijcit.& j̄.de inſtit.act.l. ſed & ſi pupillus.§.pen.
t *Sciente*.eſt ergo quãdoque expreſſa volũtas,quandoque tacita: quãdoque ſciẽtia ſola ſine volũtate: & quãdoq; cum volũtate tacita. quãdoq; ſcientia cũ prohibitione expreſſa: quãdoq; ignorãtia:vt j̄.de tribut.l.j. §.ſcientiam.Accur.
u *Tributoriæ*.quod eſt verũ, vt ſubijcit: in re igitur &c. Accur.
x *Edicti*. quæ ſunt in principio huius §. vel æquipollentia.ſ.vt ſententia verborum non vlterius porrigatur q̃ fuerit : vt ſi voluerit , teneatur inſolidũ: non aliter. Et nota hic mirabile verbum, in dubijs ſtandũ eſſe verbis legis:vt & j̄.de leg.iij. l.nõ aliter.& j̄.qui & à qui.ma.li.nõ fi. l. proſpexit.& j̄. de re. iu. l. ea quæ in partes . §. j. Sed ar.cõtra. j̄.de iure pat. adigere. §.quãuis. & s̄. de in ius vocan. quãuis. ADDITIO. Dic ſecundũ Bal. hic, quod illud eſt ex interpretatione legis. nã ſi per aliam legem non eſſet interpretatum , ſtaremus verbis. Vel in illis legibus apparet de mẽte : ſed hic nõ apparet de mente legiſlatoris: & ideo inhærendũ eſt verbis: quod facit pro ſtatutis,vt verba ſtatuti ſint diligẽter obſeruãda. Idem in priuilegijs,quorum tenor eſt ſeruãdus ad vnguẽ: vt extra de priuileg.porro. & facit. j̄. qui & à qui. l. proſpexit . vbi nõ receditur à verbis: quia ibi non apparebat de mente : vt not. Dy. in ca.fin.de regu. iur.lib.vj.
y *Et nudam*. ſcilicet ſcientiam : quia non adeſt voluntas expreſſa, vel tacita in corde retenta.
z *Voluntatem*. etiam expreſſam, ſi tributoria agatur : vt dixi in principio huius §. licet ſit ſecus ſi agatur quod iuſſu: vt j̄. quod iuſſu.l.j.§.iuſſum.Accurſius.
a *Significare*.dicendo hæc verba quæ ſequuntur, ſi ſit &c.ſecundum Azo.
b *Voluntate*. ſcilicet expreſſa,vel tacita in corde retenta.
c *Gerat*. id eſt nauem exerceat.
d *Si minus*.id eſt non cum voluntate, nec cum ſcientia:vt j̄. eo.ſi ſeruus.in princi. Accurſius.
e *In peculium*. ſi de peculio agere velit . ſi autem tributoria agere velit, poteſt, cum dominus ſciuerit eum exercere nauẽ:vt j̄.de tribu.l.j.in princ.& j̄.eo.ſi ſeruus.j.reſpon.Accur.
f *Vicarius*.voluntate ordinarij.

exercuit, pater dominúſve qui voluntatem nõ accommodauit, duntaxat de peculio[a] tenebitur: ſed filius ipſe in ſolidũ. Planè ſi voluntate domini vel patris exerceant, in ſolidũ tenebuntur: & præterea & filius, ſi & ipſe volũtatem accommodauit, in ſolidũ erit obligatus.

Quanquã autẽ ſi cum magiſtro eius geſtum ſit duntaxat, polliceatur prætor[b] actionem: tamen (vt Iulianus quoque ſcripſit) etiam ſi cũ ipſo exercitore[c] ſit contractum, pater dominúſve in ſolidum tenebitur.

*Exercitor & magiſter tenentur inſolidũ: ſed vnius ſolutio alium liberat. Bartolus.*

Hęc actio ex perſona magiſtri in exercitorẽ dabitur: & ideo ſi cum vtro * eorum actum[d] eſt, cum altero agi nõ poteſt. Sed ſi quid[e] ſit ſolutum, ſi quidẽ à magiſtro, ipſo iure minuitur obligatio. ſed & ſi ab exercitore, ſiue ſuo nomine, id eſt propter honorariã[f] obligationem, ſiue magiſtri nomine ſoluerit, minuetur obligatio: quoniam & alius pro me[g] ſoluendo me liberat.

*alterutro.

*Si plures nauem exerceant per tertium liberum vel ſeruum, vel per vnum ex ipſis, quilibet tenetur inſolidum. ſecus ſi ſimul exercent. h. d. & eſt valde notabilis, & tota die occurrit.*

Si plures nauem exerceãt,[h] cum quolibet eorum in ſolidum[i] agi poteſt:

II. GAIVS libro nono ad Edictum Prouinciale.

NE in plures aduerſarios diſtinguatur, qui cum vno contraxerit.

III. PAVLVS libro vicenſimonono ad Edictum.

NEc quicquam facere[k] quotam quiſque portionẽ in naue[l] habeat: eúmque qui præſtiterit, ſocietatis[m] iudicio à cæteris conſecuturum.

IIII. VLPIANVS libro vicenſimonono ad Edictum.

SI tamen plures per ſe nauẽ exerceãt, pro portionibus exercitionis cõueniuntur. neq; enim inuicẽ ſui magiſtri videntur.[n] *Sed ſi plures exerceãt, vnũ autẽ de numero ſuo magiſtrũ fecerint, huius nomine in ſolidũ poterũt cõueniri. Sed ſi ſeruus pluriũ nauẽ exerceat voluntate eorũ, idẽ placuit quod in pluribus exercitoribus.[o] Planè ſi vnius ex omnibus voluntate exercuit, in ſolidum ille tenebitur. Et ideo puto & in ſuperiore[p] caſu in ſolidum omnes teneri.

*videbuntur.

*Etiam mortuo magiſtro datur actio in dominum.*

Si ſeruus ſit qui nauẽ exercuit[q] volũtate domini, & alienatus fuerit, nihilo minus is q eũ alienauit, tenebitur. Proinde & ſi deceſſerit ſeruus, tenebitur. nã & magiſtro defũcto tenebitur. Hę actiones[r] perpetuò, & heredibus & in heredes dabuntur. Proinde & ſi ſeruus qui voluntate domini exercuit, deceſsit, etiã poſt annũ dabitur hæc actio, quãuis de peculio vltra annum nõ detur.

*Tenetur exercitor, licet inter magiſtrum & contrahentem ſecum non cadat obligatio. & dominus magiſtri ſerui tenetur actiones ſibi quæſitas exercitori cedere. Baldus.*

V. PAVLVS libro vicenſimooctauo ad Edictum.

a *De peculio.* ſcilicet filij vel ſerui ordinarij ſi velit actor. Azo. Nam & ipſum filium conuenire poteſt: vt ſubijcit.

b *Prætor.* vt ſ. e. l. ſi is qui nauem. Accurſius.

c *Exercitore.* ſcilicet filio vel ſeruo. Accurſius.

d *Actum eſt.* & exactum totum. nam perceptione, non litis conteſtatione, alius liberatur: vt ſubijcit. & ſupra de his qui deie. vel effud. l. j. in fin. & l. ij. iij. & iiij. Accurſius.

e *Si quid.* non totum: vt ſupra.

f *Propter honorariam.* id eſt exercitoriam.

g *Pro me.* etiã inuito: vt ſ. de neg. geſt. ſoluendo. & infra de ſol. ſolutionem. & l. ſi debitor tuus. & facit infra de regu. iur. bona fides.

h *Si plures nauem exerceant.* ſcilicet non per ſe, ſed per communem magiſtrum: vt differat à caſu proximo qui eſt. j. l. ſi tamẽ. in prin. Alij dicunt q hic exercent ſimul. in l. autẽ illa, ſi tamen ſeparatim exercent: ſemper tamen ipſimet domini. Prima verior eſt.

i *Inſolidum.* contra ſ. nau. cau. ſta. l. fi. §. ſi plures. vbi pro partibus dicit eos cõueniri. Solu. hic fuit aliquis prępoſitus alicui negotiationi in naui, vt cõtraheretur cum eo: ibi vt traijciat vectores. Vel melius ibi per ſe nauem exercebãt: hic per communem magiſtrum. vnde qui cum vno contrahit, nõ debet contra plures cõpelli agere: vt infra. l. proxi. & infra de pecu. l. & ancillarum. §. fin. & infra iud. ſol. iã tamen. §. penul. & j. de inſtit. act. l. habebat. §. fin. Accurſius.

k *NEc quicquam facere.* quòd mutet reſponſionem. Accurſius.

l *In naue.* i. in quæſtu nauis. Azo.

m *Societatis.* eſt enim quædam ſocietas nauem ſimul exercere.

*SI tamen plures.* CASVS. Si plures ſint domini, & per ſe exercitores nauis, proportionaliter cõuenientur: neque alter pro altero conuenietur. Sed ſi plures domini vnius nauis vnum ex ſe magiſtrum nauis præponant: ex contractu eius omnes inſolidum conuenientur. ſed ſi ſeruus plurium nauem exerceat eorum voluntate, qualiter teneãtur, quæritur. Et reſpõ. quòd eodem modo quo plures exercitores. ſed aperit qualiter vt hic in gloſſ. Accurſius. {PLANE.} Si ſeruus plurium vnius domini voluntate nauem exerceat: ille ſolus inſolidũ tenetur. igitur in caſu ſuperiori vbi ſeruus plurium exercet, inſolidum tenentur domini. {SI SERVVS.} Si ſeruus meus voluntate mea nauem exerceat: & poſtea eum alienaui: nunquid teneor? Dicitur quòd ſic. idem ſi decedat. {HAEC ACTIONES.} Exercitoria actio perpetua eſt. Si ergo ſeruus voluntate domini nauem exerceat: ſi decedat ſeruus, an poſt annum detur? Dicitur quòd ſic, licet de peculio actio poſt annum non daretur. Viuianus.

n *Videbuntur.* vt alter pro altero cõueniatur. ſed argumentũ cõtra. ſ. ſi certũ petat. eius qui in pro. in fi. vbi ſunt plures: & vnus fingitur aliũ poſsidere. ADDITIO. Dic q ibi quilibet gerebat ſeparatim ad cõmunẽ vtilitatẽ: ideo quilibet tenetur inſolidũ p rationẽ, ne ĩ plures &c. facit C. de fabricẽ. l. iure puiſum. li. xj. hic verò oẽs gerebãt ſimul ſecũdũ Bar. hic.

o *Exercitoribus.* ſ. qui per ſe nauẽ exercent. vt pro portionibus cõueniantur: vt ſ. in prin. huius legis. Sed hoc corrigitur ſtatim vbi dicit, & ideo &c. & hoc ſecundum Ioã. Alij dicunt, idem placuit quod in pluribus &c. ſ. exercentib9 per cõmunẽ magiſtrũ, vt inſolidũ teneantur: vt ſ. e. l. j. in fi. & l. ſeq. & quod hic ſubijcit, & ideo puto &c. refertur ad primũ caſum huius legis quãdo per ſe plures exercuerũt, vt tũc teneantur inſolidũ: & ſic erit correctũ prin. l. ſed hoc falſum eſt, immo pro partibus tãtum tenentur, & non corrigitur: vt ſ. nau. cau. ſta. l. fi. §. ſi plures. prima ergo expoſitio melior eſt. Accurſius.

p *In ſuperiori caſu.* vbi ſeruus pluriũ exercet voluntate eorũ. ſ. expreſſa. Io. ſed alij ad primũ caſũ. l. referũt.

q *Exercuit.* ſ. ſeruus. ſic & ſ. de neg. geſt. ſi ex duobus.

r *Hæ actiones.* i. actio exercitoria: & tamen nõ dicas exercitoriam eſſe proprium nomen actionis, ſed adiectiuũ. & idẽ in ceteris ſequẽtibus vſq; ad Velleianũ ſenatuſconſultum. licet quidã contra. Et quæ hic dicuntur, intelligas ſecundũ qualitatem actionis, vt ſi ſit perpetua aliàs, hic ſit. ſi verò tẽporalis: & hic ſit, quando ſit hæc adiectio. Et quod de trãſitu ad heredes dicit, eodẽ modo intelligas. & ſicut hic ſunt in exercitoria, ita in tributoria: vt j. de tributo. l. quia non de dolo. Item idẽ in inſtitoria: vt infra de inſtitoria actiõe. l. nouiſsime. & idẽ in actione de in rẽ verſo: vt infra. quãdo actio de pecu. eſt an. l. quæſitum. in fi. cũ ſuis ſimilibus. Et quando de ipſo ſeruo litigat emptor iudicio liberali. nã poſt mortẽ etiam ſerui agitur: vt C. de aſſer. tol. l. fi. in fi. aliàs autẽ de peculio ſerui vltra annum à tempore mortis nõ agitur: vt j. quãdo act. de pecu. eſt an. l. j. in prin. Accur.

*SI eum.* CASVS. Si ſeruũ meũ naui tuæ magiſtrũ præpoſuiſti, & cũ eo cõtraxi: habeo te obligatũ. & hoc in prima. Item ſeruum mihi & tibi cõmunem præpoſuiſti: quia operas tibi cõduxeras: habebis me obligatũ actio. ex conducto ſuper eo quod cũ ſeruo cõtraxero. ſi tamen ageres mecũ, ſicut ſi cum alio non mecũ cõtraxeris, vt cederẽ tibi act. pro portione tua, teneor cedere act. ex cõducto. Si vero eum tibi cõmodaui: mandati ad prædicta ages. Item ſeruus meus nauem exercebat. præpoſuit magiſtrum, & cum eo contraxi. agam cum eo actione ex contractu iuris ciuilis: puta ex empto, ſi emptio interuenit: vel prætoria, ſi animal forte vẽditum fuit vitioſum: quia & alius agere poſſet: quia licet nõ detur ex cõtractu mihi in ſeruũ: dabitur vtilis ex eo contractu in magiſtrum. {SI VNVS.} Plures exercent nauem, & præponunt vnum magiſtrum. vnus exercitorum contraxit cum magiſtro. habebit quidem actionem cõtra alios exercitores. Viui.

Mihi.

a *Mihi quoque.* Non ſolum alijs cum eo contrahentibus, ſed etiã mihi: vt hic & ſ.nau.cau.ſta.licet.§.ij.& j.de inſt.ac. ſed & ſi pupillus.§.fi.& l.& ideo. Item & ego teneor: vt j.de furtis.l.ſi ſeruus nauem. licet ego cum ipſo agere nõ poſsim: vt inſtitu.de oblig.quæ ex delic.§.hi qui.& ſ.de iudi.l.lis nulla.

s *Vtiliter.* id eſt efficaciter. Et not.quòd quatuor ſunt conſideranda creditori per hanc legem.

t *Vt refici deberet.* Nota mirabiles coniecturas: hoc enim ſolo probato poteſt creditor agere: vt hic innuit.

u *In hoc.* id eſt in eam rem. Azo.

b *Nobis erit.* vt iure mihi competat actio, ſi cum eo contraho.

c *Ex locato.* quia hic ſeruus locauit mihi domino nauem, vel quid ſimile. vel melius ex locato. i.ex conducto: vt j.de act.empt. l.veteres. & ad hoc bene accedit ratio ſequens, quòd operas ſerui &c. & veniet in ea id quod debeo ex cõtractu quẽ ſecũ iniui. Accurſius.

d *Habui.* contra eos cum quibus contraxi.

e *Mandati ages.* mandatum enim gratis habet fieri. vt hic & inſt. man.§.pe.& ſ.eo.l.j.§. ſed ex contrario. & ſ. nau.cau.ſta. l. licet. in prin. Accurſius.

f *Eius.* qui eſt liber.

g *Ciuili,* vt ex empto. Azo.

h *Honorario.* vt tributoria. Azo.

i *Hoc edictum.* hoc eſt quia habet exercitoriam.

k *Agere poſsit.* vt & ſ. e.l.j.§.eſt autem. Azo.

l *Sed adijcitur.* ac ſi dicat, non ideo quia datur exercitoria. eſt exinanita ciuilis directa, quæ contra ipſum cõtrahentem datur, ſcilicet cõtra magiſtrum. & ad hoc j. de publi. & vectig. l.j.§. dixerit aliquis.& arg. ſupra de ſena. l.ſenatoris filius. in fi.

m *Exercitoribus.* i. qui per magiſtrum nauem exercent. Azo.

n *Poterit.* ſecus autem ſi plurium ſeruus alteri damnum dederit: quoniam non poterit noxaliter agere aduerſus alios: vt C. de furt. l.penul.& ſ.ad l.Aqui. ſi ſeruus ſeruum. §. j. Accurſius.

o *Si ſeruus non voluntate. Quaſi.* expreſſiuum veritatis.

p *Tributoria.* Proprie enim locum non habet, cum non ſit merx peculia: vel cum non ſit præpoſitus, ſecundum quoſdam.

q *Dabitur.* Si verò ſciẽte & volente expreſſe vel tacite tũnc exercitoria: vt ſ.eo. l.j.§. ſi is qui nauem.

SI eũ qui in mea poteſtate ſit, magiſtrum nauis habeas, mihi quoq;[a] in te cõpetit actio ſi quid cũ eo cõtraxero. Item eſt ſi cõmunis ſeruus nobis erit.[b] ex locato[c] tamen mecũ ages, quòd operas ſerui mei conduxeris: quia & ſi cum alio cõtraxiſſet, ageres mecum vt actiones quas eo nomine habui,[d] tibi præſtarẽ: quemadmodũ cum libero, ſi quidem cõduxiſſes, experieris. quòd ſi gratuitæ operæ fuerint, mandati ages.[e]

B

*Tenetur magiſter cõtrahenti ſecum, licet inter exercitorem & eum nõ cadat obligatio. Bartolus.*

Itẽ ſi ſeruus meus nauẽ excercebit, & cũ magiſtro eius[f] contraxero, nihil obſtabit quo minus aduerſus magiſtrum experiar actione quæ mihi vel iure ciuili[g] vel honorario[h] cõpetit. nã & cuiuis alij nõ obſtat hoc edictum[i] quo minus cum magiſtro agere poſsit.[k] hoc enim edicto nõ transfertur actio, ſed adijcitur[l] Si vnus ex his exercitoribus[m] cum magiſtro nauis contraxerit, agere cum alijs exercitoribus poterit.[n]

C

VI. PAVLVS libro ſexto Breuium.*

SI ſeruus non voluntate domini nauem exercuerit, ſi ſciẽte eo, quaſi[o] tributoria:[p] ſi ignorante, de peculio actio dabitur.[q] Si communis ſeruus voluntate dominorum exerceat nauem, in ſingulos dari debebit in ſolidum actio.[r]

*Mutuans magiſtro habet exercitoriam, quatuor cõcurrentib9, ſcilicet cauſa veritatis præpoſitionis, & cauſæ ſciẽtia, et credulitate, congrua quãtitate, et loci cõgruitate. idẽ in inſtitoribus. h.d. vſque ad fi.tit. Bar.*

D

VII. AFRICANVS libro octauo Quæſtionum.

LVcius Titius† Stichũ magiſtrũ* naui prępoſuit. is pecuniã mutuatus, cauit ſe in refectionẽ nauis eã accepiſſe. quæſitum eſt, an non aliter Titius exercitoria teneretur, quàm ſi creditor probaret pecuniam in refectionem nauis eſſe conſumptã. Reſpondit, creditorem vtiliter[s] acturum, ſi cum pecunia crederetur, nauis in ea cauſa fuiſſet, vt refici deberet.[t] Etenim vt non oportet creditorem ad hoc adſtringi, vt ipſe reficiendæ nauis curam ſuſcipiat, & negotiũ domini gerat, quod certe futurum ſit, ſi neceſſe habeat probare pecuniã in refectionẽ erogatã eſſe: ita illud exigendũ, vt ſciat in hoc[u] ſe credere, cui rei magiſter quis ſit præpoſit9.[x] Quod certè aliter[y] fieri non poteſt, quàm ſi illud quoq; ſcierit, neceſſariã refectioni pecuniã[z] eſſe. Quare & ſi in ea cauſa fuerit nauis, vt refici deberet, multo tamen maior pecunia credita fuerit, quàm ad eam rẽ eſſet neceſſaria, nõ debere[a] in ſolidũ aduerſus dominũ nauis actionẽ dari. Interdum etiam illud æſtimandũ, an in eo loco pecunia credita ſit, in quo id ꝓpter quod credebatur, comparari potuerit. Quid enim (inquit) ſi ad velũ emendũ in eiuſmodi inſula pecuniam quis crediderit, in qua omnino velũ comparari non poteſt?[b] Et in ſumma,[c] aliquam diligentiam in ea *creditorẽ debere præſtare. Eadem fere[d] dicenda ait & ſi de inſtitoria actione quæratur. Nam tunc quoq; creditorem ſcire debere, neceſſariã eſſe mercis comparationem: cui emendæ ſeruus ſit præpoſitus: & ſufficere ſi in hoc crediderit: non etiam illud exigendum, vt ipſe curam ſuſcipiat an in hanc rem pecunia eroganda eſt.

x *Præpoſitus.* tacite vel expreſſe: vt ſ.eo. l.j.§. non autem. & §.quid ſi mutuam. & §. vnde quæritur. Accur.

y *Aliter.* ſ.ad plenum. Accurſius.

z *Pecuniam.* Quo ſcito ſtatim ſcitur quòd in eam rem prępoſitus eſt, ſaltem tacite.

a *Non debere in ſolidum.* Sed pro ea duntaxat quæ in eã rem neceſſaria ſunt. Itẽ & facit ad hoc. j.de inſt.act.l.habebat. Sed ei quod ſ. dixit, ſatis eſſe ſi tunc indiget, & nõ eſſe neceſſe probare in refectionẽ conuerſam: eſt cõtra arg. C. de ſacroſan.eccl.authẽ.hoc ius porrectũ.& ar. contra. C.ſi aduer. cre. l. ij. & ar.contra. j.de re.eo.q ſub tu.l.magis.§. ne tamen titulo tenus &c. & ar.cõtra. ſ.ſi cer.pe. l.ciuitas.& arg. j. de in rẽ: ver.quòd ſi ſeru9.§.ſed ſi ſic. & ſ.eo.l.j.§. non autẽ. vbi dicit: ſed ſi in pretijs rerũ: contra ad id quod hic ſubijcit creditorem mutuaſſe ampliorẽ pecuniam quàm indigebat. Sed hic aliquã diligentiã potuit adhibere creditor: ſed ſupra non potuit.

b *Comparari nõ poteſt.* quia nõ inuenitur ibi.

c *In ſumma.* id eſt breuiter dicam.

d *Eadẽ fere.* fere ideo dicit, quia in exercitoria diligentẽ, in inſtitoria diligentiorẽ, in actione de in rẽ verſo diligentiſsimũ eſſe oportet. nã in exercitoria nõ tenetur ſcire ad quã mercẽ, vel ad quã rem magiſter ſit præpoſitus: in inſtitoria ſic. Sed in actione de in rẽ verſo debet ſcire plus, ſcilicet in quã rẽ pecunia ſit verſa. vt j. de in rem ver. quòd ſi ſeruus.§.ſed & ſi ſic. Sed alij dicũt hoc philoſophicũ temperamẽtum eſſe. Poteſt etiã dici quòd ideo dicit quia oportet creditorem qui magiſtro credit, ſcire an in eo loco comparari poſsit id propter quod credit: quod nõ exigitur in eo creditore qui mutuat inſtitori. vel dic fere, quia non eſt idem vſus inſtitoris: vt ſ.eod.l.j.§.ſi is. ſecundum Hug.

*in eam rẽ.

*Ad legẽ Rhodiam.

r *Actio exercitoria.* vt ſ.eod. ſi tamen.§.ſed ſi plures. & §.ſed ſi ſeruus. Accurſius.

LVcius Titius.} CASVS. Seruum meum præpoſui: & hic accepit mutuam pecuniam in refectionem nauis. ad hoc quòd creditor efficaciter agat, quatuor conſiderare debet. ſ. quòd in refectionem mutuet ei, quod ſciatur eſſe præpoſitum, & non plus quàm ſit neceſſarium refectioni, & in eo loco vbi res ſunt quæ comparari debent ad refectionem. Eadẽ dicenda ſunt in inſtitoria fere. Viuianus.

## DE LEGE * RHODIA, de iactu.

## TITVLVS II.

I. PAVLVS libro ſecundo Sententiarum.

DE LEGE RHODIA, DE IACTV.

*Dixit de exercitoria quæ ſubuenit cõtrahentibus cum magiſtro: nunc de lege Rhodia quæ ſubuenit his qui iactum fecerunt, ſimiliter contra magiſtrum: vt infra eo. l.2.in princ.*

LEge.} CASVS. Cum plures mercatores eſſent in naui, & vnus in tempeſtate leuandæ nauis cauſa merces ſuas in mare proiecit: lege Rhodia cauetur, vt alij tribuant ad reſar-

reſarciendum damnum proijcientis. Viuianus.

a *Lege Rhodia.* ſic dicta, quia in Rhodo inſula eius frequẽtia prius fuit, propter frequentẽ vſum mercatorum, qui ibi fuit: vt in decre. diſtin. ij. c. Rhodiæ. Accurſius.

b *Nauis.* periclitantis: vt infra. l. proxi. in prin. & dic id eſt alleuandæ. Accur.

c *Iactus.* vel quaſi: vt infra l. proxi. §. ſi conſeruatis. in fin. & infra eo. nauis. §. cùm autẽ. in prin.

d *Sarciatur.* id eſt dãnũ quod &c. ſic ergo & is cuius eſt nauis. quia nauem habet ſaluam: vt infra l. proxi. §. cum in eadem. Item & is qui fecit iactũ rei ſuæ cauſa leuandæ nauis, contribuere debet etiã pro reb' iactatis: vt j. e. nauis. in prin. & ſic eſt hic argu. quòd ſi fideiuſſor ſoluat creditori, quòd actiones ceſſas non intentet cõtra fideiuſſorẽ niſi in parte. nam partem videtur ſoluiſſe ex ſua perſona, partẽ ex perſona cõfideiuſſoris: vt j. l. prox. in princ. & j. de tu. & ratio. diſtra. l. cum pupillus. Accurſius.

*Factum.

*Ex tit. de loc.

*Nota hic præmiũ à locatore dari, & à còductore accipi. Bu. hic.

LEge Rhodia[a] cauetur, vt ſi leuãdę nauis[b] gratia iactus[c] merciũ factus eſt, omniũ cõtributione ſarciatur,[d] quod pro omnibus datum * eſt.

*Domini iactarum merciũ habent actionem cum magiſtro: et magiſter cum cæteris non ſolùm habet actionem, ſed etiã retentionem mercium, vt fiat contributio. Bart.*

II. IDEM libro trigenſimoquarto ad Edictum.

SI* laborante[e] naue iactus factus eſt, amiſſarũ merciũ domini ſi merces vehendas locauerãt,* ex locato[f] cũ magiſtro nauis agere debẽt. is deinde cum reliquis quorum merces ſaluæ ſunt, ex conducto, vt detrimentum pro portione cõmunicetur, agere poteſt.[g] Seruius[h] quidem reſpõdit, ex locato agere cũ magiſtro nauis debere, vt cæterorum vectorũ merces retineat, donec portionẽ damni præſtent. Immo & ſi retineat[i] merces magiſter, vltro ex locato habiturus eſt actionem cum vectoribus.[k] Quid enim ſi vectores ſint, qui nullas ſarcinas habeant? Planè cõmodius eſt, ſi ſint,[l] retinere eas. at ſi non, & totã[m] nauem conduxerit, * ex conducto aget: ſicut vectores, qui loca[n] in naue cõduxerunt.[o] Aequiſsimum[p] † enim eſt cõmune detrimentum fieri eorum qui propter amiſſas res aliorum conſecuti ſunt vt merces ſuas ſaluas haberent.

*Conduxerint, ex cõ. agent.

*Si nauis deterioratur, non fit contributio, niſi acciderit volũtate mercatorum, vel alio iuſto metu. Bartolus.*

Si cõſeruatis mercibus deterior facta ſit nauis, aut ſi quid exarmauerit,[q] nulla facienda eſt collatio: quia diſſimilis earũ rerum cauſa ſit, quæ nauis gratia parẽtur, & earũ[r] pro quibus mercedem aliquis[s] acceperit. nã & ſi faber incudẽ[t] aut malleũ fregerit, nõ imputaretur ei qui locauerit[u] opus. Sed ſi voluntate vectorum, vel propter aliquem metum id detrimẽtum[x] factum ſit, hoc ipſum ſarciri oportet.[y]

*Dominus nauis, & domini omnium rerum in ea exiſtentium, exceptę libero corpore & cibarijs, pro portione æſtimationis contribuũt: ad quod magiſter ex locato tenebitur. Bartolus.*

Cũ in eadẽ naue varia merciũ genera cõplures mercatores coẽgiſſent, prætereaq; multi vectores ſerui liberiq; in ea nauigarẽt, tẽpeſtate graui orta, neceſſariò iactura fa-

SI *laborante.* } CASVS. Plures nauem cõduxerunt. magiſter nauis res plurium cõduxerat vehendas. & vnus merces ſuas proiecit. ex locato contra magiſtrum, & magiſter contra alios ex cõducto aget, vt damnũ proijcientis reſarciatur: & hoc in prima. Itẽ ſi quis proiecit, agere poteſt ex locato cũ magiſtro, vt res aliorum retineat loco pignoris. ſi verò ſunt res quæ retineri non poſſunt, aget tamen ex locato, ſicut vectores cum magiſtro: & hoc ideo quia æquum eſt. SI CONSERVATIS. } Si plures nauem conduxerint, & vnus leuandæ nauis cauſa, qui magis oneroſas merces in naui habebat proiecerit: & nauis ad aliquem locum colliſa ſit, non tamen perijt: an illi ad reſarciendam nauim contributio facienda ſit: quæritur. Et reſpond. quòd non: ſicut neque ſi aliquis operas fabri conduxit, & inſtrumentum ſuum faber confregit. { CVM IN EADEM. } Iactu facto, omnes qui ſunt in naui, contribuere debent. an prout ponderant, an prout valeant? Et reſpond. quòd pro ęſtimatione rerum. Item an liberi homines debeãt conferre? Ad primum reſpondetur, quòd omnes contribuere debẽt, & etiam magiſter cuius nauis ſaluata eſt. & pro pretio rerum facienda eſt collatio, non prout ponderant. liberorũ corporũ non fiet æſtimatio: & ex cõducto fiet actio. illa vero quæ quilibet, ſi indigeat, haberet, ſunt communicanda. {SI NAVIS.} Si à piratis nauis capiatur, & vnus redimat, omnes contribuere debent. Si verò vnius merces tantum auferantur, non eſt contributio faciendo, neque ſi ille merces ſuas proprias redemit. {PORTIO.} Ad faciendam contributionem æſtimatio fiet non ſolum rerum amiſſarum, ſed earum quæ ſaluæ factæ ſunt, ſed diſsimiliter: quia amiſſæ æſtimabuntur prout emptæ, non prout vendi poterant ſi nõ perijſſent. illæ vero quæ ſaluæ ſunt, æſtimabuntur quantum vendi poterunt. {SERVORVM.} Si ſerui in naui ſunt: & vnus in mare ceciderit: an facienda ſit æſtimatio? Dicitur ꝙ nõ magis q̃ eorũ qui fuerũt in naui & deceſſerũt, vel ſe pręcipitauerũt. {SI QVI.} Iactu facto, ſi faciẽda ſit cõtributio: & vnus fuerit nõ ſoluẽdo: an id pertineat ad magiſtrũ? Dicitur ꝙ non, quia ſingulorum facultates explorare non tenebatur. {SI RES.} Facto iactu, ſi is qui res ſuas proiecit, recuperet, collatio facienda non eſt. Si verò iam facta eſt, agent hi qui contribuerunt, ex locato aduerſus magiſtrum: & is qui conduxit, aduerſus eum qui res ſuas recuperauit: & quod exegerit, alijs reſtituet. {RES.} Si leuandæ nauis cauſa proijciantur res, domini manet, neque fiunt occupantis: cum eas pro derelicto non habuerit.

e *Si laborante.* aliàs non fieret collatio.

f *Ex locato.* hoc verbũ ꝓmiſcue accipitur hac l. omnia tamẽ erũt plana ſi dicas ꝙ qui nauẽ locat: dicitur locator, quo ad nauem: & conductor, quo ad merces vehendas. Sic ecõtra vector dicitur locator, quo ad merces: cõductor, quo ad nauẽ. vtrinq; ergo ex locato, & ex cõducto agi poteſt. Et idẽ dici poteſt in quolibet opere locato. Sed quid ſi gratis ferebatur? Reſpon. adhuc habet locum cõtributio: vt ſ. nau. cau. ſtabula. licet. j. reſpon. Accur.

g *Agere poteſt.* ſ. magiſter. Sed videtur ꝙ nõ poſsit agi: vt j. de pręſcrip. ver. qui ſeruãdarum. in princ. quæ eſt cõtra. Sed dic non poteſt agi (vt ibi dicit) actione legis Aquiliæ cõtra proijcientẽ vel ſimili: ſed de æquitate ratione cõtributionis tenetur, vt hic vector magiſtro: & magiſter damnum paſſo. melius tamẽ eſſet vt via recta ageret damnũ paſſus ſublato circuitu: vt ſ. de cõd. inde. l. domin' teſtamento. & hoc admitto, ſi magiſter agere nolit, vel retinere: vt ſ. de eo per quem fact. eſt. l. fi. in prin. poteſt etiam agi act. neg. geſt. quia vtiliter geſſit: vt ſ. de negot. geſt. ſed an vltro. §. j. Accur.

h *Seruius.* non aduerſatur: ſed addit.

i *Et ſi retineat.* Piſa. litera. aliàs eſt in litera, non.

k *Cum vectoribus.* vectores dicuntur omnes qui vehuntur. & ita hic. item & qui vehunt: vt hoſpes & alumnus. Vel dic quòd vectores ſunt illi, qui gratis ferebantur: quia magiſtrũ nauis iuuent.

l *Si ſint.* ſ. merces. eſt enim tutius &c. vt inſti. de obli. quæ ex delic. §. furti. Sed ſi non ſint. qualiter tenentur contribuere? nam pro corpore ſuo non: vt j. eod. §. cum in eadem. Sed dic non habet merces: ſed ſunt gemmæ & margaritæ & anuli: quæ nec merces dicuntur, nec onera. Vel dic non ſunt: quia iam extraxerat.

m *Totam.* maxime. & dic conduxerat, id eſt locauerat: & ex conducto, id eſt locato.

n *Qui loca.* ſcilicet certa.

o *Conduxerunt.* repete, ex conducto agent cum magiſtro.

p *Aequiſsimum.* Et no. quòd ſi quid pro cõmuni vtilitate vel alterius damni patior, quòd mihi eſt reſtitutio facienda: vt hic & ſ. l. j. & ſ. quod met. cau. metum. §. ſed licet. & j. pro ſoc. l. cum duobus. §. quidam. & j. de verb. ſigni. impenſæ. & j. de impen. quod dicitur. Sed contra. j. e. l. §. quod vero. Sed ibi non pro communi vtilitate, nec ſua, vel aliorum voluntate fuit factum. hic autem ſic.

q *Exarmauerit.* paſſiuè accipe. Et dic propter imperitiã magiſtri: quia non erat iuſtus metus: aliàs enim refunditur: vt in fine huius. §. & j. eo. l. cum aut arbor.

r *Earum.* ſcilicet mercium iactarum. Accurſius.

s *Aliquis.* ſcilicet magiſter.

t *Incudem.* inſtrumentũ fabri ſuper quod fabricam exercet.

u *Locauerit.* id eſt conduxerit operas eius.

x *Detrimentum.* & ſine culpa magiſtri: vt non contradicat princi.

y *Sarciri oportet.* Not. duobus caſibus reſarcitur magiſtro: vt hic

cta erat. quęſita deinde ſunt hęc[a]:an omnes iacturā præſtare oporteat[b]: & ſi qui[c] tales merces impoſuiſsēt, quibus nauis nō oneraretur, velut gēmas, margaritas: et quę portio[d] pręſtāda eſt, & an etiā pro liberis[e] capitibus dari oporteat: & qua actione[f] ea res expediri poſsit. Placuit[g], omnes quorū interfuiſſet iacturā fieri, cōferre oportere: quia id tributū obſeruatæ[h] res deberēt. itaq; dominū etiā nauis pro portione obligatū eſſe[i]. Iacturæ[k] ſummā pro rerū[l] pretio diſtribui oportet. Corporū[m] liberorū æſtimationē nullā fieri poſſe. Ex cōducto[n] dominos rerū amiſſarū, cū nauta, id eſt cū magiſtro acturos. Itidem agitatū eſt[o], an etiā veſtimētorum cuiuſq;, & anulorū[p] æſtimationē fieri oporteat. Et omnium viſum eſt, niſi ſi qua cōſumēdi cauſa impoſita forēt: quo in numero eſſent cibaria: eò magis ꝙ ſi quādo ea defecerint in nauigationē, quod quiſq; haberet† in cōmune conferret.[q]

*Pretiū redēptionis eſt ab omnibus cōferēdū ſecus in pretio rerum perditarum. Bart.*

Si nauis[r] à piratis redēpta ſit, Seruius, Ofilius, Labeo, omnes cōferre debere aiunt. qđ verò prædones abſtulerint, eū perdere, cuius fuerit: nec conferendū[s] ei qui ſuas merces redemerit. Portio autem ꝓ æſtimatione rerū quę ſaluæ ſunt[t], & earum quę amiſſæ ſunt, præſtari ſolet. Nec ad rē pertinet, ſi hę quę amiſſæ ſunt, plūris veniri poterūt: quoniā detrimēti, nō lucri[u] fit præſtatio. Sed in his rebus[x] quarū nomine cōferendū eſt, æſtimatio debeat* haberi, nō quāti emptæ ſint, ſed quanti venire poſſunt[y]. Seruorū quoq; qui in mare[z] perierunt[a], non magis æſtimatio facienda eſt, ꝗ̄ ſi qui ægri in naue deceſſerint, aut aliqui ſeſe pręcipitauerint[b]. Si quis ex vectoribus ſoluendo non ſit[c], hoc detrimentū magiſtri nauis nō erit[d]. nec enim fortunas cuiuſq; nauta excutere debet. Si res quæ iactæ ſunt, apparuerint, exoneratur collatio[e]. Quòd ſi iam contributio facta ſit, tunc hi qui ſoluerint, agent ex locato cum magiſtro, vt is ex cōducto experiatur, & quod exegerit reddat. Res autem[f] iacta, domini manet, nec fit adprehendentis: quia pro derelicto non habetur.

III. PAPINIANVS libro nonodecimo Reſponſorum.

CVm arbor, aut aliud nauis inſtrumentum, remouendi communis periculi cauſa deiectum eſt, cōtributio debetur[g].

*Si perit ſcapha cum mercibus cauſa leuandæ nauis extractis, habet locum contributio: ſecus ſi nauis pereat, et ſcapha ſalua remaneat. Bartolus.*

IIII. CALLISTRATVS libro ſecundo Quæſtionum.

NAuis onuſtæ leuandæ cauſa, quia intrare flumen vel portū nō potuerat cū onere, ſi quædā merces in ſcaphā traiectæ ſunt, ne aut extra flumē periclitetur, aut in ipſo oſtio vel portu, eaq; ſcapha ſummerſa eſt, ratio haberi debet inter eos qui in naue merces ſaluas habēt, cū is qui in ſcapha perdiderūt, proinde tanquā ſi iactura facta eſſet: idq; Sabinus quoq; libro ſecundo reſponſorum probat. Contra[h] ſi ſcapha cū parte mercium ſalua eſt nauis perijt, ratio haberi non debet eorum qui in naue[i] perdiderunt: quia iactus[k] in tributum naue ſalua venit[l].

*Iactātibus fit cōtributio ex mercib⁹ recuperatis ex naue poſtea perēptæ: ſed recuperātes ex iactu in naue nō cōtribuūt. Bart.*

Sed ſi nauis quæ in tēpeſtate iactu mercium vnius mercatoris leuata eſt, in alio loco ſummerſa eſt, & aliquorum[m] mercatorū merces per vrinatores[n] † extractæ ſunt

vt hic, & infra eo. l. amiſſæ. §. arbore.

a *Sunt hæc.* quinque facit quæſtiones, quas ſoluit: licet non per ordinem.

b *Oporteat.* prima quæſtio.

c *Et ſi qui.* ſupple fuit quæſitum, an pro his ſit facienda collatio. Et ſic eſt ſecunda quæſtio.

d *Portio.* id eſt an pro rerum æſtimatione, an pro pōdere. & hæc eſt tertia quæſtio.

e *Pro liberis.* id eſt pro liberis hominibus. & hæc eſt quarta quæſtio.

f *Et qua actione.* quinta quæſtio. Accur.

g *Placuit.* reſponſio primæ quæſtionis.

h *Obſeruatas.* aliàs obſeruatæ: & aliàs obſeruatas. & tunc duæ ſunt partes.

i *Eſſe.* quia nauem habet ſaluam: vt in principi. huius. l. notatur.

k *Iacturæ.* reſpōſio tertiæ quæſtionis, per quam & ſecunda ſoluitur: ſed tamen & ipſa poſtea ſpecialiter ſoluitur.

l *Rerū.* quę ſaluę ſunt & quæ amiſſæ ſunt: vt j. ea. l. §. portio.

m *Corporum.* reſponſio quartæ. & facit ſ. ſi qua: pau. fec. di. l. ex hac. & de his qui deie. l. fin.

n *Ex cōducto.* reſpōſio quintę: ſed in prin. l. dixit dominos ex locato. Sed dic vt ibi not. Accur.

o *Agitatum eſt.* reaſſumit ſecundā quæſtionem, vt eam ſoluat.

p *Anulorum.* forte in digitis delatorum.

q *Conferret.* ad comedēdū ex cōſuetudine. forte etiā cogi poſſet ex hac l. & ſic forte illud diuinum intelligitur: oīa ſunt cōmunia. i. communicāda tēpore neceſsitatis: vt hic.

r *Si nauis.* & ſic cū rebus quæ in ea erant.

s *Conferendū.* quia nec volūtate aliorū amiſit: nec etiā ſe volente: aliàs ſecus eſſet: vt ſ. e. §. æquiſsimū. Accur.

t *Quæ ſaluæ ſunt.* vt ſ. e. l. §. iacturæ.

u *Nō lucri.* ęſtimātur enim quāti emptę ſunt, nō quātū valēt nūc: ar. cōtra. ſ. de eo qđ cer. lo. l. ij. in fi. Sed quid ſi nunc minus valent ꝗ̄ tūc quādo emptę fuerunt? forte ſecundum pręſens tēpus æſtimātur: vt ar. ſ. de leg. & ſenatuſcō. l. nulla. Acc.

x *Rebus.* ſcilicet ſaluis.

y *Venire poſſunt.* tempore peremptionis.

z *Qui in mare.* non iactus cauſa.

a *Perierunt.* non ſponte.

b *Præcipitauerunt.* vel etiam à prædonibus rapti fuerint: vt ſ. ea. l. §. quod vero.

c *Nō ſit.* vt quia merces ſuę alijs obligatę ſunt. Vel dic ꝙ nihil habet nūc: habuit tamē tempore iactus: alias nullo modo teneretur vector pro ſuo corpore: vt ſ. ea. l. corporum.

d *Non erit.* ſed nec ceterorū. nam magiſter confert vt alij: ſic & alij ſunt pares magiſtro: vt ſ. ea. l. §. cum in eadem. ſecus autem eſt in fideiuſſoribus: vt inſtit. de fideiuſſ. §. ſed ſi plures. ergo erit damnum eius, cuius res iactæ ſunt.

e *Collatio.* & facit ſ. commo. l. in commodato. §. fina. & l. ſi rem mihi. in princ. Accurſius.

f *Res autem.* quia pro derelicto: vt hic, & j. e. qui leuandæ. & inſti. de rerum diui. §. ſi. niſi ex qualitate iactus contra præſumatur: vt quia librum apertum proiecit: vt j. de fur. falſus. §. ſi iactū. & eſt ratio primæ præſumptionis, vt non videatur pro derelicto haberi, quia nemo ſuam pecuniam præſumitur iactare: vt j. de proba. l. cū de indebito. §. j. & j. de dā. infe. l. ſi finita. §. ſi quis metu. Accurſius.

CVm autem.} CASVS. Si inſtrumentum aliquod nauis cōmunis periculi vitādi cauſa proiectū ſit, an facienda ſit contributio, quęritur. Et dicitur quòd ſic. Viuianus.

g *Contributio debetur.* ſcilicet in duobus caſibus quando ſcilicet conſenſerūt vectores, & quando iuſto metu fuerunt deiecta: vt ſ. eo. l. ij. §. ſi conſeruatis. & j. eod. amiſſæ. §. arbore.

NAuis.} CASVS. Pluribus habentibus merces in vna naui: cum nauis portū cum tāto onere intrare nō poterat, merces vnius in ſcaphas traiectę ſunt, & ſcapha ſubmerſa eſt. an illi qui ſunt in naui, conferre debeant, quæritur. Et dicitur ꝙ ſic: & hoc in prima. econtrario collationi locus non erit. & hoc in ſecūda. {SED SI NAVIS.} Si iactu facto nauis in alio loco cū alijs mercibus ſubmerſa eſt, & per vrinatores recuperatæ ſunt aliquæ ex his, an conferre debeāt ei qui iactum fecit cauſa nauis leuandæ, quæritur. Et dicitur ꝙ ſic: & hoc in prima. Sed ſi ille qui iactum fecit. merces ſuas recuperauit: non conferet alijs quorum merces in naui perierunt. & hoc in ſecunda. Caſum. §. cum autem. dic vt infra in gloſ. Viuianus.

h *Contra.* id eſt, econtrario.

i *In naue.* ſcilicet exonerata.

k *Iactus.* ſcilicet factus.

l *Venit.* hi autem qui in naui erant, ſalua naue nihil proiecerunt, cum ſimul cum naue perierunt.

m *Aliquorum.* quorum merces per iactum fuerunt ſaluæ.

n *Per vrinatores.* id eſt natatores. vel dic, id eſt per eos qui ita ſubti-

*†Vrinatores dicuntur natatores ſubaquatiles. Budæus. ſ. eo. l. 2. quos ita Latinè dici volunt ab vrna cū in aquam mergitur.*

data mercede: rationẽ haberi debere eius cuiꝰ merces in nauigatiõe leuãdę nauis cauſa iactę ſunt, ab his qui poſtea ſuas* per vrinatores ſeruauerũt[a]: Sabinꝰ æquè reſpõdit. Eorũ verò qui ita ſeruauerũt, inuicẽ rationẽ haberi nõ debere ab eo qui in nauigatione iactũ fecit[b], ſi quædam ex his mercibus per vrinatores extractę ſunt. eorum enim [c] merces non poſſunt videri ſeruandæ nauis cauſa iactæ eſſe, quæ perijt.

*Pro rebus deterioratis præſente pretio fit collatio iactãtibus: ipſis verò deterioratis ratione loci, nõ confertur: ſed ſi ratione aſperginis, ipſis cõfertur, & conferũt damno deducto, ſiue plus ſiue minus ſit in damno, quàm in collatione. Bartolus.*

Cũ autẽ[d] iactus de naue factus eſt, & aliciꝰ res quæ in naue remãſerũt, deteriores factę ſunt: videndũ an cõferre cogẽdus ſit: quia nõ debet duplici[e] damno onerari, & collationis, & ꝙ res deteriores factę ſunt[f]. Sed defendendũ eſt hunc cõferre debere pretio præſente rerũ. Itaq; verbi gratia ſi vicenum[g] merces duorũ fuerint, & alterius aſpergine decẽ eſſe cœperint: ille cuius res integræ ſunt, pro viginti [h] cõferat: hic pro decem. Poteſt tamen dici [i] etiã illa ſententia, diſtinguentibus nobis, deteriores ex qua cauſa factæ ſunt, id eſt vtrũ propter iacta nudatis rebus dãnum ſecutum eſt [k], an verò alia ex cauſa: veluti ꝙ alicubi iacebãt merces in angu- B lo aliquo, & vnda penetrauit[l]: tunc enim[m] conferre debebit [n]. an ex priore cauſa [o] collationis onus pati nõ debet[p]: quia iactus etiã hũc læſit. Adhuc[q] nũquid & ſi [r] aſpergine propter iactũ res deteriores factæ ſunt. Sed diſtinctio ſubtilior adhibenda eſt [s] * quid plus ſit, in dãno, an in collatione: ſi verbi gratia hæ res [t] viginti fuerũt, & collatio [u] quidẽ facit decẽ [x], dãnum autem duo deducto[y] hoc, ꝙ dãnum[z] paſſus eſt, reliquũ [a] cõferre debeat? Quid ergo ſi plus in damno erit, quã in collatione? vt puta decem aureis res deteriores factæ ſunt: duo autem collationis ſunt. Indubitatè vtrũq;[b] onꝰ pati nõ debet. Sed hic videamus, nũ & ipſi cõferri* oporteat. quid enim intereſt[c], iactatas res meas amiſerim, an nudatas deteriores habere cœperim? Nam ſicut ei qui perdiderit, ſubuenitur: ita & ei ſubueniri oportet, qui deteriores propter iactum res C habere cœperit. Hæc ita Papirius Fronto reſpondit.

V. HERMOGENIANVS libro ſecundo iuris Epitomarum.

AMiſſæ nauis damnum, collatiõis cõſortio nõ ſarcitur per eos qui merces ſuas naufragio liberauerunt. nam huius [d] æquitatem tunc admitti placuit, cum iactus remedio ceteris in cõmuni periculo ſalua naui [e] conſultum eſt. Arbore cæſa vt na-

ſubtiliter perpendunt & vident ſub aqua ſicut medicus per A vrinam perpendit ægritudinẽ. Sed ſi nihil recuperauerunt: quare nõ habent neg. geſt. actionem illi qui primò proiecerunt: & vtiliter inceperunt, licet effectum nõ habuerit: vt ſ. de neg. geſt. ſed an vltro. §. j? Reſp. immo tenetur: ſed tantum de his quæ habebat in in naui, ſi illa perdidit ſine dolo & culpa ſua: vnde quaſi debitor ſpecie liberatur: vt j. de verb. obl. l. ſi ex legati. licet ſit actio perſonalis, vnde liberari non videbãtur: vt C. ſi cert. peta l. incendium, quæ eſt contra. Accurſius. ADDITIO. Dic ꝙ non eſt cõtra: quia ibi loquitur quando quis teneretur ad quantitatẽ ſimpliciter. Sed quãdo quis teneretur ad quãtitatẽ reſpectu ſpeciei vt eſt in caſu noſtro: quia ille qui tenetur ad cõtributionem damni, tenetur reſpectu mercium ſeu ſpecierum quas habet ſaluas: & perempta ſpecie liberatur: vt l. electio. §. ſi ideo. ſupra de noxa. & l. in naue. infra loca. ſecundũ Baldum hic.

*Flo. ſua.

a *Seruauerunt.* tempore primi iactus: licet poſtea perierunt.

b *Iactum fecit.* cauſa leuandæ nauis.

c *Eorum enim.* ſcilicet qui res amiſerunt in naue ſubmerſa.

d *Cum autẽ.* Tria quæ rũtur hic. Primò ſi dãnum eſt datũ in mercibus quæ remanſerunt in naui, qualiter pro his conferatur. & dicitur ꝙ pręſenti pretio rerum: & hoc vſque ad verſic. illum poteſt tamen &c. Secundo an eis cõferatur ratione talis dãni: in quo diſtinguitur: vt ſi damnum ſit datum in illis mercibus quæ remanſerunt in naui, ratione loci mali in quo erant res in naui: tunc ei nõ conferatur. ſi ratione aſperginis, ſic. & hoc dicit vſque illuc: ſed diſtinctio &c. & etiam in fi. ibi, ſed hic videamꝰ &c. Tertio quęritur, ſi quis damnum habeat in mercibus, & oporteat eum conferre: an debeat duplici grauamine grauari, ſiue ſit maius damnum, ſiue collatio. ad vtrumque dicit quòd non: D ſed deducto damno conferat de reſiduo. quod poterat intelligi per primum caſum. Accurſius.

e *Duplici.* non enim debet addi afflicto afflictio: vt hic, & j. e. l. quid ergo. & infra de do. præle. l. pen. & ſ. de offic. præſi. l. diuus. & in decre. vij. q. j. cum percuſsio.

f *Deteriores factæ ſunt.* ſ. quocunque modo, ſiue propter malum locum vbi poſitæ fuerunt, ſiue aſpergine: ſed tamen poſtea diſtinguit. nam confert vterque pretio præſenti rerum: ſed primo non confertur, ſecundo ſic. vt in fi. huius l. Et not. quòd in hoc primo caſu loquitur quando ad minus erãt tres: in fine autem vbi diſtinguitur, ibi, ſed diſtinctio &c. erãt duo tantum, inter quos de collatione tractabatur.

g *Vicenum.* id eſt vicenorũ. ſyncopatũ enim eſt. hoc eſt xx. & xx. ſic & in authen. vt liber de cetero. §. ſi quis autẽ. col. vj.

h *Pro xx.* ſcilicet tantum. & ſic quodammodo videtur ei cõferri: quia propter damnum minus ab eo exigitur.

i *Poteſt tamen dici.* non reprobando quod dictum eſt: ſed addendo. nam ſ. dixit eſſe conferẽdum præſenti pretio, hic autem incipit diſtinguere an conferatur ei cuius merces deteriores factæ ſunt.

k *Secutum eſt.* quod appellamus damnum aſperginis.

l *Penetrauit.* hoc appellamus damnum propter locum.

m *Tunc enim.* ſcilicet quando propter locum.

n *Cõferre debebit.* ſ. alij pręſenti pretio rerũ, aliꝰ aũt nõ ſibi. Ac.

o *Priore cauſa.* id eſt aſperginis.

p *Non debet.* ſ. ita ꝙ ſibi non cõferatur. nam inuicem conferent: vt hic, & in fine huius. l. vel reuocat in dubium quod dixit.

q *Adhuc.* aliàs nũquid adhuc. & eſt Piſana litera.

q *Adhuc.* ſed nunquid conferet? Reſpon. ſic.

r *Et ſi* id eſt quamuis &c. Vel lege plane, & adhuc. ſ. debet cõferre, etſi, id eſt quamuis in [...] &c. ſed prima lectio [...] eſt ſecundum Piſanam [...] literã, vbi eſt nũquid. [...]

s *Adhibenda eſt.* in determinatione prædictæ quæſtionis. & dicas eſſe duos mercatores, & quilibet habet merces. xx. vnus proiecit omnes, alius paſſus eſt damnum in duobus. & ſic remanẽt xviij. pro his ergo cõferet: & ſic detrahuntur duo, vt pro eis non fiat collatio. idẽ econtra ſi plus fuit damnũ: vt quia alter proiecit tantum quatuor: & ſic debet conferre duo. iſtius autẽ merces deterioratæ ſunt in x. nã confert ad prædicta quatuor proiecta tanquã pro x. quæ ſibi remanſerũt: & ſic pro x. in quibus eſt deterioratio, non confert: ſed deducuntur. vnde cũ aliàs erat collaturus duo, nũc cõferet vnũ tantum. an autẽ ecõtra ſibi cõferatur? Dicit ꝙ ſic, ſi damnum eſt ratione aſperginis: vt in fi. non ſi ratione loci: & hoc vbi tantum fuerunt duo: aliàs difficilior eſſet computatio: vtpote cum damnum quod dedit aſpergo, ab omnibus de naui debeat reſarciri pro rata portione: ergo & ab illo qui proijcit merces. Vnde pro ea parte damni aſperginis, quę proijcientem contingit, fiet compenſatio inter eũ qui proiecit, & alium cui res inundatæ remanſerunt. ſed vbi ſunt duo tantum, ſeruatur quod hic dicitur.

*Flo. conferre.

t *Hæ res.* ſcilicet deterioratæ. Accurſius.

u *Collatio.* rerum amiſſarum. Ioan.

x *Facit decem.* quia alius tot proiecit.

y *Deducto.* ſ. pro rata: vt ſ. e. l. ij. j. reſpon. non quòd extrahat integra duo.

z *Damnum.* quod dedit aſpergo. Ioan. idem dico ſi locus.

a *Reliquum.* id eſt pro reliquo: vt pro xviij.

b *Vtrumque.* vt diximus ſupra ea. l. §. cum autem.

c *Intereſt.* Not. nil intereſſe quid ex æquipollentibus fiat: vt j. de leg. iij. l. fideicommiſſa. §. ſi cui.

AMiſſæ.} CASVS. Mercibus plurium mercatorum in naui poſitis, nauis naufragium paſſa eſt. merces recuperatæ ſunt. an conferri debeat domino nauis, quæritur. Et dicitur quòd non, quia tantum habet locum collatio cum iactatio fit gratia communis periculi euitãdi: & nauis ſalua eſt.} ARBORE.} De voluntate eorum quorum merces erãt delatæ in naui, inſtrumentum nauis caſſum eſt: nunquid tenebuntur conferre magiſtro nauis, quæritur. Et dicitur quòd ſic.

d *Huius.* ſcilicet collationis.

e *Salua naui.* vt ſ. l. proxi. §. ſed ſi nauis.

Locum-

a Locum. in duobus caſibus: vt ſ. eo. l. ij. §. ſi conſeruatis.

NAuis.} CASVS. Inſtrumentis nauis fulmine deuſtis, an domini mercium conferant magiſtro ad comparandū inſtrumenta, quæritur. Et dicitur quòd non: quia talis ſumptus magis factus eſt gratia nauis reparandæ, quàm mercis ſaluandæ. Viuianus.

uis cū mercibus liberari poſſit, æquitas contributionis habebit locum.[a]

*Non fit collatio pro impenſis quæ ad inſtruendam nauem factæ ſunt. Bartolus.*

VI. IVLIANVS libro octageſimoſexto Digeſtorum.

NAuis aduerſa tēpeſtate depreſſa, ictu fulminis deuſtis[b] armamētis, & arbore, & antēna, Hipponē[c] delata eſt: ibiq; tumultuarijs[d] armamētis ad præſens cōparatis, Hoſtiam[e] nauigauit, & onus integrū pertulit. quæſitū eſt an hi quorum onus fuit, nautæ[f] pro damno conferre debeant. Reſpōdit, nō debere. Hic enim ſumptus inſtruendæ magis nauis[g] q̄ conſeruandarum mercium gratia factus eſt.

VII. PAVLVS libro tertio Epitomarum Alfeni Digeſtorum.

CVm depreſſa[h] nauis aut deiecta eſſet, quod quiſque ex ea ſuum ſeruaſſet, ſibi ſeruare reſpondit, tanquā ex incendio.

*Iactata in dubio non videntur habere pro derelicto, niſi ex modo iactus aliud præſumatur. hoc dicit cum glo. Bart.*

VIII. IVLIANVS libro ſecundo ex Minicio.

QVi† leuandæ nauis gratia res aliquas proijciunt, non hanc mentem habent,[i] vt eas pro derelicto habeat: quippe ſi inuenerint eas, ablaturos: & ſi ſuſpicati fuerint in quem locum eiectæ ſunt, requiſituros: vt perinde ſint, ac ſi quis onere preſſus in viam rem abiecerit, mox cum alijs reuerſurus vt eandem auferret.

*Valet conſuetudo, * cui lex non aduerſatur. Bartolus.*

IX. VOLVSIVS Mæcianus ex lege Rhodia.

ἈΞίωσις Εὐδαίμονος Νικομηδέως πρὸς Ἀντωνῖνον βασιλέα. Κύριε βασιλεῦ Ἀντωνῖνε, ναυφράγιον ποιήσαντες ἐν τῇ Ἰταλίᾳ, διηρπάσημεν ὑπὸ τῶν δημοσίων τῶν τὰς Κυκλάδας νήσους οἰκούντων. Ἀντωνῖνος εἶπεν Εὐδαίμονι: Ἐγὼ μὲν τοῦ κόσμου κύριος, ὁ δὲ νόμος τῆς θαλάσσης. τῷ νόμῳ τῶν Ῥοδίων κρινέσθω τῷ ναυτικῷ ἐν οἷς μήτις τῶν ὑμετέρων αὐτῷ νόμος ἐναντιοῦται. τοῦτο δὲ αὐτὸ καὶ ὁ θειότατος Αὔγουστος ἔκρινεν. [id eſt:

DEprecatio[k] † Eudæmonis Nicomedienſis ad Antoninum imperatorem. Domine imperator Antonine, naufragiū in Italia facientes[l], direpti ſumus à publicanis Cyclades[m] inſulas habitātibus. B Reſpondit Antoninus Eudæmoni: Ego† quidē mundi dominus[n]: lex autē maris[o]. Lege id Rhodia quę de rebus nauticis preſcripta eſt, iudicetur[p]: quatenus nulla ei noſtrarū legum aduerſatur. Hoc idem diuus quoq; Auguſtus iudicauit.]

*Ad penſionē conſequendā ſufficit impoſitum eſſe in naui: niſi aliud actū ſit. Bart.*

X. LABEO libro primo Pithanon à Paulo Epitomatorum.

SI vehēda mācipia cōduxiſti: ꝓ eo mācipio quod in naue mortuū eſt, vectura tibi nō debetur.[q] Paulus. Immo quæritur quid actū eſt, C vtrū vt ꝓ his qui impoſiti, an pro his qui deportati eſſent, merces daretur. Quòd ſi hoc apparere nō potuerit, ſatis erit pro nauta ſi ꝓbauerit impoſitū eſſe mancipiū.[r]

*Caſus ſuperueniēs excuſat à pœna præcedentis culpæ, vbi actio nata non poterat intentari. Bartolus.*

Si ea cōditione[s] nauē conduxiſti, vt ea merces tuę portarentur, eaſq; merces nulla nauta neceſsitate coactus in nauem deteriorē, cum id ſciret te fieri nolle tranſtulit, et merces tuę cū ea naue perierunt, in qua nouiſsimè vectę D ſunt: habes ex conducto locato cū priore nauta actionem[t]. Paulus. Immo contra, ſi modò ea nauigatione vtraque nauis perijt: cum id ſine dolo[u] & culpa nautarū factum eſſet.

*Difficultas ſuperueniens excuſat à pœna. B.*

b Deuſtis. quoddam enim fulmē vrit, quoddam afflat, quoddam diruit. Accurſius.

c Hipponem.[a] nomen loci.

d Tumultuarijs.[b] id eſt in auxilium contra tumultum & impetū maris quæſitis.

e Hoſtiam. nomen alterius loci.

f Nautæ. i. magiſtro.

g Nauis. & ita rem ſuā egit: quare non agit: vt infra de pecu. ſed ſi damnum. §. ſed & ſi à ſe. & ſupra de negot. geſt. ſi pupilli. §. ſi quis ita.

CVm.} CASVS. Si nauis ad ſaxū colliſa ſit: quod quis ſeruauit de ſuo, hoc ſibi habebit. Viuianus.

h Cum depreſſa. id eſt ſubmerſa ſub aqua: deiecta verò in terrā: & ſic perit, vel quaſi: vnde non confertur: vt hic, & ſ. eo. l. nauis. §. ſed & ſi nauis.

QVi leuandæ.} CASVS. Iactu facto leuandæ nauis cauſa, quod proiectū eſt eius erit cuius & ante proiectionem: cū pro derelicto non habeat: ſicut eſt cum quis onere preſſus partē oneris in via dimiſit. Viuia.

i Habent. vt hic, & inſtitut. de rerum diui. §. fina. Sed contra j. de furt. l. falſus. §. ſi iactū. Sed modum proijciendi attendes: vt dixi ſ. e. l. ij. §. fina. Accur.

DEprecatio.} CASVS. Quidam cū nauis eius naufragiū paſſa eſſet, à piratis cuiuſdam inſulæ eſt occupata: conqueſtus eſt imperatori. Imperator dicit, licet dominus ſum mundi, volo tamē quòd conſuetudo illius terræ ſeruetur: vt ſeruetur lex nautarum Rhodi inſulæ: dum tamen legi non ſit contraria.

k Deprecatio. quidam habent pro lege. & alij, ſub lege præcedenti. §. Voluſius. Et not. quod duobus modis legitur. ſecundum vnum modum eſt argu. pro conſuetudine quòd legi deroget. Accurſius.

l Facientes. id eſt patientes.

m Cyclades. inſulæ ſunt Italiæ. & dicebant forte quòd ſi aliqua bona caperent Italici naufragorum, eorum eſſent per legem Rhod. de iac.

n Mundi dominus. ſcilicet ſum.

o Maris. i. eorum qui per mare vadunt, & rerum ipſorum.

p Nauticis præſcripta eſt, iudicetur. id eſt iudicādo ſeruetur, adeo vt nulla lex poſsit aduerſari conſuetudini nautarū: vt quidā A dicunt: vt arg. in authen. de vſu nauticis. coll. ix. ſed male. Tu ergo dic quod lex prædicta ſeruetur, ſcilicet nautica, & conſuetudo eorum in illis tantum in quibus non contradicunt noſtræ leges. nam bona naufragorum eis reſtituenda ſunt: vt ſupra eod. l. qui leuandæ. in prin. & j. de incen. rui. nau. l. ſi. j. reſpon. Accur.

SI vehēda.} CASVS. Conduxi nauem, & impoſui mancipia, vnū deceſsit. an vectura eius debeatur, quæritur. Et dicunt quidā indiſtincte quod non. Alius diſtinguit, dicēs referre quid actū erat: quia ſi conueni quidē mercedē dare pro his quæ impoſita eſſent, teneor nomine illius quod deceſsit. in dubio ꝓbabit nauta mācipium meum impoſitum fuiſſe: & ſufficiet, non obſtante prēſumptione pro me faciente. {SI EA.} Conduxi nauem ad merces meas vehēdas: ſed nauta in deteriori naui poſuit, & illa cum mercibus perijt. an mihi teneatur, quæritur. Et reſpon. quidam indiſtincte quòd ſic: ex cōducto ſcilicet vel locato. Paulus diſtinguit an vtraque nauis perijt, non adhibita culpa à magiſtro in perdendo. & non tenetur. & ſi altera tantum, ſcilicet illa in qua merces inuectæ ſunt, tenetur. Idem eſt quòd teneri nō debeat ſi magiſter qui nauem locauit, nauigare non poteſt detentus publicè à publicis perſonis: et ſi nauis perijt cū mercibus. Idem eſt, ſi intra certum diem promiſit ſe nauigaturum ſub pœna, & non nauigauit impeditus iuſta cauſa. Idē & ſi morbo fuerit impeditus. Idem ſi nauis vitioſa facta ſit ſine culpa eius. {SI CONDVXISTI.} Conduxi nauē ad duo milia amphoras. nō impoſui niſi mille. an ad integram mercedē teneri debeā, quæritur. Et dicit quidam indiſtincte, quòd ſic. Alius dicit, ſecundum quòd cōuenit inter nos. Viuianus.

† *Vide Alcia. l. Diſpunc. 2. c. 5.*

† *Habemus hic textum quòd imperator eſt dominus totius mūdi. concor. tex. in c. in apibus. 7. q. 1. gl. eſt in c. ius quiritum. 1. diſt. quod qualiter intelligatur, vide per Bar. in l. 1. §. per hanc. ſ. de rei vind. Bal. et Angel in l. bene à Zenone. Cod. de quadri. præſcri.*

q Non debetur. nec etiam pro infante in naue nato: vt infra loca. ſed addes. §. ſi quis ad mulierem.

r Mancipium. cum per eum non remaneat: vt argu. infra loca. qui operas. Accurſius.

s Si ea conditione. portarentur ad aliquem locum.

t Actionem. quia culpa pręceſsit caſum: vt ſ. cōmo. ſi vt certo. §. ſed interdū. & j. locati. itē quęritur. §. ſi nauicularius. Accur.

u Dolo & culpa. adhibita in perdendo. fuit tamen adhibita in mutatione. Et no. ꝙ hoc videtur contra Iohan. qui dicit quē teneri de caſu poſt moram, erat vel non erat res peritura penes actorem: vt j. de lega. j. cum res. in fin. Sed dic eſſe aliud cum quis eſt in mora: & aliud cum in culpa. Accurſius.

Publicè.

a *Publicè*.id eſt à publicis perſonis:vt ſ.ſi quis cau.l.ij.§.fin. & ſ.de pigne.actio.l.fi.§.fin.Accurſius.
b *Prohibitus fuerit*. ſubaudi,& ideo perijt nauis,vt conueniat cum prædictis. nec enim tenetur nauta.
c *Erit*.ſcilicet vt non teneatur in pœna quam promiſit.
d *Conduxiſſet*. ſcilicet merces vehendas.Accurſius.
e *Expoſuiſſet*. ſcilicet magiſter.
f *Spectaret*.& ſup.differret: dũ veniret bonum tempus.
g *Idem iuris*.ſcilicet vt non teneatur.
h *Idem dicemus*. ſcilicet vt nõ teneatur ad pœnam:quod hic eſt ſpeciale: ſicut & circa iudicia:vt ſupra ſi quis cautio. l. ij. fere per totum. & circa libertatem relictam ſi ſeruiret per annum:& infra de ſta. libe. l. cum heres.§. Stichus. aliàs difficultas vel impoſſibilitas talis ad incõmodum pertinet promiſſoris: vt infra de verbo. obliga. l. continuus.§.illud. His tamen tribus caſibus tenetur ad hoc vt remittat mercedem, vel reddat: vt infra. loca. ſi vno.§,item cum. Accurſius.
i *Duorum milium*.ſcilicet capacem: & ponitur pro vna parte: vt paterfamilias.
k *Auerſione*.id eſt quicquid eueniret: ſiue ferat duo millia,ſiue minus.Accurſius.
l *Portaſti*. id eſt impoſuiſti. Sed quid ſi ſimpliciter nauem cõduxerit:& dubium eſt quid ſenſerit? Poteſt dici, pro impoſitis tantùm: vt ſupra in princi.l. Et nota per hanc legem quòd reprehenditur qui indiſtinctè loquitur: vt in.j. reſpon.& §.j.& §. fi. huius legis.

** cognitiones*

** duo,pro duorũ, imitatiõe Græca,indeclinabiliter.*

*† Hoc eſt cũ numer⁹, menſura aut pondus dictum non eſt, aut quid aliud ſimile, ſed ſimpliciter conducta eſt. Anto. Aug.lib. 3. emen.c.6.*

A

Idem iuris erit,ſi prior nauta publicè[a] retentus nauigare cum tuis mercibus prohibitus fuerit [b]. Idem iuris erit [c] cum ea conditione à te conduxiſſet [d],vt certam pœnam tibi præſtaret niſi ante conſtitutum diem merces tuas eò loci expoſuiſſet [e], in quẽ deuehendas eas merces locaſſet,nec per eũ ſtaret quo minus remiſſa ſibi ea pœna ſpectaret[f].

B

Idem iuris[g] in eodẽ genere cogitationis* obſeruabimus: ſi probatũ fuerit nautam morbo impeditum nauigare non potuiſſe. Idem dicemus[h] ſi nauis eius vitium fecerit ſine dolo & culpa eius.

*Si menſura refertur ad lignum, ſufficit ligni capacitas:ſi refertur ad onus,inſpicitur menſura ponderis.* Bartolus.

Si cõduxiſti nauẽ amphorarum duo* milium [i], & ibi amphoras portaſti:pro duobus milibus amphorarũ pretium debes. Paulus. Immo ſi auerſione [k]† nauis conducta eſt, pro duobus milibus debetur merces.

C

ſi pro numero impoſitarum amphorarum merces conſtituta eſt, contra ſe habet.nam pro tot amphoris pretiũ debes,quot portaſti [l].

## DE INSTITORIA actione.

### TITVLVS III.

*Dominus ex teſtamento inſtitoris obligatur:item agit ,ſi eius ſeruus eſt inſtitor, non aliàs,niſi ceſſa actione , vel in ſubſidium.* Bartolus.

I. VLPIANVS libro vicenſimooctauo ad Edictum.

DE INSTITOria actione.

*Videmus de nauiũ præpoſitione: nũc de præpoſitione circa negotia.* Accur.

AEquum. } CASVS. Negotiationi meæ præpoſui negotiatorem , qui inſtitor appellatur, vel inſtitutus. ſi quis cum eo contrahat, obligor ei ex contractu eius inſtitoris.quæritur , an cum eo ego agere poſsim? Diſtinguitur:aut præpoſui liberum,aut ſeruum:& aut proprium,aut alienum.ſi proprium,agam.ſi alienum , agam aduerſus dominum , vt cedat mihi actionem.ſi liberum , idem. ſed tunc demum mandati aduerſus contrahentes agere potero , ſi dominus vel liber ſoluendo non eſt.Viuianus.

m *Ita etiam*. quia ex qua perſona &c. ſic & infra de reg.iur. l. ex qua perſona. Item not. prætorem æquitatem ſeruare:. vt ſupra de edendo. l. prætor. §. j. & de procura.l.ſeruum. § æquum.
n *Deficietur*. aliàs,actio deficiet. Accurſius.
o *Poterit*. pro cedenda actione:vt ſ.de exer.l.ſi eum.§.j. ſed & in plus poſſunt conueniri , ſi fuerint in culpa in contrahendo,ſi modo ſint ſoluendo.
p *Negotiorum*. quando ſine mandato liber vel ſeruus geſsit quod per inſtitorem gerere ſolebamus ..vel dic quòd geſtor nego.aliquem præpoſuit:vt j.eo. l.ſed & ſi quis.in prin.
q *Cum eo*.ſcilicet inſtitore.

AEquũ prętori viſum eſt , ſicut commoda ſentimus ex actu inſtitorũ, ita etiã[m] obligari nos ex cõtractibus ipſorũ,& cõueniri,ſed nõ idẽ facit circa eũ qui inſtitorẽ prępoſuit,vt experiri poſsit. Sed ſi quidem ſeruum proprium inſtitorẽ habuit , poteſt eſſe

B

ſecurus adquiſitis ſibi actionibus. Si autem vel alienum ſeruum,vel etiam hominem liberũ,actione deficietur[n]: * ipſum tamen inſtitorem,vel dominum eius cõuenire poterit[o] vel mandati vel negotiorum[p] geſtorũ. Marcellus autem ait,debere dare actionem ei qui inſtitorem præpoſuit , in eos qui cum eo[q] contraxerint.

II. GAIVS libro nono ad Edictum Pouinciale.

EO nomine [r], quo inſtitor contraxit : ſi modo aliter rem ſuam ſeruare non poteſt. [s]

C

*Inſtitor eſt ille qui alicui negotiationi quæſtuariæ præponitur,etiam certo loco nõ deſignato. Et obligat dominum cuiuſcunq; conditionis ſit negotiatio quæſtuaria.ſecus ſi certæ rei vel negotiationi nõ quæſtuariæ præponitur. tunc enim magis procurator vocabitur. h. d. vſque ad §.non tamen.l. cuicumque.* Bartolus.

III. VLPIANVS libro vicenſimooctauo ad Edictum.

INſtitor appellatus eſt ex quòd negotio gerẽdo inſtet. Nec multum facit, tabernæ ſit præpoſitus,an cuilibet alij negotiationi [t]:

IIII. PAVLVS libro trigenſimo ad Edictum.

r EO *nomine*.dabitur actio.
s *Non poteſt*. id eſt ſi ſoluendo non ſint inſtitores. ſic & ſupra de eo per quem fac.eſt.l.fi.j.reſpon.& j.de præto.ſtip. l.in omnibus. Et eſt ſpeciale quòd per liberum hominem actio quæratur.aliàs enim contra:vt ſ. de exer.l.j.§.ſed ex cõtrario. & infra de adquiren. poſſ. l. poſſeſſio quoque.§.& ſi poſſeſsio. & C. per quas perſo. nob. adqui. l. j. Accurſius.

INſtitor.} CASVS. Quid ſit inſtitor,dicit hæc. l. neque refert cui negotiationi ſit præpoſitus, ſi ergo præpoſitus quis ſit ad domos locãdas,vel frumentum emẽdum, præponens tenebitur. Idem eſt ſi præpoſitus ſit ad pecunias fœnerandas . idem eſt ſi ad cambium . Item ſi illi deferunt veſtes ſarcinandas, vel vendẽdas,* inſtitores appellãtur. Item ille ſartor. Item ſi tabernarius aliquem inſtituit ad merces cõparandas , hic inſtitor dicitur. Item ſi quis quem præponat lauãdis corporibus mortuis , & ille cadauera ſpoliet , tenetur inſtitoria:licet furti & iniuriarũ conueniri poſſit. Item ſi piſtor aliquem præponat vt certo loco panem vendat , & ille pecuniam accipiat , nec panem reddat,tenebitur præponens. {SED ET CVM.} Fullo cum peregre eſſet profecturus, peritiori de inſtitoribus ſtationem ſuã commiſit tanquã procuratori,non tanquam inſtitori.ſi ille contrahat, an teneri debeat fullo? Reſpõ.quòd de illis veſtimentis nõ tenetur, ſi vt procurator ad conſumẽda ea quæ in taberna erant, reliquit. Si verò vt inſtitor , non ſolum inſtitoria,ſed ex locato tenebitur.{NON TAMEN.} Inſtitor non indiſtinctè eum obli-

D

gat qui eum præponit , ſed tantum gratia eius rei ad quam præpoſitus eſt. ſi ergo præpoſitus eſt ad merces vendendas : tenebitur præponens , ſi alter aliquis mutuauit pecuniam ei præpoſito ad emendum , & obligat præponentem inſtitoria. Idem eſt ſi præpoſitus fuit ad ſoluendam penſionem tabernæ , & mutuum accepit:niſi præponens vetuerit ei mutuari . Idem eſt ſi præpoſitus eſt ad oleum emendum : & oleum mutuum accepit . Si verò cum vendidit oleum , anulum nomine arræ accepit , nec reſtituerit, dominus inſtitoria tenebitur : niſi actum fuerit vt pecuniæ nomine arram accipiat . Idem eſt ſi pignora accepit , quia pro pretio tenetur : niſi ille ſoluto pretio pignora reddat. Idem eſt quòd fideiuſſori præponens tenetur. {SI AB ALIO.} Si inſtitorem præpoſuiſti , & deceſsiſti herede inſtituto : & heres eundem inſtituat , id eſt eodem vtatur : an debeat teneri? Dicitur quòd ſic . Idem eſt ſi ante aditam hereditatem quis contrahat cum eo , ne contrahens decipiatur. Sequentia clara ſunt vſque ad §. de quo in. l. ſed & ſi pupillus. Viuianus.

t *Negotiationi*. vt hic,& j.eo.inſtitor.dummodo non inſiſtat rebus peculiaribus : quia tunc locum habet tributoria: vt j. eo.ſed & ſi.§.ſi inſtitoria.Accurſius.

*Actio per liberum hominem quæri poteſt.*

** Quæ [...] negatur [...] mino ex [...] tractoris [...] toris, [...] ercitione [...] contractu [...] magiſtri [...] 1.5. de exercit. l. [...]*

*Cum*

CVm interdum etiam ad homines honeſtos[a] adferant merces, & ibi vendãt. Nec mutat cauſam actionis locus[b] vendendi, emendiue: cũ vtroq; modo verũ ſit, inſtitorẽ emiſſe aut vẽdidiſſe.

v. VLPIANVS libro viceſimooctauo ad Edictum.

CVicunque igitur negotio præpoſitus ſit, inſtitor rectè appellabitur. Nam & Seruius libro primo ad Brutum ait, ſi quis cum inſulario[c] geſtũ ſit, vel eo quẽ quis ædificio præpoſuit, vel frumento coëmendo, in ſolidum eum teneri. Labeo quoque ſcripſit, ſi quis pecunijs[d] fœnerandis, agris colẽdis, mercaturis[e] redempturisque[f] faciendis præpoſuerit, in ſolidum eum teneri. Sed & ſi in menſa* habuit quis ſeruum præpoſitũ, nomine eius tenebitur. Sed etiã eos inſtitores dicendos placuit, quibus veſtiarij vel lintearij dant veſtem circumferendam & diſtrahendam: quos volgo circitores[g]* appellamus. Sed & muliones[h] quis propriè inſtitores appellet. Item fullonum & ſarcinatorum præpoſitus, ſtabularij quoque, loco inſtitorum habendi ſunt. Sed & ſi tabernarius ſeruũ ſuum peregre mitteret ad merces cõparandas[i], & ſibi mittendas, loco inſtitoris habendũ Labeo ſcripſit. Idem ait, ſi libitinarius[k] (quos Græcè νεκροθάπτας* vocant) ſeruum pollinctorem habuerit, iſq; mortuum ſpoliauerit, dandam in eum quaſi inſtitoriã actionem: quanuis & furti & iniuriarum actio[l] competeret. Idem Labeo ait: Si quis piſtor ſeruum ſuum ſolitus fuit in certum locum mittere ad panem vendendum, deinde is pecunia accepta præſenti, vt per dies ſingulos eis panem præſtaret, conturbauerit[m]: dubitari non oportet, quin ſi permiſit ei ita dari ſummas, teneri debeat. Sed & cum fullo[n] peregre proficiſcens rogaſſet[o] vt diſcipulis ſuis, quibus tabernam inſtructã tradiderat, imperaret, poſt cuius profectionẽ veſtimẽta diſcipulus[p] accepiſſet[q], & fugiſſet, fullonem[r] nõ teneri, ſi quaſi procurator fuit relictus[s]. Sin verò quaſi inſtitor, A teneri eũ. Plane ſi adfirmauerit[t] mihi rectè me credere operarijs ſuis non inſtitoria[u], ſed ex locato tenebitur.

*Dominus tenetur ex contractu inſtitoris circa id ad quod præpoſitus eſt expreſſe vel tacite: niſi fortè præpoſitioni repugnet. B.*

Non tamẽ omne quod cũ inſtitore geritur, obligat eũ qui præpoſuit: ſed ita ſi eius rei gratia cui prępoſitus fuerit, contractum eſt, id eſt dumtaxat[x] ad id quod eum præpoſuit. Proinde ſi præpoſui ad merciũ diſtractionem, tenebor nomine eius ex empto actione. Item ſi fortè ad emẽdum eum præpoſuero, B tenebor duntaxat ex vendito. Sed neque ſi ad emendum, & ille vendiderit, neque ſi ad vendendum, & ille emerit: debebit* teneri: idque Caſſius probat. Sed ſi pecuniam quis crediderit inſtitori ad emendas merces præpoſito, locus eſt inſtitoriæ[y]. Idemq; & ſi ad penſionem pro taberna exſoluẽdam. Quod ita verum puto, niſi prohibitus fuit mutuari. Si ei quem ad vendendum emendúmve oleũ præpoſui, mutuum oleum datum ſit: dicendum erit inſtitoriam locum habere. C Itẽ ſi inſtitor cum oleum vendidiſſet, anulum arre nomine acceperit, neque eum reddat, dominum inſtitoria teneri. nam eius rei* in quam præpoſitus eſt, contractum eſt: niſi fortè mandatum ei fuit præſenti pecunia vendere. Quare ſi fortè pignus inſtitor ob pretium acceperit, inſtitorię locus erit. Itẽ fideiuſſori qui pro inſtitore interuenerit, inſtitoria cõpetit. eius enim rei ſequela[z] eſt.

*Si inſtitor præponatur à defuncto, obligatur heres. ſi à legitimo adminiſtratore, obligatur ille cuius negotia geruntur. ſi à procuratore, obligatur dominus & præpones. idẽ in geſtore ratihabitione ſecuta. Bart.*

D Si ab alio inſtitor ſit prępoſitus, is tamen deceſſerit qui præpoſuit & heres ei extiterit qui eodem inſtitore vtatur, ſine dubio teneri eum oportebit. Nec non ſi ante aditam hereditatem cum eo contractum eſt, æquum eſt* ignoranti[a] dari inſtitoriam actionem. Sed & procurator meus, tutor, curator inſtitorem præpoſuerit, dicendum erit, veluti à me[b] præpoſito, dandam inſtitoriam actionem.

vi. PAVLVS libro trigenſimo ad Edictum.

SEd & in ipſum procuratorem, ſi omniũ rerum[c] procurator eſt, dari debebit inſtitoria. ex dolo

---

a CVm interdum. *Honeſtos.* vt ſi adferat fibulas ad pectus vel acus. & ſic ſupra de peti. her. & ancillarũ. §. fina.

b *Locus.* ex differentia enim &c. vt C. de tempo. in integ. reſti. l. fin.

c CVicunque. *Inſulario.* id eſt præpoſito ad refectionẽ inſulæ. vel inſulario, id eſt inquilino, qui prępoſitus erat domui cõducendæ. Accur.

d *Pecunijs.* bene loquitur in plurali. nam ſi vni mutuationi, vel vni agro colẽdo præponatur: non directa, ſed vtilis competit: vt Cod. eodem. ſi mutuam. & infra eodem. in eum.

e *Mercaturis.* forte captiuorũ: vt C. de epiſ. audientia. l. j.

f *Redempturisq;.* id eſt conductionibus reficiendarum domuum: vt ſupra de rei vindi. l. redemptores.

g *Circuitores.* qui circumeunt, ſicut medici: vt infra de excuſa. tut. & cura. l. ſi duas. §. j.

h *Muliones.* id eſt præpoſitos mulis locandis.

i *Merces comparandas.* puta agnos, vel piſcés. Accurſius.

k *Libitinarius.* qui habet lauellos, ſiue ſuas conchas vbi funera lauantur. Eſt enim libitina ſepulchrum nobile vel nobilium: at ſubgradatum, ſepulchrum infantium, qui necdum. x. dies impleſſent, ſandapila eſt: ſed feretrum plebeiorum & damnatorum. pollicitores vel pollinctores ſunt, de quibus ſubijcit, inſtituti ad hoc vt funera morientium curent: quaſi pollutorum vectores, & curatores, & vnctores.

l *Actio.* noxalis. Accurſius.

m *Conturbauerit.* id eſt ſi non fecit quod conuenit. ſic infra de in rem. ver. l. quidam fundum.

n *Sed & cum fullo.* pone caſum vt expono literam.

o *Rogaſſet.* peritiorem diſcipulum. Accurſius.

p *Diſcipulus.* ille peritior.

q *Accepiſſet.* ſcilicet ab aliquibus ad poliendum. nam ſic ſtationis gerebat officiũ, vt ipſe dominus.

r *Fullonẽ.* ſcilicet profectum.

s *Relictus.* ad conſumendum ea quæ dominus in taberna reliquerat: & vt ea conſumenda ceteris ſuis condiſcipulis imperaret: & ita dicerem dominum teneri de veſtimentis quæ ipſi domino tradita erãt: quia quod per ſe debuit cuſtodire, alij imperito cõmiſit. Nam electio mala in culpa eſt, niſi ponas imperandi, non etiam cuſtodiendi res officiũ iniunctũ procuratori: ſecus in his quæ poſt accepit hic diſcipulus, & cum eis fugit: quia non tenetur, vt hic.

*Electio mala in culpa eſt.*

t *Affirmauerit.* fullo proficiſcens.

u *Inſtitoria.* ſcilicet tãtum: nam quaſi ſecum contraxiſſe videor: & ideo perſonaliter ſecum ago: vt infra eod. ſi quis. in fi. & facit infra man. ſi verò nõ remunerandi. §. ſi quis mandauerit. vt & ſupra de minori. in cauſæ. §. in ſumma. in fin. §. Accurſius.

**debebo*

x *Duntaxat.* ſcilicet expreſsim, vel tacite, vt in ſequelis: vt infra eo. §. ſi ei. & infra eod. l. in eum. §. ſeruus. & infra quod cum eo. l. fi. & ſ. de exer. l. j. §. nõ autem.

y *Inſtitoriæ.* cum per cõſequẽs ad hoc præpoſitus fuit: vt infra ad Maced. ſed Iulianus. §. interdũ. alias cõtra: vt C. de exerci. l. j.

z *Sequela.* not. cui aliquid conceditur, & ea quæ ex eo ſequuntur,[b] vt infra mã. idẽque. §. idem Papinianus. & ſ. commo. ſi vt certo. §. vſque. & infra de lega. iij. prædijs. §. fi. Accurſius.

** cana, ſubaudi, Græco more. vide Anto. Aug. lib. 2. Emend. cap. I.*

*b Concor. gl. in c. cum omne. I. ſuper verbo, cõtradixit. poſt mediũ. in verſi. itẽ procurator. extra de off. ſi. dele.*

a *Ignoranti.* maxime: vt infra eod. ſi quis. §. eius. Accur.

b *A me.* nam horum factum, meum reputatur: vt hic, & infra tit. j. l. iij. & ſ. de exerci. l. j. §. magiſtrum. & infra quod iuſſu. l. j. §. fina. Accurſius.

c SEd & in ipſum. *Rerum.* maxime. nam ipſe ſemper tenetur: vt ſupra de dolo. l. ſed ſi

**vel igno.*

ex dolo.§.penult. Vel dic, ſi omnium rerum, referri ad.§.ſuperiorem: quaſi tunc detur in me: & leges ita dandam inſtitoriam actionem, ſi omnium &c. & habeat liberam: vt ſupra de procur. l.procurator cui. ſed & in ipſum &c.

a *Sed & ſi quis.* Gerens. ſine mandato. Accurſius.

b *Præpoſuerit.* inſtitorem. Accurſius.

c *Erit.* vt infra quod iuſſu. l.j.§.ſi ratum.

d *Fœmina.* vt ſ.de exer.l.j.§.parui.

e *Alienus.* vt ſupra de exercit. l. j. §. magiſtrum.

f *Imputare.* not. imputandum ei qui minus perito ſe committit: vt ſupra de arbi. idem. §. ſtari. & ſupra de mino. cum mandato.§.fin. & C.de adquiren.poſſeſ. l.fin. §.j.

†*Bal. hic in lectura antiqua not. ar. iſti⁹ literæ, quòd mulier poteſt eſſe executrix teſtamenti, ſicut poteſt eſſe executrix inter viuos & extra iudicium.*

g *Nam & plerique.* *Puellaſque.* vt ſic prouocent contrahentes: vt & C. de adulte. quæ adulterium.

h *Verum. Auctoritate obligabitur.* vt hic: & infra titu. j. l. iij. §. fina. & infra. quod iuſſu. l. j. §. ſi pupillus. Accurſius.

i *Eatenus. Locupletior.* vt infra e. l. ſi quis mancipijs. §. Proculus. in fine.

*Sed & ſi pupillus.* } Casvs in prin. eſt planus. {De qvo.} Præpoſui multos ſtationi meæ. ſcripſi in oſtio ſtationis, quod nullus contrahat cum vno eorum. perinde habendus eſt iſte talis, ac ſi non præponeretur. claris autem literis debeo ſcribere. neque refert Græcis, an Latinis dum tamen ſeruetur loci conſuetudo. Si vero aliquis dicat ſe ignorare literas, vel quod ſcriptum eſt nō ſeruauerit: cū multi illud legiſſent, non eſt audiendus. Item illud quod ſcriptum eſt, perpetuo debet eſſe. alioquin ſi contrahatur cum eo cum nondum erat propoſitum, tenetur inſtitoria, ſcilicet quòd pro eo debeat teneri. vnde ſi ego ſcripſi, alius ſuſtulit, vel literæ pluuia obfuſcatæ ſunt: dicendum eſt, eum qui præpoſuit teneri. Si verò inſtitor, vt me deciperet remouit: præponens de dolo inſtitoris (niſi cōtrahens fuerit ſimiliter doli particeps) tenetur. {Conditio.} Si quē præpoſui, & prohibui ne aliquis cum eo contraheret, niſi de conſilio Titij, vel niſi ſub pignore: ad illam rem non teneor inſtitoria, niſi obſeruatum fuerit. ſed ſi vna hora diei vetui contrahere cum eo quem præpoſui, alia permiſi, tertia vetui: dicitur quòd quacunque hora contrahatur,

†*No. ſecundum Bald. quem non poſſe allegare ignorantiam ei⁹ quod publi*

*De conditione perſonæ inſtitoris non curatur, nec etiam præponentis: ſed ſi eſt minor, adminiſtratoris auctoritas requiritur. Bartolus.*

VII. Vlpianvs libro viceſimooctauo ad Edictum.

Sed & quis meam rem gerens[a] præpoſuerit[b], & ratum habuero, idem erit[c] dicendum. Parui autem refert quis ſit inſtitor, maſcul⁹, an† fœmina[d]: liber an ſeruus: proprius, vel alienus[e]. item quiſquis præpoſuit. Nam & B ſi mulier præpoſuit, competet inſtitoria exemplo exercitoriȩ actionis. Et ſi mulier ſit præpoſita, tenebitur etiā ipſa. Sed & ſi filiafamilias ſit vel ancilla præpoſita, cōpetit inſtitoria actio. Pupillus autem inſtitor obligat eum qui eū præpoſuit, inſtitoria actione: quoniam ſibi imputare[f] debet qui eū præpoſuit.

VIII. Gaivs libro nono ad Edictum Prouinciale.

Nam & pleriq; pueros puellasq;[g] tabernis prȩponunt.

IX. Vlpianvs libro viceſimooctauo ad Edictum. C

Verùm ſi ipſe pupillus præpoſuerit, ſi quidem tutoris auctoritate[h], obligabitur. ſi minus, non.

X. Gaivs libro nono ad Edictum Prouinciale.

Eatenus tamen dabitur in eum actio, quatenus ex ea re locupletior[i] eſt.

XI. Vlpianvs libro viceſimooctauo ad Edictum.

Sed ſi pupillus heres extiterit ei qui præpoſuerat, æquiſsimum erit pupillum teneri quandiu præpoſitus manet. remouendus enim fuit à tutoribus, ſi nollent D opera ei⁹ vti. Sed et ſi minor vigintiquinque[k] annis erit qui præpoſuit, auxilio ætatis vtetur non ſine cauſæ cognitione.

*Qui præponit aliquem certo loco, videtur permittere cum eo contrahi: niſi cōtrarium literis publicè & legitimè proſcribat: contra quam ſcripturam non cadit ignorātia donec duret: ſecus ſi fuerit extincta, niſi dolus contrahentis adfuerit. hoc dicit vſque ad §. conditio. Bartolus.*

De quo † palā proſcriptū fuerit ne cum eo contrahatur, is præpoſiti loco non habetur[l]. Non enim permittendum erit cum * inſtitore contrahere. ſed ſi quis nolit contrahi, prohibeat. Ceterùm qui præpoſuit, tenebitur ipſa prȩpoſitione[m]. Proſcribere palam, ſic accipimus, claris literis: vnde * de plano[n] rectè legi poſsit, ante tabernam ſcilicet, vel ante eum locum in quo negotiatio, exercetur. non in B loco remoto, ſed in euidenti. Literis, vtrū Græcis, an Latinis? Puto ſecundum loci conditionem[o]: ne quis cauſari poſsit[p] ignorantiam literarum. Certè ſi quis dicat, ignoraſſe * ſe literas, vel nō obſeruaſſe quod propoſitū erat, cū multi legerēt, cumque palam eſſet propoſitū, non audietur. Proſcriptum autem perpetuo eſſe oportet. Ceterùm ſi per id temporis quo propoſitum non erat, vel obſcurata proſcriptione contractum ſit, inſtitoria locum habebit. Pro- C inde ſi dominus quidē mercis proſcripſiſſet, alius autē ſuſtulit, aut vetuſtate vel pluuia vel quo ſimili contigit ne proſcriptum eſſet, vel nō appareret[q], dicendum, eum qui propoſuit teneri. Sed ſi ipſe inſtitor decipiendi mei cauſa detraxit, dolus ipſius proponenti nocere debet: niſi particeps[r] doli fuerit qui contraxit.

*Conditio & forma præpoſitionis inſtitoris inſpicitur. quæ ſi non ſeruatur, dominus non tenetur, niſi poſsit variatio imputari. Ange.*

Conditio autem præpo- D ſitionis ſeruanda eſt. Quid enim ſi certa lege, vel interuentu cuiuſdā perſonæ, vel ſub pignore voluit cum eo contrahi, vel ad certā rem? Aequiſsimū erit id ſeruari[s] in quo præpoſitus eſt.

*Propoſito vno de contrarijs, aliud ceſſat. item qui ſuccumbit per actionem ineptā, recurrit ad aptam. Bartolus.*

Item ſi plures habuit inſtitores, vel cū omnibus ſimul contrahi voluit, vel cū

A propter variationem meam teneri debeo. & hoc in prima. Si verò in totum prohibeam, non teneor: quia neque præpoſui: quia hic magis loco cuſtodis eſt, quàm inſtitoris. & hoc in ſecunda. {Si institoria.} Differentiam aſſignat inter tributoriam, & inſtitoriam actionem. quia inſtitoria in merce dominica conſiſtit: tributoria in peculiari. Si ergo ſeruum tuum merci meæ præpoſuiſti, & cum eo contraham: ſi agam cōtra te inſtitoria, nō agam tributoria. {Si a servo.} Habebas ſeruum ordinarium, & illius vicarium: conduxi operas vicarij ab ordinario: & eum merci meæ præpoſui: tu cum eo contraxiſti emendo aliquid: an valeat emptio? Dicitur quòd ſic: & pro emptore vſucapies. licet non ciuiliter, ſed naturaliter fuit obligatus. & hoc de rigore. de æquitate tamē tibi in me dabitur vtilis ex conducto de peculio ordinarij, vel de peculio vicarij: cū ei mandaui cum rem habeam & pretiū. Viuianus.

k *Minor vigintiquinque.* puta adultus curatorem non habens. nam ſi habet idem quod in pupillo dicimus: vt C. de in integ. reſt. mi. l. ſi curatorem.

l *Loco non habetur.* tenetur tamen de peculio: vt infra eodem. ſi quis mancipijs. §. Proculus. & infra de pecu. ſi quis ſeruum. §. etiam.

m *Ipſa præpoſitione.* vt hic, & j. ad Macedoni. ſed Iulianus. §. interdum. Accur.

n *De plano.* id eſt à terra. Vel dic, id eſt ſine alio ſubaudito intellectu: vt infra de his quæ in teſta. delen. l. j. & facit infra dē verbo. ſignific. palam. Accurſius.

o *Conditionem.* ſcilicet eum debere proſcribere: vt & j. de verb. oblig. l. j. §. fina. & inſtitut. de verbor. obliga. §. interdum.

p *Poſsit.* cum omnes fere ſciant: vt infra de iur. & fac. igno. l. nec ſupina. & l. regula. §. j. & hic ſubijcit. Arg. cōtra ſupra de peti. here. ſed & ſi. §. ſcire.

q *Appareret.* not. non intereſſe, an nō ſit: an obſcure ſit: vt hic, & ſupra de interrog. act. de ætate. §. nihil intereſt.

r *Particeps.* non agit fraudis conſcius: vt hic, & ſupra de nego. geſtis. ex facto. in fin. & ſupra, quod metus cauſa. l. metum. §. ſed licet.

s *Seruari.* vt ſine eius cōſilio non fiat quicquam: vt hic, & j. de

vno ſolo: Sed & ſi denũtiauit cui ne cũ eo cõtraheret, nõ debet inſtitoria teneri.[a] Nam & certam perſonã poſſumus prohibere contrahere, vel certum genus hominum, vel negotiatorum: vel certis hominibus permittere. Sed ſi aliàs cum alio contrahi vetuit[b] cõtinua variatione, dãda eſt omnibus aduerſus eum actio. Neque enim decipi[c] debent contrahentes. Sed ſi in totum prohibuit cum eo cõtrahi, præpoſiti loco non habetur: cũ magis hic cuſtodis ſit loco, quàm inſtitoris. Ergo nec vendere mercem hic poterit, nec modicum quid ex taberna. Si inſtitoria rectè[d] actum eſt, tributoria ipſo iure locum non habet. Neque enim poteſt habere locum tributoria in merce dominica. Quòd ſi non fuit inſtitor dominicę mercis, tributoria ſupereſt actio.[e]

*Tenetur præponens, licet inter contrahentem & inſtitorem non cadat obligatio: & dominus ſerui tenetur præponenti de peculio.* Bartolus.

C Si à ſeruo[f] tuo operas vicarij eius conduxero[g], & eũ merci meæ inſtitorem fecero,[h] isque tibi mercem vendiderit[i], emptio eſt. Nam cũ dominus à ſeruo emit, eſt emptio: licet non ſit dominus obligatus:[k] vſque adeo[l] vt etiã pro emptore & poſſidere & vſucapere dominus poſsit[m].

XII. IVLIANVS libro vndecimo Digeſtorum.

ET ideo[n] vtilis inſtitoria actio aduerſus me tibi competet: mihi verò aduer-

D ſus te vel de peculio diſpenſatoris[o], ſi ex conducto agere velim: vel de peculio vicarij, quòd ei mercem vendendam mandauerim. Pretiumque[p] quo emiſti, in rem tuam verſum videri poterit[q], eo quòd debitor ſerui tui factus eſſes.

*Qui ſe adſtringit ad vnam cauſam, ſi non probat, ſuccumbit: nec iterum eadem actione, etiamſi ex alia cauſa agat, agere poteſt: niſi prius reſtitutione præbibita.* Bartolus.

B XIII. VLPIANVS libro vicenſimooctauo ad Edictum.

HAbebat quis ſeruũ merci oleariæ præpoſitum Arelatæ[r], eũdem & mutuis pecunijs accipiendis. acceperat mutuam pecuniam. putans creditor ad merces eum accepiſſe, egit propoſita actione. probare non potuit mercis gratia eum accepiſſe. licet conſumpta eſt actio[s], nec amplius agere poterit, quaſi pecunijs quoque mutuis accipiendis eſſet præpoſitus, tamen Iulianus vtilem ei actionem competere ait.

C *Nouatione dominus liberatur.* Bartolus.

Meminiſſe autẽ oportebit, inſtitoria dominũ ita demũ teneri, ſi non nouauerit quis eam obligationem, vel ab inſtitore, vel ab alio nouandi animo ſtipulando[t].

*Si plures eundem inſtitorem præponunt, quilibet tenetur inſolidum, ſi inter eos pro ſocio vel communi diuidundo agatur. quibus iudicijs ceſſantibus quilibet tenetur pro parte. h. d. cum l. ſeq.* Bartolus.

Si duo pluréſve * tabernã exerceant, & ſeruum quem ex diſparibus partibus habebant, inſtitorem præpoſuerint, vtrum pro dominicis

D partibus teneantur, an pro

de acquir. here. l. ſi quis mihi bo. §. ſi coram. Arg. cõtra. infra de admini. tu. quidam. §. j. & infra de condic. & demon. l. filiæ ſuæ. j. reſpon. in fin.

a *Inſtitoria teneri.* vt j. eod. ſi quis mancipijs. §. Proculus.

b *Vetuit.* puta certis horis in die contrahat: certis non. Et no. contra variãtes: vt infra de lege com. ſi fundus. §. eleganter. ar. contra. j. de col. bo. nonnunquam. & dic vt ſupra de procu. in cauſæ.

c *Decipi.* ſcilicet calliditate contrahentis. aliàs contra: vt j. loca. item ſi. §. quemadmodum.

d *Si inſtitoria rectè.* quia in eam rem competebat in veritate: alias poſſet agi tributoria cum ex alia cauſa agit: vt j. de excep. rei iudi. ſi mater. §. eadẽ. & l. cũ quæritur. & no. ex hoc §. q quando ſunt duo contraria, ad poſitionẽ vnius ſequitur deſtructio alterius: vt s. de procur. l. Pomponius. §. ſed & is. & in auth. de manda. prin. §. neq; autem. col. iij. & C. de fur. l. j.

e *Supereſt actio.* collige ergo quòd ſi quis ineptã actionem proponat, amittit intentionem: ſed aliam debet proponere meliorem: vt hic, & j. de libe. lega. Aurelius. §. fi. & ſupra. ſi mẽ. fal. mo. dix. l. j. §. j. in fin. & no. ex hoc. §. quòd inſtitoria in merce dominica, tributoria in merce peculiari dicitur: vt j. tit. j. l. procuratores. §. mercis. & inſt. quod cum eo. §. tributoria. & §. inſtitoria.

f *Si à ſeruo.* ordinario. Accurſius.

g *Conduxero.* hic eſt primus contractus.

h *Fecero.* hic eſt ſecũdus contractus, ſcilicet mandati.

i *Vendiderit.* hic eſt tertius contractus.

k *Obligatus.* ſcilicet ciuiliter: naturaliter tamen tenetur: vt s. de condict. indeb. ſi id quod. & j. l. proxi.

l *Adeo.* valet emptio.

m *Poſsit.* quod ſcilicet à ſeruo emit. Et ſic not. quòd vſucapere poſſum pro emptore. licet nulla fuerit obligatio, nulla emptio, inſpecto iure ciuili: vt j. pro emp. l. ij. §. ſi à furioſo.

n ET *ideo.* i. quia ex eo cõtractũ de iure ſtricto neq; domin' neq; alius domino tenetur: & ideo vtilis inſtitoria &c.

o *Diſpẽſatoris.* ſ. ordinarij, qui mihi locauit operas vicarij ſui.

p *Pretium quoque.* rem ergo habebat & pretium: quia nõ ſoluerat.

q *Poterit.* & ideo actione de in rem ver. teneris, ſecundum quoſdam. Tu dic contra: vt infra de in rem verſo. l. ſi res. in fin. & l. nam ſi quæ ſunt contrariæ. ſed actio ex conducto de peculio ordinarij datur: quia operas vicarij ab eo conduxit: vt vel præſtet pretium de peculio, vel mandati de peculio vicarij: vel ſi non habet tantum in peculio, teneatur dominus vtili actione ex eo contractu in ſubſidium: vt ſupra e. l. j. in fi. & l. ij.

HAbebat.} CASVS. Seruum præpoſui merci oleariæ, & pecunijs mutuo accipiendis. creditor ei mutuauit decẽ

A in mercem oleariã tacite, non expreſſe: ignorans eum fuiſſe prępoſitum mutuis pecunijs accipiẽdis, egit aduerſus me inſtitoria ex vna cauſa ſcilicet qua erat præpoſitus merci oleariæ. neq; probare poteſt pecuniã fuiſſe verſam in prædictam negotiationem, & ſuccubuit. vult agere ex alia, in qua erat prępoſitus, ſcilicet mutuãdis pecunijs. an poſſit? Dicitur q ſic vtili inſtitoria. {MEMINISSE.} Præpoſui ſeruum. ex cõtractu eius tenebor: niſi nouandi animo, vt ego liberer, in ſe transferat obligationem. {SI DVO.} Duo vel tres præpoſuerunt inſtitorem in taberna. dicitur quòd conuenietur quilibet inſolidum: ſed ab alio recipiet quod dedit, actione pro ſocio. Idẽ erit dicendũ ſi ſeruus ſit alienus. ſed repetẽt ab inuicem per iudicium communi diuidundo, vel per iudiciũ ſocietatis. Si verò res deſierit eſſe cõmunis: verbi gratia. Prępoſuiſti ſeruũ pecunijs accipiendis. mutuaui ei decẽ. deceſsi duobus heredibus inſtitutis, & ſeruo libertatem dediſti. quilibet heredum pro parte ſua conuenietur. Et hoc dicit cũ l. idem erit.

r *Arelatæ.* * nomen ciuitatis eſt. Et nota quod ad duo erat prępoſitus, ſcilicet ad oleum, & ad pecuniam recipiendam. ſed mutuans credebat eum tantũ ad mercem prępoſitum: egit quaſi ex ea cauſa: & probare nõ potuit, vt ſubijcit: ideoque ad aliam cauſam redit.

s *Conſumpta eſt actio.* qualiter exceptio rei iudic. nocet. cũ ex alia cauſa agit: vt infra de lib. le. l. Aurelius. §. finali? Dic ergo, electione facta fecit ſibi præiudicium de rigore: vt ſupra nau. cau. ſta. l. licet. §. fi. & j. tit. j. quod in heredem. §. eligere. ſed de æquitate: quia fuit in iuſto errore, ſubuenitur ei: vt hic, & ſupra de in integ. reſti. l. diuus. §. nec inter &c. & infra quando act. de pecu. eſt an. l. quæſitum. & hoc ſecundum Io. qui dicit quòd certam cauſam expreſsit in agendo. vel dic ſecundum Azo. & H. quòd hic egit & petijt x. non expreſſa tamen cauſa. tũc enim directa daretur actio: vt infra de exe. rei iud. l. ſi mater. §. ſi quis. & §. eandem. vnde omne ius ſuum in iudicium deduxit: proſecutus eſt tamen vnam cauſam tantùm poſtea in iure: & ideo ſi excipiatur de re iud. & ipſe replicat: vt C. de re iud. licet. quia perſonaliter egit. Aliud ſi in rem: vt infra de except. rei iudi. & an eadem. §. actiones. Non dico quòd per electionem ſibi præiudicauerit: quia ignorabat aliam cauſam: vt C. de fur. l. fin. §. finautem. Item ſi ſciret, non tamen præiudicat ſibi: quia ex alia cauſa agit: vt infra de tribu. quod in heredem. §. j. in fin. Vel dic tertio, quòd iſte conuentus ſciens ſe efficaciter teneri, per dolum aliquid allegauit, per quod obtinuit. quare ei actori datur actio ob dolum rei: vt ſupra de iudic. ſi prætor. §. Marcellus.

t *Stipulando.* vt j. de re iudi. l. iiij. §. ſi ex conuentione.

** Arelatæ hæc ciuitas eſt in mediterraneo Narbonenſis Galliæ à Plinio dicta Colonia Sextanorũ, quoniã ex ſexta legione colonĩ eò deducti ſunt.*

** Vlpianus producit edictum de exercitoria, ad inſtitorẽ pluriũ, qui & ipſi inſolidum conueniuntur.* L. R.

a *Exercitorum*. vt s. de exer. l. j. §. fi. & l. ſi ſeruus. §. j.
b *De peculio*. nã & ibi quilibet tenetur inſolidũ, peculio tenus tamen: vt j. de pecu. l. ſi noxali. §. fi. & l. & ancillarũ. §. fin.
c *Probauimus*. vt s. de exer. nec quicquam. Accur.
d IDem erit. *Præpoſitus*. vt s. de exer. ſi tamen. §. j. Accur.
e *Seruo*. inſtitori, vel non. & ſic tenẽtur heredes inſtitoris: vt infra. l. proxi. vel de peculio.
f *Quia ceſſat*. cum res deſierit eſſe communis: vt ſupra communi diui. l. j. & iiij. §. ſicut. Accur.
g NOuiſsime. Quantum ad Vlpia. qui in vltima parte ſui tractatus hoc dicit.
h *Heredibus*. quia rem, non pœnam, proſequũtur: expone, ſi ſua natura tales ſunt actiones ex contractibus: vt dixi s. de exer. ſi tamen. §. j.

SI cum.} CASVS. Præpoſui ſeruum meum villæ meæ cuſtodẽ: vt fructus perciperet. mutuaſti ei. an habebis me obligatũ inſtitoria, quæritur. Et dicitur quòd non. Si verò eum præpoſui vt merces diſtraheret. & cum eo contraxeris aliquid emendo ab eo: exerci. & inſtito. ero obligatus. Viuianus.

Villicus quid ſit.

i *Villicus*. hic no. quid ſit villic⁹: & dic quòd etiam pecuniã perdit, qui ſibi mutuat: vt C. quod cum eo. l. fin. niſi circa peculium: vt ibidem dicitur.
k *Inſtitoriæ*. Competentis in qualibet alia negotiatione: vt s. eo. l. cuicunque. j. reſpon.

SI quis.} CASVS. Præpoſui ſeruũ mãcipijs emendis, vel vẽdendis. emi ab eo ſeruum vitioſum. nõ inſtitoria tantũ, ſed redhibitoria mihi teneberis, vel ex ſtipulatu ad duplã, ſcilicet ſi ſeruus euictus ſit, & promiſſum fuerit de dupla: vel ad ſimplam, cũ de dupla nõ promiſit. {SI SERVVM.} Præpoſui ſeruum Titij merci meæ. Seius cum eo contraxit. habebit me obligatum Seius inſtitoria: vel Titium de peculio. ſi verò vetui ne Seius cum eo contraheret. Titiũ tantum habebit obligatum. {SI IMPVBES.} Præpoſui quendam merci meæ. deceſsi filio meo impubere inſtituto. aliquis cum inſtitore contraxit. nunquid pupillus tenebitur ex illo contractu? Dicitur quòd ſic: quẽadmodum teneretur ſi tutor merci pupilli aliquem præpoſuiſſet, & deceſsiſſet, & poſtea aliquis cum inſtitore contrahat. idem eſt ſi furioſus fuerit heres. {PROCVLVS.} Præpoſui ſeruum meum: nuntiaui tibi ne ei mutuares. mutuaſti. certe dabitur mihi exce. contra te. Si verò ex prædicta cauſa peculium locupletatũ eſt, vel in rem meã verſum ſit, neq; velim tibi ſoluere, aduerſus exceptionem prædictam dabitur tibi doli replicatio. {EX HAC CAVSA.} Si ſeruum vel

æqualibus, an pro portione mercis, an verò in ſolidũ, Iulianus quærit. Et verius eſſe ait, exemplo exercitorum [a], & de peculio [b] actionis, in ſolidum vnumquenque cõueniri poſſe: & quicquid is præſtiterit qui cõuentus eſt, ſocietatis iudicio vel communi diuidundo conſequetur. quam ſententiam & ſupra probauimus [c].

XIIII. PAVLVS libro quarto ad Plautium.

B IDem erit & ſi alienus ſeruus communi merci præpoſitus[d] ſit. nam aduerſus vtrunque inſolidũ actio dari debet: & quod quiſq; præſtiterit, eius partẽ ſocietatis vel cõmuni diuidundo iudicio cõſequetur. Certè vbicũque actio ſocietatis vel communi diuidũdo ceſſat, quẽq; pro parte ſua condemnari oportere conſtat: veluti ſi is cuius ſeruo[e] creditũ eſt, duobus heredib⁹ inſtitutis ei ſeruo libertatem dederit. nam heredũ quiſque pro ſua parte cõueniendi ſunt: quia ceſſat [f] inter eos communi diuidundo iudicium. C

XV. VLPIANVS libro octauodecimo ad Edictum.

NOuiſsimè [g] ſciendum eſt has actiones perpetuò dari & in heredem & heredibus [h].

*In negotio non quæſtuario ceſſat inſtitoria. aliàs ſecus.* Bartolus.

XVI. PAVLVS libro vicenſimonono ad Edictum.

SI cum villico alicuius cõtractum ſit, non datur in dominũ actio: quia villicus [i] propter fructus percipiendos, non propter quæſtum præponitur. Si tamen villicum diſtrahendis quoque D mercibus præpoſitum habuero, nõ erit iniquum exemplo inſtitoriæ [k], actionem in me competere.

*Venditio inſtitoris obligat dominum vt tradat, & etiam redhibitoria.* B.

XVII. IDEM libro trigenſimo ad Edictum.

SI quis mãcipijs vel iumẽtis pecoribúſue emendis vendẽdiſque præpoſitus ſit, nõ ſolùm inſtitoria cõpetit aduerſus eum qui præpoſuit, ſed etiam redhibitoria [l], vel ex ſtipulatu duplę ſimplæve in ſolidum actio danda [m] eſt. Si ſeruum Titij inſtitorem habueris: vel tecum ex hoc edicto, vel cum Titio ex inB ferioribus [n] edictis agere potero. Sed ſi tu cum eo contrahi vetuiſti, cũ Titio dũtaxat agi poterit.

*Mandatum inſtitoris non finitur morte mandantis.* Bartolus.

Si impubes† patri habẽti inſtitores, heres extiterit [o] deinde cum his contractũ fuerit, dicendum eſt in pupillũ dari actionem, propter vtilitatẽ promiſcui vſus [p]: quẽadmodum vbi poſt mortem tutoris cuius auctoritate inſtitor præpoſitus [q] eſt, cũ eo contrahitur. Eius cõtractus certe nomine, qui ante aditã C hereditatem interceſsit, etiã ſi furioſus heres exiſtat, dandam eſſe actionem [r] etiam Pomponius ſcripſit. non enim imputandum eſt ei qui ſciens dominum deceſsiſſe, cum inſtitore exercẽte mercem contrahat.

*Prohibitus contrahere, ſi agat inſtitoria, repellitur exceptione: niſi inquantum præponens factus eſt locupletior.* Bartolus.

Proculus ait, ſi denũtiauero tibi, ne ſeruo [s] à me præpoſito crederes exceptionem dandã [t]: *Si ille illi nõ denuntiauerit ne illi ſeruo crederet.* Sed ſi ex eo cõtractu peculiũ habeat, aut in rem meam verD ſum ſit, nec velim quo locupletior ſim ſoluere, replicari de dolo malo oportet. Nam videri me dolum malũ facere, qui ex aliena iactura lucrum [u] quærã. Ex hac cauſa [x] etiã cõdici [y] poſſe verum eſt:

A liberum præpoſui, & cum eo contrahas: condices ex ea cauſa, ex qua agi poteſt inſtitoria.
l *Redhibitoria*. directa. vt j. e. l. §. fina.
m *Danda*. cõtra præpoſitũ. ſecundũ quoſdã: vt s. de exerc. l. ſi cũ. §. itẽ ſi ſeruus. & ſic nõ ob. s. de procu. l. ſi procurator. §. ſi. vel dic, etiam contra præponentẽ. quaſi dicat, non tantũ tenetur inſtitoria, vt tradat: ſed etiã vt de vitio vel de euictione reſpondeat. & hoc ſi in eo contractu fuit interpoſita, cui hic præpoſit⁹ erat: vt s. e. cuicũq;. §. nõ tamen. & §. ſed ſi ei. alioquin nõ tenebitur: vt vides in procuratore, in ſtipulatione illa, iudicatum ſolui: vt s. de procu. l. ſi procurator. in fi. quę eſt cõtra. Vel dic quod hic nõ denegat in procuratorem dari: ſed dicit teneri etiam eum qui inſtituit eũ. hoc non placet. vel etiam aliter hic ab inſtitore ſtipulatus erat, ibi à procuratore. Vel ſol. vt ibi.
n *Ex inferioribus*. ſcilicet de peculio, quod iuſſu. & de in rem verſo. Accur.
o *Extiterit*. & erat adita hereditas. vt differat à ſequenti.
p *Promiſcui vſus*. eſt enim vſus inſtitoris poſt mortẽ patris cõiũctus & vicinus vſui ante mortẽ. & ſic mixtus: vt arg. s. de neg. geſt. l. eum actum. & l. at qui. §. Scæuola.
q *Præpoſitus*. quod fieri potuit: vt s. e. cuicũque. §. fin. & facit. s. ſed & ſi pupillus. in princ.
r *Dandam eſſe actionem*. nõ ergo finitur hic mãdatum morte. Sed cõtra s. de iuriſ. om. iudi. l. & quia. & inſt. mandati. §. rectè. ſed dic ſpeciale in hoc mandato. itẽ cõtra. s. ſi cer. pe. l. eius qui. in princ. vbi dicit, in eodẽ genere mandati. ſed dic ꝙ hic credebat cõtrahẽs inſtitorẽ cõtrahere cũ domini noui volũtate: vt arg. j. manda. inter cauſas. in prin. vel hic de perſonali obligatione, ibi de dominio trãsferendo. Accur.
s *Ne ſeruo*. ſ. meo: ſecus in alieno, vel libero: qa tunc etiã ſi locupletior eſſet nõ teneret: vt C. de neg. geſt. l. fi. ſecundum Iohan.
t *Dandam*. ſcilicet hanc quæ ſequitur. & mutat perſonas de prima ad tertiam. & not. de prædictione: vt hic, & s. e. ſed & ſi. §. de quo. & §. item ſi plures. & s. nau. cau. l. fi. §. item ſi prædixerit. de peculio tamen tenetur, vt ſubijcit: & j. de peculio. ſi quis ſeruum. §. etiam. Accur.
u *Lucrum*. not. quem non debere lucrari ex aliena iactura: vt s. de condic. indeb. nam natura. & j. tit. j. l. iij. §. j. & s. de dolo. ſi ex dolo. §. penul. & s. de alea. l. fi. Accurſius.
x *Ex hac cauſa*. ex qua agitur inſtitoria, vt hic, & s. ſi cer. pe. l. ſi inſtitorem. & inſtit quod cum eo. §. fi.
y *Condici*. directo à me ac ſi ego contraxiſſem.

Inſtitor.

XVIII. IDEM libro ſingulari de Varijs Lectionibus.

INſtitor eſt, qui tabernæ locóve ad emendum vendédúmve[a] præponitur. quique ſine loco ad eundem actum præponitur.

*Si actus non poteſt proprie dici negotiatio, habet locum vtilis inſtitoria. Bartolus.*

XIX. PAPINIANVS libro tertio Reſponſorum.

IN eũ qui mutuis accipiẽdis pecunijs procuratorẽ præpoſuit, vtilis[b] ad exemplum inſtitoriæ dabitur actio. B Quod æquè faciẽdum erit & ſi procurator ſoluendo ſit, qui ſtipulanti pecuniam promiſit.

*Mutatione ſtatus inſtitoris non reuocatur mandatum. Bartolus.*

Si dominus qui ſeruũ inſtitorem apud menſam pecunijs accipiendis habuit, poſt libertatẽ quoque datã idem per libertum negotiũ exercuit, varietate ſtatus nõ mutabitur periculi cauſa[c].

*Adiectio alterius obligationis, inſtitoriam non extinguit. Bartolus.*

Tabernæ præpoſitus à patre filius, mercium cauſa mutuam pecuniam accepit. pro eo pater fideiuſsit. etiam inſtitoria ab eo petetur[d]: cum acceptæ pecuniæ ſpeciem fideiubendo negotio tabernę miſcuerit.[e] C

*Inſtitor non obligat dominum, niſi ad id ad quod eſt præpoſitus. Bartolus.*

Seruus pecunijs tantũ fœnerãdis prępoſitus, per interceſſionem æs alienũ ſuſcipiens, vt inſtitorẽ, dominum inſolidum[f] iure prætorio nõ adſtringit. Quod autem[g] pro eo qui pecuniã fœnerauit[h], per delegationem alij promiſit, à domino rectè petetur: cui[i] pecuniæ creditæ cõtra eum qui delegauit, actio quæſita eſt.

B *Contrahens appoſito nomine officii, in dubio cõtemplatione officij contrahere videtur: & inſtitor finito officio non tenetur. Bartolus.*

XX. SCAEVOLA libro quinto Digeſtorum.

LVcius Titius menſę nũmulariæ quã exercebat, habuit libertum præpoſitũ. is[k] Gaio Seio cauit in hæc verba: Octauius[l] Terminalis rẽ agens Octauij Felicis[m], Domitio Felici[n] ſalutem. Habes penes menſam patroni mei denarios mille: quos denarios vobis numerare debebo pridie calendas Maias. Quæſitum eſt, Lucio Titio defuncto ſine herede, bonis eius vẽditis, an ex epiſtula iure cõueniri Terminalis poſsit. Reſpondit, nec iure his verbis obligatum, nec æquitatem cõueniendi eũ ſupereſſe: cum id inſtitoris officio ad fidem[o] menſæ proteſtandam ſcripſiſſet. C

a INſtitor eſt. Vendendúmve. vel cuilibet negotiationi: vt ſ. ea. l. inſtitor. & l. cuicunque. Accurſius.

IN eum.} CASVS. Inſtitui procura. pecuniam accepit. vtilis ei qui pecuniam mutuauit ſibi, ad exemplũ inſtitoriæ, dabitur actio in eum. idem eſt ſi alicui ſtipulanti pecuniã promiſit. {SI DOMINVS.} Præpoſui ſeruũ meũ menſæ, vel vt pecuniã acciperet. ſi liber factus in eadẽ inſtitoria perſeuerauerit, nihilominus tenebor inſtitoria: licet ſtatum ſuum mutauerit. {TABERNAE.} Præpoſui filium meũ tabernæ: accepit mutuam pecuniã pro eo fideiuſsi: habebis creditorem inſolidũ obligatum ratione fideiuſsionis: cum fideiubendo ſpeciem pecuniæ acceptæ negotio tabernæ miſcuerit. {SERVVS.} Præpoſuiſti ſeruum pecuniæ accipiẽdæ pro aliquo an tenearis inſtitoria? Dicitur quòd non: neque inſolidum, nec de peculio: vt j. de fideiuſſo. l. ſeruus inſcio. {QVOD AVTEM.} Titius quidã Seio tenebatur: promiſit ſeruus pecunijs fœnerandis præpoſitus Seio, & Titius confeſſus erat ſe mutuo accepiſſe. an Seius ex promiſſione ſerui habeat me obligatum, quæritur. Et dicitur quòd ſic: cũ mihi ſit actio quæſita aduerſus Titiũ. & hoc dicit. vel dic caſum vt hic not.

b Vtilis. quia non eſt vere negotiatio accipere mutuam pecuniã ſcilicet ad vnum negotium: & ideo datur vtilis: vt hic, & C. e. l. ſi mutuam. & ſupra de negot. geſt. liberto. in prin. ſed fœnori dare eſt negotiatio: vnde tũc datur directa, vt ſ. e. l. cuicunque. § ſi quis cum pecunijs. Accurſius.

c Periculi cauſa. vt hic, & ſ. de neg. geſt. Pomponius. in neg. & l. eum actum. & infra pro ſocio. l. ſi id quod. §. ſi filius. & infra de verb. oblig. l. ij. §. j. Argu. contra. infra de ſolu. qui res. §. aream. Accurſius.

d Petetur. ſcilicet pecunia, & inſolidum etiam ſi ponas eum inutiliter fideiuſsiſſe. licet ſecus ſit. j. quod iuſſu. l. j. §. quod ergo. & eſt ratio: quia hic tenetur inſtitoria, non hoc ipſo ꝙ fideiubet: ſed quia eum præpoſuit merci emendæ: & data fuit ei pecunia ad hoc, vt emeret: ad quod tacite videtur D præpoſitus, vt accipiat pecuniam. vnde licet inutilis ſit fideiuſsio, & non teneatur ex ea, tenebitur tamen inſtitoria. at ibi non tenetur quod iuſſu: quia nec iuſsit, nec ratum habuit, nec hoc ipſo quod fideiubet. vnde licet teneat, vel non fideiuſsio: non tamen tenetur quod iuſſu.

e Miſcuerit. accepit enim eum fideiuſſorem, vt ſecurior eſſet: licet ex abundanti, non tamen pro ſuperuacuo habendus eſt: vt ſupra de nego. geſt. l. ſi pupilli. §. j. & j. rem rat. habe. l. quo enim.

f Inſolidũ. ſed neg. de peculio: vt j. de fideiuſ. l. ſeruus inſcio.

g Quod autem. vel dic ꝙ inſtitor tibi mutuaturus erat. creditori tuo eum delegaſti: accepit à te inſtrumentum mutui: tenetur dominus ſtipulanti. & tu domino: & ſecũdum hoc dic, fœnerauit, id eſt fœnori accipere diſponebat.

h Fœnerauit. illi cui ſeruus à me præpoſitus numeraturus erat pecuniam: & ita ponetur fœnerauit. id eſt fœnori dedit: & ſic promiſit ſeruus creditori creditoris eius cui numeraturus erat. Vel dic, fœnerauit, id eſt fœnori promiſit ſe alij daturum, cui me delegauit.

A i Cui. ſcilicet domino.

LVcius.} CASVS. Præpoſui libertum meum menſæ nummulariæ. miſit libertus Titio literas, quibus ſignificauit ei ꝙ apud menſam habebat. c. & ad certum tempus nuntiauit ei debere. deceſsit non ſoluendo, nullo relicto herede. an libertus ex epiſtola cõueniri poſsit quæritur. Et reſpon. ꝙ non: nec de iure ſtricto, nec de æquitate: quia magis ad fidem menſæ præſtandam, quàm ad ſe obligandum epiſtolam miſit. Viuianus.

k Is. ſcilicet libertus.

l Octauius. nomen liberti. Accurſius.

m Felicis. patroni, quẽ ſupra vocauit Lucium Titium. quadrinomius enim erat. Accurſius.

n Domitio Felici. quem ſupra vocauit Gaium Seium.

o Ad fidem. id eſt vt oſtenderet ſibi fidem commiſſam menſę: nõ vt conſtitueret vt ſe debere. & ſic nõ obſt. ſupra de conſtit. pec. quidam. quæ eſt contra. & l. Lucius.

DE TRIBVTORIA ACTIONE.

*Qualiter inſolidum cõueniamur ex contractibus aliorum, dixit: nunc quando quaſi inſolidum. id eſt non deducto quod domino debetur vel patri: vt infra eod. l. 1. in fi. 1. reſpon.*

HVius quoque.} CASVS. Commẽdat Vlpianus edictu prætoris, quo vocat dominum ſerui negotiantis in merce peculiari in tributum cũ alijs creditoribus, vbi dominus priui. nõ habeat deducendo qđ ſibi debetur inſolidũ, ſed pro rata: ita tamen ſi dominus ſciat eum negotiari. {LICET.} Quamuis mercis appellatione ſerui non contineantur: tamen ſi ſeruus in his vendendis & emendis negotietur, dominus ex contractu eius hoc edicto tenebitur, cum ex interpretatione ad omnes negotiationes porrigatur hoc edictum. {PECVLIAREM.} In actione tributoria, quæ contrahenti cum ſeruo peculiari, datur aduerſus dominum: non deducit dominus quod ſibi debetur. ſecus in actione de peculio. {SCIENTIAM.} Ad hoc quòd dominus tributoria teneatur, oportet quòd ſciat ſeruum negotiari. ſed an voluntas eius expreſſa exigatur? Dicunt quidam quòd ſic. Alij quòd ſi non expreſſe voluerit: dum tamen non contradicat, ſufficit. & hoc verius. {POTESTATIS.} Quod contractum cum eo erit, qui in aliena poteſtate eſt, eo ſciente in merce peculiari, de eo iudicium dabo. Qualiter accipiatur poteſtatis verbum, quæritur. Et reſpon. quòd non refert maſculus ſit an fœmina: ſeruus proprius, an alienus: bon. fid. ſeruiens, vel liber homo credens ſe ſeruum: dum tamen res in qua negotiatur, ad eum pertineat in cuius poteſtate eſt. ſi verò ſit ſeruus communis, & vterque dominorum ſciat: in vtrunque dabitur tributoria. ſi alter ſciat, alter ignoret: qui ignorat, deducit inſolidum quod ſibi debetur. Si verò ignorans cõueniatur de peculio, deducit ſciẽs quod ſibi debetur inſolidum. quòd ſi ſciens de peculio cõuenitur, deduceret inſolidum. {SI SERVVS.} Pupilli ſeruus negotiabatur in merce peculiari ſciente tutore. tutor iſtius pupilli dolum commiſit. vtrum pupillus ex iſto dolo conueniri poteſt? Reſpon. quòd non: tamen ſi quid ad pupillum peruenit, tenebitur act. inſtitoria. Cetera ſunt plana vſque ad §. ſi vicarius. in l. procuratoris. Viuianus.

Huius

## DE TRIBVTORIA actione.

### TITVLVS IIII.

*De eo quod contractum eſt in merce peculiari: cum eo qui eſt in alterius poteſtate, eo ſciente, competit tributoria. & verbum merces, accipitur generaliter: & verbum peculiare, nulla facta deductione: & verbũ ſcientia, pro patientia: & verbum poteſtatis etiã generaliter accipitur.* Bartolus.

I. VLPIANVS libro vicenſimonono ad Edictum.

HVius quoq;[a] edicti nõ minima vtilitas eſt: vt dominus qui alioquin in ſerui cõtractibus priuilegiũ[b] habet, quippe cũ de peculio dũtaxat teneatur, cuius peculij æſtimatio deducto qđ domino[c] debetur fit, tamen ſi ſcierit ſeruũ peculiari merce[d] negociari, velut extraneꝰ creditor ex hoc edicto in tributũ vocetur[e]. Licet mercis appellatio anguſtior[f] ſit, vt neq; ad ſeruos fullones, vel ſarcinatores, vel textores[g], vel venalitiarios pertineat, tamẽ Pediꝰ libro quintodecimo ſcribit, ad oẽs[h] negotiatiões porrigendũ edictũ[i]. Peculiarẽ autẽ mercẽ nõ ſicuti peculiũ accipimus. quippe peculiũ deducto qđ domino debetur, accipitur. Merx peculiaris, etiam ſi nihil ſit[k] in peculio, dominum tributoria obligat, ita demũ, ſi ſciente eo negotiabitur. Scientiam[l] hic eã accipimus, quæ habet voluntatem. Sed vt ego puto, nõ volũtatẽ[m], ſed patientiã. Nõ enim velle[n]* debet dominus, ſed non nolle. Si igitur ſcit, & non proteſtatur & cõtradicit, tenebitur actione tributoria. Poteſtatis[o] verbum ad omnem ſexũ, itẽ ad omnes qui ſunt alieno iuri ſubiecti, porrigendum erit. Non ſolum ad ſeruos pertinebit tributoria actio, verum ad eos quoque qui nobis bona fide ſeruiunt, ſiue liberi ſiue ſerui alieni ſunt, vel in quibus vſumfructum[p] habemus.

II. PAVLVS libro trigenſimo ad Edictum.

VT tamen merx qua peculiariter negotietur, ad nos pertineat.

III. VLPIANVS libro vicenſimonono ad Edictum.

SEd ſi ſeruus communis ſit, & ambo ſciant domini, in vtrumlibet ex illis[q] dabitur actio.

*Vnius ſcientia non præiudicat ignoranti. item actionis natura facit in ſolidum ſcientem etiam deducere.* Bartolus.

At ſi alter ſciuit, alter ignorauit: in eũ qui ſciuit, dabitur actio.[r] deducetur tamẽ ſolidum, quod ei qui ignorauit debetur. Quòd ſi ipſum quis ignorantem cõuenerit, quoniã de peculio cõuenitur, deducetur etiam id quod ſciẽti debetur, & quidem in ſolidum[s]. nam & ſi ipſe[t] de peculio conuentus eſſet, ſolidum quod ei debetur,[u] deduceretur. & ita Iulianus libro duodecimo Digeſtorum ſcripſit.

*Dolus tutoris & curatoris nõ nocet his quorum negotia adminiſtrãt, niſi quatenus ſunt locupletiores: & tunc tenentur cedere actionem: ſed ipſorum adminiſtrantium ſcientia ſufficit ad hanc actionem: pupillorum vero & adultorum dolus ipſis nocet: ſed ſcientia non ſufficit: procuratoris verò dolus & ſcientia nocet.* Bartolus.

Si ſeruus pupilli vel furioſi ſciente tutore vel curatore in merce peculiari negotietur, dolum quidem[x]* tutoris vel curatoris nocere pupillo vel furioſo non debere puto,[y] nec tamen lucroſum eſſe debere: & ideo hactenus eũ ex dolo tutoris tributoria teneri, ſi quid ad eũ peruenerit. Idem & in furioſo puto: quãuis Põponius libro octauo epiſtularum, ſi ſoluendo tutor ſit, ex dolo eius pupillũ teneri[z] ſcripſerit. Et ſanè hactenus tenebitur, vt actionem quã contra tutorem habet pręſtet.[a] Sed & ſi ipſius pupilli dolo factum ſit: ſi eius ætatis ſit, vt doli capax ſit, efficere[b] vt teneatur, quamuis ſciẽtia eius[c] non ſufficiat ad negotiationem.[d] Quid ergo eſt? Scientia[e] quidem tutoris & curatoris debet facere locũ huic actioni: dolus autem[f] quatenus[g] noceat, oſtendi:[h]

a *Huius quoque.* quaſi dicat, non ſolum ſuperioris: vt ſupra titu. j. l. j.

b *Priuilegium.* ſcilicet magnum: cui priuilegio aliquis non præfertur: vt j. de peculio. l. ex facto. Accur.

c *Domino.* item deducitur id quod debetur his qui ſunt in domini poteſtate vel patris: vel etiam in tutela: vt j. de pecu. l. ſed ſi damnũ. §. præterea. Accurſius.

d *Merce.* aliàs enim locum non habet: vt ſ. titu. j. l. ſed & ſi pupillus. §. ſi inſtitoria.

e *Vocetur.* ſ. à creditoribus, vt ſit eiuſdem conditionis cum alijs. ſed non per omnia, cũ domini debitum vndecunque ſit, petatur: creditorum autem ita demum, ſi in eam mercem contraxerunt in quam agunt: vt infra eod. l. procuratoris. §. ſed eſt quæſitum. & §. ſi plures.

f *Anguſtior.* id eſt anguſta. Vel dic, anguſtior quàm peculij appellatio. Accur.

g *Textores.* vt ſi ſeruus habeat in merce ſua ſeruos textores, vel fullones, vel ſarcinatores, vel venalitiarios, id eſt quos emit & reuendit: vt infra eo. procuratoris. §. itẽ ſi mancipia. ſunt enim quaſi inſtrumenta: vt j. eod. procuratoris. §. ſi propter mercẽ. Accurſius.

h *Omnes.* ſcilicet peculiaris mercis, non aliàs: vt infra eodẽ. l. procuratoris. §. mercis. quæ eſt contra. Itẽ hic ad mobilia tãtùm: vt infra de verbo. ſignifica. l. mercis. Sed quid[a] ſi vnus tantum cõtractus factus eſt in merce? non poteſt dici negotiatio: ſed dic vtilem tributoriam dari: vt C. de inſtitoria. ſi mutuam.

a *Per iſtã gl. videtur decidi illa q. an ille qui ſemel mercatur vel qui vnicam mercantiã ducit, dicatur mercator. de quo vide per ſcribẽ. in l. legatis ſeruis. de le. 3. infra.*

i *Porrigendum edictum.* ex propria vocabuli ſignificatione: ſed aliud eſt ex interpretatione: vt infra de verbo. ſigni. l. mercis. ſecundum Azo. & hic ſubijcit.

k *Si nihil ſit.* quia plus patri vel domino debetur. quo caſu nihil eſſe videtur: vt inſtit. quod cum eo. §. cum autem.

**id eſt, non nolle. ca. 3. de reg. iur. Vide Alcia. li. 5. parerg. ca. 17.*

l *Scientiam.* & voluntatem ſcilicet expreſſam vel tacitã, non aliter: ſed ſtatim corrigitur. nã alterũ tantũ ſufficit: vt hic, & ſ. de exer. ac. l. j. §. ſi is qui.

m *Non voluntatẽ.* ſcilicet expreſſam tãtùm.

n *Velle.* id eſt non eſt neceſſe. ſi tamen interueniat expreſſa volũtas, poteſt agi tributoria: vt hic. & poteſt etiã agi hic quod iuſſu inſolidum: vt infra quod iuſſu. l. j. §. j. & ſic not. quòd inter velle & nolle eſt medium, ſcilicet non nolle. vnde epiſcopus electus dicit, Volens nolo, & nolens volo. Accur.

*Inter velle & nolle eſt medium.*

o *Poteſtatis.* talia enim fuerũt verba edicti forte. Quod cum eo qui in alterius poteſtate erit. eo ſciente contractũ erit in peculiari merce & cet. & ſic exponit verbum, poteſtatis. vt & aliàs ſupra. de exer. act. l. j. §. poteſtatis.

p *Vſumfructum.* idem eſt & in actione quod iuſſu: vt infra. quod iuſſu. l. j. §. ſed iuſſu. Accur.

q *Sed & ſi ſeruus. Ex illis.* ſcilicet pro portione ſua: vt hic. argu. contra. ſupra tit. j. l. habebat. in fin. Accurſius.

r *Dabitur actio.* ſcilicet tributoria.

s *Inſòlidum.* vt hic, & infra de peculio. ſi noxali. §. fina.

t *Si ipſe.* qui ſciuit.

u *Debetur.* idem ergo eſſe debet & ſi ignorãs ex perſona eius cõueniatur, cum ea ſit actio qua dominus priuilegium habeat.

x *Dolum quidem.* qui qualiter committitur, dic vt infra. l. illud. §. ſi cuius.

y *Non debere puto.* no. ex dolo tutoris pupillum non teneri: quod eſt intelligendum niſi ſit locupletior: vt hic, & infra ſi quis omiſ. cau. teſta. l. ſi dolo. & infra quando ex fa. tutoris. l. iij. §. j. nam nõ debet lucrari cum alieno damno: vt ſupra de dolo. ſed ſi ex dolo. & infra de pecu. ſumma. §. ſi dolo. & ſupra de nego. geſt. ſi pupilli. in princip. & ſ. titu. j. l. ſi quis mancipijs. §. penul. & infra de act. em. l. Iulianus. §. ſed cum in facto.

z *Pupillum teneri.* etiam ſi non ſit locupletior.

a *Præſtet.* ſcilicet ad minus. nam & pro eo quandoque ſatisfacere tenetur: vt infra de admini. tu. l. fina. & infra da ædil. edi. l. quòd ſi nolit. §. quod in procuratore. & l. ædiles etiam. §. ſed notandum.

b *Efficere.* ſcilicet dicẽdum pupilli dolum efficere &c.

c *Scientia eius.* ſcilicet pupilli.

d *Ad negotiationem.* vt tributoria teneatur.

e *Scientia eius.* ſcilicet pupilli. & tranſitiue conſtruatur cum illo verbo, tutoris: quod verbum præmitte ante dictionem, eius: alioquin falſum eſſet.

f *Dolus autem.* tutoris vel pupilli. Accurſius.

g *Quatenus.* pro vt.

h *Oſtendi.* id eſt probari debet ab eo qui dicit: & j. de proba. l.

Sba.l.quotiēs.§.qui dolo. Vel dic,oſtēdi.i.mōſtraui.ſ.e.l. A
a *I pupillus.Admittat.*ſcilicet in diſtribuendo.Accurſius.

P*Rocuratoris.*} C A S V S principij planus eſt. {S I V I C A R I V S.}Habebam ſeruum ordinariū,qui habebat vicariū ſub ſe.ſi igitur negotiatus fuerit in merce peculiari, aut me ſciente, & ordinario ignorante: aut econuerſo:aut vtroq; ſciente.primo caſu tenebor tributoria: ſecundo caſu in me de peculio actio dabitur nomine vicarij, ſecundum quoſdam:ordinarij,ſecundum alios. ſed an de peculio vicarij,quę ordinario debentur, deducam? Dicitur, quòd non, quia ſciuit: ſed quod mihi debetur,ſic: quia ignoraui. Tertio caſu nomine meo teneor tributoria, ordinarij & de peculio. debet tamen eligere actor qua actione experiatur:nec deducam quod mihi debetur, neque quod ordinario: licet ordinarius deducere poſſet ſi ignorauit. {S E D E T S I.} Si ancilla negotietur in peculiari merce, tributoria competit. Item neque refert cum ſeruo quis contrahat in merce peculiari, an cum eo quem ſeruus præpoſuit.{M E R C I S.} Seruus meus negotiabatur in merce peculiari:latum peculium habebat aliud in quo nō negotiabatur: an de eo tenear tributoria? Dicitur quòd non. {P E R H A N C.} Quod ſeruus ratione mercis peculiaris accepit,venit in hac actione. {I N T R I B V T V M.} Vocatur dominus in tributum cum creditoribus mercis peculiaris. an refert debeatur domino nomine mercis,an aliàs,quò minus veniat in tributum cum alijs? Dicitur, quòd non,ſiue ante mercē,ſiue poſt ei aliquid à ſeruo debeatur. & hoc in prima. Si vero hi qui contrahebant, pignori habebant mercem, illi domino præferendi ſunt. Item non refert an domino debeatur, an his qui ſunt in eius poteſtate: quia eodem modo veniunt in tributum. Si vero plures domini ſint,pro rata debiti vnicuique fiet contributio. {N O N A V T E M.} Si ſeruus qui negotiabatur, habeat peculium in quo non negotiatur:an illud veniat in tributum,quæritur.Et dicitur, quòd non, ſed illud in quo negotiatur mercis peculiaris cauſa:neque refert, merces illa extet, an pretium eius in peculium ſit verſum. item ſi aliud debeatur ſeruo ex contractu, illud veniet in tributum prout fuerit ſolutum. {S I P R O P T E R.} Si ſeruus in ſtatione in qua negotietur in peculiari merce,inſtrumentum habeat,vel plauſtrum, vel conſimile:illud veniet in tributum. quod vero habet extra mercem peculiarem,puta argentum, vel conſimile:non veniet in tributum, niſi ex re peculiari fuiſſet comparatum. vnde ſi mancipijs emendis vel vendendis negotietur, & illa venient. {S I P L V R E S.}Si in ſeparatis mercibus negotietur ſeruus, & in vna aliquis contrahat,in alia alius: puta exercuit ſeruus mercem in linteolis,aliam in ſaccis:non ſimul venient creditores ratione vtriuſque mercis coniunctim, ſed ſeparatim:vt vnus ratione vnius vocetur in tributum, alius ratione alterius.Idem ſi in diuerſis locis exerceat eandem negotiationē, puta Mutinæ & Bononien.quia creditor Mutinen.non venit aliàs in tributum cum creditore Bononien.ſed fiet ſeparatio. Si vero in vno loco exerceat omnes, ſimul veniunt in tributum: licet ex pecunia vnius creditoris fuerunt comparatæ merces:niſi fuerunt pigneratæ creditori,quo caſu ille præferendus eſt,ſicut ſupra dictum eſt.§.in tributum. {S E D E T S I.} Si ſeruo tuo inſtitori mercem meam tradidi vendendam, & habui ei fidem de pretio: ſi extat merx, an veniat in tributum,quæritur.& diſtinguitur. Aut habuit fidem de pretio,aut non.primo caſu habet locum contributio:ſecundo ca

ff. Vetus.

IIII. P A V L V S libro trigenſimo ad Edictum.

SI pupillus, cuius tutor ſcierit,pubes factus, vel furioſus ſanæ mentis,dolum admittant[a]: tenentur ex hoc edicto.

V. V L P I A N V S libro vicenſimonono ad Edictum.

PRocuratoris[b] autē ſcientiam & dolum nocere debere domino,neq; Pomponius dubitat, nec nos dubitamus[c].

B

*Si ſint plures,quorum vnus eſt dominus, alius quaſi dominus: vtriuſque ſcientia & ignorantia contemplatur vt inducat hanc actionem.Bartolus.*

Si vicarius[d] ſerui mei negotietur:ſi quidem me ſciente, tributoria tenebor[e]. ſi me ignorāte, ordinario ſciente: de peculio eius[f] actionē dandam Pomponius libro ſexagenſimo ſcripſit: nec deducendum ex vicarij peculio quod ordinario[g] debetur:cū id[h], quod mihi debetur,deducatur. Sed ſi vterq; ſcierimus,& tributoriam[i], & de peculio actionē competere

C

ait:tributoriam, vicarij nomine:de peculio verò,ordinarij[k]. eligere tamen debere agentem, qua potius actione experiatur: ſic tamen,vt vtrumq; tribuatur, & quod mihi, & quod ſeruo[l] debetur: cum ſi ſeruus ordinarius ignoraſſet, deduceretur[m] integrum, quod ei à vicario deberetur*. Sed & ſi ancilla[n] negotiabitur: admittendam tributoriam dicimus. Item parui refert, cum ipſo ſeruo

B contrahatur, an cum inſtitore[o] eius.

*Contrahentes tantum circa merces habent actionē.contrahentes in poteſtate deducunt debitum eis etiā extra cauſam mercis: niſi creditores ratione pignoris præferantur. & ſolæ merces, vel quod ex eis eſt redactum, veniunt in tributum. h.d.vſque ad.§.ſi plures.Bartolus.*

*Mercis*[p] *nomine*,merito adijcitur, ne omnis negotiatio[q] cum eo facta tributoriā inducat.

Per hanc actionem tribui iubetur, quòd ex ea merce, & quod eo nomine receptū eſt.[r] In tributum autem vocantur,qui in poteſtate [ſeruos] habent, cum creditori-

C

bus[s] mercis.Sed eſt quæſitū, vtrum dominus ita demum

A ſu eam vindicabo:quia res venditæ,&c. {T R I B V T I O.} Si ſeruus in merce peculiari negotietur, & plures cum eo contraxerint, pro rata fiet contributio. & ſi vnus exegerit tributoria, ſolidum conſequitur, ſi hoc merx peculiaris patiatur. cauebit tamen quòd ſi alia cauſa mercis peculiaris creditores apparuerint, refuſurum ſi plus quam merx patiatur, accepit. Item cauere debet ſe domino refuſurum, ſi appareat ſibi aliquid deberi ſub conditione, vel ſi latens fuerit debitum, & poſtea claruit. Viuianus.

b *Procuratoris.* ſcilicet generalis:vt ſupra, tit. j.l.cuicunque.§.fin. & habentis liberam: vt ſupra, de procura.l. procurator cui libera, alias contra: vt infra, de except. do. ſi procurator. quæ eſt contra.

* *Flor. debetur.*

c *Dubitamus.* nam ſine dubio nocet: vt infra,de excep.do.apud.§.quæſitum.Accur.

d *Si vicarius.* ſiue ambo ſciuimus, ſiue ordinarius tantum, teneor ex perſona ordinarij de peculio vicarij:quia ſi ipſe ordinarius eſſet liber, teneretur de peculio vicarij: ſed tamen non deducetur ſibi debitum, & ita habet naturam tributo. quare ergo non dicitur tributoria? Reſpon.quia verba edicti dicunt, in poteſtate: ſed ordinarius nō habet vicarium in poteſtate proprie: & ſic non dicitur proprie tributoria: ſed quia quaſi in poteſtate habet.& ideo habet illa de peculio naturam tributoriæ.

e *Tenebor.* meo nomine.Accurſius.

f *De peculio eius.* ſcilicet vicarij,ſecundum quoſdam,& bene. alij,ſcilicet ordinarij:quod non placet: ſed de peculio vicarij proſequitur. Et not. tributoriam actionem de peculio dici. Accurſius.

*Tributoria actio de peculio dicitur.*

g *Ordinario debetur.* obſtante ſcientia ipſius ordinarij, aliàs deduceretur;vt infra,de peculio.ſi ſeruus meus.quæ eſt contra.& regulariter attendas,vt in quo caſu dominus ſibi debitum non prædeducit, in eodem caſu ſi conueniatur nomine ſerui ſui vicarij, non poteſt prædeducere ex perſona ordinarij.

h *Cum id.* cum,pro quanuis.vel cum id,ſcilicet ſolum.

i *Tributoriam.* ſcilicet nomine meo.

k *Ordinarij.* ſcilicet nomine.

l *Et quod ſeruo.* ordinario.

D m *Deduceretur.* & tunc ex vtriuſque peculio deducam quod mihi debet ordinarius directo. ſed nunquid per obliquū debet domino vicarius iſte id quod debet ordinario:vt j.de peculio.ſi ſeruus meus.id enim tantum ex vicarij deducitur peculio.ſed vbi ſciuit ordinarius: nec de vicarij peculio quod ei debetur deduco, ſed contribuo, ſecundum Ioan. ſed certe quod dicit Io.in prin. huius glo.falſum dico,vt in prædicta.l. de pec.ſi ſeruus.§.j.ſed ſi ego ſciui, & ordinarius ignorauit & conueniar tributoria:an ordinario debitum deducam de peculio vicarij:cuius nomine conuenior tribu? Arg.quòd non. j.ea.l.§.ſiue autem.ſed antiquæ glo.dicunt quòd ſic:& bene: vt ibi,cum ſi ſeruus,&c.

n *Sed & ſi ancilla.* vel filiafamil.vt infra, de pecu.& ancillarum.in princip.

o *An cum inſtitore.* & ſic in exercitoria:vt ſupra,de exer.l.j.§. magiſtrum.Accurſius.

p *Mercis.* ſcilicet peculiaris.

q *Ne omnis negotiatio.* ſcilicet facta extra peculium: vt ſupra de inſtito.ſed & ſi pupillus.§.pen.ſed intra peculiū facta omnis continetur,vt ſupra,eod.l.j.§.licet.

r *Receptum eſt.* vt hic, & inſti.quod cū e.§.rurſus de peculio.

s *Creditoribus.* ſcilicet cū his qui crediderunt in merce pecu-

liari contrahendo:arg.vt ſupra,eod.l.j.in princip.
a *Ex quacunque*. ſic & debitum ex quacunque cauſa deducit, cum de peculio conuenitur:vt infra de pecu. ſed ſi damnum. §.ſiue autem.Accurſius.
b *Perdidit*. in tributoria.
c *Iure pignoris*. hoc in tributoria : ſed ſi in actione de peculio, nullum priuilegium patri vel domino nocet: vt infra de pecu. l. ex facto.Accurſius.
d *Vtique*. i. pro ſe facienda eſt diſtributio. Item hoc ſi & illi quibus debetur, ſciunt:aliàs deducitur: vt ſ. §. j.in fin.§.
e *Non autem totum*. vt hic,& j.eo. aliquando & inſtit.quod cum eo. §.item tribu.
f *Receptum*.de hoc etiam cauebitur:vt j. e. l.illud.j.Reſpon.
g *Inſtrumentum*. plauſtrum , vel quid ſimile quo vtebatur in merce.
h *Apparatus*. latenter accedit ad definitionē inſtrumenti : vt infra defun.inſtru.quæſitū. §.ſed ſi fundus.Accurſius.
i *Etiam hæc*. vt hic, & ſ.eo.l.j.§. licet. & dic, negotiatione. ſ. peculiari.
k *Sagariam*. de vilibus pannis:vt j.pro ſocio. l.cum duobus. §. quidam.
l *Merci magis*. no.magis quādoque ad rem, quandoque ad perſonam haberi reſpectū: vt j. de no. ope. nuntia.l.de pupillo.§. nuntiationem. & l. fin. & j.de ann.lega.l.annua. §.à Titia. & ſ. de neg. geſto.qui aliena. §. vno defendente. Accurſius.
m *Ratiocinator*. id eſt creditor.Accurſius.
n *Separatim*. quod ſeparatum eſt, non coniungitur : vt hic,& ſ. proxi.§.& ſ.quib.mo. vſusfruct. amit. ſi ſub conditione.in fine.
o *In tributum venire*. not. quòd nō prodeſt quod ex ſua pecunia res ſint comparatæ: vt hic,& C.de pigne.act. pecunia. niſi ſit pupillus cuius pecunia res comparatur : vt infra de pec.l.ex facto.§.plane. quæ eſt contra. & niſi ſit miles : vt C. de rei vin. ſi vt proponis. quæ eſt contra . Item ſecus ſi agatur de in rē ver.vt j.de in rem ver. l.j.§.fin.Item arg.contra j.de priui.cre.ſi vētri.§.in bonis. & l. qui nauem.
p *Vendendam*. ſeruo tuo inſtitori.
q *Exſtat*. merces.

*Flo. referret.
*Flo. præter.
*Fl. tabernam.
*Hucinū. Flo.

partietur ex merce,ſi quid ei mercis nomine debeatur: an verò & ſi ex alia cauſa? Et Labeo ait,ex quacunq;[a] cauſa ei debeatur : paruique referre*, ante mercem,an poſtea ei debere quid ſeruus cœperit. ſufficere enim quòd priuilegium deductionis perdidit[b]. Quid tamen ſi qui contrahebant,ipſam mercem pignori acceperint? Puto debere dici præferendos domino B iure pignoris[c]. Siue autē domino, ſiue his qui in poteſtate eius ſunt,debeatur:vtiq;[d] erit tribuendum. Sed ſi duo pluréſve domini ſint: vtique omnibus tribuetur pro rata debiti ſui. Non autē totum[e] peculium venit in tributum, ſed id duntaxat, quod ex ea merce eſt,ſiue merces manēt, ſiue pretium earum receptū[f] conuerſumve eſt in peculiū. Sed & ſi adhuc debeatur mercis nomine à quibuſdā, quibus ſolebat ſeruus diſtrahere:hoc quoque tribuetur, prout fuerit receptū. Si propter* mercem ſeruus iſte in taberna* habeat inſtrumentum[g]:an hoc quoque tribuatur? Et Labeo ait, & hoc tribui,&(hoc)eſt ęquiſſimum. plerumque enim hic apparatus[h] ex merce eſt:immò ſemper.cetera tamen, quæ extra hæc in peculiū habuit, non tribuentur: vt puta argētum habuit vel aurum: niſi ſi hæc ex merce comparauit. Item ſi mancipia in negotiatione habuit ex merce parata : etiā hæc[i] tribuentur.

*Si plures ſint negotiationes , vel vna, ſed plura loca: plures & ſeparatæ fient contributiones.Bartolus.*

Si plures habuit ſeruus creditores, ſed quoſdam in mercibus certis: an omnes in ijſdem confundendi erunt, & omnes in tributū vocandi:vt puta duas negotiationes exercebat,puta ſagariam[k] & linteariam: & ſeparatos habuit creditores? Puto ſeparatim eos in tributum vocari. vnuſquiſque enim eorum merci magis[l], quàm ipſi credidit. Sed ſi duas tabernas eiuſdem negotiationis exercuit, & ego fui tabernæ(verbi gratia) quam ad Bucinum* habuit, ratiocinator[m]:alius eius,quā trans Tiberim: æquiſſimum puto , ſeparatim[n] tributionem faciendam : ne ex alterius re mercéve, alij indemnes fiant : alij damnum ſentiant.

*Creditores habentes perſonales actiones vocantur in tributum: & habentes reales, ſuum integrum conſequuntur.Bartolus.*

Planè ſi in eadem taberna merces continebantur*: licet hæ,quæ extant,ex vnius creditoris pecunia ſint comparatæ:dicendum erit, omnes in tributum venire[o]: niſi fuerint creditori pigneratæ. Sed ſi dedi mercem meam vendendam[p], & exſtat:[q] videamus, ne iniquū ſit in tributū me vocari. Et ſi quidem in creditum[r]† ei abij[s]*: tributio locum habebit. Enimuero ſi non abij : * quia res venditæ non aliàs deſinunt eſſe meæ, quamuis vendidero, niſi ære ſoluto , vel fideiuſſore dato , vel aliàs ſatisfacto: dicendum erit vindicare[t] me poſſe. C

*Creditores accipientes cauent ſe reddituros aliis creditoribus emergētibus,& etiā ipſi domino qui poteſt,ſi vult,peculio renuntiare.h.d.cum prin.l.ſeq.Bartolus.*

Tributio autem fit pro rata eius quod cuiq; debeatur. Et ideo ſi vnus creditor veniat, deſiderans tribui integram portionem conſequitur.[u] Sed quoniā fieri poteſt, vt alius quoque, vel alij exiſtere poſsint mercis peculiaris creditores : cauere debet creditor iſte, pro rata ſe refuſurum,[x] ſi fortè alij emerſerint[y] creditores.

D

VI. PAVLVS libro trigenſimo ad Edictum.

NOn enim hæc actio,ſicut de peculio,occupātis meliorem cauſam facit :[z] ſed æqualem conditionem quandoque[a] agentium.

VII. VLPIANVS libro vicenſimo nono ad Edictum.

ILlud quoque cauere debet , ſi quid aliud domini debitum emerſerit , refuſurū ſe ei pro rata. Finge enim conditionale debitum imminere, vel in occulto eſſe:hoc quoque admittendum eſt.[b] nam iniuriam dominus pati non debet, licet in tributum vocatur. Quid autem,ſi do-

A r *In creditum*.quia de pretio fidem habui ſeruo.& ei vendidi. & ſic mutat caſum.
s *Abij*. id eſt,dominium tranſtuli.
t *Vindicare*. quod poteſt prompte intelligi , quando dicebat ſe pecuniam paratam habere:vt ſupra de pig.act.l.iij.aliàs videor eo ipſo quod do, fidem habere pretij, & transfero dominiū: vt ſ.proxi. & inſtit.de re.di.§.vēditæ.niſi ſim procurator fiſci : vt j. de iure fiſci. ſi procurator. Itē poſſum vindicare , niſi ſit paratus offerre pretium : vt j. mandati. l. diligenter. & facit j. de priuile. cred.ſi ventri.§.in bonis.Accurſius.
u *Conſequitur*.ſi merces hoc patitur.
x *Refuſurum*. not.de hac cautione : vt hic, & infra ſi cui plus quàm per leg. Falci. l. j. j. reſpon . & ſupra de petit. hered.l. pen. & infra l.illud. in princip.
y *Emerſerint*. i. apparuerint.Accurſius.
z NOn enim. *Facit*. hoc enim facit † actio de peculio: vt j. de pecu.ſi vero.
a *Quandoque*.aliàs quandocunque.
ILlud. CASVM principij dic, vt in caſu præcedenti,in fine. {QVID.} Si creditores mercis peculiaris velint vt dominus contribuat , ille nolit ſe intromittere, ſed potius dimittere quod ſibi debetur : an ſit audiendus? Dicitur, quòd ſic, & laudandus. {SI CVIVS.} Si dominus venius minus quàm debebatur tribuat dolo malo , tributoria tenetur. ſi vero ſeruus per miniſterium ſuum negotietur in merce peculiari, & hoc ignoret dominus : ſi hic vnus qui tribuat in dolo eſt , liberatur ſupplēdo quod deeſt. & hoc in prima. ſi vero ſibi ſoluit, & per hoc vnus tribuat , vel merces ſuſtulit,aut minoris diſtraxit, aut ab emptoribus non exegit: tenetur tributoria ſi dolus interueniat. Item ſi negauerit per dolū alicui deberi,tenetur. {HAEC ACTIO.} Hæres tenetur hac actio . quatenus ad eum peruenit, & perpetuo, & ſeruo mortuo dominus tenetur . iſta ſunt vera non ſolum in herede , ſed & in aliis ſucceſſoribus . Viuianus.
b *Admittendum eſt* . vt caueat ſe domino refuſurum.Accurſius.

*Fl. deba[ntur].
† H[abemus] [...] tex.
*Fl. [...]

a *Cedere*. habendo mercem pro derelicto, vel cedere quo ad diſtributionem: quia non vult diſtribuere. Accurſius.
b *Audiendum*. & laudandũ: vt s̃. de alie. iu. mu. cau. fac. l. item ſi res. §. poteſt. Arg. tamen contra s̃. de arbi. l. iij. §. tametſi.
c *Tribuantur*. inter ceteros creditores & dominum. Accur.

A faceret, vel deduceret de peculio quod debuerit: tenetur tributoria. {Totiens.} Hic reſpon tacitæ obiectioni, quare non datur in heredem niſi quatenus ad eum peruenit: vt s̃. l. illud. in fine. Reſpond. quòd totiens. q. d. cum de dolo defuncti conueniatur, conſideratur quantum ad eum peruenit: cum ex ſuo inſolidũ. Viuianus.

minus tribuere nolit, nec hãc moleſtiam ſuſcipere, ſed peculio, vel mercibus cedere[a] paratus ſit? Pedius refert, audiendum[b] eum. quæ ſententia habet æquitatem. Et plerumq; arbitrum in hanc rem prætor debebit dare, cuius interuentu tribuantur[c] merces peculiares.

*Hic iuriſconſultus incipit tractare de ſecunda parte edicti, ſcilicet quãdo actio tributoria datur propter dolum domini commiſſum in male contribuendo. & hoc dicit: Ex dolo commiſſo in male vel nihil contribuendo, quis hac actione tenetur.* Bart.

B Si cuius[d] dolo malo factũ eſt, quò minus ita tribueretur, in eum tributoria datur: vt quantò minus tributũ ſit, quàm debuerit, pręſtet. Quę actio dolum malum coercet domini. Minus autem tribuere [dominus] videtur, etiam ſi nihil[e] tributum ſit. Si tamen ignorãs in merce ſeruum habere[f], minus tribuit: non videtur dolo minus tribuiſſe. Sed re comperta ſi nõ tribuat, dolo nunc non caret[g]. Proinde ſi ſibi ex ea merce ſolui fecit, vtiq; dolo videtur minus[h] tribuiſſe. Sed & ſi mercem perire paſſus eſt, aut eam auertit, aut vilioris data opera diſtraxit, vel ſi ab emptoribus pretium non exegerit[i]: dicendum erit, teneri cum tributoria, ſi dolus interuenit. Sed & ſi negauerit[k] dominus cuiquã deberi: videndum erit: an tributoriæ locus ſit. Et eſt verior Labeonis ſententia, tributoriam locum habere: alioquin expediet domino negare[l].

*Actio iſta non eſt de dolo: ideo datur perpetuò: ſed eſt propter dolum, nec purgatur per actionem ex contractu: ideo heres tenetur inquantum ad eum peruenit.* Bart.

B Hæc actio[m] & perpetuò, & in heredem datur, de eo duntaxat, quod ad eum peruenit[n].

VIII. IVLIANVS libro vndecimo Digeſtorum.

Quia non de dolo[o] eſt: ſed rei perſecutionem cõtinet. quare etiã mortuo ſeruo dominus, itẽ heres eius, perpetuò teneri debebit propter factum defuncti: quamuis non aliter quàm dolo interueniente, competat.[p]

IX. VLPIANVS libro vicenſimonono ad Edictum.

C Quod in herede dicim⁹, idem erit & in ceteris[q] ſucceſſoribus.

*Quando ad idem competunt plures actiones, cogitur quis eligere vnam: nec poterit poſtea redire ad aliam: ſecus ſi plures actiones competunt ad diuerſa.* Bartolus.

Eligere[r] quis debet, qua actione experiatur: vtrum de

d *Si cuius*. i. domini.
e *Si nihil*. no. ad multa. ſic j. de verb. ſign. l. minus. & l. verbũ amplius. Accurſius.
f *Seruum habere*. quem habebat. Accurſius.
g *Non caret*. vt hic, & infra, de pecul. l. j. §. eſt autem apud. & §. fi. & infra. de do. except. palam. §. item ſi quis pure.
h *Dolo minus*. hoc hic ſpeciale. ſecus in actione de peculio: vt j. de pec. ſed ſi damnum. §. præterea. quæ eſt contra. Item ſecus in eo qui ſciens debitorem omnibus non ſoluendo, pro ſuo debito vigilauit: vt infra, quę in fraud. cre. l. qui autem. §. ſciendum. quæ eſt contra.
i *Non exegerit*. dolo malo: vt infra de here. vendi. l. ij. §. ſed & ſi quid dolo. & ſic non ob. j. ſolu. matri. l. etiam. §. licet. Vel ſi dicas hic culpam puniri in rerum ſuarum adminiſtratione, erit ſpeciale.
k *Sed & ſi negauerit*. quia nil eſt in merce, & mentiebatur.
l *Domino negare*. quod eſſe non debet: vt infra, tit. j. ſed & ſi ex parte. §. j. & infra pro ſocio. l. ſi vnus. §. fi. Accurſius.
m *Hæc actio*. ſcilicet tributoria, quæ occaſione doli commiſſi in male diſtribuendo competit. nam ſi nullus eſt dolus: etiam de eo quod non peruenit in hereditate, datur: vt infra de act. & oblig. l. ex contractibus.
n *Ad eum peruenit*. immo debet inſolidum dari, etſi nil peruenit, cum ſit ex contractu: vt j. de reg. iuris. ad ea. §. fin. & infra depoſi. l. ſi hominem. §. j. & j. de act. & oblig. ex contractibus. quæ ſunt contra. Sed dic, ſpeciale: quia non omnino in cõtractu dolus commiſſus eſt: ſed in male diſtribuẽdo. Item quod dicit de vita & tranſitu, intelliges ſi actio ex cõtractu ex quo datur, ſui natura ſit talis: vt de exercitoria diximus: vt ſupra de exerci. l. ſi tamen. §. fin. Accurſius.
o *Quia non de dolo*. Ideo dixi dari perpetuò, quia, &c. aliàs ſi referas ad proximum dictum, nulla eſt ratio: quia de dolo actio bene datur in heredem, ſcilicet de eo quod ad eũ peruenit: vt s̃. de dolo. l. in heredem. Accurſius.
p *Competat*. hic finis videtur eſſe contra principium huius legis: ſed non eſt. nam non eſt de dolo, ſcilicet ſimplici, pro quo de dolo detur actio: ſed adhibito contractu, vel circa, vel occaſione contractus in male diſtribuendo: vnde actione ex eo contractu tributoria agitur: vt s̃. de dolo. l. & eleganter. §. non ſolum. in fi. Accurſius.

Quod.} Casvs in §. eligere. eſt talis: Seruus ſi negotietur in merce peculiari, contrahens cum ſeruo agere poteſt cum domino: velit tributoria: velit de peculio: ſed vna electa ad alteram non habebit regreſſum. ſed ſi ex vna cauſa velit agere tributoria, quia contraxit in merce peculiari: ex alia de pec. cum extra mercem peculiarem contraxit, vtraque agere poteſt. {Si servo.} Si ſeruum tuum præpoſueris vt negotietur in merce peculiari, ex alia de pecu. & heredem tuum rogaueris vt eum manumittat, & ei peculium legaueris: an heres teneatur tributoria? Dicitur quòd non, & hoc Labeo. ſed Pomponius dicit, quòd ſi heres cum manumiſit, non fecit ſibi caueri à ſeruo vt creditoribus mercis ſatiſ-

q *In ceteris*. vt bon. poſſ. qui non ſunt heredes: vt inſtitut. de bon. poſſ. §. quos autẽ. Accurſius.
r *Eligere*. not. regulam circa actionem: vt hic, & infra de reg. iu. l. nemo ex his. §. quotiens. & s̃. de noxa. l. in delictis. §. ſi detracta. & C. de codi. l. fin. in fi. j. reſpon. non autem in exceptione: vt j. de except. l. nemo. Sed contra prędictam regulam eſt infra, quorum leg. l. j. §. quia autem. Solut. ſecundum Al. poteſt plures proponere, vt tamen proteſtetur vnam ſe velle proſequi: & ſuper vnã tantum inducat teſtes. Ioan. vero diſtinguit: vt ſi de vna eſt certus quòd competat, eligere debet: licet de alia dubitet. ſi autem dubitat de vtraque, tunc non cogitur. hoc nõ placet: quia poteſt eſſe quòd ſeruus poſtea cœpit debere domino: & ita nihil eſt in peculio. Item quòd dominus ademit ei peculium ſine dolo: & ita non habet locum actio de peculio: & ſic non erit certus an de peculio ſibi detur. Itẽ ignorare poteſt, an merx ſit peculiaris: vel an domino ſciente cõtrahat: ſicque de tributoria dubitat. Tertij diſtinguunt: an ex contractu detur actio: vt tunc non liceat ignorare: vt hic, & infra, de regu. iur. l. qui cum alio. & ſupra, de exerci. l. fin. an ex quaſi contractu: vt in l. contraria. quia ibi iuſtam cauſam habet ignorantiæ: vt infra, de regu. iur. l. qui in alterius. Ioan. etiam quandoque diſtinxit an probabiliter erret ſiue dubitet, vel non: vt primo caſu plures poſſint proponi: ſecundo, non. Sed hoc non valet: quia vbi quis probabiliter errat, cogitur tamen eligere: puta an teſtator fuerit dominus: vt infra, de lega. ij. l. cum filius. §. varijs. tu ergo dic, quòd hic eſt regula cum ſuis concord. lex autem contra. eſt ſpecialis caſus ea ratione, quia D poſſeſſor non certificabat me an pro herede vel legato poſſideat: quod tenetur facere: vt ſupra, de interroga. act. l. j. j. reſpon. & §. j. ideo non certifico eum, an agam peti. hered. vel interdicto, quorum legatorum. vnde dicitur in prouerbio: *A cotale montane, cotale bocone.* vel ſi velim eum præciſe compelli vt reſpondeat, poſſum ex edicto. s̃. de interroga. actio. l. j. j. reſpon. ſed hæc ſolutio licet ſit ad caſum illum, non tamen eſt ad regulam quæ ibi ſequitur. vnde dabis ſimiles caſus, vt ſi non certificas me, poſſideas pro herede vel titulo: vt rei vindicatione te conueniam, vel petitione hereditatis, vel vtrum poſſideas: vel dolo deſijſti poſſidere: vel vtrum ſis heres vel non. & habet locum dicta regula, vbi ad idem dantur: ſecus ſi ad diuerſa: quia tunc tolluntur: vt ſupra, de condict. fur. l. ſi pro fure. §. furti. & infra, de priua. delic. l. ij. niſi ſint contrariæ: vt C. de fur. l. j. & C. ſi ſer. extero ſe emi. man. l. j. Sed quæro an de in rem ver. tollitur electa actione de peculio? videtur quòd non: quia ex eadem cauſa poteſt agi pro vna parte debiti vna actione: pro alia parte debiti poteſt agi alia: vt inſtitutio. quod cum eo. §. in rem autem. ſed forte & hoc in tributum eſſet, & prima facile lex videtur velle quod tollatur electione: vt inſtitut. quod cum eo. §. is quoque. Accurſius.

*Actione vna electa, an ceteræ tollantur.*

*Prouerbium Italicum.*

peculio, an tributoria: cum ſciat[a] ſibi regreſſum ad aliam non futurum[b]. Planè ſi quis velit ex alia cauſa [c] tributoria[d] agere, ex alia cauſa de peculio: audiendus erit.

*Tenetur heres qui ſeruo dedit libertatē ſine cautione vel deductione, & ex hoc ſuo dolo tenetur inſolidum. Bartolus.*

Si ſeruo [in] teſtamento manumiſſo[e] peculium legatū ſit, non debere heredem tributoria teneri, quaſi neq; ad eum peruenerit, neque dolo fecerit, Labeo ait. ſed Pōponius libro ſexageſimo ſcripſit, heredem, niſi curauerit caueri ſibi à ſeruo, vel deduxerit à peculio, quod tribuēdum erat: teneri tributoria[f]. quæ ſententia non eſt ſine ratione. Ipſe enim auctor doli eſt, qui id egit, ne intribueret. Totiens[g] enim in heredem damus [actionem] de eo, quod ad eum peruenit, quotiens ex dolo defuncti conuenitur[h], non quotiens ex ſuo[i].

X. PAVLVS libro trigenſimo ad Edictum.

C DE peculio actione etiā cum emptore[k] ſerui agi poteſt: tributoria nō poteſt.

*Secundum diuerſa accidentia quandoque melius eſt intentare actionem de peculio, quàm tributoriam. Bartolus.*

XI. GAIVS libro nono ad Edictum Prouinciale.

ALiquando etiam agentibus expedit potius de peculio agere, quàm tributoria. Nam in hac actione, de qua[l] loquimur, hoc ſolum in diuiſionem venit, quod in mercibus eſt quibus negotiatur, quodque eo nomine receptum eſt[m]. At in actione de peculio totius peculij D quātitas ſpectatur, in quo & merces continentur. Et fieri poteſt, vt dimidia fortè parte peculij, aut tertia, vel etiam minore negotietur. Fieri prętereа poteſt, vt patri dominóve nihil debeatur[n]*.

*De peculio deducitur id ad quod quis ex doloſa difficultate tenetur. Bartolus.*

XII. IVLIANVS libro duodecimo Digeſtorum.

ALius[o] duntaxat de peculio, alius tributoria ſerui nomine cū domino agit. B Quæſitum eſt, an deducere dominus de peculio debeat, quod tributoria agenti præſtaturus[p] ſit? Reſpōdit[q], Tributoria actione tūc demum agi poteſt,[r] cum dominus in diſtribuendo pretio mercis, edicto prætoris non ſatisfecit: id eſt, cum maiorem partem debiti ſui deduxit,[s] quā creditoribus tribuit: veluti ſi cum in merce triginta fuiſſent, in quam ipſe quidem quindecim crediderat: duo autem extranei triginta tota quindecim deduxerit, & creditoribus reliqua quindecim dederit: cū deberet ſola decem deducere, [&] extraneis dena[t] tribuere. Cum igitur hoc fecit, nec intelligendus eſt ſeruum à ſe liberaſſe[u]: eo quòd quinq; adhuc nomine eius tributoria actiōe præſtaturus ſit. Quare ſi agi de peculio cœperit,[x] cum fortè extra mercem peculium eſſet: quinque, tanquam adhuc creditor ſerui, deducere debebit.

QVOD CVM EO QVI in aliena poteſtate eſt, negotium geſtum eſſe dicetur.

D TITVLVS V.

a *Sciat.* id eſt, ſcire debeat. Accurſius.

b *Non futurum.* niſi in caſu cum deceptus fuit, vel errauit: vt infra titu.j.l.ſed ſi.§.fina. & ſupra de inſtito. act.l.habebat.in fine.j.reſpon.

c Ex *alia cauſa.* puta ex alio contractu.

d *Tributoria.* Cum vtrunque habeat: vt inſtit.quod cum eo. §. is quoque. Accur.

e *Manumiſſo.* ſcilicet per fideicom. & ſic intelligitur infra quādo. act.de pec. eſt an.l.j.§. Pegaſus. non directo: quia tunc non videtur poſſe deducere: vt infra de pecu. l. at cum heres.

f *Tributoria.* ſcilicet inſolidum. ſecus in actione de peculio: vt j.de pec.ſumma.§. ſed ſi alij. vel ibi creditori, cui tenebatur, ſoluit. Item ſecus in alio caſu ſupra, de eden. l. quædam.§.ſed nec. Accurſius.

g *Totiens.* reſpondet tacitæ obiectioni, quare non conuenitur de eo tantum quod ad eū peruenit: vt ſupra eod. l.illud.in fine. reſpon. totiens &c. vt hic, & j.de regul. iuris. l. totiens.

h *Conuenitur.* dolo cō miſſo extra contractum. ſecus in contractu: vt infra de act. & obliga l.ex contractibus. vel dic, hoc caſu ſpeciale etiā ſi ex contractu: vt dixi ſ. eod.l. illud.in fine.

i *Non quotiens ex ſuo.* quia tunc inſolidum etiam ſi nil ad eum peruenit, ſecundum Ioan.

DE *peculio.* } CASVS. Seruum tuū qui negotiabatur in merce peculiari, vendidiſti. an cum emptore agi poſsit tributoria? Dicitur quòd non, ſed de peculio. Viuianus.

k *Etiam cum emptore.* vt hic, & j.de pecu. & ancillarum. §. ſi ſeruus.& l. ſi ex duobus. §.fin.& l.ſed & ſi quis. & l.non penes. Sed tributoria non, vt ſubijcit, etiam ſi emptore ſciente contraxit: quia tunc dominus non erat: vt ſupra de noxa. in delictis. §. ſi extraneus. & poteſt eſſe ratio, quia non ſic ſucceditur in ſcientiam quæ eſt neceſſaria ad tributum, ſicut in peculium. Accurſius.

ALiquando. } CASVS. Qui contrahit cum ſeruo in merce peculiari, agere poteſt tributoria, vel de peculio. conſultius tamen faceret aliquando ſi de peculio ageret, quàm hac actione: quia in tributoria actione illud ſolum venit in cōtributionem, quod in merce eſt. ſed in peculiari merce poteſt eſſe quòd in maiori, vel in minori parte peculij negotietur, puta tertia, vel quarta. Item poteſt eſſe, quòd nihil domino debeatur: & ita nihil deducetur in act. de peculio: vt puta ſeruus meus habens peculium valens centum marc. pecu. l. creditoribus. merces debet quadraginta domino, & ſic plus debitum mercis: quia in decem excedit: & ſic non expedit agere tributoria. ſed ſi de peculio agant, ſolidum conſequentur: quia plus eſt in peculio quam in ære alieno, & deducto quod domino debetur. Viuianus.

l *De qua.* ſcilicet tributoria. Accurſius.

m *Receptum eſt.* vt hic, & ſupra eod.l. procuratoris.§.non autem ei.& §.ſi præter. Accurſius.

n *Debeatur.* & propter hoc magis expedit de peculio agere, ſecundum Ioan. aduocatus ergo ſit cautus in eligendo: vt inſtit.quod cum eo.§.rurſus.

o ALius. Duas ponit quæſtiones: & ſecundam tantum ſoluit. in prima fuit dominus primo conuentus actione de peculio: & quæritur an poſsit deducere quod eſt daturus his qui agerent tributoria. Secunda eſt ecōtra, quando primo tributoria fuit conuentus, & male diſtribuit: an id poſſit poſt de peculio cōuentus deducere? Et dicit quòd ſic. Sed quid in prima? videtur quòd non. non enim inuenitur dominum habere priuilegium deducendi, niſi quod ſibi & in ſua poteſtate vel tutela poſitis debetur: vt infra, de pecul. ſed ſi damnum.§.peculiū. Econtra videtur, quòd ſic: quia & pro creditore quandoq; eſt deducendum: aliàs imputatur: vt ſupra, eod. quod in herede.§. ſi ſeruo. ſed reſponde: dominum non debere deducere, ſed ſi reperiatur poſtea aliquid habere ex mercibus, conuenitur. aliàs non, niſi de dolo, ſi dolo feciſſet quominus haberet. ſin autem prius tributoria conuenitur, hic conſtat quòd non deduxit ſibi debitum. & ſi poſtea conuenitur, de peculio prædeducet. Accurſius.

p *Præſtaturus.* reſpondeo, non.

q *Reſpondi.* non ad primam: ſed quandam aliam orditur, quam ſoluit.

r *Poteſt.* propter doloſam diſtributionē: quia & propter ſcientiam tantum tenetur tributoria.

s *Deduxit.* no. pro M. qui dixit, tributoria tunc demum habet locum, cum dominus diſtribuit, & male. Sed certe immò & aliàs dolo commiſſo à domino: vt ſ.eo.l.illud.§.minus.& §.ſi tamen.& §.ſi mercem.& l.quod in herede.§.ſi ſeruo. Item & propter ſcientiam nullo dolo commiſſo.

t *Dena.* id eſt, decem & decem, & ſic viginti: vt infra de leg. j.l.ſi quis teſta.j.reſpon. Accurſius.

u *Seruum à ſe liberaſſe.* id eſt ſe nomine ſerui liberaſſe: vel dic, nō liberatū ſeruū ab antiquo debito quo domino tenebatur: non autē dicas quòd tantum domino ſeruus debet, quantum alij tributoria actione præſtaturus eſt. Itē nota, quòd vna ſolutio non parit duos cōtrarios effectus: & quòd liberetur ſeruus: & quòd dominus alij hoc idem habeat reſtituere. ſic infra, de ſolu. qui hominem.§.fina. Accurſius.

x *Cœperit.* per aliquem peculiarem creditorem. Accurſius.

QVOD CVM EO QVI IN ALIENA *poteſtate eſt, negotium geſtum eſſe dicetur.*

*Qualiter in ſolidum conueniamur ex contractibus alienis, dictum eſt: nunc qualiter ipſe filius factus ſui iuris teneatur, audi. & no. quòd hic titulus & ſequens circa filiumfa. tantū reſtringuntur. Item no. quòd actio* ex eo

*ex eo quòd ſui iuris ſit filius, admittitur de iure ciuili; cum ſit alius: ſed per prætorem reſtituitur per titulum illum ſupra, de capit. dem. Per hunc autem poſtea modificatur: vt infra eod. l. ſecunda. & ſic eſt vnum beneficiũ in reſtituendo: & aliud modificando.* A

O Mnia.} CASVS. Intendit hic dicere qualiter filiusfa. ſui iuris factus teneatur, quãdo ſuperiores actiones non competunt. & iuſtum eſt vt cum eo contrahens ſuum recipiat. aut ergo contrahit iuſſu patris: aut non. ſi in patris rem verſum eſt: aut neque iuſſus eius intercеſsit: neque in rem eius verſum eſt. primo caſu tenetur pater quod iuſſu, ſecundo de in rem ver. tertio de peculio. de quibus. l. prox. dicet.

a *Omnia.* quæ ſunt agenda in iure ciuili: vt ſ. de iuſt. & iu. l. ius autem. §. ius præ. Accur.

b *Proconſul.* id eſt prætor: vt ſ. de aliena. iud. mu. l. j.

c *Agit.* proponendo edicta.

d *Cum eo.* ſ. filio.

e *Suum conſequatur.* i. debitum ſibi. ſic & ſ. ſi cer. peta. l. ſi & me. & j. pro ſoc. l. cũ duobus. §. idem reſpon. at proprie ſuum dicitur quod vindicare poteſt: vt ſ. de rei vind. l. ſolum. §. meum. Accurſius.

f *Actionem conſtituit.* etiam in hoc caſu, nõ ſolum in prædictis caſibus. Azo. & hæc explicantur proxi. j. per diuerſos titulos. Acc.

A It.} CASVS in hac l. & ſequ. eſt talis: Contraxi cum filiofa. vel iuſſu patris, vel non: vel in rem patris verſum eſt, vel non eſt verſum, neq; iuſſus interuenit. quæritur, qualiter debeat filius conueniri? Reſpondeo quòd dum eſt in poteſtate inſolidum: emancipatus vero, vel exheredatus, vel inſtitutus abſtentus, inquantum facere poteſt: vel ſi per dignitatem exijt de poteſtate patris, vel in adoptionem datus fuerit à patre naturali, & pater decedat: vel ſi in modica parte heres inſtitutus fuerit, habeat creditores alios: & ego hoc caſu eũ conueniam. Sed an poſsit detrahere quod alijs debetur, vt cum alijs veniam in contributionẽ, quæritur. Et diſtinguitur, an contraxerunt cum eo dum erat in poteſtate, ſicut ego: & melior erit conditio mei occupantis, niſi aliquis fuerit priuilegiatus, puta quia mutuauit in refectionem domus, & hæc ratio prius erit habenda. an poſt: & habebitur eorum ratio, vt detrahatur quod eis debetur. Viuianus.

g *Ait prætor.* Hic not. quòd filius dum eſt in poteſtate, inſolidum tenetur de ſuis contractibus: vt j. de pec. l. ſi quis cum filio. & l. & ideo. & ſ. de iudi. l. tam ex contractibus. Sed quando fit ſui iuris, regulariter conuenitur inquantum facere poteſt, ſecundum Ioan. vt hac l. fallit autem: vt j. eo. ſed ſi ex parte. in prin. & §. j. & §. quanquam. Melius videtur ecõtra, quòd in totum fiat reſtitutio quando emancipatur, per illum tit. de capit. demi. vt arg. ſ. de mino. l. quod ſi minor. §. reſtitutio. Fallit autem in caſibus ſex, qui hac l. dicuntur, in quibus modificatur. Accurſius.

h *Cuius in poteſtate.* ſecus ſi poſtea: vt j. l. proxi. in fin. & infra titu. j. l. ſi filius. §. fin. & l. ergo.

i *Sua.* ſcilicet filij ſpontanea, ſed non patris.

k *Redacta fuerit.* hæc autem tunc inquiruntur, quando pater conueniretur: hic autem filius conuenitur. Accurſius.

l *Factus.* per dignitatẽ, vt quia patricius vel conſul eſt factus, ff. Vetus.

I. GAIVS libro nono ad Edictum Prouinciale.

O Mnia[a] procõſul[b] †agit[c], vt qui contraxit cum eo[d] qui in aliena poteſtate ſit, etiam ſi deficiant ſuperiores actiones, id eſt exercitoria, inſtitutoria, tributoriave, nihilominus tamen, inquantũ ex bono & æquo res patitur, B ſuũ conſequatur[e]. Siue enim iuſſu eius, cuius in poteſtate ſit, negotiũ geſtum fuerit: inſolidum eo nomine iudiciũ pollicetur. ſiue non iuſſu, ſed tamen in rẽ eius verſum fuerit, eatenus introducit actionem, quatenus in rem eius verſum fuerit: ſiue neutrum eorum ſit, de peculio actionem conſtituit[f].

*In caſibus hic expreſſis, filiusf. ſui iuris effectus, tenetur inquantũ facere poteſt.* Bar.

II. VLPIANVS libro viceſimonono ad Edictum.

A It prætor[g]: *In eum qui emancipatus, aut exheredatus erit, quive abſtinuerit ſe hereditate, eius cuius in poteſtate*[h], C *cum [is] moritur*, fuerit: eius rei nomine, quæ cum eo contracta erit, cum is in poteſtate eſſet, ſiue ſua*[i] *voluntate, ſiue iuſſu eius, in cuius poteſtate erit, contraxerit, ſiue in peculium ipſius, ſiue in patrimonium eius, cuius in poteſtate fuerit ea res redacta*[k] *fuerit: actionem, cauſa cognita, dabo in [id] quod facere poteſt.*

Sed & ſi citra emancipatione ſui iuris factus[l] ſit, vel in adoptionem datus[m], deinde pater naturalis deceſſerit: itẽ ſi quis ex minima[n] parte ſit [heres] inſtitutus: æquiſſimum eſt, cauſa cognita etiã in hunc dari actionem in id quod facere poteſt.

*In hac actione deducitur quod debetur creditoribus priuilegiatis, vel poſtea contrahentibus: non alijs.* Bartolus.

III. IDEM libro tertio Diſputationum.

S Ed an hic detrahi debeat, quod alijs debetur, tractari poteſt. Et ſi quidẽ ſint creditores, qui cum eſſent alienæ poteſtatis, cũ eo contraxerunt: rectè dicetur, occupãtis meliorem eſſe conditionẽ, niſi ſi quis priuilegiarius veniat. huius enim non ſine ratione prioris[o] ratio habebitur. Quòd ſi qui ſint, qui poſtea quã ſui iuris factus eſt, cũ eo contraxerunt, puto horum rationem habendam.[p]

*Inſtitutus ex parte non modica, poteſt cõueniri inſolidum, vel pro hereditaria portione. & interdum habet beneficium ne conueniatur vltra quàm facere poſsit.* Bar.

IIII. IDEM libro viceſimonono ad Edictum.

S Ed ſi ex parte nõ modica ſit heres ſcriptus filius, in arbitrio eſt creditoris, vtrũ pro portione hereditaria,[q] an in-

vel epiſcopus: vt in auth. conſtit. quæ de dig. col. vj.

m *Datus.* hoc caſu diſſoluitur ius pat. po. vt inſti. quib. mo. ius pat. pot. ſol. §. pen. & ad bona iſtius patris, ſcilicet naturalis, de quo loquitur, poteſt vocari per vnde cog. vt inſtit. de hered. ab inteſta. §. admonendi. & ideo iuſte quæritur an damnetur inquantum facere poteſt, eo inſpecto an ſucceſsit ei ex modica parte per teſtamẽtum dicti patris naturalis. Accurſius.

n *Minima.* quam intelligit Ioan. æſtimandam arbitrio iudicis. Vel dic, minimam. i. ſuam legitimam: vt C. de inoffi. teſta. ſi quis in ſuo. & eſt ratio huius edicti & ſuperiorum, quia pro vilibus non deberent homines attritiones maximas ſuſtinere: vt in auten. de fide inſtru. §. fi. col. vj. Accur.

o S *Ed an hic. Prioris.* id eſt in primis: vt quia vxor erat, quæ tunc dedit dotem, & ſolutum alijs iſti repeterent condictione ex lege, vel officio iudicis, vel ex cautione interpoſita: vt C. de priui. fiſci. l. pecuniã. & infra, de pecu. ex facto. §. j.

p *Rationem habendam.* vt detrahatur quod eis debetur. Sed hoc videtur falſum, quia ſolus donator cũ ex donatione conuenitur, detrahit, & nullus alius: vt infra de re iu. l. inter eos. §. is quoque, & l. exheredatum. §. j. quæ ſunt contra. Item quare detrahitur poſteriobus, non primis? Solut. hic vnum inducitur contra creditores poſteriores, ſcilicet quòd primi admittuntur ad agendum, quia de iure nõ debẽt admitti: cum ius ſuum per capit. demi. debitoris perdiderint: vt ſupra, de capi. demi. l. ij. vnde hoc pro eis inducitur: vt ſupra, de iureiur. l. eum qui. Sed adhuc non eſt ſolutum contrarium de illis legibus. vnde dic, quòd ſolus donator detrahit quod omnibus debet ex cauſa non ſimili, ſed filius non omnibus: quia non primis, ſed tantum vltimis. vel aliter, vt ibi. in prædicta autem gloſſ. eſt ratio, quia poſterioribus non primis deducit. Accurſius.

D S *Ed ſi ex parte.*} CASVS. Si filius ex parte non modica fuerit inſtitutus, puta in dimidia heredi. eligam ſi velim eum conuenire inſolidum, aut in parte qua heres eſt: hoc inſpecto à iudice, ſit inſtitutus in modica parte, aut non, vt ſic habeatur ratio eius ne egeat, vel non. {INTERDVM.} Volebam cum quodam contrahere. quærebam an eſſet filiusfa? Et reſpon. ſic patrem non habere, cum tamen in poteſtate patris eſſet. ex hoc contraxi: & pater eum poſtea emancipauit, vel exheredauit: an propter mendacium ſuũ inſolidũ conueniri debeat, quæritur. Et dicitur, quòd ſic: quanquam filiusfamilias priuilegium habeat in contractibus, vt conueniatur inquantum facere poteſt. {SOLI.} Filiofamilias datur huiuſmodi priuileg. vt inquantum facere poſsit, conueniatur. an ad heredem eius tranſeat? Dicitur quòd non. Si vero contraxi cum filiofami. & poſtea ſui iuris efficiatur, & diu poſtea ſtetero quòd eum non cõuenero: an debeo poſſe eum inſolidum conuenire propter temporis fluxum? Et reſpon. quòd ratio habenda eſt. {IS.} Contraxi iuſſu patris cum filiofamilias, vna electa ad aliam nõ habeo regreſſum, niſi errauerim. vnde ſi egi de peculio, non agam poſtea quod iuſſu, niſi errans hoc fecero. Viuianus.

q *Hereditaria.* à quo totũ poſſum petere, poſſum & partẽ ſem

ſolidum eum conueniat? Sed & hic [a] iudex æſtimare debet*, ne fortè in id, quod facere poteſt, debeat coueniri[b]. Interdum autem & ſi exheredatus filius, vel emancipatus ſit, inſolidũ actio aduerſus eum dabitur: vt puta ſi patremfamiliàs ſe mẽtitus eſt, cũ cõtraheretur cũ eo. Nam libro ſecundo Digeſtorum Marcellus ſcripſit, etiã ſi facere nõ poſsit, conueniendum propter mendaciũ[c]. Quanquã autem ex cõtractu in id quod facere poteſt, actio in eum datur: tamen ex delictis inſolidum [d] conuenietur.

*Beneficium huius edicti non tranſit ad heredem filij. Bartolus.*

Soli autem filio ſuccurritur, non etiam heredi eius.[e] Nam & Papinianus libro nono Quæſtionum ſcribit, in heredem filij inſolidum dandam actionem.

*Iſte §. legitur duobus modis. Tene primam lectionem: ſecundum quam. h. d. In hac actione temporis ratio habetur, & ſententiæ tempus inſpicitur.*

C Sed an etiam temporis haberi debeat ratio, vt ſi quidem ex continenti cũ filio agatur, detur actio in id quod facere poteſt: ſin verò poſt multos annos, non debeat indulgeri? Et mihi videtur, rationem habendam eſſe[f]. in hoc enim cauſæ cognitio vertitur.

*Qui ſemel egit, non poteſt iterum id actionem ex noua adiectione agere, niſi præhabita reſtitutione ex cauſa iuſti erroris. hoc dicit: quod dic vt l. habebat. ſupra titu. ſecundo. Bartolus.*

D Is qui de peculio egit, cum poſſet, Quod iuſſu: in ea cauſa eſt, ne poſsit quod iuſſu[g] poſtea agere. & ita Proculus exiſtimat. Sed ſi deceptus de peculio egit: putat Celſus ſuccurrendum ei. quæ ſententia habet rationem.

*Beneficium huius edicti habet etiam locum contra actionem iudicati. Bar.*

V. PAVLVS libro trigenſimo ad Edictum.

SI filiusfamilias viuo patre conuentus & cõdemnatus ſit: in emancipatum, vel exheredatum poſtea, iudicati actio in id, quod facere poteſt, danda eſt.

*Fideicommiſſarius vniuerſalis in effectu heres eſſe videtur. Bartolus.*

Si filio exheredato ex ſenatuſconſulto Trebelliano hereditas patris reſtituta ſit, non debebit inquantum facere poteſt, ſed inſolidũ condemnari: quia effectu[h] quodammodo heres eſt. B Sed ſi coactus immiſcuerit ſe, vt reſtituat hereditatem: perinde obſeruandum [eſt,] ac ſi ſe abſtinuiſſet[i].

*Propter mendacium perditur iſtud beneficium. Bartolus.*

VI. VLPIANVS libro ſecundo Diſputationum.

EVm, qui [ſe] patremfamiliàs ſimulauit, & mandante[k] aliquo ſtipulatus eſt:[l] mandati teneri Marcellus ſcripſit, quamuis rem præſtare non poſsit.[m] Et ſanè verũ eſt, teneri eum debere, quia dolo fecit. Hoc & in omnibus bonæ fidei[n] iudicijs dicendum erit. C

*Poteſt agi contra heredes pro hereditatis portione, vel contra filium inſolidum. ſed in condemnatione filius habebit huius edicti beneficium. Bartolus.*

VII. SCAEVOLA libro primo Reſponſorum.

PAter filio permiſit mutuam pecuniã accipere, & per epiſtolam creditori mandauit vt ei crederet: filius ex minima parte patri heres extitit: reſpondi, eſſe in poteſtate creditoris, vtrum filiũ cui crediſſet, inſolidum, an heredes pro qua parte cuiuſque ſucceſsiſſet, mallet conuenire. D ſed filius condemnatur in quantum facere poteſt.[o]

*Ex ſola patientia videtur quis inſtitorem præponere. Item iudex appellationis poteſt ſententiam confirmare ex noua cauſa. Bartolus.*

VIII. PAVLVS libro primo Decretorum.

TItianus Primus præpoſuerat ſeruum mutuis pecunijs dandis, & pignoribus accipiendis. is ſeruus etiã

---

per ex ſuo contractu, vt hic. Vel forte patri fuerat obligatus, & eum vt heredem conuenio: vt j. eo. l. pater. Accurſius.

a *Sed & hic.* quando pro parte hereditaria. Vel dic, quando conuenio eum inſolidum ex ſuo contractu.

b *Conueniri.* inſpecta parte modica, ſit vel non quo ad debitũ, licet ſit magis quo ad ſubſtantiam. & per hoc videtur quòd nõ refert quo ad ſubſtantiam an ſatis vel parum ſit inſtitutus, quia frequentiam conſiderauit. Accurſius.

* Flo. debeat.

Mendaciũ puniri debet.

c *Propter mendacium.* ſcilicet inſolidum. Et not. puniri mendaciũ: vt hic, & j. de re iudi. l. qui cum ſe. & ſ. de do. l. quid enim. & C. de calum. l. fina. & C. ad Macedo. l. j. & ſi minor ſe maio. di. ſi alterius. & ſ. titu. j. illud. §. penul. & ſ. ad leg. Aquil. inde Neratius. §. hæc actio. & inſtit. de fideicom. hered. §. fin. & ſ. de rei vindi. l. penult. Argumẽt. contra ſecundum P. inſtitut. de actio. §. aliæ. & §. rurſus.

d *Ex delictis inſolidum.* quia non inuocat legem qui in eam committit: vt ſ. de mino. l. auxilium. in fi.

e *Heredi eius.* quia eſt perſonale beneficium omnium talium qui ſic conueniuntur: vt hic, & j. de re iudic. l. ſciendum. & j. ſolut. matri. l. maritum. & l. ſequenti.

f *Habendam eſſe.* vt ſi aliquando in illo tempore facere potuit, & deſijt dolo poſſe facere, teneatur inſolidũ, aliàs non: vt j. de re iud. ſed hoc ita. in fin. legis: cum ex dolo in cõtractu adhibito inſolidum teneatur: vt j. eo. eum qui. non autem puto quòd ſolo temporis curſu obligationis natura mutetur: vt j. de act. & obl. l. obligationum fere. §. placet. Alij dicunt, ex curſu tẽporis hoc euenire vt inſolidum teneatur, quaſi dilatione & beneficio priuilegij gaudere non debeat. & ſecundum eos multos annos vel paucos accipe, ſecundum arbitrium iudicis. Accurſius.

g *Ne poſſit quod iuſſu.* cum ſint eædem perſonæ, & eadem res quæ petitur, & eadem cauſa vel ratio petendi, licet actio ſit diuerſa: vt j. de except. rei iudi. & an eadem. & ſ. de iureiur. l. duobus. §. exceptio. & §. qui iurauit. niſi fuerit deceptus à domino qui ſibi a ſeruo nihil deberi dicebat: vt hic ſubijcit, & j. quando act. de pec. eſt an. l. quæſitum. & ſ. de inſtito. actio. l. habebat. in fin. j. reſpon. Accurſius.

SI *filiusfa.*} CASVS. Contraxi cum filio viuo patre, egi contra eum, & inſolidum condemnatus eſt. emancipato eo vel A exheredato ſi conueniat, an debeat haberi ratio ſui, quæritur. Et reſpon. quòd ſic. {SED SI FILIO.} Contraxi cum filiofami. pater eum exheredauit, extraneum inſtituit, & rogauit de hereditate reſtituenda filio: & reſtituit. an inſolidum debeat conueniri, cum heres ſit re ipſa, an inquantum facere poteſt inſpectis verbis edicti? Et reſp. quòd inſolidum. econtra ſi ſit inſtitutus filius, & rogatus alij reſtituere totam hereditatem: & reſtituat quaſi exheredatus: inquantum facere poteſt conuenietur. Viuianus.

h *Effectu quodammodo.* cum ſucceſſerit, licet per obliquum, in ius defuncti: vt j. de regu. iur. l. in pari. & l. qui per ſucceſsionem. & idem ſi fuerit bon. poſ. vt inſtit. de bonorum poſ. §. quos autem. Et not. hic effectum plus quam verba attendi; vt infra, de pec l. peculium. §. ſed ſi nomina. & infra, de verb. ſign. l. nomen filiarum. §. fi.

Effectus ... verba ... debet ...

i *Abſtinuiſſet.* quo ad hunc titulum, & quo ad omne damnum vitandum: vt inſti. de fideicommiſſ. heredi. §. ſi vero. Accurſius.

EVm.} CASVS. Mandaui filiofamilias ſimulanti ſe patremfa. vt ſtipularetur à debitore meo, ſtipulatus eſt, & exegit. licet ſolidum facere nõ poſsit propter mendacium ſuum, tamen inſolidum mihi manda. tenebitur. Hæc ſunt vera & in alijs bonæ fidei iudicijs. Viuianus.

k *Mandante.* & ſic cõtractus mandati interceſsit.

l *Stipulatus eſt.* & illud habuit debitum. Ac.

m *Non poſſit.* commode.

n *Bonæ fidei.* & ſtricti iuris. idem quod dictũ eſt in contractu mandati: vt ſupra, eo. l. ſed ſi ex parte. §. j.

PAter.} CASVS. mãdaui Titio, vt filio quem in poteſtate habebam, mutuaret decem. inſtitui eum in modica parte, alios in alijs partibus. habet Titius electionem, vtrum velit filium conuenire inſolidum, an heredes pro portionibus hereditarijs. ſed ſi filium inſolidum conuenit, inquantum tamen facere poteſt, cõdemnabitur. Viuianus.

o *Poteſt.* vt ſupra, eod. l. ſed ſi ex parte. j. reſpon. Accurſius.

TItianus.} CASVS. Quidã præpoſuit ſeruũ mutuis pecunijs dãdis, & pignoribus accipiẽdis: ſeruus pro emptore hordei fideiuſsit, & poſtea ſeruus fugit. vult vẽditor cõuenire dominũ inſtitoria, & cõuenit: & condẽnauit eũ præfectus annonæ, ea ratione, quia ſimilia fecit, ſcilicet horrea conducendo,

do, alijs ſoluendo, & omnia dominus rata habebat. appellauit ad principem, quia dixit ſe præpoſuiſſe tantum ſeruum ad pecunias fœnerandas. princeps confirmauit, allegando primo pro domino, quia ſeruus alienum debitum ſuſcipiendo fideiuſsiſſe videbatur, & ita dominus non debebat teneri. ſed tamen quia ſeruum in omnibus videbatur inſtituiſſe ſibi, propter hoc ſententiam prædictam confirmauit. Viuianus.

a *Negotiatoribus*. id eſt venditoribus.

b *Suſcipere debitum*. nō vt ementi crederet. tunc enim ſine dubio datur inſtitoria: vt ſupra, de inſtito. l. in eũ. §. finali. ſed vt ementibus ſubueniret, & ſeruiret eis fideiubendo pro eis. Accurſius.

c *Dederat ſententiam*. non fuerunt iſtæ iuſtæ cauſæ quare debuit damnari: vt s. de exerci. l. j. §. non autem. & §. igitur. ſed imperator in cauſa appellationis meliorem dat rationem, quia & dominus erat ſolitus hoc facere, & in ſuum locum ſubſtitutus videbatur, vt ſubijcit: & ſupra, de pign. act. l. vel vniuerſorum. Accurſius.

d *Dicebamus*. nos ex parte domini, ſcilicet allegando.

e *Fideiuſſorem eum*. & ideo nullo modo tenetur dominus: vt infra de fideiuſſo. l. ſed & ſi ſeruus.

f *Actionem*. ex fideiuſſione.

g *Sententiam*. ſcilicet præfecti.

AD SENATVSconſultum Macedonianum.

*Licet ex quolibet contractu facta cum eo qui in noſtra poteſtate eſt, teneamur quoquo modo: vt ſupra titu. 1. l. 1. hoc tamen fallit in filiofamil. in duobus caſibus. Vnus eſt in voto: vt infra de polli. l. ſi quis rem. §. voto. Et alius in mutuo. Et de hoc tractat hic titu. vt non teneatur, ſcilicet cum effectu, nec ipſe, nec pater: vt infra eo. l. 1. Accurſius.*

V*Erba*.} CASVS. Licet pater ex contractu filij quem habet in poteſtate, teneatur: vt s. proxi. tit. l. j. fallit tamen cum filiusfa. contra ſenatuſcon. Macedo. pecuniam mutuat, quod introduxerunt ſenatores in odium creditorum. cuius ſenatuſc. condendi cauſa fuit Macedo, qui inter alia multa quæ fecerat, conſeuit mutuare pecuniā filijsf. & inde ſumpta occaſione filij patres interfecerunt, cum non haberent vnde ſoluerent. ſtatuerunt ergo ſenatores, vt creditori mutuanti filiofa. nec in vita patris, neque poſt detur actio vel petitio. {SI PENDEAT.} Patre capto ab hoſtibus, aliquis filio ſuo mutuauit pecuniam. an locum habeat ſenatuſconſultum? Reſp. quòd in pendenti eſt, an locum habeat, an non: quia ſi redeat, fingitur non captus: & locum habet. ſi non redeat, ceſſat ſenatuſcon. {CERTE.} Aliquis ſui iuris dedit ſe in arrogationem, poſtea aliquis mutuauit ei pec. ſi reſtituatur vt emancipetur ab arrogatore prędone: vt s. de mino. l. tertia. an locum habeat ſenatuſconſultum? Dicitur quòd ſic: quia filiusfami. erat cum pecu. ei mutuaretur. {IN FILIOFAMILIAS.} Si filiusfa. cui mutuata eſt pecu. adipiſcatur dignitatem aliquam, quæ ſui iuris eũ non faciat: an ceſſat ſenatuſconſultum? Dicitur quòd non. ſi tamen mutuauit in peculio caſtrenſi, vſque ad concurrentē quantitatem caſtrenſis peculij, ceſſat Macedo. cum in caſtrenſi peculio fungatur vice patrisfamiliàs.

negotiatoribus[a] hordei ſolebat pro emptore ſuſcipere debitum[b], & ſoluere. Cum fugiſſet ſeruus, & is cui delegatus fuerat dare pretiũ hordei, conueniret dominũ nomine inſtitoris: negabat eo nomine ſe conueniri poſſe, quia non in eam rem pręp oſitus fuiſſet. Cum autem & alia quædam geſsiſſe, & horrea conduxiſſe, & multis ſoluiſſe idem ſeruus probaretur: præfectus annonæ contra dominum dederat ſententiam[c]. Dicebamus[d] quaſi fideiuſſorem eum[e]* videri, cum pro alio ſolueret debitum, non pro alijs ſuſcipit debitum. non ſolere autem ex ea cauſa in dominum dari actionem[f]. Nec videtur hoc dominum mādaſſe: ſed quia videbatur in omnibus cum ſuo nomine ſubſtituiſſe, ſententiam[g] confirmauit *imperator.

## DE SENATVSCONSVLTO Macedoniano.

### TITVLVS VI.

*Ex mutuo facto filiofamil. non competit actio cum effectu contra ipſum etiam factũ ſui iuris, quia obſtat exceptio Macedoniam. h. d. Pau. de Caſt.*

1. VLPIANVS libro vicenſimonono ad Edictum.

VErba ſenatuſconſulti Macedoniani hæc ſunt: *Cum inter cæteras ſceleris cauſas Macedo, quas illi natura[h] adminiſtrabat, etiam æs alienum adhibuiſſet, & ſæpe materiam peccandi malis moribus præſtaret, qui pecuniam, ne quid amplius[i] diceretur, incertis nominibus[k] crederet placere[l], ne cui qui filiofamiliàs mutuam pecuniam dediſſet, etiam poſt mortem parentis eius cuius in poteſtate fuiſſet, actio petitióque[m] daretur: vt ſcirent qui peßimo[n] exemplo fœnerarent, nullius poſſe filijfamiliàs bonum nomen expectata patris [ſui] morte[o] fieri.*

*Si tempore mutui facti filius non erat in poteſtate patris, ſperabat tamen reuerti in poteſtatem ex cauſa quæ retro fingit: locum habet hæc exceptio tam interim, quàm poſtquam reuerſus eſt. ſecus ſi non eſt ſpes reuertendi. Idem ſi erat in patris poteſtate, licet ſperaretur exire. ſi tamen ex cauſa quæ non fingit retro, ſimiliter habet locum, licet poſtea exijt. hoc dicit notanter. Paulus de Caſtro.*

B Si pendeat an ſit in poteſtate filius, vt puta quoniam patrem apud hoſtes habet: in pendenti eſt an in ſenatuſconſultum ſit commiſſum. Nam ſi reciderit in poteſtatem, ſenatuſconſulto locus eſt. ſi minus, ceſſat[p]. interim igitur deneganda eſt[q] actio. Certè ſi adrogatus mutuam pecuniam acceperit, deinde ſit reſtitutus[r] vt emanciparetur: ſenatuſconſultum locum habebit. fuit enim filiuſfamiliàs.

*Hic ponitur regula, quòd ex mutuo facto filiofa. etiam ſi ſit in dignitate conſtitutus, non datur actio cum effectu. & poſtea* C *ponuntur ſex vel ſeptem caſus vſque ad l. ſed Iulianus. Primus eſt, quando habebat caſtrenſe pecu. Secundus, quando mutuans credidit illum eſſe patremfamil. iuſta ratione ductus. Tertius, quando mutuās erat minor. xxv. ann. Quartus quando erat etiam ipſe filiusfamiliàs, & mutuauit pecuniam paternam. Quintus, quando fuit aliter contractum cum filiofa. quàm mutuando: quia ſenatuſcon. non habet locum, niſi in mutuo. in alijs contractibus non, niſi eſſent facti in fraudem mutui. Sextus eſt, quando contractus fuit initiatus tempore quo erat in patris poteſtate, quia tunc ſpe futuræ numerationis per ſtipulationē promiſit: ſed numeratio facta fuit poſtquam exiuit patriam poteſtatem. Septimus eſt, quando filius non recepit mutuum ſed pro recipiēte fideiußit. Pau. de Caſt.*

In filiofamilias nihil dignitas facit, quò minus ſena- D tuſconſultum Macedonianum locum habeat. Nam etiam ſi conſul ſit,[s] vel cuiuſuis dignitatis: ſenatuſconſulto locus eſt: niſi forte caſtrēſe peculium habeat. Tunc

h *Natura*. id eſt conſuetudo, quæ eſt altera natura: vt infra, de lib. & poſtu. l. ſi quis poſtumos. j. reſp. Arg. tamen contra infra de aqua pluuia arcenda. l. ij. §. item Varus. Accurſius.

i *Ne quid amplius*. quaſi dicat, de ſuis malis hoc dixiſſe ſufficit qđ ſubijcit, vt per hæc plura det intelligere: vt in authenti. quibus modis na. effi. le. ſi §. & quidā. col. vj. Vel dic, ne quid amplius, id eſt Macedo hoc ſolum dicebat, poſt mortem patris ſolues. non autem exprimebat, occides eum vt promiſsionem ſerues in reddenda pecunia. erat ergo incertum[a] nomen, cum patre præmoriente bonum erat: ecōtra non. & ſic incertũ, vt ſubijcit. Accurſius.

*a Vide Budæũ hic in annota. priori. ad Pādectas.*

i *Amplius*. id eſt, expreſsius.

k *In certis nominibus*, conſtitutis.

l *Placere*. populi ſenatui viſum eſt. Azo.

m *Petitióque*. ſcilicet cum effectu. eſt tamen obligatio ciuilis & naturalis: & ſic actio. ſed exceptione repellitur, ſicut in Velleia. ſenatuſcon. vt infra, eodē. quia naturalis. & l. ſeq. & infra, ad Vellia. l. ſi mulier in iure. Accurſius.

n *Peßimo*. Nota mala exempla à iure etiam humano reprobari: vt hic, & ſupra, de iudi. l. obſeruādum eſt. & infra, de re iudi. l. diuus. in fi. & j. ad. l. Corn. de ſic. l. iij. §. ſed ex ſenatuſcōſulto. & j. de pę. l. ſi quis aliquid. §. qui abortionis. & C. de proba. l. exemplo.

o *Morte*. naturali, vel ciuili: vt infra, eo. ſed Iulianus. §. ſed & pater.

p *Si minus, ceſſat*. & ſic ratione futuri interim eſt in pendenti: vt hic, & j. de fal. impuberem. §. j. & inſtitu. quibus modis ius pat. po. ſol. §. ſi ab hoſtibus. & infra, quando act. de pe. eſt ann. l. pe. ſed ratione præſentis non, cum pater ſit ſeruus hoſtium: vt inſtit. de iure perſona. §. ſerui. Accurſius.

q *Deneganda eſt*. Arg. cōtra infra, de lib. cau. ordinata. in princi. & inſti. de interdict. §. commodum.

r *Sit reſtitutus*. vt quia à prædone adoptatus eſt: vt ſupra, de mino. l. iij. §. ſi quis. Accurſius.

s *Nā etiam ſi cōſul ſit*. hoc de cōſule, & de alijs. xj. dignitatibus,

item de epiſcopali, hodie corrigitur: quia cum omnes ſui iuris efficiantur per huiuſmodi dignitates, ceſſat Macedoni. vt in auth. conſtit. quæ de digni. §. nunc autem. col. vj.

a *Vſque. Funguntur.* & pater nullum ius ibi habebat: vt C. de caſtren. pecul. l. iij. ſic ergo in eo teſtatur filius: vt inſti. qui teſta. fa. poſ. §. j. Item agunt[a] etiam contra patrem, & conueniuntur: vt ſ. de iudi. l. lis nulla. Item Macedo. ceſſat, vt hic: & præſumitur, quòd ſemper in eam cauſam mutuum accepit: vt C. e. l. fin. in fin. non autem ab inteſtato in eo habuit heredem olim: vt infra, de caſtren. pecul. l. ij. hodie ſic: vt in authen. de here. ab inteſt. §. ſi igitur defunctus. & hæc omnia in quaſi caſtrenſi intelligo: vt infra, de col. bo. l. j. §. nec caſtren. & C. de inoffic. teſta. l. fina. Accurſius.

*a Addo ego pro iſta gl. eſſe text. in l. miles præcipua. ff. de caſt. pecu. in verbo actione, & quã vis gl. in d. l. lis nulla hic allegata, nõ adducat illũ tex. de quo hic meminit pro gloſſ. noſtra.*

enim ſenatuſconſultum ceſſabit.

II. Idem libro ſexageſimoquarto ad Edictum.

Vſque ad quantitatem caſtrenſis peculij: cum filij familiàs in caſtrenſi peculio vice patrum familiarum fungantur[a].

*Communis opinio quem excuſat, item in pupillo & minore præſumitur ignorantia. Bartolus.*

III. Idem libro viceſimonono ad Edictum.

Si quis patremfamiliàs eſſe crediderit, nõ vana ſimplicitate deceptus, nec iuris ignorãtia: ſed quia publicè[b] paterfamiliàs pleriſq; videbatur, ſic agebat, ſic contrahebat, ſic muneribus fungebatur: ceſſabit[c] ſenatuſconſultũ.[d] Vnde Iulianus libro duodecimo [Digeſtorum] in eo qui vectigalia cõducta habebat, ſcribit, & eſt ſæpe conſtitutum, ceſſare ſenatuſconſultum. Proinde & in eo, qui ſcire non potuit,[e] an filiusfamiliàs ſit, Iulianus libro duodecimo ceſſare ſenatuſconſultum ait, vt puta, in pupillo, vel minore[f] viginti quinq; annis. ſed minori* cauſa cognita & à prætore ſuccurrendũ. In pupillo autem, etiã alia ratione debuit dicere, ceſſare ſenatuſconſultũ quòd mutua pecunia non ſit*, quam ſine tutoris auctoritate pupillus dat:[g] quemadmodum ipſe Iulianus libro duodecimo [Digeſtorũ] dicit[h], ſi filiusfamiliàs crediderit:[i] ceſſare ſenatuſconſultũ quòd mutua pecunia nõ ſit,* quamuis liberam peculij adminiſtrationem habuit. Nõ enim perdere[k] ei peculium pater concedit cum peculij adminiſtrationem permittit: & ideo vindicationem[l] nummorum patri ſupereſſe ait. Is autem ſolus ſenatuſcõſultum offendit, qui mutuam pecuniam filiofamiliàs dedit, non qui aliàs contraxit, puta vendidit, locauit, vel alio modo contraxit. Nã pecuniæ datio perniciosa parentibus eorum viſa eſt. & ideo & ſi in creditum abij* filiofamiliàs, vel ex cauſa emptionis[m], vel ex alio contractu, in quo pecuniam non numeraui, & ſi ſtipulatus ſim: licet cœperit eſſe mutua pecunia[n], tamen quia pecuniæ numeratio non concurrit, ceſſat ſenatuſconſultum[o]. Quod ita demum erit dicendum, ſi non fraus ſenatuſconſulto ſit cogitata, vt qui credere non potuit, magis ei venderet, vt ille rei pretium haberet in mutui vicem.

*Tempus numerationis, non tempus ſtipulationis ſeu mutui inſpicitur. Bartolus.*

Si à filiofamiliàs ſtipulatus ſim[p], & patrifamiliàs facto crediderim[q]: ſiue capite[r] deminutus ſit, ſiue morte patris, vel aliàs[s] ſui iuris ſine capitis deminutione fuerit effectus: debet dici, ceſſare ſenatuſconſultum: quia mutua[t] [pecunia] iam patrifamiliàs data eſt.

IIII. Scaevola libro ſecundo Quæſtionum.

Quia quod[u] vulgo dicitur, filiofamiliàs credi non licere, non ad verba[x] referendum[y] eſt, ſed ad numerationem.

V. Pavlvs libro tertio Quæſtionum.

Si quis } Casvs. Si creditor aliquid mutuet filiofa. credẽs eum ſui iuris, quia vt paterfa. omnia agebat: an locum habeat ſenatuſconſul quæritur. Et dicitur quòd non: niſi hoc credat vana ſimplicitate ductus, vel iuris lapſus imperitia. Idem eſt in eo filio qui publica vectigalia à principe vel fiſco. & hoc in prima. In ſecunda dicit, ſi ignoret filiusfamil. ſit ille necne cui pecunia mutuo datur, puta quia minor xxv. an. vel pupillus dat mutuo pec. alijs, an ceſſet ſenatuſconſult. quæritur. Et reſpon. quòd ſic: quia minori per beneficium ætatis ſuccurritur. præpõderat enim beneficium ætatis priuile. Macedo. pupillus autem pecuniam accipientis non facit. Viuianus.

b *Publice.* Not. quòd communis error excuſat: vt ſupra, de off. prætor. Barbarius. & infra, de acquir. here. l. cum quidam. §. quòd ſi ipſe. & infra, de ædil. edict. quis ſit. §. apud Cecilium. & infra, de ſupple. leg. l. tertia. in fin. & infra, de eo qui pro tutore. per totum.

*Fl. ſed in minoris.* — *Flo. ſit.* — *Error cõmunis excuſat.* — *Flo. ſit.*

c *Ceſſabit.* ſi mutuum talis acceperit. Accurſius.

d *Senatuſconſultum.* ſi publice paterfamiliàs videbatur, & accepit mutuum.

e *Scire non potuit.* ratione ætatis, vt ſubijcit: & infra, de iur. & fac. igno. l. fin. idem tamen & ſi de facto: vt infra, eo. l. pe. & ſic no. quòd ætatis magis quàm ſenatuſcon. ratio habetur: vt ſupra, de mino. l. verum. § fin. Accurſius.

f *Vel minore.* dantibus mutuo. Accurſius.

g *Pupillus dat.* vt inſti. qui ali. li. §. nunc admonẽdi. Accurſius.

h *Ipſe dicit.* in ſimili caſu: vt infra. l. prox. vel quod verius eſt, plane legas: vt ibi.

*Si filius.* Casvs.} Licet filiusfamiliàs habet liberam peculij adminiſtrationem à patre conceſſam, & mutuet alij filiofa. an locum habeat ſenatuſcon? Dicitur, quòd non. quia pecul. non fecit accipientis. vnde ſi pecunia extat, vindicare pater poteſt, ſi conſumpta ſit, per condictionem ſine cauſa. {Is autem.} Vendidi filiofa. vel ei locaui, vel aliàs cum eo contraxi, non tamen contractu inutili: an ei ſuccurratur per hoc ſenatuſconſul? Dicitur quòd non, niſi ei vendiderim in fraudem vt ipſe venderet, & pretium acciperet, & haberet loco mutui. {Si a filio.} Volebam mutuare filiofam. confeſſus fuit ſe receptiſſe. ſequenti die facto ſui iuris vel capitis deminutione, vel emancipatione, vel morte patris, numeraui: an habeat locum Macedo? Dicitur, quòd non inſpecto tempore numerationis, & confeſsionis ſtipulationis interpoſitæ: quia quod dicit nõ licere mutuare filiofa. referendum eſt non ad verba ſtipulationis, ſed ad numerationem. vnde non in quantum facere poteſt, ſed inſolidum condemnabitur. Item etiam ſi à patrefamil. quis ſtipuletur quod ſibi mutuaturus eſt, & arrogato mutuauerit, locum habebit ſenatuſconſul. Viuianus.

*Fl. ...*

i *Crediderit.* alij filiofamilias. Accurſius.

k *Perdere.* vt ſupra de pactis. l. contra iuris. §. ſi filius.

l *Vindicationem.* vt infra, eodem. l. ſi pater. §. primo. & conſumpta pecunia cõdictionem ſine cauſa habet. ſed ſi agat ex contractu filij, non debet repelli quaſi ratum videatur habere. Accurſius.

m *Emptionis.* quia emit à me.

n *Pecunia.* quia fuit deducta in confeſsione mutui. Accur.

o *Ceſſat ſenatuſconſultum.* origine inſpecta: vt C. eo. l. iij. & j. eodem. l. Iulianus. §. proinde. & l. ſi quod. & huic dicto continua legem proximam. Accurſius.

p *Stipulatus ſim.* quod confitebatur ex cauſa mutui.

q *Crediderim.* id eſt, numerauerim.

r *Capite.* per emancipationem.

s *Vel aliàs.* vt per dignitatem. Et ſic nota quòd morte patris vel dignitate filio facto ſui iuris, non dicitur capite minui ſecus ſi deportatione, vel emancipatione, quæ fit per imaginariam venditionem: vt ſupra de capit. demi. l. iij. §. j. & ſic intelligitur quod eſt inſtitu. de capit. demi. in princi. & ſupra de capit. demi. l. j. quæ ſunt contra. quia non quælibet mutatio ſtatus facit capite minui, ſed quæ facto tali vt diximus interuenit.

t *Quia mutua.* ſic eſt contra ſi filius ſtipulatur quod poſtea emancipatus numerat. nam ſibi non patri quæritur: vt infra de verb. oblig. quidam cum filium. §. fi.

u *Quia quod.* hæc lex continuatur ei quod eſt ſupra. l. proxi. §. is autem vel etiam proxi. Accurſius.

x *Non ad verba.* reſtringitur ergo appellatio generis circa ſpeciem. ſic & alias ſupra du adopt. l. ij. §. j. in principio. & ſupra de reb. cred. l. ij. §. j. & not. inſtitut. de iur. natu. §. ſed quotiens.

y *Referendum.* credere vel credi. Accurſius.

s Ergo

Ergo hic & inſolidum[a] damnabitur: non in id quod facere poteſt.

VI. SCAEVOLA libro ſecundo Quæſtionum.

Contra[b] etiam rectè dicitur, ſi à patrefamiliàs ſtipulatus ſis, credas poſtea filiofamiliàs facto ſenatuſ[conſulti] poteſtatem exercendam: quia expleta eſt numeratione ſubſtantia obligationis[c].

B

*Filiusfami. fideiubendo obligatur, niſi factum fuerit in fraudem. idem eſt in conſtitutione duorum reorum.* Bartolus.

VII. VLPIANVS libro vicenſimo nono ad Edictum.

Itē ſi filiusfamiliàs fideiuſſerit: Neratiꝰ libro primo & ſecūdo Reſponſorū, ceſſare ſenatuſconſultum, ait. idem Celſus libro quarto.

*Ille dicitur reus principalis, ad quem peruenit tota pecunia, licet obligauerit ſe: vt fideiuſſor. Et econuerſo ille dicitur fideiuſſor, ad quem non peruenit, ſed ſe obligauit pro principali.* Pau. de Caſt.

Sed Iulianus adijcit, ſi color quæſitus ſit, vt filiusfamiliàs qui mutuam [pecuniā] accepturus erat, fideiuberet, alio reo dato: fraudem ſenatuſconſulto factam, nocere, & dādam exceptionem tam filiofamiliàs, quàm reo: quoniam & fideiuſſori filij ſubuenitur. Item ait, ſi duos reos accepero, filiumfamiliàs & Titium, cum ad filiumfamiliàs eſſet peruentura pecunia: ideo autem reum Titiū acceperim, ne quaſi fideiuſſor[d] auxilio ſenatuſconſulti vteretur: vtilem eſſe exceptionem aduerſus fraudem dandam[e].

C

*Filius poteſt mutuum in cauſam patris accipere, licet non poſſit res patris obligare.* Bartolus.

Sed & ſi filiusfamiliàs patre ſuo relegato, vel lōgo tēpore abſente, dotē pro filia[f] promiſerit, & rem patris pignori dederit[g], ſenatuſconſultū [quidem] ceſſabit:[h] patris tamen res nō tenebitur[i]. Planè ſi patri heres extiterit filiuſ [familiàs] & pignus perſequatur, exceptione doli ſummouebitur[k].

B

*In hoc ſenatuſcōſulto verbū pecuniæ accipitur ſtricte, niſi fraus interuenerit.* Bart.

Mutui dationē non ſolum numeratæ pecuniæ, verū omniū quę mutua dari poſſunt, an accipere debeamus, vidēdum [eſt.] Sed verba vidētur mihi ad numeratā pecuniam referri. Ait enim ſenatus, *mutuam pecuniā*[l] *dediſſet*. Sed ſi fraus ſit ſenatuſcōſulto adhibita, puta frumēto, vel vino, vel oleo mutuo dato, vt his diſtractis fructibus, vteretur pecunia: ſubueniendū eſt filiofamiliàs. Si filius in alteriꝰ erat poteſtate cū mutua daretur, nūc[m] [item] in alterius [eſt:] mens ſenatuſconſulti non ceſſat. dabitur itaq; [ei] exceptio. Sed & ſi patri eius non mors, ſed alia cauſa inciderit, quò minus ſit in ciuitate[n]: dicendū eſt ſenatuſconſulto locum eſſe.

C

*Hæc exceptio eſt in rem ex parte eius cui opponitur.* Bartolus.

Non ſolum ei qui mutuā [pecuniam] dediſſet, ſed & ſucceſſoribus eius denegāda eſt actio. Proinde & ſi alius mutuā dedit, alius ſtipulatus

D

a *Ergo inſolidum.* quia cum paterfa. facto contraxit: vt ſupra, tit. j. l. iij. in fine.

b *Contra.* id eſt, econtrario. Azo.

c *Obligationis.* id eſt, ſtipulationis: vt infra, de noua. cum enim. Accurſius.

*Item. cum. §. Sed Iulianus.* CASVS. Si pro mutuū accipiēte filiuſfami. fideiuſsit, an ceſſet ſenatuſc? Dicitur, quod ſic. Si vero aliquis voluerit ei mutuare, & hoc colore mutuet vt alij accipienti nomine filijf. det. & filiuſfa. fideiubeat in fraudem ſenatuſcon. dāda eſt excep. nō ſolum filio, ſed reo, quia fideiuſſoribus filijfam. ſuccurritur. {IDEM AIT.} Volebam mutuare filiofami. accepi eum & alium qui erat ſui iuris tāquam duos reos, vt ad filiumfami. eſſet pecunia peruentura, & alius vt fideiuſ. non vteretur excep. Maced. an locum habeat ſenatuſconſul. quæritur. Et dicitur quod ſic. {SED ET SI.} Patre exiſtente in relegatione, filius accepit mutuam pecu. vt ſororem ſuam dotaret: an ceſſet ſe. con? Dicitur, quòd ſic: quia idem eſſet facturus pater. & hoc in prima. Si vero res patris filius obligauerit, non tenebitur. ſi tamen patri heres extitit, & pignus velit conſequi, doli mali obſtabit ſibi excep. & hoc in ſecunda. {MVTVI.} Mutuantur quæ conſiſtunt in pondere, numero, & menſura. Si filiofami. mutuetur frumētum, vel vinum, vel aliquid tale mutuum, an ſenatuſconſult. locum habeat? Dicitur quod non: quia verba ſenatuſcōſult. faciunt mentionē de pecunia mutuata. ſi tamen ad hoc mutuetur vt his diſtractis vtatur pretio velut pecunia mutua, an locū habeat excep. ſena. con? Dicit, quòd ſic. {SI FILIVS.} Mutuaui alicui dum erat in poteſtate. poſtea datus eſt in arrogationem. an habeat locum ſe. con? Dicitur, quòd ſic. quia mens ſenatuſcō. ad hoc referenda eſt: & datur exce. {NON SOLVM.} Si mutuo filiofa. non ſolū mihi denegatur repetitio, ſed & ſucceſſori meo. vnde ſi mutuauero, Titius autē ſtipuletur, non ſolū aduerſus me, ſed aduerſus Titiū dabitur excep. licet Titius non numerauerit. & hoc in ſecunda. Si vero alteruter ipſorum eū fuiſſe in poteſtate ignorauit, alter ſciuit: vtriq; nocebit. Idē eſt in duobus reis ſtipulādi, ſi alter ſciuerit, alter ignorauerit: quia vtriq; nocebit ſentētia ſenatꝰ. {ITEM.} Creditor accepit duos filiofa. reos. alterū tamen credidit eſſe patremfa. ab vtroq; tanquā à principali, & ab alio tanquam à fideiuſſore repelletur excep. Maced. ſed ab eo quem ignorauit, nō repellar: à recipiente pe. quia ignorauit: ab altero nō, quia cum non ſuccurritur reo, neq; fideiuſſori. & ſic refert ad quē peruenerit pecu. quo ad perſonā fideiuſſoris. Item neque refert, mutuetur pecu. ſub vſuris, an ſine. {QVANQVAM.} Licet ſenatuſcon. non dicat expreſſe, cui detur except. Macedo. tamen filij heredibus datur ſi decedat paterfam. vel patri ſi filiusfami. decedat. {INTERDVM.} Aliquis filiumfami. ſtationi ſuæ præpoſuit. creditor qui ſibi pecuniam mu-

A tuauit, except. ſenatuſcon. Macedo. tutus erit, non extraneus qui eum præpoſuit: neque tu pater qui eum prępoſuiſti, quòd videris ei permiſiſſe mutuam accipere pecuniam. & hoc in prima. Si vero filiusfamil. accepit mutuam pecu. & in rem patris vertit, tenetur pater. Si vero ab initio, non animo vertendi accepit, ſi poſtea verſa eſt, ceſſat ſenatuſconſ. & hoc in ſecūda. Et ſi filius tenetur patri, & accepit: vt ſoluat, ſiue ſciente patre, ſiue ignorante: locus erit ſenatuſc. & hoc in tertia. {QVOD DICITVR.} Filiofami. exiſtenti in ſcholis mutuaui x. an ceſſet Macedo? Dicit ſi modum non exceſsi, quod eſt ſi eam quantitatem quam pater ſolitus erat ſubminiſtrare, conceſsi: non repellar ſenatuſconſult. {SI FILIVSFAMILIAS.} Contraxi cum filiofa. non mutuando ſed vendendo, vel locando, vel ſimile quid faciendo. accepit mutuum à Titio, vt mihi ſolueret, an ceſſet excep. ſenatuſcon? Et reſpon. quod ſic. Vel pone exemplum in mutuo accepto etiā cauſa ſtudiorum. Et hoc in prima. Sed pone, quòd filiusfami. in ea cauſa accepit in qua competit except. & pater cœpit ſoluere? ceſſabit ſenatuſcōſult. Si vero pignus dedit: quātum pignus valet ceſſat. vnde ſi debitum ſit in c. pignus in l. in alijs. l. obſtabit except. Maced. & hoc in prima & ſecunda. Si vero filiofami. mutuaui: & eo facto ſui iuris curator per ignorantiam ſoluit: an repetet curator? Dicitur, quòd ſic. Viuianus.

d *Quaſi fideiuſſor.* vt infra, eo. ſed ſi pater. §. non ſolum. ergo & hic ſubuenitur vtriq;, cū reus loco fideiuſſoris ſit, & fideiuſſor loco rei: vt infra, ad Velleia. quamuis. §. ſi cum eſſem. Accurſius.

e *Aduerſus fraudem.* hoc facit pro eo quod diximus infra, ad Velleia. l. vir vxori. in fine.

f *Pro filia.* ſcilicet patris: vt infra, eod. filiusfa. vel ſua, cum & illud ſit ſui patris onus: vt infra, de in rem ver. & ideo. §. fin.

g *Dederit.* pro pecunia quam accepit mutuo in eandem cauſam.

h *Ceſſabit.* ſi accipiat mutuum in eam cauſam.

i *Non tenebitur.* Arg. contra. j. qui. cau. pig. ta. con. l. ſi gratuitam. §. ſi. ſed diuerſus caſus eſt.

k *Summouebitur.* vt s. de pig. act. l. rem alienā. Et ſic not. quòd aliquid potuit defunctus quod heres non poteſt: vt hic, & ſupra, de condic. indeb. ſi nō ſortem. §. ſi filius. Item nota, quòd doli exceptio eſt in perſonam ex parte proponentis. & ſic eſt arg. contra. j. de excep. do. l. ij. §. j. Accurſius.

l *Mutuam pecuniam.* Et ſic nota pecuniam ſtricte hic accipi. aliàs pro his quæ conſiſtunt pondere, numero, vel menſura: vt j. de leg. j. talis. aliàs pro qualibet re: vt C. de cōſti. pec. l. ij. in fi. *Pecuniæ verbū multipliciter capitur.*

m *Nunc.* cum conuenitur. Accurſius.

n *In ciuitate.* non dicas quòd deſierit eſſe ciuis, quia ſic filius eſſet ſui iuris, & ceſſaret Macedonianum: vt inſtit. qui. mo. ius pat. pot. ſol. §. cum autem. erat ergo relegatus.

a *Aduerſus*

eſt: dabitur aduerſus eũ exceptio[a], licet hic non dederit. Sed & ſi alteruter eorum ignorauit in patris eſſe poteſtate ſe: verius dicendum eſt vtrique [alterius ſcientiam] nocere[b]. Idem eſt & in duobus [c] reis ſtipulandi[d].

*In duobus reis debendi inſpicitur conditio eius ad quem pecunia peruenit. Bart.*

Item ſi duos filiosfamiliàs accepero reos, ſed alterũ putaui patremfamiliàs: intererit ad quem[e] pecunia peruenit: vt ſi eũ ſciui filiũfamiliàs ad quem peruenit pecunia, exceptione ſummouear. ſi [autem] ad eum, quem ignorem, non ſummouear. Siue autem ſub vſuris mutua data ſit*, ſiue ſine vſuris: ad ſenatuſconſultum ſpectat.

*Hæc exceptio cõpetit filiofa. & fideiuſſoribus eius, non tamen ei qui inſtitorem præponit tacite vel expreſſe. Bartolus.*

Quanquam autẽ non declaret ſenatus cui exceptionẽ det, tamen ſciendum eſt & heredẽ filij, ſi paterfamiliàs deceſſerit[f], & patrem eius ſi filiusfamiliàs deceſſerit, exceptione vti poſſe. Interdum tamen etſi ſenatuſcõſulto locus ſit, tamen in alium datur actio[g]: vt puta [ſi] filiusfamiliàs inſtitor[h] mutuã pecuniã accepit. Scribit enim Iulian⁹ libro duodecimo ipſum quidẽ inſtitorẽ[i] exceptione ſenatuſcõſulti vſurũ, ſi conueniatur: ſed inſtitoriã actionẽ aduerſus eum qui præpoſuit, cõpetere: quanquã, inquit, ſi ipſe pater eum præpoſuiſſet merci ſuæ, vel [rẽ] peculiarẽ exercere paſſus eſſet, ceſſaret ſenatuſconſultũ: quoniã patris voluntate contractum videretur. Nã ſi ſcit eũ negotiari, etiam hoc permiſiſſe videtur,[k] ſi non nominatim prohibuit merces[l] accipere.

*Si pecunia in rem patris vertatur, vel probabilẽ ſtudiorum cauſam: hæc exceptio ceſſat. Bartolus.*

Proinde ſi acceperit pecuniã, & in rẽ patris vertit, ceſſat ſenatuſconſultũ. patri enim, nõ ſibi accepit. Sed & ſi ab initio nõ ſic accepit, verũ poſtea in rẽ patris vertit: ceſſare ſenatuſconſultum libro duodecimo Digeſtorũ Iulian⁹ ait: intelligendũq;[m] [eſſe] ab initio ſic accepiſſe vt in rẽ [patris] verteret. Nõ tamen vertiſſe videbitur, ſi mutuã pecuniã acceptã patri in propriũ[n] debitũ ſoluit. & ideo ſi pater ignorauit[o], adhuc ſenatuſconſulto locus erit. Quod dicitur[p] in eo qui ſtudiorũ cauſa abſens mutuum acceperat, ceſſare ſenatuſcõſultum: ita locũ habet, ſi probabilem[q] modum in mutua [pecunia] non exceſsit: certe eam quãtitatem quam pater ſolebat[r] ſubminiſtrare.

*Hanc exceptionem ceſſare facit in neceſſariam cauſam acceptio, & patris ſolutio, & pignoris datio vſque ad pignorum quantitatem. B.*

Si filius [familiàs] acceperit mutuã pecuniam, vt eum[s] liberaret, qui ſi peteret[t], exceptione non ſummoueretur, ſenatuſconſulti ceſſabit exceptio. Hoc amplius, ceſſabit ſenatuſconſultum ſi pater[u] ſoluere cœperit, quod filiuſfamiliàs mutuum ſumpſerit,

a *Aduerſus eum exceptio.* hoc quando ille qui fuit ſtipulatus, vt procurator fecit. ſecus ſi iure delegationis: quia tunc non obijcit exceptionẽ ei cui eſt delegatus: vt ĵ. de noua l. ſi quis delegauerit. & l. doli. quæ ſunt contrarię, niſi ille cui eſt delegatio facta, lucratiuam cauſam habeat: vt ĵ. de except. doli. l. Iulianus. Itẽ nota inſpici originem. ſic & ſupra, eod. ſi filius. §. is autem. Accurſius.

b *Vtrique nocere.* Nota vnius ſcientiam alteri nocere: arg. contra infra, de iur. & fac. igno. l. iniquiſsimum. Immo econtra ignorãtia alterius alteri deberet ꝓdeſſe: vt infra, qui ad lib. procla. non li. l. fin. & de libe. cau. l. liberis. §. ſi duo. quæ ſunt arg. contra. Item nota hic hanc exceptionẽ eſſe in rẽ, ex parte eius cui opponitur. ſecus in exceptione doli: vt infra, de do. excep. l. ij. §. & quidem illud. & §. plane. in fi. §. & dixi s̄. de dolo. ſed ſi ex dolo. in fi. Accurſius.

*Scientia vnius alteri nocet.*

c *In duobus.* qui idem mutuũ à filio ſunt ſtipulati, quod vel alter eorum, vel aliquis tertius fecit.

**Flo. ſunt.*

d *Stipulandi.* forte diſtincto eo, ſecundum Azo. ſint ſocij an non: vt ſupra, de arbitr. l. ſi duo. Accurſius.

e *Intererit ad quem.* immo non videtur intereſſe: vt puta cum ab illo quem ſciui filiumfa. debeã repelli: peruenerit ad eum pecunia, vel non peruenerit. ab alio vero quem credebam patremfam. non debeam repelli, peruenerit ad eum pecunia, vel non peruenerit: vt ĵ. eo l. pe. Reſpon. intereſſe dicitur ideo, quia ſi peruenerit ad eum pecunia quem ſciui filiumfam. repellar, & ab eo, & ab alio: quia præſumitur alius quaſi fideiuſſor acceptus, cum ad eum non peruenerit pecunia, ſed fraude obligauerim eum principaliter ne habeat exceptionem: ar. ĵ. ad Velle. l. vir vxori. §. vlti. & ĵ. de in rem ver. ſi pro patre. §. vlt. & s̄. e. l. §. idem ait ſi duos. & ita ſimilitudo eſt in hoc ad ſuperiorẽ caſum. ſi autem peruenerit ad eum quem credidi eſſe patremfa ab eo non repellar, quia & principaliter ſuo nomine videtur obligatus fuiſſe: nec ab illo quem ſciui filiumfa. quia non ex cauſa mutui, ſed fideiuſsionis teneri videtur, quando licet cum eo contrahere: vt s̄. eo. quia. & l. item. & ĵ. titu. j. licet. §. ſed ſi filius. Quid ſi pro parte peruenit ad vnumquenque? Reſpon. idem in parte quo ad partem diſtinguendum eſt: vt in prędicta l. ĵ. ad Velle. vir vxori. in fi. Item not. hic, quòd ignorantia prodeſt: vt s̄. e. ſi quis patrem fami. & ĵ. ad Syllania. ſi quis in graui. §. fin. & ĵ. de iniurijs. l. eum qui. §. fin. & infra, de iur. ſi. non intelligitur. §. ſi quis palam. Accurſius.

f *Si paterfamiliàs deceſſerit.* i. prędeceſſerit. Vel dic, ſi ipſe filius deceſſerit paterfami. id eſt ſui iuris factus. aliàs enim non poteſt habere heredem: vt inſti. qui teſta. fa. poſ. §. j. Accurſius.

g *Datur actio.* ſic eſt, & quandocunq; fideiuſſor interceſſerit animo donandi: vt ĵ. e. ſed ſi pater. §. non ſolum. Et ſic nota, ꝙ vbi principale non tenet, tenet tamen acceſſorium: vt C. de præd. mino. & ſi is. Sed certe hic tenet principale, licet exceptionem habeat: vt infra. eo. l. quia naturalis.

h *Inſtitor.* extranei. Accurſius.

i *Inſtitorem.* id eſt filium præpoſitum.

k *Etiam hoc permiſiſſe videtur.* vt hic, & s̄. de inſtito. l. cuicunque. §. ſed & ſi pecuniam. & §. idemque. & l. ſed & ſi pupillus. §. ſed & ſi quis nolit. Sed contra. C. de exerci. l. j. Solu. intelligitur illa ſecundum prædictas.

l *Merces.* quia per conſequens nec mutuum.

m *Intelligendúmque.* præſumptione iuris, & de iure: vt argumẽ. infra, de reb. dub. l. quædam.

n *In proprium.* id eſt, in id quod debebat ipſe filius patri: ſecus ſi perdiderit, quia tunc videtur verſa, ex quo eo animo accepit: vt infra, de ſol. l. in pupillo. in fin.

o *Ignorauit.* idẽ ſi ſciuit: vt ĵ. tit. j. l. iij. §. cui. niſi in fraude fuerit, quia tunc de dolo tenetur: vt s̄. de dolo. ſi ſeruus. tenetur etiam de peculio. ſed cũ pater ſine exceptione poteſt exigere à filio: quare habet locũ Macedo. vt ĵ. ead. l. §. ſi filius? Reſpon. quia pater non per actionem exigit à filio.

p *Quod dicitur.* ſ. regulariter: vt hic, & C. eo. Macedoniani. & hoc ſui fauore, ne fame pereat: non odio, cum ſit probabilis abſentia, vt hic, & s̄. ex quib. cau. ma. necnon. Accur.

q *Si probabilem.* non vltra: vt hic, & ĵ. de in rem ver. l. iij. §. proinde. & s̄. de exercit. l. fin. §. quæritur. & s̄. de pig. actio. ſi ſeruos. & de relig. at ſi quis. §. hæc actio. Quid ergo ſi vltra? Reſpon. non vitiari vtile per inutile. vnde vſque ad modum probabilem repeteret: vt arg. C. de dona. l. ſi quis argentum. §. ſed in his omnibus.

r *Solebat.* Quid ergo ſi nihil ſubminiſtrabat, cũ ſit diues, vel nõ vſq; ad probabilẽ modum? Reſp. inſpicio quod debet cõſueſcere: vt arg. s̄. de iud. ſi longius. §. j. in fin. & ſecundũ hoc dic, ſolebat, i. ſolere debebat. Item, cum vtiliter fecerim, cogitur habere ratum: vt s̄. de nego. geſt. l. Pomponius. Item quid ſi eſt contra voluntatem patris in ſcholis? Reſpõ. ſemper tenetur, niſi ſpecialiter prohibeat: vt C. de nego. geſto. l. ſi. Vel dic, vſque ad quantitatem quam domi expenſurus erat, pater indiſtincte tenetur: vt ĵ. de in rem ver. l. iij. §. proinde. In reſiduo, ſi ignorem eum eſſe contra voluntatem patris, quòd ſemper praſumitur me ignorare: vt ĵ. de probat. l. verius. ſimiliter tenetur. Si ſciam, tunc ſi ſtudeat, tenetur pater quaſi vtiliter, cũ ſit lætitia patris, ſcientia filij: vt in auth. conſti. quæ de dig. §. generaliter. Si vero nõ habeam actionem: vt in d. l. C. de nego. geſt. l. ſi. & s̄. de nego. geſto. l. item ſi cum. in fin. ipſe tamen filius conuenitur. Item quid ſi eſt minor 25. an. filiusfami? Reſpon. pater tenetur, ſed & ipſe niſi reſtituatur: vt ſupra de mino. l. non omnia. Item quid ſi pater miſerat ei pecuniam, & ego ignorem? Reſpon. ago: vt infra, pro ſuo. l. fin. & ſupra, de inſtitu. l. ſed & ſi pupillus. §. proſcribere. in fin. Accurſius.

*Scientia filij patri eſt lætitia.*

s *Eum.* id eſt, ſe ab eo.

t *Peteret.* ſ. per actionem. aliàs contra. s̄. ea. l. §. interdum. in ſi.

u *Si pater.* ſcilicet filijfam. Accurſius.

a *Quaſi*

quaſi ratum habuerit[a]. Si paterfamiliàs[b] factus ſoluerit partem debiti[c], ceſſabit ſenatuſconſultum[d], nec ſolutum repetere poteſt.

VIII. PAVLVS libro trigenſimo ad Edictum.

CVm tamen à curatore[e] per ignorantiam ſolutũ ſit, repeti poteſt[f].

IX. VLPIANVS libro vicenſimo nono ad Edictum.

SEd ſi paterfamiliàs factus rem pignori dederit: dicẽdum erit ſenatuſcõſulti exceptionem ei denegãdam[g] vſq; ad pignoris quantitatem. B

*Filius poteſt ſoluere mutuam pecuniam ad hoc ſibi donatam. ſecus in donata ſimpliciter, Bartolus.*

Si ab alio donatam ſibi pecuniã filius creditori ſoluerit, an pater vindicare vel repetere poſsit? Et ait Iulian9, ſi quidem hac conditione ei donata ſit pecunia, vt creditori ſoluat: videri à donatore profectã protinus ad creditorẽ, & fieri nũmos[h] accipiẽtis. Si verò ſimpliciter ei donauit, alienationẽ eorũ filiũ non habuiſſe: & ideo ſi ſoluerit, condictionem patri ex omni euentu[i] competere. C

*Hæc exceptio competit filiis vtriuſque ſexus, etiam pecunia extante, Bart.*

Hoc ſenatuſconſultum & ad filias quoque familiarum pertinet. Nec ad rẽ pertinet, ſi adfirmetur, ornamenta ex ea pecunia comparaſſe. Nam & ei quoque qui filiofamiliàs credidit, decreto ampliſſimi ordinis actio denegatur. Nec intereſt conſumpti ſint nummi, an extent[k] in peculio. Multo igitur magis ſeueritate ſenatuſconſulti eius[l] contractus improbabitur, qui filiæfamiliàs mutuum dedit.

*Hæc exceptio competit filiis, & eorum interceſſoribus, niſi animo donandi interceſſerint. Et quia eſt odioſa, ſolutum indebite non repetitur. Bartolus.*

Non ſolũ filiofamiliàs & patri eius ſuccurritur, verum fideiuſſori[m] quoq; & mandatori eius. qui & ipſi mandati habent[n] regreſſum, niſi forte[o] donãdi animo interceſſerũt. tunc enim cũ nullũ regreſſum habeãt, ſenatuſcõſultum locũ nõ habebit[p]. B Sed & ſi nõ donãdi animo, patris tamẽ volũtate interceſſerũt, totus cõtractus à patre videbitur cõprobatus[q]: & hi tamen[r] qui pro filiofamiliàs ſine volũtate patris ei9 interceſſerunt, ſoluendo nõ repetẽt[s]. Hoc enim & diuus Hadrianus conſtituit. & poteſt dici nõ repetituros. Atquin[t] perpetua exceptiõe tuti ſunt: ſed & ipſe filius[u]: & tamen nõ repetit: quia hi demũ ſolutũ non repetũt, qui ob pœnã creditorũ actione liberãtur[x], non quoniã exonerare eos lex voluit. Quanquã autem ſoluendo non repetant. C

*Hæc exceptio poteſt opponi etiam poſt ſententiam. Bartolus.*

X. PAVLVS libro trigenſimo ad Edictum.

QVia naturalis[y] obligatio manet.

XI. VLPIANVS libro vicenſimo nono ad Edictum.

TAmẽ ſi nõ oppoſita[z] exceptione cõdẽnati ſunt,

a *Quaſi ratum habuerit.* hoc caſu etiam ratihabitio mandato comparatur: vt C. eo. l. fin. j. reſpon.
b *Si paterfamiliàs.* factus. ſcilicet qui filiusfa. erat.
c *Debiti.* ante contracti.
d *Ceſſabit ſenatuſconſultum.* in reſiduo, quaſi approbauerit: vt hic, & in authen. de here. & Falci. §. non autem. & ſupra, de iudic. fideicõmiſ. in fin. & C. de condic. inde. l. indebitum. in fi. & C. de re iu. l. ad ſolutionem Itẽ niſi in reſiduo ceſſaret, quid prodeſſet, quod paterfamil. ſoluiſſet, quia idẽ eſſet & ſi filiusfamil. ſoluiſſet, & præterea infra dicit aduerſando, ſed ſi &c. Item duo dicit, ſolutũ non repeti, & ceſſare ſenatuſconſ. quę clauſula ad partem non ſolutam referenda eſt: vt arg. infra, de lega. j. l. ſi quando. B. tamen dicit, quòd tantum in eo quod ſoluit.
e *CVm tamen à curatore.* id eſt, curator adulti qui quondam filiusfam. accepit mutuum, ſoluit de pecunia minoris nomine adulti, ignorãs eum tutum Macedo. repetit à creditore petita reſtitutione: vt ſupra, de condic. inde. l. interdum. Vel dic, ſi de ſuo, repetet à minore: vt ſtatim dicetur in proxi. glo.
f *Repeti poteſt.* id eſt, curator poteſt repetere, cõuentus à filiofa. minore quondam, ſi ſua pecunia fuit ſoluta.
*SEd & ſi.* CASVS. in §. ſi ab alio. ſic ponitur: Mutuaui filiofami. c. Titius dedit ei dict. c. & mihi ſoluit. an pater eius habeat repetitionem? Reſpõ. aut dedit vt ſolueret, & non repetet. ſi ſimpliciter, ſiue extet, ſiue non, dũ tamen ego mala fide acceperim, repetet. {HOC SENATVSCONSVLTVM.} Quod dicitur in filiofami quòd creditori ei mutuanti non detur act. idẽ eſt in filiafa. neque refert an dicatur ex ea pecunia emiſſe ornamenta. Item non refert conſumpti ſint nummi, an adhuc extent in peculio. {NON SOLVM.} Non ſolum filiof. & eius patri, ſed & fideiuſſori filij accipientis mutuam pecuniã ſuccurritur per ſententiã ſenatuſc. diſtinguitur tamẽ, an fideiuſſor animo donandi interceſsit. & locũ non habet ſenatuſ. aut ſimpliciter nõ animo donãdi, patris tamen voluntate, & locũ nõ habet ſenatuſ. in illo caſu. quãdo ſine voluntate patris interceſsit fideiuſſor, ſi ſoluat, nõ repetit à creditore. & hoc in prima. Licet ſoluens perpetuã habet exceptionẽ, non repetit fideiuſſor: quia filius non repetit, quia idẽ ſoluens nõ repetit, qui in odiũ creditoris ab actione liberatur. & hoc in ſecũda. Quãuis vero filij ſoluentes nõ repetunt, quia naturalis remanet obligatio: tamẽ ſi cõueniantur, nec exceptio opponatur, & condẽnarentur: poſtea tamen eã opponere poſſunt exẽplo mulieris, quæ ſi conueniatur ex interceſsione, neq; opponat exceptionẽ Vellei. & condẽnetur, poſtea poterit eã opponere & hoc in tertia. Si vero patre ſciente mutuetur, ceſſat ſenatuſc. Si vero iubente & ignorante creditore pater mutet voluntatem: nihilominus ceſſat, inſpecto initio contractus cum pater iuſsit. & hoc vſque ad l. ſi quod alii Viuianus.
g *Denegandam.* Sed quæ eſt ratio diuerſitatis inter hũc caſum A & ſuperiorem? Reſpon. quia pignus non datur pro debito liberando in ſolutum creditori, ſed pecunia ſic. Item & pignus pro eo quod debeo, & ſi nihil debeo. Accurſius.
h *Fieri nummos.* immo niſi ſolueret, reddere teneretur danti: vt j. de iur. do. profectitia. §. ſi quis. Item facit j. mand. l. ſi mandauero. §. ſi mandauerim. Accurſius.
i *Ex omni euentu.* ſiue extat, ſiue non, dũmodo mala fide acceperit, ſic erit furtiua condictio, vt hic. ſi autem bona fide, nõ tenetur: vt ſ. ſi cer. pet. ſi filius. quę eſt cõtra. Aliud dicũt hic indiſtincte dari condictionem ſine cauſa. ibi autẽ denegari in caſu condictione certi. hoc non valet, quia vbi remouetur genus, vt cõdictio certi: & ſpecies remouetur, vt condictio incerti, vel ſine cauſa.
k *An extent.* nec ex eo quòd extent, in rẽ patris dicuntur verſi: vt j. de in rem verſo. nam ſi. Sed an inquantum locupletior factus eſt pater tenetur vel fili9? Ioan. ſic. arg forte pro eo. j. de pec. l. depoſui. & l. in bonæ fidei. ego cõtra propter agentis odium: vt in fi. huius l. & C. eo. ſi filius. cũ res deſierit eſſe ſua. quod in actione de peculio dici non poteſt.
l *Eius.* creditoris.
m *Fideiuſſori.* etiam filio inuito: vt j. de excep. l. exceptiões quæ. §. rei. & l. omnes. Acc.
n *Habẽt.* id eſt, haberent vbi tenentur. Ac.
o *Niſi forte.* abundat, forte: vt ſ. de arbitr. ſi duo. Item excipe alios caſus in quibus non habet regreſſum: vt infra, man. ſi remunerandi. §. ſi paſſus. Accurſius.
p *Habebit.* immo videtur quòd ſic, ad inſtar eius qui pro muliere fideiubente fideiubet: vt j. ad Vellei. ſi mulier. §. ſi ab ea. quæ eſt contra. Solut. illud ideo quia fauores ſunt prorogandi. hic autem odiũ coarctandum. vt in fi. huius l. & j. de lib. & poſt. cum quidam. & l. ij. & de teſt. tu. l. ſi quis ita. §. ſi quis filio. Vel dic, vt ibi diximus. D
q *Comprobatus.* ſi ſponte fuerit datus, aliàs non: vt ſupra, quod met. cau. ſi cum. §. ſi quis per vim.
r *Et tamen.* licet fideiuſſori ſuccurratur, tamen, &c. Accur.
s *Non repetent.* ſ. à creditore. Sed an à filio? Quidam ſic per actionem mandati: vt in prin. huius. §. Ego contra, cum omiſerint exceptionem peremptoriam ſcientes: vt j. man. ſi fideiuſſor in prin. & quod ſ. dicit, habent mandati regreſſum, &c. id eſt haberent, ſi diceremus eos cum effectu teneri, neutrũ tamen verum eſt. Accurſius.
t *Atquin.* oppoſitio.
u *Ipſe filius.* ſcilicet tutus eſt per exceptionem. & hæc eſt reſponſio prædictæ oppoſitionis.
x *Liberantur.* ideo quia &c. Nota hãc regulam: vt ſ. de cõdi. indeb. qui exceptionem. Item nota hic odia reſtringi, fauores ampliari: vt j. de lib. & poſtu. l. cum quidam. Accurſius.
y *QVia naturalis.* hec nõ eſt ſufficiẽs ratio. nã & in muliere naturalis obligatio durat & repetit: vt j. ad Vel. l. ſi mulier in iure. ſed hæc eſt odioſa excep. vt ſ. l. proxi. circa fi. Acc.
z *TAmẽ ſi non oppoſita.* Duo nota. Primo, an poſsit filiusfam. huic exceptioni renũtiare? Reſpon. nõ. quia nõ ſui cau-

a, ſed

ſa,ſed in odiũ creditoris eſt inducta, niſi paterfa. factus ea remitteret:vt C.eo.l.Zenodorus.ſed in muliere certum eſt q̃ remittit nam ex ſuo fauore eſt inducta:vt ĵ.ad Velleia. l. fi.§. pen.& ſ.de condi.inde.qui exceptionem. Item quid ſi dixit ſe emancipatum? Reſpon.non habet exceptionem. Secundo nota, quòd exceptio peremptoria opponitur poſt ſententiam, quod eſt ſpeciale in Macedo.& Velleia.vt hic,& in milite: vt C. de iur. & fac.ign.l.j.& in falſo procuratore.l.licet. C.de procur. & in donatore:vt ĵ.de re iudi. Neſennius. §. vltimo. Item in qualibet exceptione,per quam dico nullum fuiſſe iudiciũ, vel ratione iudicis,vel partis, vel rei de qua dicitur,vel quia ſit iudicatum falſis inſtrumentis, vel alia cauſa. & facit ĵ. de pigno. ſi fundus. §. ſi pluris. at regulariter hoc fieri non poteſt: vt C. ſent. reſcin. non poſ. l. peremptoria. Accur.

* Flo. Si tantum.

a *Vtentur.* cõtra executorem. Accurſius.

b *I tamen. Ceſſare* niſi prohibuerit: vt ĵ. e.ſi filius.& ſ.e.ſed Iulianus. §. quanquã inquit.Et ſic nota ſolam ſciẽtiam præiudicare, niſi cõtradicatur: vt ĵ. de eui.l.quidam. & dices iam ĵ.l.ſi filius.Ac.

c *Non erit*. parcitur ignoranti reuocatum: vt hic, & ſ. de inſtito. ſed & ſi pupillus.§.pro ſcribere.& ĵ. de ſolut. l.vero.§. ſed & ſi quis. Argument.contra infra,de ma.vind.l.ſi pater.

d *Initium.* Not.initiũ ſpectãdum:vt ĵ. depo. ſi.l.j.§.idem etiam Põponius.& ĵ.mã.ſi procurator j.reſpon. Accurſius.

* Fl. poſſit.

*S I quod.* Casvs. Mutuaui Titio, & a filiofa. animo nouandi & liberãdi Titiũ ſtipulatus ſum. peteti mihi à filio,an obſtet exce. Mace.quæritur.Et dicitur,quòd non.

e *Non eſſe impedimento.* vt ſ. e. ſi filius. §. is autem. l. item ſi filius. j.reſpon.

vtentur[a] ſenatuſcõſulti exceptione. & ita Iulianus ſcribit in ipſo filiofamiliàs exemplo mulieris intercedentis.

XII. Pavlvs libro trigenſimo ad Edictum.

SI tamen* ſciente patre creditum ſit filio, dicendum eſt ceſſare[b] ſenatuſconſultũ. Sed & ſi iuſſerit pater filio credi, deinde ignorante creditore mutauerit voluntatẽ, locus ſenatuſconſulto non erit:[c] quoniam initium[d] contractus ſpectandum eſt.

XIII. Gaivs libro nono ad Edictum prouinciale.

SI quod alij mutuum dedimus, à filiofamiliàs nouãdi cauſa ſtipulemur: non eſſe impedimento [e] ſenatuſconſultum Iulianus ſcribit.

*Dictum in filio extẽditur ad nepotẽ. Bar.*

XIIII. Ivlianvs libro duodecimo Digeſtorum.

Filium habeo, & ex eo nepotẽ, nepoti meo creditũ eſt iuſſu patris eius. quæſitũ eſt, an cõtra ſenatuſconſultum fieret? Dixi, etiã ſi verbis ſenatuſconſulti filij continerentur[f], tamen & in perſona nepotis idem ſeruari debere. iuſſum autẽ huius patris nõ efficere, quo minus contra ſenatuſconſultum creditum exiſtimaretur, cũ ipſe in ea[g] cauſa eſſet, vt pecuniam mutuam inuito patre ſuo accipere non poſſet.*

XV. Marcianvs libro quartodecimo Inſtitutionum.

Nihil intereſt quis filiofamiliàs crediderit, vtrũ priuatus, an ciuitas. nã in ciuitate[h] quoq; ſenatuſconſultũ locum habere, diui Seuerus & Antoninus reſcripſerunt.

a *Ab eo*.ſ.extraneo. Accurſius. {PECVLIVM.} CASVS. Si ſeruus domino debeat, illud deducetur, & reſiduū intelligitur peculium eſſe. Item ſi quid debeatur his qui ſunt in poteſtate domini: puta filiofami. vel ſeruo, vel ijs qui ſunt ſub eius tutela vel cura: & his omnibus caſibus deducet, niſi domin⁹ fuerit in dolo: puta quia dolo induxit vel ſeruum vel filium, vt ſe illis obligaſſet: vel q̃ in fraudem peculiariū creditorum peculium ademerat, vel minuerat: quia in hoc caſu deducit. & ſi in prædictis deducet cum ſibi quid à ſeruo debeatur, & his qui ſunt in poteſtate: quare non deducet ſi quid debeatur ijs qui in tutela vel cura ſua ſunt: quia dominus his tenetur: & à ſe exigere debet: & ideo deducit, quia nō eſt veriſimile dominū illud velle eſſe in peculio quod ſibi debetur, vel illis pro quibus debet à ſe exigere dominus, ſi ſit debitor alicuius, cuius negotium vel tutelam gerit. {SED ET CREDITOR.} Habebam ſeruum: aliquis cū eo cōtraxit: & factus creditor fuit in decē. deceſsi, & eundem creditorem hæredem inſtitui. hic creditor deducit quod ſibi debetur, ſi conueniatur ab alijs creditoribus. Siue ſeruus accepit libertatem in teſtamento meo, ſiue non, item ſiue legatus fuerit pure, ſiue ſub cōditione: alicui nō obeſt quo minus deducat quod ſibi debet ſeru⁹: licet dominiū ſerui pure legati, nullo momēto apud heredē remāſerit. Cùm verò ſub conditione legatus fuit, in hoc caſu minus dubium eſt: quia heres deducet. Et hoc probat Iulianus tali exemplo: Seruus Titij tenebatur mihi in decem: deceſsit ſeruus, vel Titius: eum manumiſit poſtea Titius, & me heredem inſtituit. intra annum à tempore mortis ſerui, vel manumiſsionis conuenior de peculio. deducam quod mihi à ſeruo, debetur: quia intra annum cùm tibi ſucceſsi, conueniri de peculio potero: neque tamen dominium ſerui vnquam nactus fui. D {SIVE.} Non refert, ex contractu quid domino debeatur à ſeruo, an nomine reliquorum: puta quædam in bonis domini intulit ſeruus: quædam non intulit adhuc. ſi ergo ſeruus domino furtum fecerit, dominus deducet. Sed an ſimplum, an duplum, perinde acſi extraneus feciſſet furtum? Reſpond. tantum ſimplum deducet. & hoc in prima {SI IPSE.} Si ſeruus ſe vulnerauit, & ſic deterior factus eſt in quinque, cùm valuit decem: an illa quinque poſſit dominus deducere ſi conueniatur ab alijs creditoribus, quòd ſeruus deterior factus fuerit in quinque, quæritur. Et reſpond. quòd non, non magis quàm ſi ſe occidiſſet. & hoc in ſecunda. Si verò ſumptum aliquem dominus fecit in curando eum vulneratum à ſe ipſo ſeruo: an eum deducere poſſit? Dicitur quòd ſic: licet aliàs ſi ægrum eum curaſſet & impendiſſet, non deduceret: quia videtur donaſſe: cùm ad hoc tenebatur. & hoc in tertia. Item ſi dominus pro ſeruo ſuo obligatus ſit, deducet: niſi in rem domini verſum eſt: quo caſu ſecum compenſabit. & hoc in quarta. Sed & ſi dominus fideiuſsit pro ſeruo, deducet. Iulianus tamen diſtinguit in prædictis duobus caſibus: cùm dominus iuſsit, & fideiuſsit, non adhuc ſoluit ex his cauſis, an non deducet: vt ſi ſoluat, A deducat: alioquin non: ſed creditori ſoluat accepta cautione à creditore, quòd ſibi refundet retro: ſi ab eo apud quem fideiuſsit, vel ab eo qui iuſſu ſuo credidit conueniatur: vt ſic poſſit creditor medij temporis interuſurium, id eſt commodum conſequi vſurarum. {SED SI.} Duo erant creditores peculiares ſerui: ab vno dominus conuentus de peculio, & condemnatus, ſi poſtea ab alio conueniatur, an poſſit deducere quod alij debet ex condemnatione, quæritur. Et reſpon. quòd ſic: quia perinde eſt ipſum cōdemnatum eſſe, ac ſi ſoluiſſet ſponte. & hoc in prima. Si vero ab alio conuentus, & lite conteſta. pēdente adhuc iudicio ab alio conueniatur & *condemnetur? an poſſit deducere id ꝑ quo erat conuentus priori iudicio, quæritur. Et reſpon. quòd nō. quia in actione de peculio potior eſt conditio eius qui ad ſententiam prius peruenit, quàm qui litem prius conteſtatus eſt. hoc dicit vſque ad.l.ſi noxali. Viuianus.

*Flo. gerit.

& ita Pomponius libro vndecimo ſcribit. Nam & ſi quid dominus ab eo[a] qui rē peculiarem ſubripuit, vel cōſecutus eſt, vel conſequi poteſt: in peculium eſſe ei imputādum, Neratius libro ſecundo reſponſorum ſcribit.

*Id quod debetur domino, non cenſetur eſſe de peculio: quia tacite videtur eſſe à domino exceptum, vel exactum. hoc dicit. Pau.de Caſt.*

B Peculium autem deducto quod domino debetur, cōputandum eſſe[b]: quia perueniſſe dominus, & cum ſeruo ſuo egiſſe creditur. Huic definitioni Seruius adiecit[c], & ſi quid his debeatur qui ſunt in eius poteſtate[d]: quoniam hoc quoque domino deberi nemo ambigit.

*De peculio deducitur non ſolum id quod debetur patri vel domino: ſed etiam id q̃ debetur ei qui eſt ſub tutela vel cura ipſius domini, vel patris: aut cuius negotia ipſi gerunt. h.d. Pau.de Caſt.*

C Pretereaid etiā deducetur, quod his perſonis debetur, quæ ſunt in tutela vel cura domini vel patris, vel quorū negotia adminiſtrāt, dūmodo dolo careant[e]: quoniā & ſi per dolum peculiū vel ademerint, vel imminuerint, tenentur.[f] Nā & ſi ſemper præuenire dominus & agere videtur: cur non dicatur etiā hoc nomine eū ſecū egiſſe, quo nomine vel tutelę, vel negotiorū geſtorū[g], vel vtili actione[h] tenebitur. Nā vt elegāter Pedius ait, ideo hoc minus in peculio eſt, quod domino vel patri debetur, quoniam nō eſt veriſimile, dominū id cōcedere ſeruo in peculium habere, quòd ſibi debetur. Sanè cùm ex ceteris cauſis ipſum à ſemetipſo exegiſſe dicimus,[i] qui negotia vel tutelam gerit:* cur non etiam in ſpecie peculiari exegerit[k] quod exigi debuit?[l] Defendendum igitur erit, quaſi ſibi eum [id] ſoluere[m], cùm quis[n] agere de peculio conabitur.

*De peculio deducitur etiā quod debetur heredi patris vel domini, nō tanquā heredi domini: licet nō efficiatur domin⁹ ſerui per aditionem: vt quia fuit illi relicta libertas pure vel ipſe ſeruus fuerit purè alteri relictus: vel fuit ipſe mortuus vel manumiſſus: & agatur de peculio intra annū. hoc dicit vſque ad §.ſiue autem. Pau.de Caſt.*

Sed et creditor ſerui qui heres extitit domino eius, deducit de peculio quod ſibi debetur, ſi conueniatur, ſiue libertatē[o] ſeruus acceperit, ſiue nō. Idemq; eſt[p] ſi legatus ſit purè ſeruus. Nam quaſi præuenerit, & ipſe ſecum egerit: ſic deducet quod ſibi debetur, [ſi cōueniatur[q].] licet nullo momento dominium in manumiſſo[r] vel legato purè habuerit[s].

b *Computandum eſſe*. ſ. dico ego Vlpia. vt hic, & ſupra, eod.l.depoſiti.§.fin. & ſupra de tribut. l.j. in princi. & §.peculiarem. & infra eod. ſi noxali. §. quod autem.

c *Adiecit*. hæc adiectio non fit in actione de in rem verſo: ſed tantùm ſibi debitum deducit, vt infra, de in rem ver. ſi pro patre §.ſi domini. Accurſius.

d *In eius poteſtate*. niſi vicario eiuſdem ſerui cuius nomine conuenitur, debetur: vt inſti. quod cum eo.§. cum autem. & §. aliquando. & infra e.ſi ſeruus meus.

e *Careant*. pater & dominus. poſſet enim feciſſe obligari ſeruum vel filium his perſonis doloſe.

f *Tenentur*. pater & dominus, ſi dolo fecerunt: non aliàs: vt hic, & j̃.e.l.ſumma.in prin. & j̃.de in rem ver. l.j.§.j.de trib.l. illud.§.ſed ſi mercem. nam probat deduci debere quod prædictis perſonis debetur. Accur.

g *Geſtorum*. directa.

h *Vel vtili actione*. ſcilicet neg. geſt. vt cum eſt curator: vt C. de nego.geſt.curatoris.

i *Exegiſſe dicimus*. quod ipſe debeat ei cuius negotia gerebat. Ioan. vt ſupra de nego.geſt. ſi pupilli. §.fin. & l. ſinautem. & l. qui ſine.

k *Exegerit*. id eſt exegiſſe credatur.

l *Debuit*. quaſi diceret, non eſt ratio differentiæ: ergo ſit idē ius: vt ſ̃.de verb.oblig. à Titio. in fin.

m *Soluere*. id eſt deducere pro pupillo.

n *Cum quis*. ſcilicet peculiaris creditor.

o *Siue libertatem*. Sed nonne extinguitur ſerui obligatio, cū domino ſucceſsit creditor peculiaris? Reſpon. non: quia dominus quaſi fideiuſſor eſt: vt j̃. de fideiu.l. heres à debitore.§. quòd ſi ſtipulator. & arg. infra de verb.obli. cùm filius.

p *Idemq; eſt*. vt deducat.

q *Conueniatur*. de peculio annali.

r *Manumiſſo*. id eſt libero eſſe iuſſo.

s *Habuerit*. ſed recta via ad legatariū trāſit: vt j̃. de fur. l. à Titio. Et ex hoc corroborātur duæ noſtrę ſentētiæ. Prima, quia diximus heredē nullo momento eſſe dominū: vt hic, & d.l. à Titio. & quia etiam ignoranti legatario dominium prædictū acquiritur: vt hic, & ſupra, quemad. ſer. amit. ſi partem. §.fin.

Alij

Alij dicunt in vtroque contra. & pro ſe inducunt ſupra de ſerui. Papinianus reſpon. & j. de condi. inſt. l. ſi quis ita hereditatem. & j. de ſuc. edi. l. j. §. decretalis. Accur.

a *Dominus enim.* ſcilicet heres in hoc vltimo caſu.

b *Adfert.* ſcilicet argumentum.

A

s *Præſtare.* id eſt ſoluere.

t *Caueat.* ſcilicet creditor: vt hic, & j. de dam. infec. l. ex facto. §. fin. & ſ. de peti. here. l. cũ idem. & de rei vind. is à quo. & l. à quo. & ſ. de tribu. l. procuratoris. in fin.

u *Deduci.* & propter hoc melius, vt medij &c.

c *Extitero.* ego creditor ſerui. Accur.

d *Debetur.* vt j. eod. §. item. ſic ergo & deduco poſt manumiſsionem, vel alienationẽ. ſunt enim morti ſimiles: vt infra quando acti. de pecul. eſt anna. l. j. in princ. & infra de fur. inter omnes. & infra de ſol. l. ſi mihi. Accurſius.

e *Reliquis.* quia aliqua intulit, & alia inferre debet: vel etiam nil intulit: vt infra de verbo. ſigni. l. verbum. Accurſius.

f *Deducetur.* ſ. in ſimplum: vt ſubiicit, & j. de acqui. rer. do. l. homo liber. §. j. & infra de pecu. leg. l. id quod, §. j. contra enim videbatur: quia actio de peculio ex delicto nõ datur: vt ſupra de his qui deie. vel effu. l. j. §. cùm autem ſeruus. quæ eſt argu. contra. Azo.

g *Prior.* ſcilicet hæc, vt ipſa, &c. Accur.

h *Furti.* id eſt rei ſubtractæ. Iohan.

i *Deducatur.* argu. ſupra de peti. her. l. item veniunt. §. cum prædiximus.

k. *Si ipſe ſeruus.* id eſt, permittitur ad hoc vt dominus damnum ſibi inflictum propter hoc non poſsit deducere de peculio, non autem licet de iure naturali vel ciuili: vt infra de ædil. edic. l. cum autem. §. excipitur. immo punitur quis ideo: vt infra de re mili. l. omne. §. qui ſe. Accurſius.

l *Sed ſi à ſe.* ſeruo. Ioan.

m *Effectum.* quia vbi ſe ſeruus vulnerauit, curare nõ tenetur dominus. aliàs ſic, ſcilicet tenetur curare. aliàs fit liber: vt C. de lati. li. tol. l. j. §. ſed ſcimus.

n *Rem ſuam.* argu. ſupra ad leg. Rhod. de iactu. l. nauis aduerſa. in fin. l.

o *Obligatus.* hic articulus corrigitur infra per Marcel. ſecundum quoſdam. imo nõ corrigitur, ſi exaudias hoc in eo caſu vbi ſic eſt obligatus vt ſeruum liberaret: puta promiſit animo nouandi.

p *Præſtitit.* de ſuo: vt j. eod. in fine huius legis.

q *In vtroque.* id eſt ſiue iuſsit, ſiue fideiuſsit.

r *Abſit.* re ipſa: vt hic, & C. man. l. ſi pro ea. licet abſit interpretatiue: vt ſ. de nego. geſt. ſi quis mandatu.

et ita Iulianus libro duodecimo [digeſtorũ] ſcribit. Certe ſi ſub cõditione ſeruus libertatẽ acceperit, minus dubitãter Iulian⁹ eodẽ loco ſcribit heredẽ deducere. domin⁹ enim [a] factus eſt. Ad defenſionẽ ſententiæ ſuę Iulianus etiam illud adfert, [b] ꝙ ſi ei qui poſt mortem ſerui vel filij intra annum potuit cõueniri de peculio, heres extitero, [c] proculdubio deducam quod mihi debetur. [d]

B

*Ex quacunque cauſa debeatur domino, etiam ex delicto, deducitur in ſimplum, nõ autem cum pœna. h. d. Paul. de Caſt.*

Siue autẽ ex cõtractu quid domino debeat, ſiue ex rationum reliquis: [e] deducet dominus. Sed & ſi ex delicto ei debeat, vt puta ob furtum quod fecit: æquè deducetur. [f] Sed eſt quæſtionis vtrũ ipſa furti æſtimatio, id eſt, id ſolum quod domino abeſt, an verò tantũ, quantũ ſi alienus ſeruus cõmiſiſſet, id eſt cum furti pœnis? Sed prior [g] ſententia verior eſt, vt ipſa furti [h] æſtimatio ſola deducatur. [i]

C

*Pro damno dato per ſeruum in perſona ipſiuſmet ſerui, non obligatur ſeruus domino etiã naturaliter: ideo illud non deducitur de peculio: ſed pro impenſis factis in curando bene obligatur, quando ſeruus ipſi ſeruit. ſecus ſi ſine culpa ſua accidit infirmitas. h. d. Paulus de Caſt.*

Si ipſe ſeruus [k] ſeſe vulnerauit: non debet hoc damnũ deducere, nõ magis quàm ſi ſe occiderit, vel præcipitauerit. Licet enim etiam ſeruis naturaliter in ſuum corpus ſæuire. Sed ſi à ſe [l] vulneratũ ſeruum dominus curauerit, ſumptuum nomine debitorem eum domino puto effectum: [m] quanquam ſi ægrũ eum curaſſet, rem ſuam [n] potius egiſſet.

D

*Supra declarauit qualiter dominus deducit ſibi debitum: hic qualiter id quod ipſe debet ſeruo. primo, quando ſemel obligauit: & ſic ex ſuo facto. ſecundo, quando ex cõtractu ſerui. tertio, quãdo ex delicto. ſecũda ibi, ſed & ſi. tertia ibi ſi noxali. & hoc intendit: De peculio deducitur id quod dominus ſoluit pro ſeruo, vel condemnatus eſt ad ſoluendum. quod verò ſimpliciter debet, ſi quidem ex ſuo contractu, deducit faciendo ſibi caueri: & actione de peculio illo modo deducit. hoc dicit cum. l. ſequen.*

Item deducetur de peculio, ſi quid dominus ſerui nomine obligatus [o] eſt, aut præſtitit [p] obligatus: ita, ſi quid ei creditũ eſt iuſſu domini. Nam hoc deducendũ [eſſe] Iulianus libro duodecimo digeſtorũ ſcribit. Sed hoc ita demum verum puto, ſi non in rem domini vel patris, quod acceptum eſt, peruenit: alioquin ſecũ debebit compenſare. Sed & ſi pro ſeruo fideiuſſerit, deducendum Iulianus libro duodecimo digeſtorum ſcribit. Marcellus autẽ in vtroq; [q] ſi nõdum quicquã domino abſit, [r] melius eſſe ait, pręſtare [s] creditori, vt caueat [t] ille refuſurum ſe ſi quid præſtiterit dominus hoc nomine conuentus, quàm ab initio deduci [u]: vt medij temporis interuſurium [x] magis creditor cõſequatur. Sed ſi de peculio conuentus dominus, cõdemnatus eſt: debebit in * ſequenti [y] actione de peculio deduci. * Cœpit enim dominus vel pater iudicati teneri. Nam & ſi quid ſerui nomine non condemnatus præſtitiſſet [z], creditori, etiã hoc deduceret.

x. Gaivs libro nono ad Edictum Prouinciale.

Si verò adhuc in ſuſpenſo eſt prius iudiciũ de peculio, & ex poſteriori iudicio res iudicaretur: nullo modo debet prioris iudicij ratio haberi in poſteriore condẽnatione: quia in actione de peculio, occupantis melior eſt conditio. [a] Occupare autem videtur, non qui prior [b] litem cõteſtatus eſt, ſed qui prior ad ſententiam iudicis peruenit.

*Si dominus noxali conuentus pecuniam præſtiterit, deducitur de peculio. ſecus ſi ipſum ſeruum. ex contractu verò, vel quaſi, indiſtincte deducitur. quod de naturali debito intelligitur, à quo per deductionem liberabitur ſeruus. Bartolus.*

xi. Vlpianvs libro viceſimonono ad Edictum.

Si noxali iudicio conuentus dñs litis æſtimationẽ

x *Interuſurium.* aliàs eſt interuſuras. ſed in Piſana littera eſt, interuſurium. q. d. commodum medij temporis: vt infra ſolu. ma. ſi conſtante. §. quotiens. & ſupra de pig. act. l. non enim. Accurſius.

y *De ſequenti.* Cur ergo hic ſecus quàm in ſuperiori caſu? Reſpõ. hic purum, ibi conditionale vel in diẽ debitum erat. vel dic, vtrobique purum: ſed ibi erat habiturus moram iudicij, hic non, cùm iam habuit: vt ar. ſupra de mino. l. minor. xxv. an. Accurſius.

z *Præſtitiſſet.* ſcilicet de ſuo nõ de peculio: vt ſupra ea. l. §. itẽ deducitur.

a Si *verò adhuc. Conditio.* Nota in hac actione occupantis eſſe meliorem conditionem: vt ſupra de tribu. l. non enim. & infra eod. l. ſumma. §. ſed ſi alij. ſic & in pluribus agentibus ex cauſa noxali: vt ſupra de noxali. l. ſi quis à multis. ſic & in pluribus agentibus de in rem verſo: vt infra de in rem ver. l. ſed dicendum. ſic & in pluribus agentibus ex eadem cauſa: vt infra de re iudi. l. inter eos. ſic & in pluribus, quorum quidam de peculio, alij de in rem verſo agũt: vt infra de in rem ver. l. j. §. certe.

*Occupãtis in multis melior eſt conditio.*

** Flo. de ſeq.*

** in pleriſque hæc adduntur: Sed ſi alius de peculio egit, & vicit, oportet deduci. Cœpit, &c.*

b *Prior.* immo quandoq; qui prior eſt lit. conteſta. vt ſupra de iudic. l. qui prior. & ſupra de procur. l. pluribus. & infra de leg. j. ſi pluribus. in fin. & infra de verbo. oblig. ſi Titius.

Si *noxali.* } Casvs. Seruus tuus fecit mihi damnum. conueni te noxaliter vt emẽdares damnum, vel ſeruum pro noxa dares. obtuliſti mihi decem pro damno: quia in tantum erat damnum meum. ſi conueniaris ab alijs creditoribus, an poſsis illa decem deducere, quæritur. & reſpond. quòd ſic. & hoc in prima. Idem ſi creditori peculiari ſoluiſti: idem ſi promiſiſti. Idem eſt ſi ſeruus promiſit decem tibi vt eum manumitteres, & manumiſiſti. Sed in hoc caſu ita demum deducis, ſi intra annum à tempore manumiſsionis conueniaris de peculio. & hoc in tertia. In quarta dicit, quòd ſi ſeruus tuus à debitore tuo exegerit,

exegerit, & tu ratum habeas, deducis: alioquin non deducis: ſed cõuenies debitorẽ: & ille repetat à ſeruo quod ſoluit, per condictionẽ indebiti. & hoc in quinta. Dicit quòd hæc quæ dicta ſunt in ſeruo, vera ſunt in filiofam. In prædictis autem caſibus omnibus deducit dominus debitũ naturale, nõ ciuile: quia ciuiliter domino ſeruus non obligatur: neque ob hoc plus impedietur deductio: licet ſolum ſit debitum naturale, cum ratihabitione domini cõdictione indebiti ſeruus ſit liberatus, naturali obligatione inſpecta. & hoc in ſexta parte. {Est avtem.} Si à ſeruo domino debeantur decem, & conueniatur dominus à creditoribus, & deducat illa decẽ: ſi ab alio poſtea cõueniatur: an eadem decem iterum deducere poſsit, quæritur. Et diſtinguitur. aut cũ primo deducit, ſeparauit illa decem à peculio ſerui: aut dimiſit ea eſſe in peculio. Primo caſu non deducit: ſecundo caſu ſic. & hoc in prima. Si vero domino decem debeantur ab ordinario, & ſeruus vicarius ſit in peculio ordinarij valens decẽ, & dominus conueniatur, & deducit vicariũ, non tamen à peculio ſeparauit: & vicario decedente dominus, imo ſeruus vnus ordinarius comparauit ſeruum eiuſdem pretij: & ita ordinarius adhuc remanſit debitor domini: licet ab alio creditore cõueniatur, quia domino vicarius perit: an poſsit deducere illum emptum loco vicarij? Diſtinguitur. aut cum primo deduxit, & illum ſeparauit à ratione peculiari, tunc deceſsit vicarius, aut poſtea. in primo caſu nõ domino perijt, & deducet. ſecundo caſu non. & hoc in ſecunda. Si verò vicarius valeat decem, & quinque ab ordinario domino debeantur: & dominus conuentus de peculio ordinarij portionem creditori eius ſoluit: & vicarius decedat: ſi cõueniatur dominus, an poſsit illa decem deducere conuentus à primo creditore? Dicitur quòd ſic, ſi non ſeparauit ipſum in peculio. & hoc in tertia. {Qvod avtem.} Si dominus ſeruum vendat cum peculio, & poſtea intra annum conueniatur: à tempore quo conuenitur de peculio, an poſsit deducere quod ſibi debetur? Et reſpon. quòd non: quia ab emptore conſequi quod ſibi debetur poteſt: & ex vendito agere cõtra emptorem: quod eſt verum, ſi tantum erat in peculio cùm venderetur, vt poſsit domino ſatisfieri. Si verò aliquid acceſſit poſtea, quia ſeruo aliud debebatur ſub conditione, & non extitit conditio: deducet quod ſibi debebat antequam eum vendiderat: ſi modo intra annum conueniatur de peculio. {Idem.} Tenebatur mihi Titius de peculio ex contractu ſerui. emi ſeruum. ſi conueniar intra annum à tempore alienationis à creditoribus peculiaribus: an poſsim deducere, cum habeam contra venditorem actionem de peculio, quæritur. Et reſpond. quòd ſic: quia ille creditor potuit eligere, vellet mecum, vel cum venditore agere de peculio. eligere igitur potero deductionem ſi velim, vel venditorem conuenire: neque conqueri debet creditor ſi deducam, cùm habeat aduerſus venditorem actionem ſi aliquid credat eſſe in peculio. Viuianus.

A obtulerit[a]: de peculio deducendum eſt. Quòd ſi noxæ dederit, nihil eſt deducendum.[b] Sed & ſi quid dominus ſoluturum ſe ſerui nomine repromiſit, deduci[c] oportebit:[d] quemadmodum ſi quid domino ſeruus pro debitore expromiſerat. Idẽ eſt & ſi pro libertate quid domino expromiſit, quaſi debitor domini ſit effectus: ſed ita demum, ſi manumiſſo eo agatur.[e] B Sed ſi à debitore dominico[f] ſeruus exegerit: an domini debitorem ſe fecerit, quæritur. Et Iulianus libro duodecimo Digeſtorum non aliter dominũ deducturum ait, quàm ſi ratum habuiſſet quod exactum eſt. Eadẽ & in filiofamiliàs dicenda erunt. & puto verã Iuliani ſententiã. Naturalia[g] enim debita ſpectamus in peculij deductione. * Eſt autẽ natura æquum, liberari filiũ vel ſeruum[h] obligatione,[i] eo[k] quòd in debitum[l] videtur exegiſſe.

** Flo. deductionem.*

*Quod ſemel deductum fuit verbo & re, iterum non deducetur: ſecus ſi verbo tantum deductio facta fuit.* Bartolus.

C Eſt autẽ queſtionis, an id quod dominus ſemel deduxit, cum cõueniretur: rurſus ſi conueniatur, de peculio eximere debeat: an verò veluti ſolutum ei videatur, ſemel facta deductione. Et Neratius et Nerua putãt, itẽ Iulianus libro duodecimo ſcribit, ſi quidẽ abſtulit, hoc de peculio nõ debere[m] deduci, ſi verò eandem poſitionem peculij reliquit, debere eum[n] deducere. Denique ſcribit, ſi ſeruus vicarium quinque valentem in peculiũ habuit, & domino quinque deberet, pro quibus vicariũ dominus deduxiſſet:[o] & mortuo poſtea vicario, B alium eiuſdem pretij ſeruus comparauerit: non deſinere domini eſſe debitorẽ, quaſi vicarius ille domino deceſſerit:[p] niſi fortè cùm eũ ſeruo ademiſſet, & ſibi ſoluiſſet, tunc deceſſerit. Idẽ rectè ait, ſi cùm vicarius valeret decem, dominus conuentus de peculio[q], quinque pro [eo] ſeruo præſtitiſſet[r], quoniam quinque[s] ipſi debebantur, mox [hic] vicarius deceſsiſſet[t]: aduerſus alium agentem de peculio[u], decem dominum deducturum: quia et in eo quod iam C pro eo ſoluit, debitorem ſeruũ ſibi fecerit. Quæ ſentẽtia vera eſt, niſi ſeruo ademit[x] vicarium, vt ſibi ſolueret.

*De peculio non deducitur, quod aliunde quis conſequi poteſt alia actione, excepta actione de peculio, in qua deductio pro actione ſuccedit.* Bartolus.

Quod autẽ deduci debere diximus[y], id quod debetur ei qui de peculio cõuenitur: ita accipiẽdũ eſt, ſi nõ hoc aliũde[z]

b *Deducendum.* omnino, ſed in vicario cum diſtinctione: vt j. de pecu. leg. l. Stichus habet.
c *Deduci.* quia eatenus fit conditio domini deterior: vt j. de vi & vi ar. l. j. §. quod igitur adiicitur.
d *Oportebit.* ſed nondum oportet, niſi ſoluatur: vt ſ. eo. ſed ſi dãnum. §. pen. Accur.
e *Agatur.* quod fieri poteſt vſque ad annum: vt j. tit. j. l. j. aliàs enim non cœpit debere ſeruus, niſi conditio manumiſsionis extiterit.
f *Sed ſi à debitore dominico.* faciendo ſeruus negotiũ peculiare: aliàs non tenetur ex fideiuſsione ſeruus: vt ſ. eod. l. licet. §. Iulianus.
g *Naturalia.* q. d. naturalia deducimus: quia ciuilia ibi cõſiſtere nõ poſſunt inter dominũ & ſeruum: vt hic, & j. eo. nec ſeruus. & l. nõ ſolum. in fin. ſecus in prædone hereditatis poſſeſſore, qui naturalia non deducit: vt ſ. de pet. hered. l. ſi quid poſſeſſor. §. ſed & ipſi. quæ eſt cõtra. & facit ad hũc §. ſ. nego. geſt. l. ſi pupilli. §. itẽ quæritur. & ſ. e. ſed ſi damnũ. §. j. contra. Accur.
h *Vel ſeruum.* domino faciẽte deductionem. Azo.
i *Obligatione.* qua tenetur condic. indeb. & dic, tenetur ſoluenti domino debitum. ſed ſeruo indebitum.
k *Eo.* ſubaudi, qui tenetur, eo, &c.
l *Indebitum.* ſ. ſibi ſeruo vel filio: debitum autẽ domino. vel duæ partes ſunt in debitũ. & eſt plana.
m *Debere.* quia bona fides, &c. vt infra de regu. iur. l. bona fides. & ſic accipitur infra, e. l. ſi ſemel. & infra, de compenſa. l. quod Labeo.
n *Eum.* arg. ſ. de eden. ſi quis ex. §. fin. & l. ſeq.
o *Deduxiſſet.* ſed non abſtuliſſet.
p *Deceſſerit.* tribus modis lege. Primo, cùm non deceſſerit. & hæc plana eſt. & eſt reſpon. Secundo, ſine non. & dominũ appellabis ordinarium. & ſimiliter eſt reſp. Tertio ſimiliter ſine non. q. d. non deſinit eſſe debitor hac ratione allegata, quòd vicarius domino deceſſerit. & ſecundũ hoc eſt al- D legatio, & nõ reſpõſio in his verbis quaſi vicarius &c. videbatur enim hic ſeruus domino perire: quia interitu ſpeciei ſeruus debitor ſit liberatus: vt j. de ver. obl. ſi ex legati. ſed certe hic genus domino debetur, licet aſsignatio facta fuerit ſpeciei, & dominus cõſenſiſſet, vel hic interceſsit culpa vel mora ſerui ante mortẽ: vt in do vt des: vt no. ſ. de cõdic. cau. da. l. ſi.
q *De peculio.* ſcilicet ordinarij. Accurſius.
r *Præſtitiſſet.* ſcilicet de ſuo. Io.
s *Quinque.* q. d. præſtitit pro ſeruo ordinario quinque: quia & ſibi domino alia quinque debebãtur. & quare? ideo certe, quia in decem volebat ſibi ordinarium obligare: vt ſic vicarium decem valentem ſibi pro debito deducere poſsit.
t *Deceßiſſet.* ſed non abſtuliſſet. Accur.
u *De peculio.* ſcilicet ordinarij. Accurſius.
x *Ademit.* tunc enim domino perit. Io. & no. ex prædictis, & hic, quòd dominus poteſt eligere quid detrahat: licet heres de omnibus debeat pro rata deducere ſibi debitũ legato peculio: vt j. de pecu. leg. l. ſi peculiũ legetur. ij. reſpon. quæ eſt contra. Accur.
y *Diximus.* vt ſ. eo. ſed ſi damnum. §. j.
z *Aliunde.* quauis actione, nõ tamen de peculio. nã de peculio

a *Obtulerit.* ordinario ſeruo delinquente.

culio actio deductionem non impedit:vt infra,proxi.§.idem A
ſcribit. quæ eſt contra.

a *Cum peculio*.nominatim pretium peculij accipiendo : vt ĵ. ſi ex duobus.in fine.& ſeq. Accurſius.

b *Conueniatur*.de peculio intra annũ à tẽpore alienationis:vt ĵ.eo.& ancillarũ.§.ij.

conſequi potuit. Deniq; Iulianus ſcribit,venditorẽ qui ſeruũ cum peculio[a] vẽdidit, ſi de peculio conueniatur,[b] non debere deducere quod ſibi debetur. Potuit enim hoc ex ratione peculij detrahere,et nũc condicere[c] quaſi indebitũ: quoniã non eſt[d] in peculio, quod domino debetur. Poteſt,inquit, etiã ex vendito agere. Quod ita erit probandum, ſi tantum B fuit in peculio,cùm venderet,vt ſatisfacere debito dominus poſſet[e]. Ceterùm ſi poſtea quid acceſsit conditionibus debiti exiſtentibus, quod dominus non diſtraxerat[f]:contra erit dicendũ[g]. Idem ſcribit,ſi quis ſeruum, cuius nomine de peculio habebat actionem, comparaſſet:an poſsit deducere quod ſibi debetur[h]:quoniam aduerſus venditorem habeat actionem de peculio? Et rectè ait poſſe[i]. Nam & quiuis alius poteſt eligere, vtrũ cum emptore, an cum ven- C ditore[k] ageret.*Hunc igitur eligere pro actione deductionem[l]. Nec video quid habeant creditores, quod querantur[m] : cùm poſsint

c *Nunc condicere*. condic. inde. vt ſupra de cõdi.inde. l.ſi quis eũ. §.ſi. in ſi.

d *Non eſt*.inſpecto euentu:ſed inſpecto ſtatu præſenti eſt in peculio:vt ſ.eo.l.peculiũ.§. ſed & creditor.quę eſt contra.

e *Poſſet*. tũc enim imputatur domino vt nõ deducat rem contra creditorem.non aliàs: vt hic, & ſ. de nego. geſt.l.diuortio.§. illũ. & §. ſed nec redhibitoriæ.Accur.

f *Diſtraxerat*. id eſt detraxerat.

g *Dicendum*.& tũc deducam quod mihi debuit antequã vẽderẽ, nõ quod poſt. nã nec conuenior de hoc qđ poſt cœpit debere alijs:vt ĵ.eo.l. depoſui. §.ſeruo.ſecundum Io. Sed quid deducet, cũ nihil habeat penes ſe? Reſp.immo habet modo actiones conditionales purificatas per ſeruum quæſitas ſibi vẽditori:vt ĵ.de verb. oblig.l.ſi filius.

h *Debetur*. videtur ꝙ non:quoniã,&c.vt diximus in proxi.§.Ioã.

i *Poſſe*. ſ. deducere. ſed ſi alienauerit,agere non poteſt contra emptorem : vt infra, eo.& ancillarum. §.ſi ſeruus.

k *Venditore*. & ſi venditor pro peculio acceperit pretium: ſed non aliter venditor conuenitur:vt ĵ. e.l. ſi ex duobus. §. fin.& l.ſed & ſi quis.

l *Deductionem*. non eſt per omnia ſimilis deductio & actio de peculio : vtpote cùm deductio fiat à domino etiam ſi ex maleficio ei debeatur:vt ſ.e.ſed ſi damnum.§.ſed & ſi ex delicto. quod ſecus eſt in act. de peculio. in hoc tamen ſimilis eſt:vt ĵ.eo. l.depoſui.§.ſeruo.

m *Quòd querantur*. immo video,quia deductione nõ facta eſſet in peculio vnde ei ſatisfieret: qđ poſtea nõ eſt. Io.non enim emptor in pl⁹ tenebitur q̃ ſit in peculio prius facta deductione:ſed nec vẽditor.quare amplius teneri nõ debet vẽditor,q̃ ſi ipſe poſsideret.Sed ſi ipſe poſsideret, & emptori debitũ ſoluiſſet:alijs nõ niſi de reliquo teneretur.deductio autẽ quã facit emptor,ſimilis eſt ſolutioni ſibi factæ : vnde videri poteſt de qua re querãtur.Reſpõ. certe immo quicquid D dicatur,nõ poteſt videri quare querãtur:quia creditores habent in poteſtate vt prius conueniant venditorẽ q̃ emptorẽ, vel ecõtra: & ita poterãt cõuenire venditorem antequã emptor deducat:& ſic omne quod eſt penes ſeruũ cõputaretur: quia,vt dictũ eſt,occupãtis melior eſt conditio.ſed illud dici poteſt,ꝙ etiã facta deductione ab emptore,nihilominus vẽditor tenetur de peculio vſq; ad quantitatẽ pretij peculiaris.

n *In peculio*. & in pretio peculiari.

{NON SOLVM}-Caſus in hoc §.cũ.ll.ſeq. vſq; ad l.ſi ſeruus.eſt talis:Si habeã tecũ ſeruum cõmunem, & cũ Titio cõtraxit,& factus eſt debitor in decẽ:poterit me & te in ſolidũ cõuenire ratione peculij: & deducã quod mihi & tibi debetur.& hoc verũ erit ſiue peculiũ apud conuentũ ſit,ſiue non, quo ad poſſeſsionẽ. Secus eſt in emptore & vẽditore: quia ſi vẽdas mihi ſeruũ,& conueniar de peculio à creditore peculiari:nõ deducã niſi quod mihi debetur,& non quod vẽditori.Idẽ ſi habeo in eo vſumfructũ,alius proprietatẽ:quia non deduco niſi quod mihi debetur. Idẽ eſt ſi ego ſum dominus: & tu credens eũ pertinere ad te, eum bona fide poſsidebas: A quia deducam ſi quid mihi debetur tantùm : non quod tibi. Idem ſi eſt dominus pluribus heredibus inſtitutis, pure eſſe liberum iuſsit ſeruum : quia ſi vnus heredum de peculio intra annum conueniatur, deducet quod ſibi debetur tantum: non quod alijs coheredibus. Idẽ eſt ſi ſeruus viuente domino decedat, pluribus heredib⁹ relictis: quia quilibet heredũ ſi intra annum conueniatur de peculio, pro ſe tantùm deducet : non quod alijs debetur. Idem ſi duo bona fide ſeruũ poſsidebãt. Idẽ eſt in duobus fructuarijs.Idẽ eſt in duobus ſocijs,qui ſeparationẽ peculij communis faciũt : quia vnuſquiſq; pro ſe deducet acſi peculiũ nõ fuiſſet cõmune. quia vero ſolidum deducit quod ſibi & quod ſocijs debetur, deducet & quod ſibi. Si verò tecũ habeã ſeruum communem, & à me habeat peculiũ, & à te non : an tu poſsis conueniri? Dicitur ꝙ ſic: quia peculium nõ eſt penes te quo ad poſſeſsionem,ſed quo ad ꝓprietatẽ. nec obſtat illa lex,& ſi duo.& infra, & ancillarũ. §.vlti.in ſi.vbi dicitur non poſſe eũ conueniri apud quẽ nihil eſt:hoc dicit illa lex, cui coniungitur lex iſta : quis ergo.vbi quærit iuriſcõſultus quis ſit ille caſus in quo ſeruus communis apud alterũ ex dominis habet peculiũ, apud alterũ nõ. & refert tres caſus : puta habeo tecũ ſeruũ cõmunem : vendo partẽ meã deducto peculio, vel ei nõ concedo. Alius eſt,ſi dedero ei rem aliquã vt eã adminiſtraret,proprietate penes me remanẽte: quia tunc à me non intelligitur habere peculiũ. Tertius eſt,ſi peculiũ quod habuit à te ei ademiſti:& ſi ei cõceſsiſti peculiũ,ſed in debitoribus tantum: puta quia multos habebat debitores : & eos conceſsiſti eſſe in peculio : quia in hoc caſu intelligitur à te habere peculium: quia illa obligatio contra debitores adeo adhæret oſsibus tuis, quòd à te ſeparari non poſſe intelligitur:vt ĵ.pro ſocio.l.iij.& ĵ. eo.ſi peculium. Viui.

ipſi venditorem conuenire, ſi quid forte putant eſſe in peculio[n].

*Vbi eſt communio ſerui & peculij, deducit vnus ſocius quod alteri debetur,aliàs ſecus.h.d.vſque ad l.ſi ſeruus.* Barto.

Nõ ſolũ autẽ quod ei debetur qui cõuenitur,deducẽdum eſt: verum etiã ſi quid ſocio[o] eius[p] debetur. & ita Iulianus libro duodecimo Digeſtorũ ſcribit.Nam qua B ratione in ſolidũ[q] alteruter conuenitur:pari ratione deducere eum oportet[r] quòd alteri debetur. quæ ſententia recepta eſt[s].

XII. IVLIANVS libro duodecimo Digeſtorum.

QVia hoc caſu etiã cum eo agi poteſt, penes quem peculium non eſt[t].

XIII. VLPIANVS libro viceſimonono ad Edictum.

SEd in emptore & venditore vera non eſt :[u] item in fructuario & proprietario,& ceteris qui non ſunt ſocij,et in domino, & [in] bonæ fidei emptore. C Nam et Iulianus libro duodecimo ſcribit, neutrum horum deducere id quod alteri debetur.

XIIII. IVLIANVS libro duodecimo Digeſtorum.

o *Si quid ſocio*.in eodem ſeruo:vt ſ.de tribut.l.iij.in princ.& facit ĵ.§.j.& ij. Accurſius.

p *Eius*.i.vbi eſt communio ſerui & peculij,habet locũ quod hic dicitur,& ĵ.l.proxi.vbi neutrius,vel vbi ſerui nõ peculij, vel ecõtra:habent locũ reſpõſa quæ ſequuntur, & in alijs le- D gibus.Sed vbi poteſt eſſe quòd eſt ſeruus communis, ſed nõ eius peculiũ? Reſpon.vt ĵ.eo.l.quis ergo caſus.Accur.

q *Inſolidum*. id eſt pro peculio,quod etiam apud ſocium eſt.

r *Eum oportet*. quod vnus debet, vel vni debetur ab altero, vel per conſequentiam alicui, cùm omnium bonorum ſint ſocij,debentur.R.

s *Recepta eſt*.vt hic,& ĵ.eo.l.proxi.& ĵ.eo.quod debetur. in ſi.& ĵ.de in rem ver.l.Marcellus.& ſ.de tribu.l.habebat.§.ſi.

t *QVia hoc. Non eſt*. quo ad poſſeſsionem:eſt tamẽ quò ad proprietatem:vt ĵ.eo.l.ſed ſi duo.in ſi.Itẽ ſecus ſi nihil eſt aliud penes alium:vt ĵ.eo.& ancillarum.§.ſi. in fin.

u *SEd in emptore.Non eſt*.imò videtur vera:vt ĵ. eo.ſi poſteaquã.quę eſt cõtra.ſed ibi alienauit poſtquã cœperat cõueniri.vnde vẽditor tenetur de peculio emptori. Item alia ratione vera videtur: vt ĵ. e.l.creditor.§.ſeruũ.in fin.§.Sol.non eſt vera ſententia.i. prima reſponſio. licet enim ratio locum habeat,non tamen reſponſio:& ideo ipſemet reſponſionem ſuã vt inſufficientẽ reprehendit, ſic dicens, ſed in emptore, &c.non tamen dico vere falſam. ſic & regula Catoniana dicitur falſa:quia in quibuſdã aptari non poteſt: vt infra de regu.Cato.l.j. Vel dic,nõ eſt vera,vt deducatur quod alteri debetur:

A betur:ſecundum Io.vel dic, non eſt vera, vt venditor de peculio conueniatur quod eſt penes emptorem:emptor tamen conuenitur de peculio quod eſt penes venditorem: ideoq́ue ei debitum deducit : tamen illud non intelligitur in peculio. Vel dic, non eſt vera in vtroque ante annum : ſemper tamen eſt vera poſt annum: quia emptor ex perſona venditoris tenetur à quo emit ſeruum cum peculio intra annum : ſed poſt annum eſt ſua tantum: & ideo non tenetur poſt annum pro eò quod apud venditorem eſt.

a ITem. *Præſenti die*. & tũc nullo momẽto apud heredem fuit dominium:vt ſ̄.eo.ſed ſi.§. idemq́ue.

b SEd *ſi duo*. *Inter ſe*. vt quia fuit eis legatus vſusfructus, & ſic non ſunt ſocij conſenſu,re tamen ſic : vt inſtit. de obliga. ex quaſi contra. §. item ſi inter. Accur.

c *In ſocijs*. in eodem ſeruo, & ſic eſt communio ſerui, ſed non peculij.

d *Ceterum ſi commune*. Nũquid ergo hæc eſt ratio quare vnus ſocius de peculio quod eſt penes alium, conuenitur? Reſpon. forte eſt. Sed nónne hoc idẽ eſſe poteſt in duobus fructuarijs & bo. fi. poſ. nam vnicuique ex opera pariter acquiritur, & pro indiuiſo. Item inter ſe habent vtile iudiciũ cõmuni diui. licet non directum:vt ſupra cõmuni diui. l. communi diuidundo. §.qui in rem .& §. cùm de vſufructu? Reſpon. ſuperior ratio & ſententia directa locum habet in ſocijs : quia directum habent communi diui. iudicium. in non ſocijs non habet directa locum,ſed vtilis ſic : & habent inter ſe vtile iudicium communi diuidundo.omnis ergo qui alterius nomine conuenitur de peculio, ei debitum deducit,ſaltem de æquitate.vel verius in veris ſocijs obtinet regula & ratio,vt vnus de peculio alterius conueniatur, ſcilicet vbi eſt communio ſerui & peculij : ſed in prædictis ſerui tantum.ſed in nullo alio reperitur quòd propter alterius peculium teneatur: ſed propter ſuum teneri dicitur ex omni cõtractu,ſeruato tamen ordine:vt ĩ.eo. l. hinc quæritur.§.poteſt. Accur.

e QVis *ergo*. Hęc lex reſpicit ſuperiorem legem: quia ſcilicet ad caſum ibi ſubauditum.

f *Pertineat*. & ſic non eſt peculij communio,& ſic ceſſat regula.

g *Conceſſerit*. ſcilicet expreſſe. aliàs nunquam dari videtur: vt ĩ.de contrahen. emp.quotiens. ergo dominus nouus hoc peculium non habet,ſed vetus.

h *Concederet*. quia ab hoc habet peculiũ,ab alio non. ſi autẽ proprietatẽ dediſſet alij vel alijs,pro partibus quæreretur:vt ĩ.de acquir.re.do.l.per ſeruum. §.ſi vnus. Accur.

i *In nominibus*. id eſt debitoribus. quæ nomina ſiue actiones non poſſunt ſeparari à domino, ſicut nec anima à corpore: vt hic,& ĩ.pro ſocio.l.iij.& ĩ.eod.ſi Sticho. & C. de noua. l. iij.& ſic non poteſt acquiri etiam vtilis alteri domino. Sed quid erit in peculio? Videtur quòd nihil,niſi ſponte ei ſoluatur.nam actio non.& adiunge huic legi alium caſum, quando alter ex dominis eſt furioſus,vel pupillus : vt ſ̄. eo. quam Tuberonis.ij.reſpon.ſed & alium,cum ſeruo non habenti pe

ITem quum teſtamento præſenti die[a] ſeruus liber eſſe iuſſus eſt, cùm omnibus heredibus de peculio agendum eſt: nec quiſquam eorũ amplius deducet quàm q̃d ipſi debeatur. Item cum ſeruus viuo domino mortuus eſt, deinde dominus intra annum plures heredes reliquit: & de peculio actio, & deductionis ius ſcinditur.

B XV. VLPIANVS libro vicenſimonono ad Edictum.

SEd ſi duo ſint bonę fidei poſſeſſores: adhuc dicendũ erit, neutrũ plus deductu rũ, q̃ quod ſibi debetur. Idẽq́ue et ſi duo ſunt fructuarij, quia nullã inter ſe[b] habẽt ſocietatem. Idem dicetur interdum & in ſocijs,[c] ſi fortè ſeparata apud ſe peculia habeant, vt alter alterius peculij nomine non cõueniatur. Ceterùm ſi commune[d] ſit peculium: & in ſolidũ conuenientur, & deducetur quod vtrique debetur.

XVI. IVLIANVS libro duodecimo Digeſtorum.

C QVis ergo[e] caſus eſt, quo peculium ſerui cõmunis ad alterũ ex dominis ſolum pertineat?[f] In primis ſi quis ſerui partem dimidiam vendiderit, nec peculium ei conceſſerit:[g] deinde ſi quis ſeruo communi pecuniam, vel res aliquas ea mente dederit, vt proprietatẽ earũ retineret: adminiſtrationẽ autem ſeruo concederet.[h] Marcellus notat: Eſt etiam ille caſus, ſi alter ademerit, vel ſi omni quidem modo conceſſerit dominus: ſed in nominibus[i] erit conceſsio.

*Si agitur de peculio vicarij, deducitur quod ipſe debet domino vel ordinario. Item quod ordinarius debet domino. ſecus de eo quod ordinarius debet ordinario. Item dominus non tenetur de debito vicarij nõ habentis peculium.* Bartolus.

B XVII. VLPIANVS libro vicenſimonono ad Edictum.

SI ſeruus meus[k] ordinari⁹ vicarios habeat: id quod vicarij mihi debent, an deducam ex peculio ſerui ordinarij?[l] Et prima illa quæſtio eſt, an hæc peculia[m] in peculio ſerui ordinarij computentur. Et Proculus[n] et Atilicinus exiſtimant, ſicut ipſi vicarij ſunt in peculio[o], ita etiam peculia eorum. Et id quidẽ quod mihi dominus eorũ id eſt ordinarius ſeruus debet, etiam ex peculio eorũ detrahetur[p]: id verò quod C ipſi vicarij debent,[q] dũtaxat ex ipſorum[r] peculio. Sed & ſi quid non mihi, ſed ordinario ſeruo debẽt[s]: deducetur de peculio eorum[t], quaſi conſeruo debitum. Id verò quod ipſis debet ordinarius ſeruus, non deducetur de peculio ordinarij ſerui: quia peculium eorum, in peculio ipſius[u] eſt. & ita Seruius reſpondit. Sed peculiũ eorũ[x]

A culium contemplatione vnius donatur. Item & alium, cùm ex re vnius emit, & alteri quærere non poteſt: quia emit ſeruum Chriſtianum, cùm vnus dominorum eſſet Iudæus. Acc.

SI *ſeruus*.} CASVS. Si habebam ſeruum ordinarium, & ille habebat ſub ſe vicarium: & ille mihi debet: ſi cõueniar de peculio ordinarij : an deducam de peculio ordin. quod vicarius debet? Dicitur quod non : ſed tamen hic non reſpondetur, ſed in fine ibi , id verò quod ipſi vicarij, &c. ſed aliam interſerit quæſtionem, an peculium vicarij ſit in peculio ordinarij? Reſp. quòd ſic. vnde ſi ordinarius mihi debet, detraham de peculio vicarij. Si verò vicarius mihi debet quid : de ſuo tantummodo deducam, non ordinarij. & ita hic reſpon. ſupra dictę quęſtioni. Si verò vicarius debeat ordinario, deducám de peculio vicarij ego cõuentus nomine vicarij. Si verò ordinarius debeat vicario, nõ deducam de peculio ordinarij : quia ſi deducerem, & alia manu reponerem in peculium eiuſdem ſcilicet ordinarij, augeretur : vt ſubijcit. Sed eo caſu cum ordinarius vicario debet: an augeatur peculium vicarij? Et reſpon. ꝙ ſic. perinde enim eſt ac ſi domin⁹ deberet ei: dum tamen dominus velit remanere eius debitor: vt ſ̈. eo. quã Tuberonis. in fi. & l.ſeq. Si ergo ordinario libero eius legatum ſit peculium, & teſtatori vicari⁹ debeat : ſi agat aduerſus heredem ex teſtamento pro peculio legato liber ex teſtamẽto factus, an heres poſſit deducere quod vicarius debeat teſtatori? Dicit quòd nõ, niſi vicarius aliquid haberet in peculio: quia ex peculio in tãtum deducitur quod vicarius debet: vt ſupra proxi. ibi, id vero quod ipſi vicarij . cui hoc conſequens eſt, &c. Viuianus.

k *Si ſeruus meus*. Conuenior de peculio ordinarij: deduco de eius totali peculio quod mihi debet, nõ quod vicario debet, D nec quod vicarius mihi debet. Econtra conuenior de peculio vicarij: deduco mihi debitum, & ordinario debitum cõputatur, & in eius peculio quod ei debet ordinarius, ſi debitor vult manere. Accurſius.

l *Ordinarij*. Reſpon. non: vt in fine huius caſus.

m *Peculia*. ſcilicet vicariorum.

n *Proculus*. Reſpon. ſecundæ quæſtioni.

o *In peculio*. ſcilicet ordinariorum.

p *Detrahetur*. cùm cõuenior etiam de peculio ordinarij. Sed quid ſi de peculio vicarij conuenior: Reſpõ. non deduco mihi debitum ab ordinario.

q *Debent*. mihi domino, & ſoluit nunc primum caſum legis.

r *Ex ipſorum*. ſcilicet vicariorum : vt ſ̈. de tribut. procuratoris. §.j. Accur.

s *Debent*. ſcilicet vicarij, ex quorũ peculio nunc cõuenior.

t *Eorum*. ſcilicet vicariorum, cum de peculio eorum conuenior.

u *Ipſius*. & ſic ſi vna manu deduceret de peculio ordinarij. cùm alia remaneret ibidem, & ſic non deducit: vt hic, & infra, de pecu. l. id quod. in prin.

x *Eorum*. ſcilicet vicariorum.

a *Debeat.* hoc eſt ſi velit debitor remanere: vt s̄. eo. quā Tuberonis. in fin. & l. ſeq. Accur.

b CVi. quod eſt s̄. l. proxi. ibi, id vero quod ipſi vicarij.

c *Si Sticho.* ordinario ſeruo. Accurſius.

d *Legatum.* vt habeat cum libertate, aliàs non valet.

e *Peculium habeat.* ex peculio enim vicarij tantum teſtatoris debitū deducitur: quod fieri nō poteſt, niſi vicarius peculiū habeat: vt j. eod. l. depoſui. §. Stichus.

H{Inc.} CASVS. Si conueniatur dominus de peculio ordinarij, & abſolutus ſit: an de peculio vicarij debeat conueniri non obſtante exceptione rei, quæritur. Et dicitur quòd non. e conuerſo ſi primo actū eſt de peculio vicarij: poſtea agi poteſt de peculio ordinarij. {POTEST.} Si mulier marito ſeruum in dotem dedit: poteſt maritus habere peculiū duplex: vnum quod reſpiciat ipſum: aliud quod reſpiciat mulierem. vnde quicquid ex re mariti quæſiuit, id marito adquiſiuit. Si verò cōtemplatione mariti ſeruus heres inſtituatur: vir reſtituere mulieri non debet, vel eius heredi. Si verò ſeruus contrahat in cauſa quæ ad me reſpicit, & ex eo conueniar ab alijs creditoribus ſerui, an poſſum deducere non ſolum quod mihi debetur ex mea cauſa: ſed & aliud quod reſpicit mulierem, debito quod petitur inſpecto? Et reſpon. quòd ſic. j. ea. l. ibi, ſed in marito. Antequam tamen perueniat ad ſolutionem huius quæſtionis, aliam ponit, quæ talis eſt: Si ego habeam proprietatem in ſeruo, tu vſumfructum, & ſeruus contrahat: an tantum debeas conueniri ex eo contractu qui te reſpicit, an & qui me? Reſp. quòd inſolidum: quia is qui contraxit, non ſolum reſpexit peculium quod ad te ſpectat, ſed & quod ad me. & ſi tu fructuarius conueniaris, nec ſolidum facere poſſis: an in ſubſidium debeam conueniri ego proprietarius, cui nihil adquiſitum eſt? quod verum eſt in his prædictis. quòd ſi maritus cōueniatur, deducet quod ſibi debetur ex eo cōtractu qui mulierem reſpicit. Si tamen aliquid maritus præſtiterit: an poſsit deducere de dote ſi mulier agat aduerſus eum de dote? Reſpon. quòd eius quod ſolum ſpectat ad peculiū vtriuſque generis, pro rata fiet deductio. Ex his ergo apparet, quòd ſi tantum pertinet ad peculium alterius, ſcilicet ad vxorem, detrahet de peculio quod eam reſpicit: ſi verò non, non detrahet. Viuianus.

augebitur, vt opinor: quēadmodum ſi dominus ſeruo ſuo debeat [a].

XVIII. PAVLVS libro quarto Quæſtionum.

CVi[b] cōſequens eſt, vt ſi Sticho[c] peculium ſuum legatū[d] ſit, isq; ex teſtamēto agit: nō aliter cogetur id qđ vicarius eius teſtatori debet, relinquere, niſi is vicarius peculium habeat [e].

*Maritus tenetur de peculio ſerui dotalis ſimpliciter, ſiue ad ſe, ſiue ad vxorem pertineat. fructuarius vero vel dominus ſimpliciter non tenetur: ſed prius conueniendus eſt ille ad quem negotium pertineat, & in ſubſidium deuenitur ad alium. Idem in pluribus bonæ fidei poſſeſſoribus.* Barto.

XIX. VLPIANVS libro viceſimonono ad Edictum.

HInc quæritur, ſi ordinarij ſerui nomine actū ſit de peculio: an agi poſſit & vicariorū [nomine[f].] Et puto non poſſe. Sed ſi actū ſit de peculio vicarij, agi poterit et de peculio ordinarij. Poteſt eſſe apud me duplicis iuris peculium: vtputa ſeruus eſt dotalis: poteſt habere peculium quod ad me
C reſpiciat: poteſt & quod ad mulierē[g]. Nam quod ex re mariti quęſijt, vel ex operis ſuis: id ad maritū[h] pertinet. & ideo ſi reſpectu mariti heres ſit inſtitutus, vel ei legatum datum: id eum[i] non debere reſtituere[k] Pomponius ſcribit. ſi igitur mecum agatur ex eo contractu qui ad me reſpicit[l], vtrū omne deducam quodquod debetur mihi, ſiue ex mea[m] cauſa, ſiue ex ea quæ ad vxorē reſpicit: an verò ſeparamus cauſas, quaſi in duobus peculijs: vt & cauſa debiti quod petitur, ſpectetur: vt ſi quidē ex eo peculio agatur quod ad mulierē ſpectat, id dedu-
B cam quod ex eo contractu[n] debeatur[o]: ſi ex eo cōtractu qui ad me reſpicit, meū deducam[p]? Quæ quæſtio[q] dilucidius[r] eſt in fructuario tractata vtrum ex eo demum contractu poteſt de peculio conueniri[s] quod ad ſe pertinet, an ex omni. Et Marcellus etiam fructuarium teneri ſcribit, & ex omni contractu[t]. Eum enim qui contrahit, totum ſerui peculiū, velut patrimonium[u], intuitum. Certè illud admittendum omnimodo dicit, vt priore conuento[x] ad quē res
C reſpicit, in ſuperfluū is[y] cui quæſitum non eſt, conueniatur. Quæ ſententia probabilior eſt, & à Papiniano probatur. Quod & in duobus bonæ fidei emptoribus erit dicendum. Sed in marito melius eſt dicere ſimpliciter[z] eū de peculio teneri[a].

f *Vicariorum nomine.* ex eodem contractu forte facto tā cum ordinario, quàm cum vicario, vel habito cum ordinario tantum. ſed dicit actor qui primo egit de peculio ordinarij, & nunc ſecūdo agit de peculio vicarij eiuſdem ordinarij, quòd non venit in computatione peculium vicariorum: quod non poteſt dicere: quia cùm totum venit, & pars venit: & ideo exceptione rei iudicatæ repellitur. non ſic econtra, ſi primo de peculio vicarij actum eſt: ſicut & ſi quis prius partem, & poſtea totum petat, nō repellitur: vt hic ſubiicit, & j. de excep. rei iud. ſi quis cum totum.

g *Ad mulierem.* ſ. reſpiciat: vt. ſ. adquiſita ex eo peculio mulieri adquirantur: vt hic, & C. de rei vxo. act. l. j. §. cumque. quod ratione ſpeciei, quæ eſt de reſtituendo, debet intelligi, & ſic inſpecto exitu. at inſpecto præſenti ſtatu, marito quæ-

ff. Vetus.

A ritur ex eo: vt j. de iur. do. cum poſt. §. fin. Ipſum autem ſeruum & peculium cōſtat eſſe in dominio mariti: vt inſti. qui. ali. li. in princ. & computatur in eo quicquid extra rem viri & operam ſuam ſeruus quærit.

h *Ad maritum.* poſsidentem. ſed contra j. de adqui. re. do. l. liber homo. vbi dicit, poſſeſſum nō quærere hereditatē vel legatum bo. fid. poſſeſſori. ibi, ſed verius eſſe, &c. So. hic volebat marito quærere, ibi non: quod poterat ſeruus etiam volēte dominó nolle adire: vt C. de here. inſtitu. l. cum proponas. Vel ibi reſpectu ipſius poſſeſsi, hic verò poſsidentis reſpectu fuit heres inſtitutus: vt hic ſubiicit, & s̄. de vſufru. ſed & ſi quid donetur. Sed certe hic non videtur referre: vt infra, de act. empt. l. Iulianus. §. ſi quid ſeruo. quæ eſt cōtra. Sed ibi dicit non intereſſe an contemplatione ſcilicet emptoris vel ſerui: quia vtroque caſu emptori adquiritur. ſecus tamen ſi contemplatione vēditoris: & ſic nō eſt contra. vel hic maritus etiam dominus eſt. Accurſius.

i *Id eum.* ſ. maritum.

k *Reſtituere.* mulieri, vel heredi eius, ſcilicet ſoluto matrimonio. Accur.

l *Reſpicit.* ſ. ſuper re mea, vel opera ſua.

m *Ex mea.* quia decē ei mutuaui accipienti in negotium pertinēs ad me extra rem meā, & operam ſuam.

n *Contractu.* qui ſpectat ad mulierem, id eſt ad peculium eam reſpiciens.

o *Debetur.* ſ. mihi.

p *Deducam.* non ſoluit: vt iam dices. Accurſius.

q *Quæſtio.* immo hæc quæſtio nō fuit ſupra facta, nā s̄. circa deductionem, hic circa conuentionem. quare dic, quæ quæſtio, id eſt quæ materia. Vel dic, id eſt ſimilis. vel dic, quòd ſatis eſt eadem, cùm vna ſit conſecutiua ex altera. Item not. ꝙ fructus ſerui dotalis eſt viri: vt j. ſolu. ma. l. fin.

r *Dilucidius.* verè dicit, dilucidius: quia duo ſunt vere quibus quæritur per ſeruum fructuarium, & duo poſsident: & vere ſunt duo peculia: ſuprà verò fictè, & habito reſpectu ad ſo-
D lutionem matrimonij. Accurſius.

*Fructus ſerui dotalis viri eſt.*

s *Conueniri.* fructuarius. Accurſius.

t *Ex omni contractu.* ordine tamen ſeruato. i. vt prius cōueniatur ſemper is ad quem reſpicit contractus, & deinde alius: vt ſtatim ſubiicit. & ita neuter ab altero repetit, quod quiſque ſuo nomine ſoluit. Item contra. s̄. eo. l. ij. vbi fructuarius non tenetur ex reliquis extra rem & operam. Sol. id quod ſupra dicitur, ad effectum refert & ad finem, vt proprietarius cōueniatur, non fructuarius, niſi in ſubſidiū: vt hic ſubiicit. & hic tempus contractus, ibi conuentionis tempus reſpicitur. porro ſi præſens inſpiciatur actus. i. conuentionis, non contractus, qui totum peculium intuetur: etiam alia de cauſa conuenitur: vt hic dicitur. Azo.

u *Patrimonium.* ſic j. de ſepara. l. j. §. ſi filij.

x *Conuento.* fructuario. Azo. Sed contra j. eo. eo tempore. §. fin. Sol. vt ibi.

y *Is.* ſcilicet dominus. & ſic eſt contra. s̄. eo. l. ij. Sol. vt ibi.

z *Simpliciter.* id eſt non ſeruato ordine, qui eſt in duobus ſuperioribus caſibus.

a *Eū de peculio teneri.* inſolidū, & ſic etiā de eo quod ad mulierē ſpectat. nā interim totū eſt viri. ex quo patet ſuperiorem

quæſtionem ſolutã eſſe, ſcilicet quòd maritus etiã ex eo cõtractu qui mulierem reſpicit, id eſt peculium mulieris, ſibi debitum deducit: vt arg. ſ. eod. ſi noxali. §. fin.

a *Præſtiterit.* de ſuo.

b *Apud eum.* ſcilicet dominum. Accur.

ſuo:& proinde non deduces alicui alij ſeruorum tuorum nullum vicario habente peculium.quod probat iuriſconſul. per ſimile. Sticho peculium ſuum legaſti, & liberum eſſe iuſsiſti:& vicarius eius qui non habet aliquid in peculio, debebat tibi.x.an heres poſsit deducere illa? Et reſpon. quòd nō. Si vicarius haberet peculium ex quo fieri poſſet deductio,etiam ſi vicarius nihil haberet in peculio, & tantum deberet vicarius quantum ordinarius habet, qui nihil habet niſi vicariū:contingeret quòd nihil eſſet in peculio: & ita nullum eſſet legatum:quod eſſet abſurdum. {S e r v o.} Vendidi tibi ſeruum,& tradidi tibi totum peculiū, vel partem retinui. ſi poſtea contraxi cum ſeruo,& factus ſit debitor meus:an debeā compenſare illud quod retinui de peculio, cum illo quod debet mihi ſeruus, ſi te conueniam de peculio, quæritur. Et dicitur quod non: neque refert conueniam te intra annum à tempore alienationis, an poſt: & hoc probat: quia à creditoribus qui poſt venditionem & traditionem cum eo contraxerunt, neque debeo poſſe cōueniri: ſed ab illis qui contraxerunt cum eo ante venditionem,potero conueniri de peculio quod apud me remanſit:quia erat huius peculij qđ reſpicit præteritos cōtractus, non futuros. Viui.

*Nō oporteret.

a *Nihilo magis.* id eſt non ideo magis.

b *Damnandum.* id eſt non damnandum de peculio,ſed abſoluendum. cùm enim nullū aliud ſit peculium,nec iſta x. ſunt peculium: ergo pater non tenetur:vt not.j.eod.quotiens.§. ſi ſemel. & infra de lib.lega.l.ſi quis reum.nec ob.s.l.in bonæ fidei. & ſupra com mo.l.iij.§. ſi filio.quia ibi erat peculium, occaſione cuius agitur perſonaliter de peculio. hic ergo agitur ad exhibendum. Accurſius.

c *Exiſtimaui.*& ſic.ſupra de peti. hered.l. ſi a patre. j. reſpon. & j. de in rem ver. l.quidā. & infra e.l.ex pacto.§. plane.

d *Oportere.* iſta decem in peculio.

e *Vindicare.* vt infra depoſi l.penult.

f *Agat de dote.* ſcilicet vt liberetur à promiſsione dotis.

g *Ageretur.* vt ea tota ſoluatur:vt j.ſolu.mat.nupta. §.j.& l.ſi cum dotem.§.penult. Accur.

h *Tueri ſe poſſet.* nam etſi nihil ſit in peculio,pater tamen qui agit nomine filij, in ſolidum eum debet defendere: vt j. de compenſa.l.ſi cum filio.& j.de ædil.edict.l.cùm ſeruus. & j. re.amo.& ideo.§.ſi ſeruus. & s. de reb. cred. cùm fundus.§. ſeruum. ſed hæc non videtur bona ratio : nam facilius datur alicui exceptio, quàm actio : vt infra de re. iur. l.fauorabiliores. eſt ergo melior ratio: quia pater tenetur de eo quod ad eū peruenit: vt s. de pet. here.ſi à patre.j.reſpō. obligatio autem ad ſe peruenit: ergo debet eam reſtituere.

*Vbi non eſt peculium, non poteſt actio de peculio intentari:ſed eſt ad alias actiones congruas recurrendum. Bartolus.*

xxxviii. Africanvs libro octauo Quæſtionum.

Depoſui apud filiumfamiliàs decē,& ago depoſiti de peculio. Quamuis nihil patri filius debeat, & hæc decem teneat : nihilo magis[a] tamen patrem dānandum[b] exiſtimauit,[c] ſi nullū præterea peculium ſit. Hanc enim pecuniam, cùm mea maneat,nō eſſe peculij. Denique quolibet alio agente de peculio, minimè dubitādum ait cōputari non oporteret.[d] itaque ad exhibēdum agere me,& exhibitam vindicare[e] debere.

*Liberatio ab obligatione de dote ſoluto matrimonio,abſque alia conditione deducitur. Bartolus.*

Si nuptura filiofamiliàs dotis nomine certam pecuniam promiſerit,et diuortio facto agat de dote[f] cum patre: vtrúmne tota promiſsione, an deducto eo quod patri filius debeat, liberari eam oporteat? * Reſpondit tota promiſsione eam liberandam eſſe:cùm certè & ſi ex promiſsione cum ea ageretur[g], exceptione doli mali tueri[h] ſe poſſet.

*Quod debet domino ſeruus vicarius qui non habet peculium, ex peculio ordinarij non deducitur. Bartolus.*

Stichus habet in peculio Pamphilum,[i] qui eſt decē. idem Pamphilus debet domino quinque[k]. Si agatur de peculio Stichi[l] nomine, placebat æſtimari debere pretium Pamphili[m],& quidē totum, non deducto eo quod domino Pāphilus deberet[n]. neminem[o] enim poſſe intellegi ipſum in ſuo peculio eſſe.hoc ergo caſu dānum dominum paſſurum[p], vt pateretur ſi cuilibet alij ſeruorum ſuorum peculium non habenti crediidiſſet. Idque ita ſe habere,euidentius appariturum ait,ſi Sticho peculium legatum eſſe proponatur: qui certè ſi ex teſtamento agat, cogendus non eſt, eius quod vicarius ſuus debet, aliter quàm ex peculio ipſius[q] deductionem pati. alioquin futurum, vt ſi tādem vicarius domino debeat[r], ipſe nihil in peculio habere intellegatur[s]. quod certè eſt abſurdum.

*Contractus qui celebrantur venditione ſerui perfecta,ad peculium quod penes venditorem remanſit,non pertinent. Bart.*

Seruo quem tibi vendideram[t], pecuniam credidi[u]. quæſitum eſt, an ita mihi in B te actio de peculio dari debeat, vt deducatur[x] id quod apud me ex eo remanſerit. Quod quidem minime verum eſt. Nec intererit, intra annum quàm vendiderim, an poſtea experiar. nā nec[y] ceteris quidem qui tunc cū eo contraxerint,in me actio datur. In contrarium quoque, agentibus mecum his qui antea cum eo ſeruo cōtraxiſſent, non deducam id quod poſtea mihi debere cœperit.[z] Ex quo apparet onus eius peculij quod apud me remanſerit,ad poſterioris temporis contractus per- C tinere non debere.

*Peculium conſiſtit in his etiam quæ ſeruus vel filius adquirit ſua induſtria vel parſimonia, ſi pater vel dominus permittit apud ipſos eſſe:non tamen in veſtibus quas pater vel dominus tenetur ei miniſtrare.et poteſt augeri & deminui & totaliter extingui.h.d.cum l.ſeq. Paulus de Caſt.*

xxxix. Florentinvs libro vndecimo Inſtitutionum.

Peculium[a] & ex eo cōſiſtit,quod parſimonia ſua quis parauit,vel officio meruerit à quolibet ſibi donari.idque velut proprium patrimonium ſeruum ſuum habere quis voluerit.

xl. Marcianvs libro quinto Regularum.

D Peculium naſcitur, creſcit, decreſcit, moritur. & ideo eleganter Papirius Frōto dicebat peculiū ſimile eſſe homini.[b] Quomodo autē peculiū naſcitur, quæſitum eſt. Et ita veteres diſtinguunt,ſi id adquiſiuit ſeruus, quod dominus neceſſe non habet præſtare: id eſſe peculiū. Si verò tunicas, aut aliquid ſimile,quod ei domin9 meruit donari: ita tamen, ſi dominus conſtituerit ſibi illud velut ſuum patrimonium. Viuianus.

a *Peculium ex eo.* facit s.eo. l.depoſiti.§ peculium. Accur.

b *Peculium naſcitur. Homini.* eadem ratione & aſino. Accur.

i *Pamphilum.* & nihil plus: & Pamphilus habet.

k *Quinque.* ex alia cauſa quàm pro capite ipſius vicarij: & ſic non eſt contra. j. de pecu. lega. l. Stichus. Accur.

l *Stichi.* ordinarij ſerui.

m *Pretium Pamphili.* ſcilicet ſoluendū creditoribus Stichi. Accurſius.

n *Debet.* quia hoc debet fieri quando conuenior ex peculio illius ſerui vicarij: vt j. eo. l.ſi ſeruus meus. at hic nihil habet. nec ſeipſum dicitur quis habere in ſuo peculio, vt in tantum deducatur,vt ſubijcit, & j.de pecul.lega.l. Stichus.in fin. Nam nemo eſt dominus membrorum ſuorum:vt ſupra ad l. Aquil. liber homo.

Nemo eſt dominus membrorum ſuorum.

o *Neminem.* reſpōdet tacitæ obiectioni.

p *Paſſurum.* apparet.

q *Ex peculio ipſius.* ſcilicet vicarij.

r *Domino debeat.* quantum ordinarius habet, qui nihil habet niſi illum vicarium.

s *Intelligatur.* & ita nihil eſſet legatū, quod eſſe non debet.

t *Vendideram.* & tradideram.

u *Credidi.* poſtea.

x *Deducatur.* id eſt quod nihil in debitū computetur.

y *Nam nec.* Si habes, nam nec: plana eſt. & eſt ratio, tunc talis nō competit mihi deductio, quia nec ceteris actio. Sed ſi non habes,nec: referas ad eū caſum vbi ante venditionem contractum eſt.

z *Deberi cœperit.* vt hic,& infra eod. quotiens.§.penult.

Peculium & ex eo.} Casvs. Illud etiam dicitur eſſe peculium, quod ſeruus adquiſiuit parce viuendo: vel quod propter obſequium ſuum ſibi

A necesſe habet præſtare, non eſſe peculiũ.[a] Ita igitur naſcitur peculium. Creſcit, cũ auctum [b] fuerit. Decreſcit, cùm ſerui vicarij moriũtur, res intercidunt. Moritur, cũ ademptum ſit.

XLI. VLPIANVS libro quartodecimo ad Sabinum.

NEc ſeruus quicquã debere[c] poteſt: nec ſeruo poteſt deberi. Sed cũ eo verbo abutimur:[d] factum [e] magis demonſtramus, quàm ad B ius ciuile referimus obligationẽ. Itaq; quod ſeruo debetur ab extraneis, dominus rectè petet. Quod ſeruus ipſe debet, eo nomine in peculiũ, & ſi quid [f] inde in rem domini verſum eſt, in dominum actio datur.

*In patrem arrogatorem datur actio de peculio, ſicut in patrem legitimum & naturalem. Paulus de Caſt.*

XLII. IDEM libro duodecimo ad Edictum.

IN adrogatorem de peculio actionẽ dandã, quidã rectè putant: [g] quamuis Sabinus & Caſsius ex antegeſto de peculio actionem nõ C eſſe dandam exiſtiment.[h]

*Alienans poſt litem ſibi motam, videtur fraudulenter alienare: & perinde condemnabitur ac ſi alienaſſet. Paulus de Caſt.*

XLIII. PAVLVS libro trigenſimo ad Edictum.

SI poſtea quàm tecum de peculio egi, [i] ante rem iudicatam ſeruum vendideris: Labeo ait, etiam eius peculij nomine quod apud emptorem quæſierit, damnari [k] te debere, nec ſuccurrẽdum tibi. culpa enim tua [l] id accidiſſet quòd * ſeruum vendidiſſes.

XLIIII. VLPIANVS libro ſexagenſimotertio ad Edictum.

SI quis cum filiofamilias contraxerit, duos habet debitores: filium in ſolidum, [m] & patrem duntaxat de peculio.

XLV. PAVLVS libro ſexagenſimoprimo ad Edictum.

IDeoque ſi pater filio peculium ademiſſet: nihilo minus creditores cum filio agere poſſunt.

XLVI. IDEM libro ſexagenſimo ad Edictum.

B QVi peculij[n] adminiſtrationem concedit, videtur permittere generaliter, quod & ſpecialiter permiſſurus eſt.

*Prohibitio domini ne contrahatur cum ſeruo, facit ceſſare actionem de peculio. hoc primo. Item ſeruus fideiubendo non obligat dominum de peculio, niſi fideiubeat in cauſam domini vel peculiarem. hoc ſecundo. Item conuentus actione de peculio, ſi non ſoluit totum, quia non tantum erat in peculio: non tenetur cauere de ſoluendo dum peculium fuerit auctum. hoc tertio & vltimo dicit iſta lex vſque ad §. Si creditor. Paulus de Caſt.*

XLVII. IDEM libro quarto ad Plautium.

QVotiens in taberna ita ſcriptum fuiſſet: *Cùm à Ianuario ſeruo meo* C *geri negotium veto*: hoc ſolũ cõſecuturum * eſſe dominũ conſtat. ne inſtitoria teneatur, non etiã[o] de peculio. Sabinus reſpondit, non aliàs dandã de peculio actionẽ in dominum cùm ſeruus fideiuſsiſſet,[p] niſi in rem domini, aut ob rem peculiarẽ fideiuſsiſſet. Si ſemel actũ ſit de peculio: quãuis minus inueniatur rei iudicãdæ tẽpore in peculio, q̃ debet: tamẽ cautionibus locum eſſe non placuit de futuro incremento peculij. hoc enim in pro D ſocio actione locũ habet: [q]

a *Non eſſe peculium.* Not. Nõ dici tunicã peculiũ. Sed cõtra. ſ. e. id veſtimentũ. j. reſpon. Sol. illud obtinet cõſtituto prius peculio ſeruo. aliàs propter tam friuola non naſcitur peculium: ar. ſ. de eden. l. ſi quis ex argentarijs. §. rationem.

b *Cũ auctũ.* fœtibus pecorũ: vt ſ. de peti. her. itẽ veniũt. §. itẽ nõ ſolũ. & §. fruct⁹. & facit ſ. e. l. quã Tuberonis. §. ſunt quidam.

NEc ſeruus.} CASVS. Seruo nil deberi dicitur, neque ſeruus debet iure ciuili inſpecto. vnde quomodocunque dicitur ſeruũ debere, vel ei deberi ad factũ eſt referẽdum, id eſt, ad ius naturale, vel ad contractum, non ad ius ciuile. vnde quod ſeruo debetur ab extraneo, dominus petere poteſt. & ſi ſeruus debet, in dominũ de peculio datur actio, vel ſi in rem domini verſum ſit. Vi.

c *Debere.* domino vel extraneo. ſ. ciuiliter.

d *Abutimur.* improprie vtimur. Accur.

e *Factum.* i. ius naturale: vt ſ. de pac. l. ſi vnus ex §. pactus. & ſ. e. ſi noxali. §. ſed ſi à debitore. Vel dic. i. ipſum cõtractũ. Sed certè & ciuiliter videtur obligari: vt j. e. non ſolum. §. fina. quæ eſt cõtra. Sol. vt ibi.

f *Et ſi quid.* ex eo quod petitur. Accurſius.

IN adrogatorem.} CASVS. Adrogaui aliquem. ſi contrahat, teneor de peculio. de eo vero contractu quem fecit antequã eum adrogarem: non teneor. Viui.

g *Rectè putant.* de eo quod poſt arrogationẽ cõtractũ eſt cũ adrogato: vt j. de pecu. leg. l. ſi quis creditori.

h *Exiſtiment.* vt hic & j. de do. cau. mor. l. ſi filio. §. j. ſi enim actio de peculio daretur adrogatore nõ defenſo, mitteretur creditor in poſſeſsionem bonorũ adrogatoris: vt j. qui. ex cau. in poſ. ea. Fulcinius. §. ſi quis actione. quod lex prohibet: vt inſtit. de adquiſ. per adro. in fi. tit. Itẽ ſi tenetur de pecul. præciſe cogeretur defendere: vt ſ. eo. in ſumma. §. fi. quòd hic nõ eſt: vt hic, & arg. ſ. de ca. demi. tutelas. §. pe. in fin. Accurſius.

SI poſtea.} CASVS. Conueni te de peculio ex cõtractu ſerui tui: litẽ ſum cõteſt. lite cõteſt. eũ vẽdidiſti, & tradidiſti, retento peculio. ſi tempore ſententiæ minus ſit in peculio q̃ mihi debeatur: an nomine illius peculij quod adquiſiuit ſeruus apud emptorem, teneri debeas, quæritur. Et reſpon. q̃d ſic: quia in culpa fuiſti quòd eum vendidiſti. Viuianus.

i *Egi.* & ſic erat lis conteſtata. aliàs non dicor agere, ſed agere velle: vt j. rem ra. habe. l. amplius. ſecus ſi alienaſſet venditor. tunc enim de pretio tantum habito pro peculio teneretur: vt ſ. eo. ſed ſi quis. Accur.

k *Damnari.* ſi tamẽ tibi quæſiturus eſſet quod emptori quæſitum eſt: vt j. de act. emp. ſi quis ſeruum.

l *Culpa enim tua.* & ita tibi imputatur: vt ſupra de tribu. quod in heredem. §. ſi teſtamento. & infra de euic. ſi rem. §. ſi duplæ. Accurſius.

m SI quis cum filiofamilias. *In ſolidum.* dũ eſt in poteſtate, ſiue in quantum facere poteſt, niſi caſualiter, ſecundũ Io. ſed magis puto regulam eſſe vt ſemper in ſolidũ teneatur ante & poſt: vt dixi. ſ. quod cum eo. l. ij. in princip. Accurſius.

QVi peculij.} CASVS. Si ſeruo tuo peculij ſui adminiſtrationem cõceſsiſti: an videaris cõcedere vt alienet & donet? Reſpõ. q̃ non: ſed illud ſolum videtur ſibi conceſſum generaliter, quod ſpecialiter eras conceſſurus ſibi. Viui.

n *Qui peculij.* Nota hanc regulam:[a] vt hic, & j. de pig. l. obligatione. & ſ. de cõdi. indeb. ſi procurator. Accurſius.

QVotiens.} CASVS. Aliquis præpoſuit ſeruum ſtationi, & ſcripſit ſuper oſtiũ ſtationis, q̃ nullus cõtrahat cũ eo ſeruo Ianuario. ſi quis cum eo cõtrahat, an ſaltem de pec. dominus teneri debeat? Et reſpõ. q̃ ſic: quia tãtùm in hoc releuatur obtentu ſcripturæ, vt inſtitoria teneri nõ debeat. {SABINVS. Si ſeruus me⁹ fideiubeat, an teneri debeam quæritur: & diſting. aut in rẽ meã, & in cauſam peculiarẽ aut nõ. primo caſu teneor: ſecundo nõ. {SI SEMEL.} Conueni te de pecul. ex cõtractu ſerui tui. minus inuenitur in pecul. tempore ſentẽtiæ, quàm mihi debeatur. an debeas cauere ſi poſtea aliquid accedat, quod mihi reddas? Reſpon. quòd non: quia in actione pro ſocio locũ habet, vbi ſocius in ſolidum tenetur. {SI CREDITOR.} Vendidi ſeruum, & partem peculij retinui. emptor conuenitur à creditore: nec conſecutus eſt creditor totum quod ſibi debetur. an ad reſiduum me conueniet, quæritur. Et reſpon. quòd ſic. Itẽ quæritur, quid ſi lite cõteſt. cum emptore, neque ſententia lata poſsit dimittere emptorem, & redire ad me? Et reſpond. quòd non. & hoc in ſecunda: quia ſufficere deberet vt habeat regreſſum contra me finito primo iudicio, quod contra emptorem conſtitutum eſt. & hoc in tertia. Non ſolum autem poteſt à creditore agi cum venditore: ſed etiam emptor ſi conueniatur à creditore, poteſt deducere illud quod debet ſeruus, computato quod apud ſe eſt de pecul. & hoc in quarta. Si vero ſeruus vendatur retento pecu. ſi conueniatur, vtetur deductione: & ſi in venditione facta & traditione venditori aliquid à ſeruo debeatur: quia poſt venditionem contrahit cum ſeruo: non compenſabitur illud debitum cum peculio quod retinuit in venditione ſerui, & hoc in quinta. {QVAE.} Dictum eſt ſuperius, ſi ſeruus vendatur parte peculij retenta, quòd poſsit venditor conueniri & emptor. idẽ eſt ſi donatus vel legatus fuit: quia legatarius vel donatarius conuenietur de peculio. Viuia.

o *Non etiam.* vt hic & ſ. eo. ſi quis ſeruum. §. etiam. & ſ. de inſtito. ſi quis mancipijs. §. Proculus.

p *Fideiuſsiſſet.* vt ſ. eod. l. iij. §. ſi filius.

q *Locum habet.* vt j. pro ſocio. l. verum. §. item videndum.

*a Facit ad hãc. l. c. q̃ tranſlatione. cũ gl. 1. circa mediũ, in verſi. & in generali permiſsione. vbi Papa nõ concedit in generali mandato quæ ſunt reſeruata ſummo pontifici in ſignum priuilegij. Ber.*

**Flo. conſecutum.*

Vniuerſum.

a *Vniuerſum debet.* non dominus: vt j. de lib. leg. ſi quis reũ. §. huic. & j. eo. l. e. ſed ſi poſtea peculium augeatur, vnde tũc naſcetur actio? Reſpon. ex eo contractu dudum celebrato: vt ſ. eo. quæſitum. §. is qui ſemel. Accur.

b *Re integra.* id eſt nondum lata ſententia: tamen iam lit. cõteſt. alias poſſet actor diuidere: vt ſupra eod. & ancillarum. §. illud, eſt tamen huic §. argumen. contra. infra manda. creditor. j. reſpon.

c *Reſciſſo.* id eſt finito & condemnato cõuento, ſed in minus quàm debeatur actori. Accur.

d *Et hoc iure vtimur.* vt ad alium poſsit redire: vt hic & ſupra eod. hinc. §. certè illud. & l. quæſitum. §. ſed ſi ex alia. & l. ſi ex duobus. §. ſi plures. & §. in hoc autem. & l. ſi creditor. §. ſi actum. Accurſius.

e *Cum venditore.* vt hic & ſupra eod. ſi ex notali. §. idem ſcribit. & l. & ancillarum. §. in venditore. & dic quòd pretium habet nominatim pro peculio. *aliàs, reo. Flo.

f *Ipſe.* ſ. emptor.

g *Computet.* ſ. emptor. eo caſu cùm agitur cõtra venditorem. & ſic non ad proxi. ſed ad aliud ſuperius refertur. Accur.

h *Et ſi poſt venditionem.* & traditionem.

i *Non minuit.* vt venditor cõuentus annali aliquid deducat.

k *Quia non domino debet.* id eſt non incipit debere: vt ſupra eod. depoſui. §. fin. Hæc ratio tamen fallit: & nõ domino debitum deducitur: vt ſupra eod. ſed ſi damnum. §. certe ſi ſub conditione. & l. item cum. §. j. Accurſius.

l *Quæ diximus in emptore & venditore.* vt ſupra eod. & ancillarum. §. ſed & ipſi. & ſ. prox. §. Accur.

m *Vt legato.* immo nõ ita in legato: vt infra titu. j. l. j. §. item hæres. quæ eſt contra. Sol. vt ibi.

n *Patrimonium.* vt ſ. eod. depoſiti. §. peculium. & l. ſi ex duobus. §. ſed & ſi plures. in fin. §. & ſ. de mino. l. iij. §. ſed vtrum. in fi. Accur.

quia ſoci⁹ vniuerſum debet.[a]

*Si creditor peculiaris agendo contra emptorem ſerui non fuit totum conſecutus, poteſt redire ad venditorem pro eo quod eſt apud eum de peculio vel pretio eius: ſed lite pendente contra emptorem, non poteſt ad venditorem redire. Paulus de Caſt.*

Si creditor ſerui ab emptore eſſet partem cõſecutus, competere in reliquum in venditorem vtile iudicium Proculus ait: ſed re integra[b] non eſſe permittendum actori diuidere actionem, vt ſimul cum emptore & venditore experiatur. Satis enim eſſe hoc ſolum ei tribui, vt reſciſſo[c] ſuperiore iudicio, in alterum detur ei actio: cũ electo emptore* minus eſſet conſecutus. & hoc iure vtimur[d].

B

*Emptor ſerui cum peculio, poteſt ex cõtractu prius geſto conuenire venditorem intra annum ſicut ceteri peculiares: computando tamen ſibi in debitum id quod apud eum eſt de peculio. & ſi ipſe conueniatur ab alio creditore pro peculio quod eſt apud eum, poteſt aduerſus eum vti deductione eius quod ſibi debetur. Paul. de Caſtro.*

Non tantùm autem quiuis creditor cum venditore[e] ex antegeſto agere poteſt: ſed & ipſe emptor. idque & Iuliano videtur. quamuis & deducere ipſe[f] poteſt aduerſus alium agentem: dum tamen id quod apud ſe habet, computet[g].

C

*Debitum contractum tempore quo ſeruus erat in poteſtate domini, deduci poteſt etiam ſi conueniatur poſtquam eſſe deſiit, ſecus in debito contracto poſt. & actio de peculio tranſit contra quemlibet ſingularẽ ſucceſſorem ad quem tranſit peculiũ. h. d. vſque ad fin. Paul. de Caſt.*

Si ſeruus deducto peculio venditus ſit, procedit vt vẽditor & deductione vti poſſit: & ſi poſt venditionem[h] cœperit aliquid vẽditori ſeruus debere. non minuit[i] peculium: quia non domino debet.[k] Quę dixim⁹ in emptore & vẽditore[l], eadẽ ſunt & ſi alio quouis genere dominiũ mutatum ſit, vt legato,[m] dotis datione: quia quaſi patrimoniũ[n] liberi hominis peculium ſerui intellegitur, vbicunque eſſet.

D

*Mutata conditione perſonæ in deterius, reuocatur mandatum. Baldus.*

XLVIII. IDEM libro ſeptimodecimo ad Plautium.

Libera† peculij adminiſtratio nõ permanet neque in fugitiuo[o], neque in ſubrepto, neq; in eo de quo neſciat[p] quis viuat an mortuus ſit. Cui peculij adminiſtratio data eſt, delegare debitorem[q] ſuum poteſt[r].

*Etiam id quod ſeruus habet ignorante domino, computatur in peculio, ſi erat tale quid quod ſi dominus ſciuiſſet, veriſimiliter dimiſiſſet apud eum. Paulus de Caſt.*

XLIX. POMPONIVS libro quarto ad Quintum Mucium.

Non ſolùm id peculiũ eſt quòd dominus ſeruo conceſsit: verum id quoque quod ignorante quidẽ eo adquiſitum ſit: tamen ſi reſciſſet, paſſurus[s] erat eſſe in peculio.

C

*Ex qua cauſa liber homo obligatur ciuiliter & naturaliter: ex eadem cauſa ſeruus obligatur domino naturaliter tantum. Itẽ ex qua cauſa quis nõ obligaretur alteri ciuiliter vel naturaliter: ex eadẽ nõ obligatur ſeruo ſuo naturaliter tantũ. Pau. de C.*

Si ignoratẽ me ſeruus meus negotia mea adminiſtrauerit: tantidẽ debitor mihi intellegetur, quãti teneretur* ſi liber[t] negotia mea adminiſtraſſet. Vt debitor vel ſeruus domino, vel dominus ſeruo intellegatur, ex cauſa ciuili[u] computandum eſt. Ideoq; ſi dominus in rationes ſuas referat ſe debere ſeruo ſuo, cùm omnino neque mutuum acceperit, neque vlla cauſa præceſſerit* debendi: nuda ratio non facit eum debitorem.

D

A Non ſolum.} CASVS. Si dominus dedit aliquid ſeruo, vt illud habeat in peculio: non ſolùm illud dicetur peculium, ſed id quod ſeruo ab extraneo donatum eſt, & dominus permiſit illud eſſe in peculio: hoc in prima. Sed ſi ſeruus domini negotia adminiſtrat, & male: in tantũ obligabitur domino, in quãtũ ſi liber homo geſsiſſet negotia domini, obligaretur. hoc in ſecunda, & quod dicitur ꝙ ſeruus debitor domini ſit vel econuerſo: intelligendũ eſt ꝙ ſic alter alteri obligatur, ſi ſubſit talis obligationis cauſa, quæ poſſet obligare ciuiliter vnũ liberũ hominem alteri homini libero. Si ergo dominus ſcribat in libro rationum ſuarum, ꝙ ſit debitor ſerui: nõ propter hoc efficitur debitor: cum cauſa obligandi nõ ſubſit: puta cauſa mutui, vel cõſimilis: quia nuda ſcriptura non conſtituit eum debitorẽ. & hoc in tertia. Vi.

†Contra tex. in l. [illegible] j. tex. in l. Cornelius. in fi. [illegible]

s *Paſſurus.* vt hic, & ſ. eo. quã Tuberonis. §. ſunt autem. & l. peculium ex eo. Accur.

t *Si liber.* hęc parificatio eſt in ſeruo ꝓprio ad extraneũ. Seu in libero bona fide poſſeſſo non ſic: vt j. de acqui. rer. do. l. liber homo. §. ſed ſi dãnũ. Acc.

u *Ex cauſa ciuili.* id eſt quæ cauſa obligaret ciuiliter vnũ liberũ alteri libero, & eadẽ ſeruũ domino, & ecõtra obliget: non autem ꝙ dominus ciuiliter ſeruo teneatur, vel econtra: vt ſ. e. l. nec ſeruus. quę eſt cõtra. ſicut ergo nuda ratio nõ facit aliquẽ liberũ debitorẽ: vt j. de do. l. nuda. ſic & in ſeruo ipſi domino, vel econtra: vt hic ſubijcit, & j. de pecu. lega. l. vj. pen.

*teneb[...] tur. Fl.

E O tẽpore.} CASVS. Si dominus interpellatur à creditore peculiari eo tẽpore quo nihil eſt in pecu. & dominus vocatus ad ius latitet: an creditor debeat mitti in poſ. bono? Et reſp. ꝙ nõ: quia ſi veniret ad iudicium deberet abſolui. neq; inſpici debet quòd per imperitiam iudicis, ſi veniſſet, poſſet condẽnari. hoc in prima. Nec ſecus eſt in debitore conditionali, vel in diem: quia ſi creditor pendente condit. debitorem talem in ius vocauerit, & ille latitet: condit. pendente non dicetur citatus, vt fiat miſsio in bonis eius pendente conditione: licet ſi veniſſet, poſſet per imperitiam iudicis condemnari. hoc in ſecunda. an autem fideiuſſor datus à ſeruo, cùm nihil erat in peculio, debeat teneri? Dicitur quòd ſic: quia poteſt eſſe quòd aliquid ſit in peculio poſtea, & futuræ obligationi accedere poteſt fideiuſſor: dum tamen hoc actum ſit vt futuræ obligationi accedere poſsit fideiuſſor. hoc in tertia. {SI CREDITOR.} Filius quem habebas in poteſtate tua tenebatur mihi, in x. ex contractu aliquo. deceſsi te herede inſtituto, & multa legaui. legis Falcidiæ ratio, ſi ei locus erat, ſpectabitur tempore mortis: an autẽ ſpectabitur pecu. quod habuit

*Fl. [...] ceſſerit.

Libera.} CASVS. Conceſsi ſeruo liberã peculij adminiſtrationẽ. fugit, vel ignorat dominus viuat vel non. nunquid durat adminiſtratio? Et reſpon. quòd nõ. An ſeruus cui conceſſa eſt adminiſtratio, poſsit debitorem peculiarem delegare creditori peculiari? Et reſpon. quod ſic. Viuianus.

o *Neque in fugitiuo.* quia priuilegium debet amittere qui eo abutitur: vt C. de Iudæ. l. Iudæos. in fi. & ſ. ſi cer. pet. l. rogaſti. in §. fin.

p *Neſciat.* vt quia magis credat mortuum, quàm viuere: hoc eſt vehementer opinatur: vt fuit infra titu. j. l. quæſitum. aliàs ſtatim quòd eum non videt, neſcit pro vero ſi ſit viuus vel mortuus Accur.

q *Debitorem.* peculiarem.

r *Poteſt.* vt infra de noua. & deleg. l. fi. j. reſpon.

habuit filius mortis meæ tẽpore, vt de eo fiat deductio, cum intelligatur illud fuiſſe in bonis meis, quod mihi debebatur: an illud quod erat in peculio tẽpore aditæ hereditatis? Et reſpon. ꝙ inſpicitur mortis tempus. {ETIAM.} Si dominus conueniatur de peculio, & lis ſit conteſta. an poſtea accipi poſsit fideiuſſor à ſeruo? Et reſpõ. ꝙ ſic: quia ſicut ſolutio facta in iudicio valet extra: nec datur repetitio ei: ita fideiuſsio facta poſt iudiciũ inceptum valet: quia obligatio quã ſeruus in ſe ſuſcipit dando fideiuſſorẽ, non eſt minuta propter litem conteſta. {SERVVS.} Si ſeruus tu⁹ mihi ſeruiat bona fide, quia credebã eum meũ eſſe: & mutuo .x. acceperat, & mihi dedit, vt eũ manumitterem, & manumiſi. vtrum me bonæ fidei poſſeſſorem, an verũ dominum habeat creditor obligatũ, quæritur. Et reſpõ. quòd cõueniet dominum, licet aliàs eligere poſſet quẽ noſtrum vellet conuenire: & tu agas aduerſus me ad exhibendũ & rei vin. pro pecu. quam mihi dedit: quia tibi erat quæſita: & nõ eſt diſtinguendũ, aut nõ manumiſi, & fiet mea, quaſi ex re mea quæſita: quia non ex re mea, ſed ꝓpter rem meam. i. negotiationem meã mihi tradita fuit pecunia. Viuianus.

*Primum decretum non poteſt interponi occaſione debiti, quod certum eſt non poſſe exigi de præſenti, licet poßibile ſit debitum iri. Item pro futuro debito poteſt accipi fideiuſſor.*

L. PAPINIANVS libro nono Quæſtionum.

EO tempore quo in peculio nihil eſt, pater latitat. in bonorum poſſeſsionem eius rei ſeruandæ cauſa mitti non poſſum[a], qui de peculio cum eo acturus ſum: quia nõ fraudationis cauſa latitat,[b] B qui ſi iudiciũ acciperet, abſolui deberet. Nec ad rẽ pertinet, quòd fieri poteſt[c] vt damnatio ſequatur.[d] Nam & ſi in diem vel ſub conditione debeatur, fraudationis cauſa nõ videtur latitare,[e] tametſi poteſt iudicis iniuria condemnari. Sed fideiuſſorem datum[f] eo tempore, quo nihil in peculio eſt, teneri putat Iulianus: quoniam fideiuſſor futuræ quoque actionis* accipi poſsit: ſi tamen ſic acceptus eſt.[g]

Si creditor patrem qui de peculio tenebatur, heredem inſtituerit: quia mortis tempus in Falcidiæ ratione ſpectatur,[h] illius temporis peculium[i] conſiderabitur.[k]

*Propter conteſtationem factam de peculio contra dominũ, ſeruus non liberatur ab obligatione naturali: ideo pro ea poteſt dare fideiuſſorem. Pau. de Caſt.*

Etiam poſtquam dominus de peculio conuentus eſt, fideiuſſor pro ſeruo accipi poteſt. Et ideo qua ratione ſi poſt actionem dictam ſeruus pecuniam exoluerit, non magis repetere poteſt, quàm ſi iudicium dictatum non fuiſſet: eadem ratione fideiuſſor quoque vtiliter acceptus videbitur: quia naturalis obligatio, quam etiam ſeruus ſuſcipere videtur[l], in litem[m] tranſlata[n] non eſt.

*Pro eo quod pro libertate danda accepit bonæ fidei poſſeſſor, actione de peculio non tenetur ipſe, ſed verus dominus, qui eum poterit vindicare. Bartolus.*

Seruus alienus cum bona fide* ſeruiret mihi, nummos à Titio mutuatos mihi dedit[o] vt eum manumitterem: & manumiſi. Creditor quærebat quem de peculio conueniret.[p] Dixi, quanquã creditor electionem aliàs haberet, tamẽ in propoſito dominum[q] eſſe conueniendum: & eũ ad exhibendum mecum acturũ pecuniæ nomine quæ ipſi eſſet adquiſita, nec in eam[r] cauſam alienata quæ pro capite ſerui facta proponeretur. C Neque enim admittendam eſſe[s]* diſtinctionẽ exiſtimantium, ſi non manumittam, domini pecuniam eſſe: manumiſsione verò ſecuta videri pecuniam ex re[t] mea quæſitam[u] mihi: quoniam[x] magis propter rem meam quàm ex re† mea pecunia mihi daretur.

*Dubius eſt litis euentus: & qui ideo tenetur, quia actionem habet, eam cedendo liberatur. Bartolus.*

LI. SCAEVOLA libro ſecundo Quæſtionum.

a *Non poſſum.* immo videtur: vt infra qui. ex cau. in poſſ. ea Fulcinius. §. ſi quis actione. quæ eſt contra. Solut. hic certum erat nil futurum amplius in peculio: quia mortuus erat ſeruus. ibi credebatur aliquid poſſe eſſe in peculio. Io. & hæc ſolutio ex illo apparet, quia ibi dicitur cõueniri poſſe: vel ibi lis erat conteſtata.

b *Latitat.* vt hic, & infra de reg. iur. l. nullus & infra quod vi aut clã. l. denique. §. fi.

c *Fieri poteſt.* not. non inſpici quod poteſt euenire. ſic. ſ. de iuriſdi. om. iudi. l. ſi idem in fi.

d *Sequatur.* de facto, non iure, ſed iniuria iudicis.

e *Latitare.* i. turpiter ſe occultare: vt ĩ. quibus ex cau. in poſ. ea. Fulcinius. §. ij. & ideo non videtur fieri in poſſeſsionem miſsio. Sed contra. ĩ. qui. ex cau. in poſ. ea. l. poſſeſsione. quæ eſt contra. Sol. non fit miſsio talis, quòd vendatur: fit tamen miſsio vt cautum ſit actori: vt ſ. de iudi. l. in omnibus. & ſ. ex quibus cau. maio. l. item ait. §. pen. Accurſius.

f *Fideiuſſorem datum.* ſcilicet à patre.

g *Acceptus eſt.* ſcilicet pro futura, nõ aliàs. arg. ĩ. de fideiuſ. l. cum fideiubeat. & ſ. de cõſtit pecu. l. j. §. j. & infra de lib. leg. ſi quis reum. §. idem & ſupra de iudi. l. non quemadmodum.

h *Spectatur.* vt hic, & inſti. ad l. Fal. §. quantitas. ſed certè imò tempus aditæ hereditatis: vt ĩ. ad l. Fal. ſi creditor filij. quæ eſt contra. Solu. ſecundum B. ibi adiuit in ipſo tẽpore mortis: & ſic eſt idem vtrunque tempus. Alij vt Io. dicunt quòd eadem erat quantitas patrimonij vtroq; tempore. Tu dic quòd alterum iſtorũ inſpicitur, quod plus proficit legatarijs: vt in eodem titu. l. cum quo. Accurſius.

i *Peculium.* vt quantũ tunc poteſt habere de peculio, tantum videatur eſſe in hereditate creditoris: & ſic proficiat legatarijs: vt tanto minor Falcidia detrahatur eis. Item & de eo creditoribus hereditarijs & legatarijs tenebitur.

A k *Conſiderabitur.* vt quia quantum creditor ſerui factus eſt, tantum omni tempore deducetur. Accurſius.

l *Suſcipere videtur.* dando fideiuſſorem. Vel dic quòd de primo dicit. & quod dicit, etiam ſeruus. ſ. homo, non ſolum liber videbatur: & verum erat quod ſuſceperat eam obligationem, & ſic dicas ſuſcipere. i. ſuſcepiſſe.

m *In litem.* per dominum ſuſceptam.

n *Tranſlata.* id eſt mutata. affert enim vtilitatem, non damnum, hæc nouatio quæ fit lite conteſtata: vt infra de nouationi. l. aliam.

o *Dedit.* id eſt tradidit. Accurſius.

p *Conueniret.* me poſſidentem, vel verũ dominum.

q *Dominum.* vel bonæ fidei poſſ. & hoc ſi ſeruus à bonæ fidei poſ. ſe ſubtrahere non intendit: ſicut facit hic, & ĩ. man. cum ſeruus. §. quòd ſi de ſuis. ſed videtur quòd nec aliàs poſsit eligere: vt ſ. eodem. l. j. in fin. & l. hinc. §. j. ibi, certè illud. quæ ſunt contra. Solu. illud non ex neceſsitate iniungit. Vel dic aliud in emptore & vẽditore vel ſocio, quàm hic. Vel illud obtinet cum liquidũ eſt in cuius peculio contrahit. ſi autem nõ liquet, vel liquet in neutro contractu, locum habet quod hic dicitur.

* *Flo. bona fide.*

r *In eam.* ſcilicet manumiſsionem.

s *Admittendam.* ſcilicet dicimus.

* *Fl. admittendum.*

t *Ex re.* ex qui cauſa & ex opera quæritur per talem.

u *Quæſitam.* immo nec domino, nec poſſeſſori eſſe videtur acquiſita: vt infra, de acquiren. re. do. l. ſeruus. & infra de acquirend. poſſeſ. l. j. §. ſed & per eum. quæ ſunt contra. Solut. hic de æquitate: ibi de rigore.

† *Not. ſecundum Bart. differentiã inter ex, et propter: quia ex denotat cauſam proximam: propter, cauſam remotam.*

x *Quoniam.* ideo non admittitur prædicta diſtinctio, quoniã &c. vt enim darem quod meum eſſet, ſcilicet dominiũ ſerui, D manumittendo ipſum, fuit mihi data: quod non feci, cũ nõ eſſet meus: & ita nõ lucror quaſi ex negotiatione, vt facio aliàs: vt infra de hered. vel act. vendi. l. venditor ex. & infra ad leg. Fal. l. ij. & facit. ĩ. pro ſocio. l. ſocium qui. §. fi. & l. ſequen. & infra de coniun. cum emancipa. lib. l. j. § nunc. Accurſius.

QVod debetur. } CASVS. Si dominus conueniatur de peculio, quod habet nomina, & minus habeat dominus in pecu. quàm debeatur, & creditores velint rationem haberi nominum: an ſint audiendi, quæritur. Et reſpon. quod non, quatuor rationibus. Prima eſt: cum euentus cauſæ ſit dubius: quia ſi dominus ageret contra creditores peculiares, poſſent abſolui. Alia ratio eſt: quia dominus ſumptus poſſet facere in conueniendo. Tertia eſt: quòd ſi debitores eſſent condemnati, debet ei dare quadrimeſtre tempus, quod datur condemnatis: & ita dominus damnificaretur, ſi ſtatim deberet haberi ratio nominum. Quarta eſt: ſi debitores conuenti latitent, quòd fieret remiſsio in poſſeſ. & venditio bonorum eorum: quod forte non ſufficeret. An ergo liberari poſſet cedendo aduerſus debitores? dicitur quòd ſic. & ſubijcit generalem clauſulam, quandocunque quis tenetur, quia habet actionem aduerſus aliquem: ſi poſsit liberari cedendo actionem: ſi cedat eam, liberatur. Viuianus.

a *Ab extraneis.* quid ſi à domino? Reſpon. Ioan. ſecus, nã pauper in hoc ſibi diues eſt: vt infra ad leg. Fal. l. quærebatur.
b *Iudicatis.* nam nonnullas moras habet dilatio iudiciorum: vt infra vt leg. vel fideicom. no. ca. l. etiam. Accurſius.
c *Quod enim dicitur.* vt ſupra eodē. & ancillarum. §. fina. & reſpon. hic argumentis. Accurſius.
d *Si actiones.* ſcilicet communi diuidun. & pro ſocio, quam habet pro medietate peculij non diuiſi: alioquin non tenetur pro alio: vt ſupra eodem. ſed ſi duo. in fine. Accurſius.
e *Præſtatione.* not. bonam regulam, vt hic, & infra de contahen. empt. l. quod ſæpe. §. ſi res. & ſupra commo. ſi vt certo. § idem Labeo. & infra tit. iij. l. iij. §. idem Labeo. ſecus ergo ſi mihi tenearis, quia contraxiſti mecum, nõ quia habes actionem: vt C. ſi cer. peta. l. non aduerſus. & ſupra de nego. geſt. nã & Seruius. §. fi. & ſupra de pigne. act. l. petenti. ſed in caſibus etiam in contractu videtur contra: vt infra depoſiti. l. j. §. ſi vero tuo nomine. & l. ſi is apud. & j. manda. ſi procurator. in fi. l. & infra de act. empt. Iulianus. §. pe. Item not. quòd delegatio obtinet vicem ſolutionis: vt j. de ope. lib. qui libertinos. §. ſed ſi creditori.

* eodē, Flo.

Delegatio vicē ſolutionis obtinet.

EX *facto.*} CASVS. Seruus meus tenebatur mihi x. qui habebat peculium, & fugit gerens ſe pro libero. geſſit tutelam cuiuſdam pupilli, & factus eſt debitor ex mala adminiſtratione in x finita tutela pronunciatus eſt ſeruus: & eũ reduxi. ex iſto themate tres eliciũtur quæſtiones. Prima eſt, ſi conueniar à pupillo, an poſſum deducere qđ mihi debebat ſeruus. Secunda eſt, an aliquid interſit, fact⁹ fuerit debitor me⁹ ſeruus antequã fuerit in poſ. libertatis, an poſtea.

A

QVod debetur ſeruo ab extraneis,[a] agenti de peculio nõ omnimodo dominus ad quantitatem debiti condemnandus eſt: cum & ſumptus in petendo, & euentus executionis poſſit eſſe incertus, & cogitãda ſit mora temporis quod datur iudicatis,[b] aut venditionis bonorum, ſi id magis faciendum erit. ergo ſi paratus ſit actiones mandare: abſoluetur.

B

Quod enim dicitur,[c] ſi cum vno ex ſocijs agatur, vniuerſum peculium computandum, quia fit cum ſocio actio: in idem * redibit, ſi actiones[d] paratus ſit præſtare. Et in omnibus quos idcirco teneri dicimus, quia habent actionem: delegatio pro iuſta præſtatione[e] ſit.

*Cum pater, vel dominus actione de peculio perſonali conuenitur, in deducendo omni priuilegio anteponitur: ſecus ſi reali: licet inter creditores peculiares ille qui habet priuilegium, præponatur. Item ſufficit què eſſe dominum, cum de peculio conuenitur. Item patrimonium eius, qui ſe gerit pro libero, pro peculio remittitur. h. d. Primo ponit regulam, & tres quæſtiones. Secundo ad eas reſpondet per ordinem. Bartolus.*

C

LII. PAVLVS libro quarto Quæſtionum.

EX facto quæritur, qui tutelam quaſi liber adminiſtrabat, ſeruus pronunciatus eſt. An ſi cõueniatur eius dominus à pupillo (cui⁹ quidem potiorem cauſam quàm creditorum ceterorum ſerui habendam, [ſæpe] reſcriptũ eſt) an vel id[f] deducatur ex peculio, quod domino debetur? & ſi putaueris[g] poſſe deduci, an interſit, vtrum cum adhuc in libertate[h] ageret, domini debitor factus

D

Tertia eſt, an pupillo iam facto adulto competat actio. Ad primam reſpon. quòd deducam nulla priuilegiati habita ratione quod patri vel domino debetur: vnde neq; pupilli, licet inter ceteros creditores præferatur: & hoc probat tali exemplo. filiusfa. recepit dotem à muliere. ſoluto matrimonio ſi mulier petat dotem: præfertur alijs creditoribus. in hoc ergo caſu prçferetur pupillus ceteris creditoribus, etſi ſeruus verus tutor nõ fuerit: alioquin ſi non haberetur ratio, ſecus eſſet, quia occupantis, & c. ſi ſeruus ergo mutuauit pecuniã pupilli, vel depoſuit, pupillus vindicabit, ſi extat: vel vtili actione, id eſt condictione certi aget, ſi cõſumpti ſunt: quia non potuit alienare, cum non fuit verus tutor. & quod dictum eſt in cõſumpta pecunia pupilli, vel extante: intelligendũ eſt in quolibet tutore. Ad ſecundam reſpon. quòd non eſt differentia, factus fuerit debitor ante poſ. libertatis, vel poſt. Ad tertiam reſpon. quòd non datur de peculio: quia forte nil eſt in pecul. immo verius hoc quod habuit, peculium non fuit: & hoc innuit litera ſequens: ſed vtilis actio tutelæ contra dominum compe-

A

tit, quia nòn erat verus tutor ſeruus: vt illud intelligatur eſſe in peculio ſi quid in patrimonio eius ſit. {SI DOS.} Si filiofami. data fuerit dos. mulier in peculio ceteris creditoribus præfertur idem eſt ſi adminiſtret tutelam alicuius pupilli: quia pupillus præfertur. ſi tamen non priuilegiatus agat: cauebit de reſtituendo retro quod acceperit. Viuianus.

eſt, an poſtea? & an de peculio[i] impuberi competat? Reſpondi, nullum priuilegium præponi patri vel domino poteſt, cum ex perſona filij vel ſerui de peculio conueniuntur.[k] Planè[l] in ceteris creditoribus habenda eſt ratio priuilegiorũ. Quid enim ſi filius dotem accepit, tutelã adminiſtrauit? Meritò igitur & in ſeruo, qui pro tutore egit, id reſcriptum[m] eſt.

B

& quia occupantis melior ſolet eſſe conditio, quàm ceterorum: * in id[n] dabitur[o] actio. Planè ſi ex re pupilli nomina[p] fecit, vel pecuniam in arcam depoſuit, datur ei vindicatio nummorum: & aduerſus debitores vtilis actio:[q] ſcilicet ſi nummos conſumpſerunt. Hic enim alienare eos non potuit.[r] Quod &[s] in quouis tutore dicendum eſt. Nec tamen[t] intereſſe puto, quando domino debere cœpit: vtrũ cum in libertatis poſſeſsione eſſet, an poſtea.

C

Nã & ſi Titij ſeruo credidero, eiusq; dominus eſſe cœpero: deducã quod prius credidi, ſi conueniri de peculio cœpero. Quid ergo[u] eſt? Quia de peculio actio deficit,[x] vtilis actio in dominum quaſi tutelæ[y] erit: vt quod ille pro patrimonio habuerit, peculiũ eſſe intellegatur. Si dos[z] filiofamilias ſit data, vel tutelam adminiſtrauerit, habenda erit ratio priuilegiorum in actione de peculio, dilata interim ceterorum creditorum actione, vel interpoſita cautione, ſi priores agant qui priuilegium nõ habent: reſtitutuiri * quod ac-

D

f *Id.* aliàs an vel id. ſed tunc abundat vnum an & hæc eſt prima quæſtio: cui reſpondetur quòd ſic. Accurſius.
g *Et ſi putaueris.* hæc eſt ſecunda quæſtio, cui reſpondetur quòd non.
h *In libertate.* i. in poſſeſsione libertatis.
i *Et an de peculio.* tertia quæſtio.
k *Conueniuntur.* cum & ipſi habeant priuilegium: vt ſupra de tribu. l. j. niſi habeant pignus: vt ſupra de tribu. l. procuratoris. §. quid tamen. vel illud in tributoria. Accurſius.
l *Planè.* interpoſitio cuiuſdã alterius quartæ quæſtionis. Acc.
m *Id reſcriptum eſt.* vere habenda eſt, licet vere nõ fuerit tutela: vt hic, & infra de priui. credi. l. dabimus. & infra ſolu. mat. ſi cum dotem. §. pen. & l. ſi filio. nam ſi non haberetur ratio, ſecus eſſet: quia occupantis &c. Accurſius.
n *In id.* quod debetur pupillo. Accurſius.
o *Dabitur.* quod debetur pupillo, alijs interim tacentibus: vt in fi. l. & ſic habes dabitur, aliàs eſt inhibetur: & tunc referas ad idem, & dicas inhibetur, ſcilicet alijs dum pupillo ſatisfit: vt in fi. l. Vel dic inhibetur, ſcilicet alijs, cum aliquis occupauerit. & ſic ad proxi. reſpond. hoc refertur. ſed ſecundum aliam expoſitionem ad aliud ſuperius refertur. Accur.
o *Dabitur.* aliàs inhibetur. Accurſius.
p *Nomina fecit.* ſpeciale hic, & j. de in rem ver. l. j. §. item ſi plures. ſecus in tributoria eſt: vt s. de tribu. l. procuratoris. §. planè. Item not. quòd potius eſt audiẽdus qui ſuum inuenit: vt s. eo. l. depoſui. & non deducet dominus his caſibus: vt infra de admi. tut. l. circa.
q *Vtilis actio* licet ſuo nomine mutuet tutor: vt C. quando ex fac. tu. & ſi tutores. Accurſius.
r *Non potuit.* cum tutor non fuerit: ſecus ſi fuiſſet tutor: vt infra de fur. l. interdum §. qui tutelam.
s *Quod &c.* ſcilicet quod diximus in ſeruo conſumpta pecunia: vel extante depoſita. Accurſius.
t *Nec tamen.* reſponſio ſecundæ quæſtionis.
u *Quid ergo.* ſi deduco mihi debitum: qualiter ergo ſatisfiet pupillo de reſiduo? & eſt ſolutio tertiæ quæſtionis.
x *Deficit.* iure mero.
y *Tutelæ.* quia non fuit tutor: vel quia non fuit peculium ſecundum Ioan.
z *Si dos.* quod propoſuit in ſeruo, proponit in filio ſimilem caſum addendo.

* Inhibetur aliàs. Flo.

* pro reſtitutum, ita legun.

a Priuilegij.

a *Priuilegij*. id eſt, priuilegiata. ſic & ſupra eo. ſed ſi damnum. §. finali.

S*I Sticho*.} C A S V S. Si manumiſi ſeruũ peculium habentem, & non expreſſe dixi ꝙ pecu. pertineat ad me, peculium videor ei conceſsiſſe: an autem debitores peculiares poſsit conuenire, niſi actionem ſibi cadam? dicitur ꝙ non. Viuianus.

b *Cum manumittere-tur*. inter viuos. Io. ſecus in vltima voluntate: vt C. de pecul. eius q liber. me. l. j. & ideo quia donare videtur, poteſt compelli dominus ad ceſsionem, de qua hic dicit, condictione ex lege: vt C. de don. ſi quis argentum. §. penultimo.

c *Non poteſt*. cũ actiones non poſsint facile tranſire: vt ſupra eod. quis ergo. in ſi. & j. de pecu. leg. l. v. & hoc in directis vtiliter: forte tamen aget etiam ſine ceſsione: vt arg. C. de leg. l. ex legato. ſed an ipſe cõueniatur à creditoribus peculiaribus? videtur quòd nõ: vt C. an ſer. ex ſuo fac. l. creditoribus. Econtra quòd ſic, cum habeat peculiũ: infra de dote præleg. l. j. §. per contrarium. quare dicas: ſi eſt orcinus, poteſt cõueniri, cũ ſemper comitatum eũ fuerit peculium, & ſic hic quãdo inter viuos fuit manumiſſus: ſecus ſi per fideicommiſ. fuit manumiſſus. tũc enim heres tenetur, cum poterat deducere, quando manumiſit, non ipſe: vt infra titu. j. l. j. §. item heres. & ſupra de tribu. quod in heredem. §. ſi ſeruo. & facit infra de dona. l. fi. §. j. Accurſius.

F*iliofamilias*.} C A S V S. Pater filium quem habebat in poteſtate, heredem inſtituit cum duobus alijs: & prælegauit filio quædam prædia vt erant inſtructa cum ſeruis, qui tenebantur eidem patri in. c. an ceteri heredes poſſunt filium de peculio conuenire? Et reſpõ. quòd non. Idem dicit. l. vltima. Viuianus.

d *Non competere*. nec ex ſua perſona, quia nihil crediderant: nec ex perſona teſtatoris, quia dominus actionem non habuit: vt ſupra. eod. & ancillarum. §. ſed ipſi. & facit. j. eod. l. fi.

ceperunt, ſi inferatur poſtea cum patre actio priuilegij.[a]

*Manumittendo ſeruum inter viuos, cenſetur quis donare ſibi peculium. actiones tamen peculiares non tranſeunt in ipſum, niſi cedantur. Pau.*

L I I I. I D E M libro vndecimo Quæſtionum.

SI Sticho peculiũ, cum manumitteretur[b], adẽptum non eſt: videtur conceſſum. Debitores autem conuenire, niſi mãdatis ſibi actionibus, non poteſt[c].

B *Pro eo quod ſeruus debebat domino, non cõpetit actio de peculio heredi domini contra illam cui legatus eſt ſeruus cum peculio. h. d. cum. l. fi. j. eo. Pau. de Caſt.*

L I I I I. S C A E V O L A libro primo Reſponſorum.

FIliofamilias vni ex heredibus prædia prælegauit vt inſtructa erant, cum ſeruis. hi ſerui domini debitores fuerunt. Quæſitum eſt, an ceteris heredibus aduerſus eum actio de peculio cõpetat. Reſpondit non competere.[d]

*Qui vi eximit conuentum de peculio, tenetur actori ad intereſſe, quatenus erat in peculio tempore venditionis. Pau.*

C L V. N E R A T I V S libro primo Reſponſorum.

IS cum quo de peculio agebam, à te vi exemptus eſt. Quod tũc cùm vi eximeres[e], in [eo] peculio fuerit, ſpectari [oportet.]

*Etiam id quod debet ſeruus domino pro debitore ipſius domini, deducitur: nomen tamen illius ex hoc efficitur peculiare, quia ille tenetur ſeruo: & per conſequens computabitur in peculio. Pau.*

L V I. P A V L V S libro ſecundo ad Neratium.

QVod ſeruus[f] meus pro debitore meo mihi expromiſit, ex peculio deduci debet[g]: & à debitore nihilominus debetur. D Sed videamus, ne credẽdum ſit peculiare fieri nomen eius, pro quo expromiſſum eſt. Paulus. Vtique, ſi de peculio agente aliquo deducere velit,[h] illud nomen peculiare[i] facit.

I*S cum*.} C A S V S. Conueni Titium de peculio. vocatus ad ius, à Seio eſt exẽptus Titius. cuius temporis peculium ſpectandum eſt quæritur, & quomodo de eo condẽnetur exemptus: vtrum quod habuerit tempore exemptionis, an poſtea? Et reſpon. quòd illius æſtimatio quæ erat tempore emptionis, conſideratur. Viuianus.

e *Eximeres*. licet deſierit: vt ſupra ſi quis cau. l. qui autem. § illud. ſed ſi creuit poſtea, tenetur vſq; ad finem ſententiæ: vt ſupra eo. quæſitum. j. reſpon. Accurſius.

f Q*Vod ſeruus*. Cum deduxerit. Io. facit infra de fideiuſ. in ff. Vetus. A quis pro. eo. §. j. Accurſius.

g *Debet*. cum non ſit mihi ſolutum adhuc. Accurſius.

h *Velit*. ſcilicet dominus. & ſic ſatisfacit. Accurſius.

i *Peculiare*. vt teneatur ſeruo vel mandati, vel nego. geſto. & mihi domino per ſeruum.

*Si is de cuius peculio agitur, lite pendẽte decedat: quantum ſit in peculio mortis tempore, inſpicitur. ſi ei legetur peculium, tempus inſpicitur quo dies legati cedat, cũ omni incremento. ſed ſi legetur extraneo, rerum tantum incrementum accedit. Bartolus.*

L V I I. T R Y P H O N I N V S libro octauo Diſputationum.

SI filius vel ſeruus cuius nomine duntaxat de peculio actum eſt, ante finitum iudicium deceſſerit: id peculiũ reſpicietur, quod aliquis eorum cũ moriebatur[k] habuit. B Sed cum, qui ſeruum teſtamento liberum eſſe iubet, & ei peculium legat: eius tẽporis peculiũ legare intelligi Iulianus ſcribit, quo libertas competit. ideoq; omnia incrementa peculij, quoquo modo[l] ante aditam hereditatẽ adquiſita, ad manumiſſum pertinere. At ſi quis extraneo peculiũ ſerui legauerit, in coniectura voluntatis teſtatoris quæſtionẽ eſſe: & vero ſimilius eſſe id legatũ, quod mortis tempore in peculio fuerit: ita vt quæ ex rebus peculiaribus ante aditam C hereditatem acceſſerint, debeantur, veluti partus ancillarũ, & fœtus pecudum. quæ autẽ ſeruo donata[m] fuerint, ſiue quid ex operis ſuis adquiſierit: ad legatarium nõ pertinere.

*Summata eſt ſ. iſta lex: ſed aliter poteſt ſic ſummari, ſecundum Bald. Is cui legatur ſeruus hereditarius domini, pro debito domini non tenetur. Bartolus.*

L V I I I. S C A E V O L A libro quinto Digeſtorum.

VNi ex heredibus prẽdia legauit[n] vt inſtructa erant cum ſeruis, & ceteris rebus[o], & quicquid ibi eſſet. Hi ſerui domino debitores D fuerunt tã ex alijs cauſis, quã ex ratione kalendarij. Quæſitum eſt, an ceteris heredibus aduerſus eum pecuniæ ab his debitæ actio de peculio competat. Reſpondit nõ competere.[p]

S*I filius*.} C A S V S. Si pater vel dominus conueniatur de peculio, & ante ſententiam deceſſerit ſeruus, vel fili⁹: inſpicietur quod erat in pecul. tẽpore mortis. hoc in prima. Si vero ſeruo libertatẽ reliquit cũ peculio, inſpicitur quod erat in peculio tẽpore aditæ hereditatis. hoc in ſecunda. Si vero extraneo legauit ſerui pecu. inſpicitur quod erat in peculio tẽpore mortis, & illud quod accreſcit rebus peculiaribus ante aditã hered. veluti partus ancillarũ, fœtus pecorũ. & hoc in tertia. Si vero ſeruo aliquid detur vel aliquid acquiſierit, non pertinebit ad legatarium. Viuia.

k *Cum moriebatur*. & etiã poſterius, ſi poſtea creuit: vt j. tit. j. l. fi. quæ eſt cõtra. Vel dic quòd dominus nõ poteſt augere: vt hic, ſed per ſe poteſt augeri: vt ibi. Accurſius.

l *Quoquo modo*. ex re peculiari, vel extrinſeca. Item ideo dicit aditam: quia tunc competit libertas: vt C. de cadu. tol. §. in nouiſsimo.

m *Quæ autem ſeruo donata*. ratio differentiæ inter hunc & ſuperiorẽ. §. eſt inſti. de leg. §. ſi peculiũ. ſed alia melior eſt. j. de pecu. leg. l. denique. §. fi.

n V*Ni. Legauit*. id eſt prælegauit.

o *Rebus*. quibuſdam.

p *Non competere*. & eſt ratio vt dixi. ſ. proxi. l. filiofaml.

Q V A N D O D E *peculio actio annalis eſt.*

P*Retor*.} C A S V S. Si pater vel dominus de peculio teneatur ex contractu ſerui, vel filij, & ſeruus vel filius morte vel emãcipatione, vel manumiſsione, vel alienatione poteſtatem domini vel patris fuerit egreſſus: intra ann. conuenietur pater vel dominus de pecu. vel ſi dolo fecerit quominus aliquid ſit in peculio. hoc in prima. Quandiu vero filius vel ſeruus ſit in poteſtate, de pecu. actio perpetua eſt. eis autem liberatis incipit eſſe annalis. & quod dicitur, perpetua eſt, intellige. i. eſſe poteſt: vt ſi deſcẽdat ex cauſa quæ perpetua eſt. hoc in ſecunda. A quo autẽ tẽpore cõputetur? Et reſpon. ꝙ cum vtilis ſit, & obligatio ſit cõditionalis, ab eo tẽpore computabitur, & ex conditione exiſtente: nõ ex quo filius emancipatus eſt, vel ſeruus manumiſſus. hoc in tertia. Quæritur, quare prętor facit hanc act. annalem? Et reſpon. quòd cum morte vel alienatione extinguitur pecu. ſufficere putabat quòd vſque ad annum porrigitur obligatio. {A L I E N A T I O.} Quia tetigit de emancipatione & ma-

## QVANDO DE PECVlio actio annalis eſt.

### TITVLVS II.

*Quouſque filius vel ſeruus eſt in poteſtate domini, actio de peculio eſt perpetua: ſed poſtquam exierint morte filij, vel ſerui ſeu emancipatione, vel manumiſsione vel alienatione ſerui: efficitur annalis. h.d. vſque ad §. item heres. Pau. de Caſt.*

I. VLPIANVS libro vicenſimo nono ad Edictum.

PRætor ait: *Poſt mortem eius, qui in alterius poteſtate fuerit, poſteáve quàm is emancipatus, manumiſſus, alienátuſve*[a] *fuerit, duntaxat de peculio, & ſi quid dolo*[b] *malo eius, in cuius poteſtate eſt, factum erit quò minus peculij eſſet: in anno*[c] *quo primum de eare experiundi poteſtas erit, iudicium dabo.* Quandiu ſeruus vel filius in poteſtate eſt, de peculio actio perpetua eſt[d]: poſt mortem autem eius, vel poſtquam emancipatus, manumiſſus, alienatúſve fuerit, temporaria eſſe incipit, id eſt[e] annalis. C Annus autem vtilis computabitur. Et ideo & ſi conditionalis ſit obligatio: Iulianus ſcripſit, ex eo computandum annum, non ex quo emancipatus eſt, ſed ex quo peti potuit conditione exiſtente. Meritò autem temporariam in hoc caſu fecit prætor actionem. Nam quum morte vel alienatione extinguatur peculium[f]: ſufficiebat vſq; ad annum produci obligationem. Alienatio autem & manumiſsio ad ſeruos pertinet, non ad filios[g]: mors autem tam ad ſeruos, quàm ad filios refer- D tur: emancipatio vero ad ſolum[h] filium. Sed & ſi alio modo[i] ſine emancipatione deſierit eſſe in poteſtate, annalis erit actio. Sed & ſi morte patris, vel deportatione, ſui iuris fuerit effectus filius: de peculio intra annum heres patris, vel fiſcus[k] tenebuntur. In alienatione accipitur vtique venditor: qui actione de peculio[l] intra annum tenetur. Sed & ſi donauit ſeruum, vel permutauit, vel in dotem dedit, in eadem cauſa eſt.

*In ſingularem ſucceſſorem peculij, & nõ ſerui non datur actio de peculio. hoc dicit ſecundum intellectum glo. Pau. de Caſt.*

Item heres[m] eius qui ſeruũ legauit, nõ cum peculio. Nã ſi cum peculio[n] vel legauit, vel liberum eſſe iuſsit: quæ- B ſtionis fuit[o]. Et mihi verius videtur, non dandam neque in manumiſſum, neq; in eũ[p] cui legatum ſit peculium, de peculio actionem[q]. An ergo teneatur heres? Et ait Cæcilius teneri[r] quia peculium penes eum ſit, qui tradendo id legatario, ſe liberauit. Pegaſus autẽ caueri heredi debere ait ab eo cui peculium legatum ſit: quia ad eum[s] veniunt creditores. Ergo ſi tradiderit ſine cautione: erit cõueniendus[t].

C *Heres qui reſtituit hereditatem retento ſeruo cum peculio, poteſt effectualiter cõueniri etiam perpetuo actione de peculio. Pau.*

Si precepto ſeruo & peculio rogatus ſit heres reſtituere hereditatem: ſi de peculio cõueniatur, Trebelliani exceptione nõ vtetur[u], vt Marcellus tractãs admittit. Is autem, cui reſtituta eſt hereditas: non tenetur, vt Scæuola ait, cum peculiũ non habeat. nec dolo fecerit quò minus haberet. Vſufructu quoque extincto, intra annũ actionem dandam in vſufructuarium[x] Pomponius libro ſexagenſimoprimo ſcripſit.

D *Notabilis eſt hæc lex ad duo. ſi in libello proponantur duæ actiones, quæ electione tolluntur: procedit iudicium, ſi non opponatur. Item error in quem quis deducitur aſſertione aduerſarij, poteſt corrigi poſt definitiuam ſententiam. Bartolus.*

Quæſitũ[y] eſt apud Labeonẽ, ſi cũ filius viueret, tu credẽs eũ mortuũ, annali actione egeris: & quia annus præterierat[z], exceptione ſis repulſus: an rurſus experiri tibi

& manumiſsione, dicit in quibus hæc locũ habeant ꝙ emancipatio pertinet ad filios: alienatio & manumiſsio ad ſeruos: mors ad vtrunq;. hoc in prima. Sed quid ſi filius aliter quàm per emancipationem exierit de poteſtate, puta per dignitatẽ: nunquid actio de peculio erit annalis? dicitur quòd ſic. hoc in ſecunda. Sed quid ſi morte patris, vel emãcipatione, vel deportatione, ſui iuris effectus fuerit, an intra annũ heres patris vel filius teneatur de pecu? dicitur ꝙ ſic. hoc in tertia. Sed quid ſi dominus non vẽdidit ſeruũ, ſed donauit, vel permutauit, vel in dotẽ dedit: an actio de pecul. detur? dicitur ꝙ ſic. hoc in quarta. Si dominus qui tenebatur de peculio ſeruum legauit, & pec. retinuit: heres de pecu. tenebitur. hoc in prima. Si vero vni legauit ſeruum vel liberũ eſſe iuſsit, & alij peculiũ legauit: an teneatur heres, vel ſeruus liber factus, vel ille cui peculiũ legatũ eſt, quæritur. Et reſp. quòd neque in manumiſſum, vel legatariũ dabitur act. de pec. ſed in heredẽ: quia ſatis videtur penes heredem eſſe peculiũ, quia tradendo illud legatario: liberationẽ conſecutus eſt: cauere tamen debet legatarius heredi, vt præſtet eũ indẽnem, ſi à creditoribus conueniatur. ꝙ ſi ſine cautione tradidit, imputet ſibijpſi: & conuenietur ſicut dictum eſt. {SI PRAECEPTO.} Si dominus herede inſtituto, & ei ſeruo prælegato cum peculio ipſum rogauerit de hereditate reſtituẽda, iſq; reſtituerit. ſi poſtea conueniatur: an creditoribus peculiarib⁹ de peculio, aut contra creditores peculia. ſicut contra hereditarios credit. poſſit obijcere exceptio. Treb. ſ. quòd ipſe non ſit conueniendus, ſed ille cui reſtituenda ſit hereditas, quęritur. Et reſp. quòd non. & hoc in prima. An fideicommiſſarius teneatur? dicitur quòd non: cũ ad eum pecul. non venit: nec dolo fecit quo minus haberet. hoc in ſecunda. Viuianus.

a *Alienatúſve.* nominatim pretio peculij accepto: vt ſ. tit. j. l. ſi ex duobus. §. fi. Accur.

b *Dolo.* vt ſupra titu. j. l. ſi ſemel. in fi. quandoque etiam ſine dolo: vt infra titu. j. filiusfamilias.

c *In anno.* vt ſupra de exerci. ſi tamen. in fi. Accurſius.

d *Perpetua eſt.* id eſt, eſſe poteſt: vt infra de ſtatulibe. l. Labeo. nam ſi erat ſui natura prius perpetua: & poſt nunc erit, aliàs tempore ſuo finitur: vt infra eo. cum poſt. & facit. C. quod cũ eo. l. ei qui.

e *Id eſt.* pro. ſ. ponitur. ſic. j. de re indic. ſunt qui. Accurſius.

f *Extinguatur peculium.* ſcilicet defuncti, licet dicatur creſcere ex ſeipſo, quantum ad actionem annalem: vt infra eo. l. fin. quæ eſt contra. item & peculium vicarij eius extinguitur: vt infra titu. j. ſeruus. §. cum Sticho. Accurſius.

g *Non ad filios.* niſi in caſu: vt C. de patri. qui fi. diſ. l. j.

h *Solum.* vt non obſtet. l. quotiens. in fi.

i *Sed & ſi alio modo.* puta dignitate: vt inſtitu. quib. mo ius pa. po. ſol ui. §. ſi filius.

k *Vel fiſcus.* niſi deportatus fuerit.

l *De peculio.* tenetur ſcilicet ſi nominatim pretiũ pro peculio accepit: vt ſ. titu. j. l. ſi ex duobus. §. fi. & l. ſed & ſi quis. & facit. l. quotiens. §. fina. Azo.

m *Item heres eius.* ſ. tenetur de peculio.

n *Nam ſi cum peculio.* dic quod alij fuit legatum peculium, & alij ſeruus: & ita ponitur cum, pro &. aliàs falſum eſſet quod hic dicitur: vt ſ. tit. j. l. quotiens. §. fi.

o *Quæſtionis fuit.* an teneatur heres, vel ille cui legatum eſt peculium, vel ſeruus ſolus. Accurſius.

p *In eum.* ſ. heredem.

q *Actionem.* directam vel vtilem: vt no. ſ. tit. j. ſi Sticho.

r *Cæcilius teneri.* immo non tenetur: vt infra titu. j. l. at cum. quæ eſt contra. ſed diſtingue, an ſit directo relicta libertas: quo caſu ipſe tenetur, cum directo peculiũ fuit conſecutum: vt infra de dote præleg. l. j. §. per contrarium. an per fideicommiſſum: quo caſu imputatur heredi, cũ potuit retinere: vt hic, & infra de tribu. quod in herede. §. ſi ſeruo. Accurſius.

s *Ad eum.* ſ. heredem.

t *Conueniendus.* & ſibi imputet cur ſibi caueri non deſiderauit: vt ſupra de tranſac. l. iij.

u *Non vtetur.* immo videtur ꝙ ſic: vt inſtitu. de fideicommiſ. here. §. ſi quis. quæ eſt cõtra. ſed peculium eſt vniuerſitas incorporea & iuris, in qua actiones continentur: ſed illud eſt verum de corpore aliquo, vel corporea vniuerſitate, vt equitio.

x *In vſufructuarium.* ſ. dicimus. {QVAESITVM.} CASVS. Creditor peculiaris filijfa. credens eum deceſſiſſe, cum tamen degeret intra annũ, egit, & annali exceptione ſubmotus eſt, quia annus iam trãſierat. poſtea erat certus de vita filij, quia non fuit mortuus: an poſsit poſtea experiri comperto quòd filius non deceſsit? Reſpon. quòd de peculio ſic: non de in rem verſo: quia annalis exceptio ad peculium, non ad de in rem verſo actio pertinet. Viuianus.

y *Quæſitum.* aliàs lex, & aliàs. §. Accurſius.

z *Preterierat.* à tempore quo mortuus dicebatur. Accurſius.

a Recte

comperto errore permittendum eſt. Et ait permitti debere duntaxat de peculio, nõ etiam de in rem verſo: nam priore iudicio de in rem verſo rectè [a] actum eſt: quia annua [b] exceptio ad peculiũ, non ad in rem verſum pertinet.

*Si actio prima durabat minus anno, non reſtituitur annalis, ſed tanti temporis cuius illa erat. hoc dicit. Pau. de Caſt.*

B

II. PAVLVS libro trigenſimo ad Edictum.

CVm poſt mortem filijfamilias annua aduerſus patrem actio eſt, quẽadmodum [c] aduerſus eũ eſſet perpetua viuo filio: ideo [d] ſi ex cauſa redhibitionis [e] erat de peculio actio, ſex menſium * erit poſt mortem filij. Idemque dicendum [eſt] in omnibus temporalibus actionibus.

*Si ſperatur filius vel ſeruus redire in poteſtatem ex cauſa quæ retro fingit, licet reuera exiuerit: actio de peculio non deſinit eſſe perpetua. Pau.*

Si ſeruus cui creditum eſt, apud hoſtes ſit: de peculio actio in dominum non anno C finienda eſt, quandiu poſtliminio reuerti poteſt. [f]

*Licet deſinat eſſe peculium ſeruo vel filio exeunte poteſtatem: tamen adhuc largo modo poteſt dici peculium, quantum ad creditores peculiares, quouſque ſit eis ſatisfactum & recipit augmentum, & etiam deminutionẽ ex ipſis rebus peculiaribus. Pau. de Caſt.*

III. POMPONIVS libro quarto ad Q. Mucium.

DEfinitione peculij interdum vtendum [g] eſt, etiam ſi ſeruus in rerum natura eſſe deſijt, & actionem prætor de peculio intra annum dat. Nam & tunc & acceſſionem & deceſſionẽ [h] quaſi peculij recipiendam, quanquam iam deſijt morte ſerui, vel manumiſſione eſſe peculium, vt poſſit ei accedere vt peculio, fructibus, vel pecorum fœtu, ancillarumque partubus: & decedere, veluti ſi mortuum ſit animal, vel alio quolibet modo perierit.

A a *Rectè actum eſt.* quomodo rectè actum eſt, cum actionem de in rem verſo non intendat: ſed de peculio: vt in princip. huius. l. dicitur: vel quia noluit, vel non potuit, cum debuit eligere: vt ſupra de tribu. quod in herede. §. eligere? Reſpon. immo de in rem verſo agit: quia cum egit de peculio, etiam quod in rem verſum eſt petijſſe videtur: vt dixi infra titu. j. l. filius. ergo cum eſt abſolutus ab actione de peculio, etiam in eo quod verſum eſt, abſolutus videtur: vnde conueniri non poteſt. Alij dixerunt, rectè actum eſt, id eſt agi poterit. ſed hic nulla eſt diſcordatio. nam ſecundum hoc, quia de fundo meo aliquando potui agere, hodie non poſſum: quod non eſt verum. vel aliter. poteſt enim dici vtramque propoſitam fuiſſe, & de peculio, & de in rẽ verſo: nec fuit ab aduerſario coactus vt vnam eligeret: quia pater de ſuo iure confidebat. ſed ſecũdum hoc ergo non egit actor recte, quia eligere debuit. ſed expone, recte, id eſt non obſtante errore mortis filij. nam & poſt annũ intendi poteſt non obſtante morte putatiua, vel naturali. Vel dic quia ex vna cauſa, puta ex mutuo in decem egit de peculio: ex alia in quinque: ex locato de in rem verſo. Item opponitur: quia cauſa finita non debet allegari error: vt C. de iur. & fac. ign. l. error. in fi. quæ eſt contra. Sed illud eſt de rigore iuris ciuilis, non de æquitate: vt ſupra de inſtitu. ac. l. habebat. in fin. j. reſpon. Vel verius, ibi de errore proprio errantis tantum, hic de communi. Vel dic, hic errabat in eo quòd aduerſario credidit: vt ſupra quod cum eo. l. ſed ſi. § fi. ibi in eo caſu, quòd ſibi errando credidit. Accurſius.

b *Quia annua.* vbi ſcilicet non eſſet error.

CVm poſt.} CASVS. Sicut viuo filio perpetua eſt actio, & poſt mortem annua: ſic vbi non eſt perpetua, quia vj. menſium, vt eſt redhibitoria, viuo filio non datur intra annum, ſed intra ſex menſes tantum, ſi tantum ſupererat moriente filio: aliquin tantum quantum ſupererat. hoc in prima. Item dicendum eſt in omnibus temporalibus actionibus. {SI SERVVS.} Seruus meus captus eſt ab hoſtibus. an creditores eius poſſint me poſt annum captionis eius conuenire? & reſpon. quòd ſic. Viuianus.

c *Quemadmodum.* id eſt ſicut.

d *Ideo.* quaſi dicat, ergo vbi non erat perpetua viuo filio, nõ datur intra annum. & dic quòd actio quæ eſt. vj. menſium, id eſt quæ conſueuerat durare per ſex menſes, erit poſt mortem filij intra tempus quod ſupererat mortuo filio: non autem dico quòd poſt mortem filij duret ſemper per ſex menſes. hoc enim eſſet falſum: vt ſupra ex qui. cau. ma. l. ſed & ſi per prætorem §. quotiens. & de mino. l. ſi.

e *Redhibitionis.* & ſic ſex menſium: vt infra de ædil. edic. ſciendum. §. finali.

f *Reuerti poteſt.* ar. ſupra ad Mace. l. j. §. ſi pendeat. Accur.

DEfinitione.} CASVS. Licet ſeruus cuius nomine de pecu. dominus tenetur, deceſſit, vel alienatus fuit, & ſic extinguatur pecu. tamen cum remanet definitio pecu. intra annum à tempore mortis, vel alienationis, vel manumiſſionis, in dominum dabitur actio: quia poſt mortem poteſt augeri vel minui: puta in fœtu. Viuia.

g *Vtendũ.* vt definiamus eſſe peculiũ licet extinctũ fuerit: vt ſupra eod. l. j. §. merito. quæ eſt contra. Acc.

h *Deceſſionem.* immo tẽpus mortis ſerui: vt ſupra titul. j. l. pe. j. reſpon. quæ eſt contra. ſed certe illud tempus ſcilicet mortis ſpectatur, & etiam iſtud: vt ibi dixi.

## DE IN REM VERSO.

B

### TITVLVS III.

*Actio de in rem verſo neceſſaria eſt vbi ceſſat actio de peculio. Item eſt vtilis, vt ſi concurrat cum agentibus de peculio, præfeRatur. Item ſi agens de peculio præoccupet: actio de in rem verſo extinguitur, ſi quod verſum erat, ſoluatur: aliàs ſecus. Bartolus.*

I. VLPIANVS libro vicenſimo nono ad Edictum.

SI hi qui in poteſtate aliena ſunt, nihil in peculio habẽt vel habeant, non in ſolidũ tamen teneantur qui eos habent in poteſtate, ſi in rẽ eorum quod acceptum eſt, con C uerſum ſit: quaſi cũ ipſis potius contractum videatur. [i] Nec videtur fruſtra de in rẽ verſo actio promiſſa, * quaſi ſufficeret de peculio. Rectiſſimè enim Labeo dicit, fieri poſſe [k] vt & in rẽ verſum ſit, & ceſſet de peculio actio. Quid enim ſi dominus peculium ademit [l] ſine dolo malo? Quid ſi morte ſerui extinctum [m] eſt peculiũ, & annus vtilis præterijt? De in rẽ verſo nanq; actio perpetua eſt: & locũ habet ſiue ademit ſine dolo malo, [n] ſiue actio de peculio anno finita eſt. [o]

* permiſſa

DE IN REM verſo.

*Quia triplex eſt actio ex edicto iſto, & dixit ſupra de vna. ſ. de peculio: ſubijcit de alia: vt ſ. de peculio. l. 1. § eſt autem.*

SI hi qui.} CASVS. Si ex contractu ſerui vel filijfa. qui peculium non habent, aliquid in rem patris vel domini verſum ſit: de in rem verſo eſt actio. hoc in prima. nec videtur actio de in rem ver. ſuperfluere, quaſi ſufficiat de pec. actio: quia poteſt fieri vt in rem verſum ſit perpetua, & ceſſet de pecu. actio, quia nihil in pecu. ſit, quia dominus ſine dolo malo ademit, vel morte ſerui extinctũ eſt pec. & annus intra quem dominus cõuenietur de pec. præteritus eſt: & æquum eſt dari de in rem ver. quę perpetua eſt. & hoc in ſecunda. Item ſi duo agant de pe. tertius de in rem verſo. vel pone quòd vnus vertit, alius non: & vterque agit de pec. plus conſequetur is qui vertit, quàm is qui non vertit: quia ille quatenus eſt in pe. D conſequetur, vt ſit ſenſus: quia quod in rem verſum eſt, videatur eſſe in pec. domino ex hoc debitore peculiari conſtituto, inſpecta perſona huius creditoris. & retento hoc caſu ſi vnus agat de pec. præueniens eũ qui volebat agere de in rem verſo: dicit quòd nihil huius quod erat verſum in rem domini, in peculium conuerſum eſt, cum pro ſuo ſolutum eſt. ſi tamen is qui egit de peculio, non ſit totum conſecutus, quia ſibi debebatur: non ceſſat de in rem ver. act. Viuia.

i *Videatur.* vt inſti. quod cum eo. §. fi. & infra tit. j. l. j. in prin. & ſupra ſi cer. pe. ſi inſtitorem.

k *Poſſe.* vt infra eo. filiusfami. in fi. l.

l *Ademit.* & tunc quandoque agitur: vt infra eo. ſi filiusfa.

m *Extinctum.* definit enim vt homo: vt ſupra tit. ij. peculium. & ſupra titu. j. l. j. §. merito.

n *Sine dolo.* aliud ſi dolo: vt ſ. tit. ij. ſed ſi damnum. §. præterea. & l. in ſumma. in prin. & no. hic, quòd vtraq; actio impeditur, vel deficit id propter id quod domino debetur: vt j. eo. ſi pro parte. §. ſi domino. & hoc plus eſt in actione de peculio: quia & cum ſeruis & ſimilibus debitũ prædeduceretur: quod hic non dicitur.

o *Finita eſt.* vt hic, & j. eo. ſi pro patre. §. idem tractat.

Item ſi plures agant de peculio, proficere hoc ei cuius pecunia in rem verſa eſt, debet: vt ipſe vberiorem[a] actionẽ habeat. Certè ſi præuentum[b] ſit ab aliquo, & actum de peculio: de in rem verſo actio an ceſſet, videndum [eſt.] Et refert Pōponius Iulianum exiſtimare, de peculio actione perimi de in rem verſo actionem: quia in peculiũ cõuerſum eſt quod in domini rem erat verſum, & pro ſeruo ſolutum eſt: quemadmodum[c] ſi ipſi ſeruo à domino fuiſſet ſolutum: ſed ita demum, ſi præſtiterit ex actione de peculio dominus, quod ſeruus in rem eius verterat. Ceterùm ſi non præſtiterit: manet actio de in rem verſo.

*Non dicitur verſum in vtilitatem alicuius, quando ille tantum erogat quãtum accepit. hoc dicit cum princi. l. ſeq. & habetur iſtud ſummarium in l. ciuitatibus. infra de lega. 1. Pau. de Caſt.*

II. IAVOLENVS libro duodecimo ex Caſsio.

QVi nummis acceptis[d] ſeruum manumiſit, agi cum eo de in rẽ verſo non poteſt[e]: quia dando libertatem locupletior ex nũmis non fit[f].

III. VLPIANVS libro vicenſimonono ad Edictum.

QVod ſi ſeruus domino quantitatem dederit, vt manumittatur, quã à me mutuam acceperit: in peculium quidẽ hanc quantitatem non computari:[g] in rem autem [domini] videri verſum, ſi quid plus ſit in eo quod ſeruus dedit, quàm eſt in ſerui pretio.[h]

*Iſte. §. vſque ad finem legis ponit quando dicatur verſum in rem patris vel domini. & caſus ſummarius iſtius. §. ponitur in ver. & regulariter dicimus. vbi iuriſconſultus ponit optimam regulam, quando ſit verum quòd actio de in rem verſo competat. Baldus.*

In rem autem verſum videtur ſiue[i] idipſum quod ſeruus accepit in rẽ domini conuertit, veluti ſi triticum acceperit, & idipſum in familiam domini cibariorum nomine conſumpſerit: aut ſi pecuniã à creditore acceptam, dominico creditori ſoluerit.[k] Sed & ſi errauit in ſoluendo, & putauit creditorem eum, qui non erat, æquè in rem verſum eſſe, Pomponius libro ſexagenſimoprimo ait: quatenus indebiti repetitionem dominus haberet.[l] Siue[m] cum ſeruus domini negotij gerendi adminiſtrandive cauſa quid geſsit, veluti ſi mutuatus ſit pecuniam, vt frumentum compararet ad familiam alendam, vel ſi [veſtimenta] ad veſtiendam: ſiue[n] peculiariter mutuatus, poſtea in rem domi-

a *Vberiorem.* vt & aliàs ſupra tit. ij. ex facto. §. plane. & hoc ſi agat de in rẽ verſo: ſecus ſi de peculio: vt ſupra de tribu. procurator. §. plane ſi in eadẽ. Vel dic vt litera velle videtur, etiã ſi de peculio agat. Accurſius.

b *Præuentum.* facit ſupra titu. ij. ſi vero. Accurſius.

c *Quemadmodum.* ſcilicet videretur deſinere eſſe vbi eſſet verſum in peculiũ, vel eſſet liberatus ab actione de in rem verſo. Accur.

QVi nummis.} CASVS. Rogatu ſerui mei pecuniam mihi donaſti vt eum manumitterem, & manumiſi. an pecunia videatur in rem meam eſſe verſa, vt ſic tenear de in rem verſo, quęritur. Et dicitur quòd non: quia, &c. ſi ſeruus valuit tantum. v. & x. recepi vt eum manumitterem: illud plus quod valeat, puta. v. illa videbũtur in rem meam verſa. Viuianus.

d *Qui nummis acceptis.* ab alio, non à ſeruo: vt differat à ſeq. l. j. reſp.

e *Non poteſt.* ratione horum nummorum. Accurſius.

f *Non fit.* & quia cum ſeruo non eſt contractum: vt ſupra quod cum eo. l. j. & quia de huiuſmodi contractibus non fuit cogitatum quando actio de in rem verſo fuit inducta: vt infra mand. l. cum ſeruus. §. quòd ſi de ſuis.

QVod ſi ſeruus.} CASVS. prin. continuatur cum. l. præcedenti. {IN REM.} Si ſeruus accepit mutuũ frumentum vt familia domini paſceretur: videtur in rem verſum. hoc in prima. Idem eſt ſi accepit mutuam pecuniam, & creditoribus domini ſoluerit. hoc in ſecunda. Si vero ei ſoluit qui creditor non erat, & ita errauit ſibi ſoluendo: an videatur in rem domini verſum? dicitur quòd ſic: quia dominus etiam non ratam habendam ſolutionem habet condic. inde. hoc in tertia. Si verò mutuam accepit pecuniam vt frumentum compararet, vt familia domini aleretur: videbitur, &c. hoc in quarta. Idem eſt ſi accepit mutuam pecuniam, & in pecu. tranſuertit: & ſtatim in rem domini vertit. & quotiens liber homo ſi gereret negotia domini vel cum mandato vel ſine, habet neg. geſt. actionem vel mandati: totiens ſi ſeruus gerens domini negotia contraxit, & ex contractu eius aliquid in rem domini verſum fuerit: obligabitur dominus de in rem verſo. hoc in quinta. vnde ſi ſeruus accipiat mutuũ vt ſe aleret aut veſtiret ad eum modũ quo dominus conſueuit ſeruum veſtire: dominus tenebitur de in rem verſo. idem eſt in filio. hoc in ſexta. Si vero accepit mutuum, & domum domini picturis & loricationibus ornauit: an videatur in rem domini verſum? dicitur quòd non: ſicut neq; procurator ſi voluptarios tales ſumptus feciſſet, non repetet niſi quatenus vt liceat creditori abradere ſine læſione prioris ſtatus domus domini: & hoc ea ratione, ne dominus ſumptibus ſic factis cogeretur domum diſtrahere, vel id ſoluat in quo domus precioſior eſt facta. & hoc in ſeptima. Si vero accepit mutuum, & illud alij mutuauit: an videatur in rem domini verſum? reſpon. quòd ſic, quia domino acquiſitum eſt. quod verum eſt, ſi nomen illud peculiare non fecit, ſed in rem domini conuertit: ita tamen, vt ſi non expediat domino habere tale nomen, liberetur cedendo creditori actionem, & in rem ſuam procuratorem eum faciat. hoc in octaua. {NEC NON.} Si ſeruus volente domino mutuatus pecuniam, vnguenta luxuriæ cauſa emit, vel alias delicias: an teneatur de in rem verſo, quæritur. Et reſpon. quòd ſic: quia non refert ſi fuit conſumptum quod mutuatum eſt, bene vel male, dum tamen in eius negotiationem, & eo volente. hoc in prima. Si vero ſeruus mutuatus pecuniam frumentum ad alendam familiam domini comparauit, & ille in horreo domini depoſuerit, & conſumptum igni fuerit vel corruptum: an de in rem verſo dominus teneatur? dicitur quòd ſic. hoc in ſecunda. Idem eſt ſi ſeruum neceſſarium domino emiſſet, & deceſsit. & hoc in tertia. ſed ſi accepit mutuũ quaſi in rem domini verſurus, nec in rem vertit: & ſic creditorem decepit: non tenetur dominus. hoc in quarta. Quid autem ſi talis erat ſeruus qui ſolitus erat vertere, an noceat domino quo magis teneatur? Et reſpon. quòd non: neq; refert ſi ea mente accepit vt verteret, ſed alio vertit: vel non ea mente accepit. vnde curioſus debet eſſe creditor in quem caſum mutuet: vt ſic mutuet vt vertatur. hoc in v. {SI MVTVATVS.} Si ſeruus ad veſtes familiæ domini cõparandas mutuum accepit, & pecunia perijt, veſtes tamen comparauit: vtrum vẽditori vel creditori detur act. de in rem verſo, quæritur. & diſtinguitur: aut pecunia erat ſalua, quia creditor eam numerauit, & veſtis perijt: aut econuerſo. primo agit creditor. ſecundo caſu ſimiliter & venditor agit; quia veſtes ad familiam peruenerunt: & ſic vna cauſa dominus incepit duobus teneri. Si vero tam veſtis quàm pecunia perijt, vterque aget in hoc conſiderata amborum voluntate: quia ambo volebant in rem domini vertere: & hic domini occupantis, id eſt in litem conteſtãtis melior eſt conditio: quia iniquum eſt vtrique dominum de in rem verſo debere condemnari. Viuianus.

g *Non computari.* hoc ideo, quia non eſt domino data pecunia vt ad eam reddendam teneatur. aliàs fieret nomen peculiare: vt ſupra tit. ij. quam Tuberonis. §. fi. Accurſius.

h *In ſerui pretio.* nota nõ intelligi quẽ lucrari niſi dãno deducto: vt s. eo. l. j. §. fi. & j. pro ſocio. Mutius. & s. ad legẽ Rho. de iac. nauis. j. ibi, ſed diſtinctio &c. Sed nũquid & ſuperiori caſu l. præcedentis agitur hac actione in id quod dominus habet vltra pretiũ ſerui? Reſpondeo: non: & quia ibi non fuit cũ ſeruo contractum: & propter aliam rationem: vt ibi dixi.

i *Siue.* hoc ſiue reſpicit alia duo ſiue, quæ ſunt j. Accur.

k *Soluerit.* hoc enim directo vertitur: ut j. de iure do. l. fi. in fin. l. Accurſius.

l *Haberet.* in hoc differt à geſtore negotiorum, qui non imputat in debitum, niſi dominus ratum habeat: vt s. de negot. geſt. l. ſi quis aliena. & eſt ratio: quia condictio indebiti etiam inuito domino quæritur per ſeruum, vt j. de ver. oblig. l. ſeruus vetante. ſed per geſtorem non, niſi ſit ratum habitum. Et nota hic, quòd ideo quòd actio eſt domino quæſita, videtur verſum: vt j. e. §. idem Labeo. Accurſius.

m *Siue.* & hoc ſiue reſpicit aliud inferius ſiue: & hoc ſecundo caſu vertit per obliquum.

n *Siue.* Et hoc reſpicit ſuperiora ſiue. & hoc ſecũdo caſu per obliquum vertitur.

ni vertit [pecuniã.] Hoc enĩ iure vtimur, vt etiã ſi pri⁹ in peculiũ [a] vertit pecuniã, mox in rem domini: eſſe de in rẽ verſo actio poſsit. Et regulariter [b] dicimus, totiens de in rẽ verſo eſſe actionẽ, quibus caſibus procurator mandati, vel qui negotia geſsit, negotiorũ geſtorũ haberet actionẽ quotienſq; aliquid cõſum pſit [c] ſeruus, vt aut meliorem rẽ dominus haberet,* aut nõ B deteriorẽ [d]. Proinde ſi ſeruus ſumpſit pecuniam, vt ſe aleret & veſtiret ſecundũ cõſuetudinẽ domini, id eſt, vſq; ad eum modũ quem dominus ei prẹſtare cõſueuerat, in rẽ videri domini vertiſſe, Labeo ſcribit. Ergo idem erit & in filio. † [e] Sed ſi mutua pecunia accepta, domũ dominicam exornauit tectorijs, & quibuſdã alijs, quæ magis ad voluptatẽ pertinent, quàm ad vtilitatẽ, nõ videtur verſum: quia nec procurator [f] hẹc imputaret: niſi forte mandatũ [g] domini aut voluntatem [h] habuit. Nec debere ex eo onerari dominũ, quod ipſe factur⁹ nõ eſſet. Quid ergo eſt? Pati debet dominus creditorem hæc auferre, ſine domus ſuæ videlicet iniuria: ne cogẽdus ſit dominus vẽdere domũ, vt quanti pretioſior facta eſt, id præſtet. Idẽ Labeo ait, ſi ſeruus mutuatus nũmos à me, alij eos crediderit, de in rem verſo dominũ teneri: quòd [i] nomẽ ei [k] adquiſitũ eſt. quam ſententiã Põponius ita probat, ſi non peculiare nomen fecit, ſed quaſi dominicæ rationis: ex qua cauſa hactenus [l] erit dominus obligatus: vt ſi non putat ſibi expedire nomen debitoris habere, cedat [m] creditori actionibus, procuratoremque [n] eũ faciat. Necnõ illud quoq; in rẽ domini verſum Labeo ait, quod mutuat⁹ ſeru⁹, domino emit volenti [o] ad luxuriæ materiã, vnguẽta fortè, vel ſi quid ad delicias, vel ſi quid ad turpes ſumptus ſumminiſtrauit. Neq; enim ſpectamus an bono dñi ceſſerit, quod cõſumptũ eſt, ſed an in negotiũ domini. Vnde rectè dicitur, & ſi frumentũ cõparauit ſeruus ad alendã domini familiã, & in horreo dominico repoſuit, & hoc perijt, vel corruptũ eſt, vel arſit: videri [in rẽ [p] domini] verſum. Sed & ſi ſeruũ domino neceſſariũ emiſſet, iſq; deceſsiſſet, vel inſulã fulſiſſet, eaq; ruiſſet: dicerem eſſe actionẽ de in rem verſo.

Sed ſi ſic accepit, quaſi in rẽ domini verteret, nec vertit: & decepit creditorẽ: non videtur verſum: [q] nec tenetur dominus ne credulitas creditoris domino obeſſet, vel calliditas ſerui noceret. Quid tamen ſi is fuit ſeruus, qui ſolitus erat accipiẽs vertere? Adhuc non puto nocere domino, ſi alia mente ſeruus accepit: aut ſi quũ hac mẽte accepiſſet, poſtea aliò vertit. [r] Curioſus igitur debet eſſe creditor, quò vertatur. [s]

C *Sufficit negotiũ vtiliter eſſe cœptum, ad hoc vt actio de in rem verſo competat. Item ſi pluribus ex eadẽ cauſa cõpetit hæc actio, melior eſt conditio occupantis. Baldus.*

Si mutuat⁹ ſit pecunia ſeru⁹ ad veſtẽ comparandã, & nũmi perierint: quis de in rẽ verſo agere poſsit? vtrum creditor, an venditor? Puto autẽ, ſi quidẽ pretiũ numeratũ [t] ſit, creditorẽ de in rẽ verſo acturũ, etſi veſtis perierit. Si autẽ nõ fuit pretiũ ſolutũ, ad hoc tamẽ data pecunia, vt veſtis emeretur, & pecunia perierit, veſtis tamẽ familiæ diuiſa eſt: vtiq; creditorẽ de in rem verſo habere actionẽ. an & vẽditor [u] habeat, quia res eius D peruenerunt in rem domini? ratio [x] hoc facit, vt teneatur. [y] Vnde incipit dominus teneri ex vna cauſa [z] duobus. proinde & ſi tam pecunia quàm veſtis perijt, dicendum erit vtriq; dominum teneri: quoniam ambo in rem domini vertere voluerunt. [a]

IIII. GAIVS libro nono ad Edictum Prouinciale.

SEd dicendũ eſt, occupantis [b] meliorẽ conditionem eſſe debere. nam vtriſq; con-

---

a *Prius in peculium.* vt infra eo. ſi res. §. placet. ſed contra infra eo. & ideo. §. idem ſcribit. in fi. Et no. quòd non intereſt, directo an per obliquum fiat quid: vt & infra de cõdi. inſtitu. quæ ſub conditione. §. ſi ſub iureiurando. in fin. §. arg. infra de vul. ſubſti. qui liberis. §. hæc verba. Accurſius.

A uus ſi in rem. & infra ea. l. §. fina. & l. ſi res. in fin. j. reſpon. & ſupra de nego. geſt. ſed an vltro. §. is qui. ſed contra infra eod. ſi pro patre. §. verſum. Sol. quod ibi dicitur, locum habet cũ res verſa eſt in rem domini vnde competit actio de in rem verſo: niſi poſtea verſum eſſe deſinat: vt quia ſeruus domini debitor factus eſt: vt infra eod. ſi pro patre. §. ſi domini. hic autem loquitur cum ſeruus vel alius per caſum fortuitum impeditus eſt vertere.

b *Et regulariter.* no. regulam, quæ contra intellecta falſa eſt. nam tunc demum hæc datur, vbi illæ cõpetunt, ſed non econtra: vt patet ſupra eo. §. ſed ſi errauerit. & infra eod. ſi res. j. reſpon. & §. idem ait. in fi. & l. nam ſi hoc & l. & ideo. §. idem ait. in fi. §. ſed ita vt poſita eſt, vera eſt.

c *Conſumpſit.* in rem dominicam vertendo. Accurſius.

d *Deteriorem.* in his duobus caſibus nõ eſt voluntas domini neceſſaria. fuerunt enim impenſæ neceſſariẹ & vtiles: vt infra de verbo. ſign. l. impenſæ. in voluptarijs enim eius voluntatem vel præcedere vel ſequi oportet: vt infra eo. §. ſed ſi mutua. & §. necnon. & infra. l. ſi res. §. idem ait. & §. quod ſeruus.

e *Et in filio.* cum eadem ſit ratio: vt argu. ſupra de iudi. ſed & ſi reſtituatur. §. ex quibus. & inſtitut. quod cum eo. §. & quia. & facit ſupra ad Macedo. ſed Iulianus. §. quod dicitur. & j. eo. pater. & l. fin. & l. & ideo. §. illud plane. & l. filiuſfamil.

f *Nec procurator hæc imputaret.* vt infra manda. idemque. §. idem ait. ſed pati debet abradere: vt ſupra de rei vindica. in fundo. & infra de impen. pro voluptarijs. & l. quòd ſi hæres.

g *Mandatum.* ſcilicet prius.

h *Voluntatem.* ſcilicet poſt, vt per ratihabitionem. Accurſius.

i *Quòd.* id eſt quia. & facit ſ. ea. l. §. ſed & ſi errauerit. Accurſius.

k *Ei.* ſ. domino.

l *Hactenus.* id eſt interim.

m *Cedat.* cum ideo teneatur, quia actionem habeat: vt ſupra titu. ij. quod debetur. in fin.

n *Procuratorémque.* in rem ſuam. Accurſius.

o *Volenti.* bene dicit volenti. aliàs enim nõ eſt eius ſumptus repetitio: vt ſupra ea. l. §. ſed ſi mutua. ſed in volente fallit in duobus caſibus: vt inter virum & vxorem: vt infra de impen. l. pro voluptarijs. & in minore: vt infra manda. ſi vero non. §. ſi adoleſcens.

p *Videri in rem.* ſufficit enim vtiliter cœptum: vt infra eo. ſer ff. Vetus.

q *Non videtur verſum.* Arg. contra infra ea. l. §. fi. in fi. Accurſius.

r *Alio vertit.* ſecus ſi non aliò vertit, ſed caſu perijt: vt infra eo. l. ſeruus.

s *Quo vertatur.* hoc ſpeciale vt tantæ debeat eſſet diligentiæ, vt videat vbi expendatur. ſic in eo pretio quod datur Eccleſiæ: vt C. de ſacroſan. eccle. aut. hoc ius. at in eo qui mutuat ad nauem, exigo minorem diligentiam: vt ſupra de exerci. l. fi. §. penul. In alijs autem generaliter medium teneo: vt infra de iur. & fac. igno. l. nec ſupina. & infra ad. l. Iuliam de adul. l. mariti. §. quæſitum. niſi in caſu, vbi etiam debet diſsimulare ſi ſcit: vt infra de noua. l. doli. in fin. Accurſius.

t *Numeratum.* venditori veſtis. Accurſius.

u *Nam & venditor.* bona eſt ratio: quia tantum facit peruentio quantum ad hoc vt perueniat facta numeratio ad creditorem: vt ſupra ead. l. §. vnde recte.

x *Ratio.* ſcilicet mea.

y *Vt teneatur.* ſcilicet creditori. nam de venditore conſtat.

z *Ex vna cauſa.* immo videntur duæ cauſæ: vna mutui, altera ex venditione. ſed ſic loquitur, quaſi dicat ex vnica re verſa, vel propter vnam rẽ verſam, & quod dicit, duobus teneri, eſt contra infra eodem. quamuis. ſed ibi fideiuſſor non interuenit quaſi in rem domini verſurus: argu. infra eo. & ideo. §. idem. in fin. §. Accurſius.

a *Voluerunt.* ſed hæc credulitas non videtur ſufficere: vt ſupra ead. l. §. ſed ſi ſic. quæ eſt contra. ſolu. ibi alio vertit: hic autem caſu perijt. Accurſius.

b *Sed dicendum eſt occupantis.* ſcilicet in vltimo caſu, quando perijt vtraque. alias durum videtur. ſed forte toleratur, etiam ſi prius ille agit cuius res perijt: vt ſupra eod. l. j. §. fina. Accurſius.

a *Iniquum eſt.* vt hic, & infra de re. iur. l. bona fides & de verbo. obli. qui bis idem. & infra de adimen. leg. l. iij. §. ſi quis Titio. ſed arg. contra infra eo. l. ſi duobus.

demnari dominum de in rē verſo, iniquum eſt.[a]

*In rebus non neceſſariis verum pretium, in neceſſariis pretium conuentum inſpicitur. Bartolus.*

V. VLPIANVS libro viceſimo nono ad Edictum.

SI res domino non neceſſarias emerit ſeruus, quaſi domino neceſſarias, veluti ſeruos: hactenus videri in rē eius verſum Pomponius ſcribit, quatenus ſeruorum verū pretium[b] facit: cum ſi neceſſarias emiſſet, in ſolidū[c] quāto veniſſent,[d] teneretur. Idē ait, ſiue ratum habeat ſerui contractum dominus, ſiue non: de in rem verſo eſſe actionem.[e] Quod ſeruus[f] domino emit: ſi quidem voluntate[g] eius emit, poteſt quod iuſſu[h] agi. Sin verò non ex voluntate: ſi quidem dominus ratum habuerit, vel alioquin rem neceſſariam vel vtilem domino emit, de in rē verſo actio erit.[i] Si vero nihil eorum eſt, de peculio erit actio.

*Diuiditur in duas partes. Primo, quando ſeruus geſſit ab initio negotium peculiare. Secundo, quando ab initio geſſit negotia domini. Secunda incipit in l. & ideo. ver. illud plane. & breuiter hoc dicit. Si ſeruus ab initio peculiare negotium gerit, actio de in rem verſo locum habet, ſi ſeruus in rem domini vertat animo dominum obligandi.*

SI res.} CASVS. Si ſeruus mutuatus pecu. domino non neceſſarias res comparauit: eatenus dominus tenetur, quatenus in facto pretiū eſt ſeruorum: cum ſi neceſſarias emiſſet, in ſolidum debet teneri: nec refert his caſibus, habuit dominus ratum contractum, ſiue non quo minus teneatur de in rem verſo. {QVOD SERVVS.} Si ſeruus domino aliquid emit: aut voluntate eius: aut nolente domino, ſed eo poſt ratum habente: an nec eō volente, neque ratum habente. Primo caſu tenetur dominus quod iuſſu. Secundo, de in rem verſo. Tertio, de peculio. {PLACET.} Non ſolum ſi ſeruus pecuniam immediate in rem domini vertit: ſed ſi primo in res peculiares, deinde in rem domini: tenebitur dominus de in rem verſo. quod verum eſt, cum ſeruus gerit rem domini, & locupletiorem eum fecit nummis peculiaribus. Sed quid ſi dominus poſtquam verſa eſt in cauſam peculiarem, adimat ſeruo peculium: vel eū vendat cum pecu. nunquid tenetur dominus de in rem verſo? dicitur quòd non: quia ſi hoc verum eſſet, quā docunque dominus locupletior eſſet factus, dominus deberet teneri de in rem verſo: quod eſſet falſum. vnde ſi ſeruus donet domino rē peculiarem, actio de in rem verſo ceſſabit. ſi vero mutuum accepit hoc animo vt verteret in rem domini, & huius propoſiti creditor pecuniam domino dederit, neque noluit eum ſibi obligare: de in rem verſo actio eſt. Viuianus.

b *Verum pretium.* id eſt iuſtum. ſic infra de leg. j. ſi fideiuſſor. §. fina. & inſtitu. qui ma. non poſ. §. ſemel. & facit infra eod. ſi fundum.

c *In ſolidum.* etiam eis conſumptis vel perditis: vt hic & ſupra eod. l. iiij. §. ſed & ſi ſeruum. & infra eod. ſeruus ſi in rem. & ſupra de nego. geſt. ſiue hereditaria. Accurſius.

d *Veniſſent.* id eſt empti eſſent. Accurſius.

e *Eſſe actionem.* in neceſſarijs & vtilibus, vt diximus modo: at in voluptarijs ita demum, ſi dominus habuit ratum, vel voluit: alioquin de peculio tantum: vt ſupra eo. l. iij. §. ſed ſi mutua. & §. necnon illud. & infra proxi. §. Accurſius.

f *Quod ſeruus.* ſi quidem veniſſet, id eſt emiſſet.

g *Voluntate.* præambula: vel ex voluntate ſequente. Accur.

h *Quod iuſſu.* nihilominus & de in rem verſo: vt infra eod. l. quidam. & hoc ſtatim ſupponit, cum ratum eſt habitum negotium. ergo vbi in rem dominicam contrahit patre vel domino iubente, vel ratum habente, datur quod iuſſu, & de in rem verſo. ſi in peculiarem, agitur quod iuſſu tantum. Sed quidam dicunt, quòd in re dominica datur quod iuſſu ita demum, ſi iuſſus dirigatur ad contrahentem cum ſeruo. ſi vero ad ſeruum, agitur de in rem verſo tantum in re dominica, in peculiari quod iuſſu.

i *Actio erit.* ſcilicet in ſolidum: vt hic, & ſupra proxi. §. & l. quod ſi ſeruus. §. proinde ſi. & ſuprà nau. cau. ſta. l. idem. §. ſi filius. Scilicet prout hic datur actio de in rem verſo, quādo ratum habuit, eſt contra infra quòd iuſſu. l. j. §. ſi ratū. Sol. hic ratum habuit negotium dominicum: ideoque de in rem verſo actio eſt. ibi peculiare: ideoque quod iuſſu actio datur, ſecundum quoſdam. Vel dic quòd non eſt contra.

A k *Peruenerit.* eo ipſo quòd penes dominum eſt: vt infra eod. quidam. in fi. & ſupra eo. quòd ſi ſeruus. j. reſpon.

l *Gerens.* eo propoſito vt dominum ſibi obliget: vt infra eo. l. & ideo. §. idem ait. in fin. §. vel re ipſa eum obligat: quia non habet animum in contrarium: vt ſ. eo. quòd ſi ſeruus. j. reſpō. & §. ſiue peculiariter. in caſu tamen etiam ſi non habeat animum obligandi ſibi dominum, tamen datur ſecum contrahenti de in rem verſo: vt ſi donet ſeruus domino rem. & tunc diſtinguitur an ſic acceperit, vt vertat: vt tunc agatur de in rem verſo: alias non: vt infra eo. l. & ideo. §. plane ſi mutuam. quæ eſt contra.

*ſecus ſi facto domini vel alterius, ſeu facto ſerui, non animo dominum obligandi. ſed ſi ab initio gerit negotium dominicum, quocunque modo in rem domini vertatur, hæc actio habet locum. Bartolus.*

Placet non ſolū eam pecuniam in rē verti, quæ ſtatim à creditore ad dominum peruenerit:[k] ſed & [eam] quæ prius fuerit in peculio. Hoc autem totiens verū eſt, quotiens ſeruus rem domini gerens,[l] locupletiorem eū facit nūmis peculiaribus.[m] Alioquin[n] ſi ſeruo peculium[o] dominus adimat, vel ſi vendat eum cum peculio,[p] vel rem eius peculiarem[q] & pretium exigat, non videtur in rem verſum.[r]

B

VI. TRYPHONINVS libro primo ad Diſputationem.

NAm ſi hoc verum[s] eſſet: etiam antequam venderet rem peculiarem, de in rē verſo teneretur: quia hoc ipſo quòd ſeruus rem in peculio haberet, locupletior fieret[t]. quod aperte falſum eſt[u].

C

VII. VLPIANVS libro viceſimo nono ad Edictum.

ET ideo[x] & ſi donauerit ſeru[y] domino rē peculiarem,[y] actio de in rē verſo ceſſabit. & ſunt iſta vera. Planè ſi mutuū ſeruus acceperit,[z]

m *Peculiaribus.* ſuo facto vertendo. Acc.

n *Alioquin.* id eſt, ſi nō domini, ſed peculiare negotium gerit.

o *Peculium.* vt ſupra eod. quòd ſi ſeruus. §. ſiue peculiariter.

p *Peculio.* & ita plus habet propter peculium: ſiue nominatim accipiat pretium pro peculio, ſiue non.

q *Peculiarem.* ſcilicet vendat dominus.

r *In rem verſum.* imò certè videtur: vt ſ. de inſti. l. & ideo. quæ eſt contra. Sol. vt ibi.

s *NAm ſi hoc verum eſſet.* quòd quātumcunq; eſſet dominus locupletior etiam ſine ſerui facto, de peculio teneretur. Accurſius.

t *Fierit.* ſcilicet dominus.

u *Falſum eſt.* vt tunc ſemper de in rem verſo teneatur: vt hic & ſ. ad Maced. l. ſed ſi pater. §. hoc ſenatuſconſultum.

ET ideo.} Continuatur prin. cū. l. ſuperiori. CASVS. in. §. illud, eſt talis: Si dedi ſeruo tuo argentum vt faceret mihi pocula, & factis poculis deceſsit: an tenearis de in rem verſo? dicitur quòd non: quia vindicare potero à quolibet poſsidente: res tamē peculiares effectæ ſunt. {ILLVD.} Si ſeruus tuus ad funus filij tui odores cōparauit, an teneatur creditoribus? dicit quidam quòd ſic. hoc in prima. Si vero à ſeruo tuo emi hereditatem, & creditoribus hereditarijs ſolui: & hereditas à me euicta ſit: act. ex empto conſequar quod ſolui. hoc in ſecunda. Si vero ſeruus tuus teneatur mihi in. c. & per compenſationem hereditatem ab eo emi: & hereditas euicta eſt: act. ex empto de in rem verſo conſequar quod mihi debebat. &
D hoc dicit Mela. author huius. l. dicit non competere act. de in rē verſo in hoc vltimo caſu, niſi eo animo geſſerit ſeruus, vt in rem ſuam verteret. quæ autem actio competat, non aperit. tu dic, condic. ſine cauſa: vt ſupra ſi cer. peta. ſi & me. & ſupra de cōdic. cauſa da. l. pe. & hoc in tertia. {SI FILIVS.} Si pro nepte tua filius accepit. x. mutuo, & ei in dotem dedit: an tenearis de in rem verſo? dicitur quòd ſic: ſi hoc animo filius dedit vt tuū negotium gereret. hoc in prima. in autē referat dederit filius ſic mutuatus ſorori ſuæ, vel filiæ ſuæ, vel nepti ſuæ natæ ex alio filio? Reſpon. quòd non. hoc in ſecunda. Idē eſt quòd dominus de in rē verſo tenetur, ſi ſeruus mutuatus pro filia dotē dederit. hoc in tertia. Quæ dicta ſunt in patre, vera ſunt, ſi aliàs pater erat donaturus. hoc in quarta. Viuia.

x *Et ideo.* quia oportet quòd ſeruus rem domini gerat: & ita cum ſibi obligare velit, ſaltem re ipſa, id eſt, quòd nō habeat animum in contrarium. Accurſius.

y *Peculiarem.* id eſt, quæ cum eſſet tradita ſeruo, aliquandiu in peculio fuit. Accurſius.

z *Acceperit.* ſic ſcilicet, tanquā verſurus in rē domini, & creditore ad hoc mutuante: vnde nunquam fuit in peculio.

a *Soluit.*

& donandi animo ſoluit[a], dũ non vult eum debitorem facere peculiarem: de in rem verſo actio[b] eſt. Illud verum nõ eſt, quod Mela ſcribit, ſi ſeruo meo argentũ dederis, vt pocula tibi faceret ex quolibet argento, [&] mox factis poculis ſeruus deceſſerit: eſſe tibi aduerſus me de in rẽ verſo actionem: quoniã poſſum pocula vindicare[c].

*In rẽ domini verſum dicitur, quãdo verſum eſt in cauſam in quã dominus erat verſurus, licet nõ ex neceſsitate, ſed ex cõſuetudine vel honeſtate, etiã ſi nullã ſentiat vtilitatem: multo magis ſi ex neceſsitate, vel ſi vtilitatẽ ſentiat. h.d. cum l. ſequen. Paulus.*

Illud planè verũ eſt, quod Labeo ſcribit, ſi odores & vnguenta ſeruus emerit, & ad funus erogauerit[d], quod ad dominũ ſuum pertinebat: videri in rẽ domini verſum. Idem ait & ſi hereditatem à ſeruo tuo emero, quæ ad te pertinebat, & creditoribus[e] pecuniã ſoluero, deinde hãc hereditatem abſtuleris mihi: ex empto actiõe me idipſum conſecuturum. Videri enim in rem tuam verſum. Nam & ſi hereditatem à ſeruo emero, vt quod mihi ab ipſo ſeruo debebatur, compẽſarem: licet nihil ſolui, tamen conſequi me ex empto[f], quod ad dominum peruenit.[g] Ego autem nõ puto de in rem verſo eſſe actionem emptori: niſi hoc animo geſſerit[h] ſeruus vt in rem domini verteret[i].

*Si negotium poteſt pertinere ad patrem, & etiam ad filium: ita demum competit hæc actio, ſi filius illud geſsit tanquam negotium paternum, non tanquam proprium. h.d. cum duabus ll. ſeq. Pau.*

Si filiusfamiliàs pecuniam mutuat[9], pro filia ſua dotem dederit: in rem verſum patris

B videtur, quatenus auus pro nepte datur[9] fuit[k]. Quæ ſententia ita demum mihi vera videtur, ſi hoc animo[l] dedit, vt patris negotium gerens.

VIII. PAVLVS libro trigenſimo ad Edictum.

ET nihil intereſſe Pomponius ait, filiæ ſuæ nomine an ſororis,[m] vel neptis ex altero filio natæ, dederit. Idem ergo dicemus & ſi ſeruus mutuatus fuerit, & domini ſui filiæ nomine in dotem dederit.

IX. IAVOLENVS libro duodecimo ex caſsio.

C SI verò pater dotẽ daturus nõ fuit,[n] in rem patris verſum eſſe non videtur.

*Non videtur verſum, ſi non durat verſum. Bartolus.*

X. VLPIANVS libro vicenſimonono ad Edictum.

SI ꝓ patre fili[9] fideiuſſerit,[o]

a *Soluit.* id eſt dat ex cauſa donationis.

b *Actio eſt.* vt s̄.e. ſi res. §. placet. cõtra. ſed ſpeciale in donatione, vt ibi dixi. & eodẽ modo reſp. ad aliud s̄. ꝙ ſi ſeruus. §. ſed & ſi ſic. Item cõtra. j̄. eo. l. ſi pro patre. §. idẽ tractat. ſol. vt ibi.

c *Pocula vindicare.* quaſi dicat, ideo non teneor de in rem verſo ad pocula, quod dixit Mela: quia ea poſſum vindicare, ſcilicet vt rem peculiarẽ. & ita eſt bona ratio, id eſt verum eſt quod eſt in ratione Melæ: ſed dictum non. nec enim ſeruus propoſuit gerere negotium domini: quod eſt neceſſe. agitur ergo hic de peculio: vt s̄. eod. ſi res. §. placet.

d *Erogauerit.* vt faciũt Iudæi. & facit s̄. de relig. l. contra. & s̄. eod. quòd ſi ſeruus. §. placet. & §. proinde. & j̄. ea. l. §. fin.

e *Creditoribus.* ſcilicet hereditarijs.

f *Ex empto.* quæ datur pro in rem verſo. & ſic not. quòd actio de in rem verſo nõ eſt propriũ nomen actionis, vt j̄. eo. ſi pro patre. §. plane ſi cõtemplatione, ſic nec de peculio: vt s̄. de pecu. l. iij. §. cui congruit.

g *Peruenit.* de pretio ſcilicet ipſa liberatio actionis alicuius, qua dominus nomine ſerui tenebatur.

h *Geſſerit.* id eſt hereditatem vendiderit.

i *Verteret.* ſi ergo nõ habuit animũ, qualiter mihi in primo vel ſecundo caſu conſulitur? Reſpon. per condictionẽ ſine cauſa: vt ſupra ſi cer. pet. l. ſi & me. & ſupra de cõdic. cau. da. l. pen.

k *Fuit.* vt hic, & j̄. de iure do. profectitia. §. ſi filiusfa. & s̄. e. §. illud plane. & s̄. ad Mace. l. item ſi. §. ſed & ſi filius. & l. filius. & s̄. e. quòd ſi ſeruus. §. proinde. & continua duas ſequentes leges cum hoc §.

l *Si hoc animo.* vt hic, & ſupra proxi. §. & l. ſi res. §. placet.

m ET *nihil. Sororis.* eodem patre natæ, vt ita ſit onus patris: vt j̄. de admin. tut. l. cum plures. §. j.

n SI *verò. Non fuit.* cogitur ſemper pater & auus: vt j̄. de col. bo. l. dedit. & C. de do. promiſ. l. fi. ibi, neq; enim legis &c. niſi in caſu vt hic: vt quia filia ſit Iudæa[a] vel hæretica: vt C. de hær. l. cognouimus. ibi, ceteris liberis eorum &c. & ibi, neceſſitatem imponimus &c.

S{*I pro patre.*} CASVS. Si filius pro patre fideiuſsit, & ſoluit: tenebitur pater de in rẽ verſo ei à quo mutuatus eſt vt ſolueret. hoc in prima. Idem eſt ſi animo nouandi filius ſubierit iudiciũ pro patre, & condemnatus mutuũ accepit, & ſoluit. hoc in ſecunda. vel dic & melius, ei teneri patrem qui cum filio litem conteſtatus eſt animo nouandi: quòd cum litis conteſt. à prima obligatione pater ſit liberatus, & hoc ipſo de in rem verſo tenetur: idem eſt ſi filius obligationem patris animo nouandi in ſe tranſtulit, & eo nomine ſoluerit: quia pater tenetur de in rem verſo, ſi non animo donandi filius pro patre ſe obligauit: & ſubaudi, maxime: quia idem eſſet ſi animo donandi. neque obſtat ſupra eod. & ideo. §. plane. hoc in tertia. Si vero pater de peculio conueniatur, & filius in ſe ſuſceperit iudicium, & condemnatus mutuum acceperit & ſoluerit: pater de in rem verſo tenetur vſque ad eam quantitatem, quæ erat in peculio. idem iuris eſt quo ad actio. de in rem. ver. ſola lit. conteſta. quod magis innuit quòd idem ſit vt ſic condemnetur: quia ſi finita ſit actio de pec. competere poteſt de in rem verſo actio. hæc ſunt vera poſt condemnationem, ſcilicet quòd teneatur de in rem verſo actio. idem eſt & ante condemnationem. & hoc in quarta. {IN REM.} Si ſeruus ac-

A cepit x. mutuo, & v. in rem domini vertit. in v. tenetur dominus: ſi tota x. in x. tenebitur. ſed in ſortem, an in vſuras? diſtinguitur: aut vſuræ erant promiſſæ, & tenebitur ad vſuras. aut non, & non tenebitur. hoc in prima. Si vero ſeruo volenti gerere negotia domini, non ſui contemplatione, ſed domini, qui quaſi gerens negotium ſuũ, id eſt domini mutuauit, tenetur dominus neg. geſt. act. non ſolum pro ſorte, ſed & pro vſuris. & hoc in ſecunda. {VERSVM.} Si ſeruus mutuatus x. in rem domini vertit, & incontinenti dominus ſeruo ſoluit: an competat in rẽ ver. act? dicit quòd non: quia non intelligitur verſum, quod nõ durat verſum. hoc in prima. {SI TAMEN.} Si dominus in præiudicium creditoris ſoluit ſeruo perdituro de iure ſtricto deſinit eſſe verſum. ſed de dolo aduerſus dominũ dabitur act. hoc in ſecunda. Quia ſi debitor peculiaris ſoluiſſet ſeruo in necem creditoris vel domini, non eſſet liberatus. hoc in tertia. {SI DOMINI.} Si ſeruus domini debitor mutuatus domino ſoluerit, eatenus non tenebitur dominus de in rẽ verſo, quatenus ſeruus debeat: in reſiduũ autem tenebitur. verbi gratia, ſeruus debebat xxx. & xl. mutuatus ſoluit creditorib[9], vel domini familiam exhibuit. in x. tenebitur dominus de in rẽ verſo. Si vero ſolida xl. ſeruus debeat, nil videtur verſum: neq; dominus de in rẽ verſo tenetur. Et bene dico quod in reſiduo tenetur, quia per actio. de in verſo ſubuentum eſt aduerſus lucrum domini, quia non debet cũ alieno lucrari damno: neque vltra id quod verſum eſt dari: vt s̄. de condic. inde. l. nam & natura. non autem refert, debuerit aliquid domino, aut poſtea factus eſt deditor quia vtroq; caſu deſinit eſſe verſum. idem eſt ſi dominus poſtea ſoluit ſeruo, quod per ſeruũ in rem verſum eſt. ſed ſi donauit animo remunerãdi, durat, hoc eſt, vt ſimpliciter donet, & durat verſum: aut animo nõ remunerandi, & euaneſcit. hoc in tertia. {IDEM QVAERIT.} Si vero x. in rẽ domini vertit, & dominus ei mutuauit. x. & poſtea x. erãt in peculio ſerui, an deſinat eſſe verſum, quia dominus ei x. mutuauit: an nõ,

D quia domin[9] poteſt detrahere debitũ de peculio: an pro v. detur de in rẽ verſo actio. & illa v. detrahat de peculio, quæritur. Et reſpõ. ꝙ ceſſat de in rẽ verſo act. cum ſeruus factus fuerit debitor domini. {IDEM QVAERIT.} Si ſeruus x. mutuatus in rẽ domini vertit, & dominus mutuauerit ei x. poſtea, & ita deſinat eſſe verſum: deinde ſeruus eadẽ x. in rẽ domini vertit: an act. extincta poſtea reuiuiſcat? Reſp. ꝙ non. hoc in prima. Sed quid ſi pater & filius ſint cõſtituti duo rei promittẽdi, & filius mutuatus ſoluit: vel ſi quis iuſſu patris filio mutuauerit, & filius creditoribus ſoluit: an vtroq; iſtorũ caſuum pater de in rẽ verſo teneatur, quæritur. & diſtinguitur: aut ad patrẽ pecunia peruenit, & ſibi liberatus ſit per acceptil. aut non. in primo caſu liberatur pater: ſecundo non: quia filius ſoluẽdo ſuũ proprium negotium geſsiſſe videtur. Viuianus.

o *Fideiuſſerit.* ſola fideiuſsio hoc nõ facit, ſed ſolutio: vt j̄. eo. ſi fili[9]. & hic. quare ergo de fideiuſsione dicit? Reſp. ideo quia videbatur magis pro ſua obligatione ſoluiſſe: vt j̄. man. l. Papi. Itẽ huic reſpõſo eſt contra. j̄. e. quod ſeruus. Sol. vt ibi. Itẽ cui hoc caſu tenetur pater? Reſpõ. illi qui in hoc mutuauerit filio, vt tali creditori ſoluat. Vel dic qui fideiuſſerit animo nouandi, hoc caſu tenetur ei apud quem fideiuſsit.

& creditori ſoluerit[a]: in rem patris videtur verſum: quia patrem liberauit. Cui ſimile eſt quod Papinianus libro nono quæſtionum ſcribit, ſi filius quaſi defenſor[b] patris iudicium ſuſceperit, & ſit cõdemnatus[c]: de in rem verſo[d] teneri[e] patrem. namq; filius eum iudicio ſuſcepto liberauit[f]. Idem tractat Papinianus, & ſi quod patrem dare oporteret, à filio ſim ſtipulatus: B & ita conuenerim filiũ. Nam & hic de in rem verſo fore actionem, niſi ſi donare[g] patri filius voluit, dum ſe obligat. Quare poteſt dici, & ſi de peculio actionem quaſi defenſor patris ſuſceperit, teneri patrem de in rem verſo vſq; ad peculij quantitatem. Cuius ſententiæ[h] id erit emolumentum, vt ſi finita ſit actio[i] de peculio, de in rem verſo conueniatur. Ego[k] & ante condemnationem, poſt iudicium patris nomine acceptum, de in rem verſo patrem teneri puto[l]. C In rem autem verſum videtur[m], prout aliquid verſum eſt. Proinde ſi pars verſa eſt, de parte erit actio[n]. Sed † vtrum in ſortem duntaxat tenebitur dominus, an & in vſuras? Et ſi quidem promiſit[o] vſuras, Marcellus libro quinto Digeſtorum ſcribit, dominum præſtaturum. Sed ſi nõ ſint[p] promiſſæ, vtique non debebuntur: quia in ſtipulatum deductæ non ſunt. Planè ſi contemplatione domini pecuniam dedi non gerenti ſeruo negotia domini[q], ſed ipſe[r] gerens: D negotiorum geſtorum actione[s] potero etiam de vſuris experiri. Verſum[t] autem ſic accipimus, vt duret verſum[u]. Et ita demũ de in rem verſo competit actio, ſi non ſit à domino ſeruo ſolutum vel filio. Si tamẽ in necem creditoris, id eſt perdituro ſeruo vel filio ſolutum ſit: quamuis ſolutum ſit, deſinit quidem [eſſe] verſum. æquiſſimum autem eſt, de dolo malo aduerſus patrẽ vel dominum competere actionem. Nam & peculiaris debitor ſi fraudulenter ſeruo ſoluerit, quod ei debebat, non liberatur[x].

*Si pater vel dominus ſoluit debitum, non videtur in rem eius verſum: & ſi pater vel dominus cedat, deſinit verſum: ſecus ſi donet, niſi animo remunerandi. Bartolus.*

Si domini debitor ſit ſeruus & ab alio mutuatus ei ſoluerit: hactenus non vertit, quatenus domino debet[y]: quod excedit vertit. Proinde ſi cum domino deberet triginta, mutuatus quadraginta B creditori eius ſoluerit, vel familiam exhibuerit: dicẽdum erit de in rem verſo in decẽ competere actionem: aut ſi tantundem debeat, nihil videtur verſum. Nam vt Pomponius ſcribit, aduerſus lucrum domini videtur ſubuẽtum[z]. Et ideo ſiue debitor fuit domino, cum in rem verteret, nihil videri verſum: ſiue poſtea debitor eſſe domino cœperit, deſinere verſum. Idemque & ſi ſoluerit ei. Plus dicit, & ſi tantundem ei donauit dominus, quantum creditori ſoluit[a] pro ſe: C ſi quidem remunerandi animo, non videri verſum[b]. ſi verò aliàs donauit, durare verſum.[c]

*Euaneſcit actio de in rem verſo, ſi dominus cedat ſeruo, & remanet actio de peculio: nec reconualeſcit, ſi poſtea ſeruus cedat. Bartolus.*

Idem quærit, ſi decem in rem domini vertit, & poſtea tantundem ſummam à domino mutuatus ſit, habeat præterea & peculium decẽ, videndum ait vtrum deſijt eſſe verſum: an verò, quoniam eſt peculium vnde detrahatur* debitum, de in rem D verſo nõ tollimus actionem, an potius ex vtroque[d] pro rata detrahimus[e]. Ego autem puto ſublatam de in rem verſo actionem:[f] cum debitor domini ſit cõſtitutus.[g] Idem quærit, ſi in rem tuam verterit, & debitor tuus factus ſit mox creditor eiuſdẽ ſummæ quam tibi debuit, an renaſcatur de in rem verſo actio, an verò ex poſtfacto non conualeſcat. Quod verum eſt.[h]

*Si filius idem cum pater correus ſoluat, videtur in rem patris vertere quatenus de pecunia ad patrem peruenit. Bartolus.*

Idem tractat, an ex euentu[i]

a *Soluerit.* quod ab alio mutuo ſumpſit: vel aliter, vt modo dixi. Accurſius.

b *Defenſor.* animo nouandi.

c *Condemnatus.* idem & ante condemnationem: vt infra eod. §. ergo. Accurſius.

d *De in rem verſo.* quæ vtilitas eſt huius actionis hoc caſu, & ſequẽtibus? Reſpon. primo directò, ſecundo per obliquum tenetur. Accurſius.

e *Teneri.* illi ſcilicet qui contra filium animo nouandi litẽ conteſtatus eſt.

f *Liberauit.* vt infra de ſolu. l. ſolutionem. Accurſius.

g *Niſi donare.* immo & ſi donet, debet habere locum hęc actio: vt ſupra eod. & ideo. §. plane ſi mutuum. quæ eſt contra. Sol. ibi quod dederat extraneus ſeruo, fuit verſum in peculium: & idem poſtea ſeruus domino donauit: quo caſu diſtinguitur, vt ibi. hic non ſic. Alij vt R. & Pla. ſubaudiunt hic, maxime, & ponitur niſi, pro ſi non. Nam idem & ſi donare voluit. prima verior eſt. Sed cui hoc caſu de in rem verſo datur actio? Reſpon. ei qui in hoc filio crediderit, vt pro tali facto ſoluat: vel ei qui litem conteſtatus eſt animo nouandi: vt ſ. & ĩ.

h *Cuius ſententiæ.* vt pro eo tantũ quod in peculio eſt, detur de in rẽ verſo. & facit ſupra eod. l. j. §. j.

† Concor. text. in l. quãuis. C. de vſu. tex. in l. bonæ fidei. C. de cõdict. indeb. tum ſimilibus.

i *Actio.* puta anno poſt mortem filij.

k *Ego.* ad ſecundum reſpõſum legis refertur, & ad proximum. Accurſius.

l *Puto.* illi ſcilicet qui contra filium litem conteſtatus eſt, cum pater ſit liberatus per huius nouationem: vt ſupra eadem. l. ij. reſpon.

m *Videtur.* quòd ſeruo mutuauit.

n *Actio.* vt inſtitut. quod cum eo. §. in rem autem.

o *Promiſit.* dominus, vel ſeruus.

p *Non ſint.* & aliàs nõ debentur: vt C. de vſur. l. quamuis.

q *Negotium domini.* quaſi dicat, non dedi vt alius gereret: ſed ego qui dedi, volui gerere. Accurſius.

r *Ipſe.* ſcilicet ego.

s *Actione.* in qua veniunt vſuræ ex mora: vt C. de vſur. l. in bonæ fidei.

t *Verſum autem.* quod ſeruo mutuauit. Acc.

A u *Duret verſum.* not. quòd ita demum dicitur aliquid fieri, ſi duret factũ. vnde illud: Non qui incepit, ſed qui perſeuerauerit, &c. & pro hoc eſt ſ. quod cuiuſq; vni. no. l. item. §. quòd ſi. & C. de his qui. vt indig. l. aliam. & l. pen. in fi. & in authen. de ſan. epi. §. ſed hoc præſenti. col. ix. & ĩ. de fideiuſ. l. ſtipulatus es. in fi. & ĩ. de her. vel act. ven. l. ij. §. illud. & ĩ. de vſucap. ſequitur. §. tunc. & ſ. de inoffi. teſt. l. nam & ſi §. heredi. & ſ. de min. l. quòd ſi. §. reſtitutio. Sed ar. contra ſ. quod met. cau. l. videamus. & l. ſi ipſa. & C. quando dies le. ce. l. cum vxori. & ĩ. de duobus reis. l. eãdem. §. ſed ſi quis. Sol. obtinet primum, quãdo aliquid poteſt imputari illi qui facere debet. Secũdum, quando non: vt arg. ĩ. loca. l. maritus. Vel refert, an voluntarium fuit factum, vt tunc obtineat primum: an neceſſarium, & tunc ſecundum: vt argu. ĩ. de ſolu. l. in pupillo. Accurſius.

x *Non liberatur.* actione prima. Accurſius.

y *Debet.* vt ſupra ad Maced. l. ſed Iulianus. §. nõ tamẽ. & ſ. de dolo. l. ſeruus tuus. & ĩ. e. l. quidam. in fin.

z *Subuentum.* per hãc actionem, ſubaudi. ergo cum non ſit in lucro, non tenetur, ſed an quod debetur his qui ſunt in poteſtate, deducat? Reſponde. non, licet in actione de peculio deducatur: vt ſupra de pecul. l. ſed ſi dandum. §. præterea.

a *Soluit.* ſcilicet dominus ſeruo: vt ſupra eo. l. j. §. fin. Accurſius.

b *Non videri verſum.* quia deſijt.

c *Durare verſum.* ſimilis diſtinctio fit infra manda. l. idemque. §. fi. & l. ſi vero non remunerandi.

d *Ex vtroque pro rata.* ſcilicet à domino per actionem de in rem verſo, partẽ per actionem de peculio de alijs decem quæ erant apud ſeruum. & hoc nõ admittitur: vt ſubijcit, & ſupra de nego. geſto. l. Neſennius. in fine.

e *Detrahamus* nos creditores peculiares, vel nos iuriſconſulti ad petitionem creditorũ peculiarium.

f *Actionem.* ſcilicet in totum.

g *Conſtitutus.* propter quod fit compenſatio.

h *Quod verum eſt.* ſ. nõ conualeſcere, quia actio ſemel extincta, &c. vt ĩ. de ſolu. l. quires. §. aream.

i *Ex euentu.* id eſt ex eo quod

eo quod euenit, ſecundũ quod in fi. huius legis diſtinguitur.
a *Mutuatus.* à Titio puta.
b *Credidiſti.* quare contingit filiũ in ſolidũ, patrem ſimiliter in ſolidũ quod iuſſu obligari: ad quam obligationem ſi filius mutuum acceperit in ſe, & ſic patrem liberauerit, videtur de in rem verſo pater teneri: quod hic diſtinguitur. quæ diſtinctio facit pro ſententia noſtra. quam dices ĩ. ad Velleia. vir vxori. in fi. & l. ſeq.

Q*Vod ſeruus.*} CASVS. Si ſeruus mutuatus creditori ſuo ſoluerit, non obligat dominum de in rem verſo, ſed ſoluendo liberat eum de pecu.
c *Solueret.* quod à Titio mutuũ accepiſſet.
d *In rem.* immo videtur quatenus patrem liberauit: vt ſupra eo. l. proxi. §. quare poteſt dici. Solut. ibi nomine patris fecit nouationem, hic autem ſuo nomine accepit pecuniam. Item argu. contra. ſ. l. proxi. in fin. Sed ibi obligatio patris principalis ex ſuo facto, hic peculiaris.

S*I fundum.*} CASVS. Fundũ vtilem emit ſeruus domino mutuatus decem: an teneatur dominus de in rem verſo? Dicitur quod ſic, eatenus quatenus valeat fundus. ſecus eſſet ſi fundus eſſet domino neceſſarius, & pluris quàm mutuatus eſt: quia neque in plus tenebitur, licet plus valeret quam emptus ſit.
e *Si fundum.* non neceſſarium, ſed vtilem: vt ſ. eo. ſi res. j. reſpon.
f *Quàm eſt emptus.* vt inſt. manda. §. quod ſi minoris. & ĩ. de do. inter virũ & vxo. quod autẽ. §. idem ait. Acc.

S*I in rem.*} CASVS. Si habeam tecum ſeruum communem, & in rem meam mutuatus vertit, an tenearis de in rem ver. quęritur. Et dicitur quod non. ſ. eo caſu quando mutuatus apud te non habet peculium. Sed in l. ſequ. affert caſum in quo poſſum teneri, puta retento eodem caſu, ſi tu non ademiſti ei pec. ſi conueniaris de pec. & condemnatus ſoluis, recuperabis à me quod non ademiſti, cum in rem meam verſum eſſet quod mutuum accepit: & alia ratione: quia quod dominus debet ſeruo, computatur in pec. ſed quod in rem meam verſum eſt, debeo ego ſocius conuentus de pecu. & de eo tenetur, ſed recuperabit à me, vt ſubijcit. Viuianus.
g *Iuſſit.* vt ĩ. tit. j. l. fi. §. j. Sed contra. ĩ. l. proxi. quæ continuatur cum iſta, ſed illa hanc determinat.
h *Marcellus notat.* id eſt reprehendit, quaſi indiſtinctũ ſit in l. ſuperiori. Vel dic, notat eſſe verũ, ſed ſub diſtinctione ſit penes alium peculium, an non: quod in primum recidit ſenſum.

poſsit in rem patris filius vertere, veluti ſi duo rei pater & filius fuerint, & filius mutuatus[a] ſuo nomine ſoluat: vel ſi filio iuſſu patris credidiſti[b], & filius creditum tibi ſoluiſſet. Mihi videtur, ſi quidem pecunia ad patrem peruenerat, videri in rem verſum. Quod ſi non fuit, & ſuũ negotium gerens filius ſoluit: non eſſe de in rem verſo actionem.

B

XI. PAVLVS libro trigenſimo ad Edictum.

QVod ſeruus in hoc mutuatus fuerit, vt creditori ſuo ſolueret[c], non erit in rem[d] verſum, quamuis actione de peculio liberatus ſit dominus.

*Si res ematur per filium, vel ſeruum, plus quàm valeat: eatenus dicitur verſum, quatenus valet. ſi vero minus, non plus quàm ſit empta. Pau.*

XII. GAIVS libro nono ad Edictum Prouinciale.

SI fundum[e] patri dominóve emit ſeruus vel filiuſfamiliàs, verſum quidem eſſe videtur: ita tamen, vt ſiue minoris ſit quàm eſt emptus,[f] tantum videatur in rem verſum, quanti dignus ſit: ſiue pluris ſit, non plus videatur in rem verſum, quàm emptus eſt.

*Eo caſu quo vnus ex ſociis poteſt pro peculio quod eſt apud alterum, actione de peculio conueniri: eo caſu poteſt conueniri pro eo quod in rem alterius verſum eſt, ſi ceſſat actio de peculio. Bartolus.*

XIII. VLPIANVS libro vicenſimo nono ad Edictum.

SI in rem alterius ex dominis verſum ſit: vtrũ is ſolus, in cuius rem verſum eſt, an & ſocius poſsit conueniri, quæritur. Et Iulianus ſcribit eum ſolum conueniri, in cuius rem verſum eſt, ſicuti cum ſolus iuſsit[g]. Quam ſententiam puto veram.

XIIII. IVLIANI libro vndecimo Digeſtorum Marcellus notat[h].

INterdum & propter hoc quod in rem alterius ſocij verſum eſt, de in rem verſo[i] cũ altero[k] agi poteſt: qui conuentus, à ſocio petere poteſt id in quo damnatus fuerit[l]. Quid enim[m] dicemus, ſi peculium ſeruo ab altero[n] ademptũ[o] fuerit? Paulus. Ergo hęc quæſtio[p] ita procedit, ſi de peculio agi non poteſt[q].

*Filius conſtituendo, non dicitur in rem patris vertere, niſi ſoluat. Bartolus.*

XV. VLPIANVS libro ſecundo Diſputationum.

B

SI filiusfamiliàs conſtituerit quod pater debuit, videndum eſt an de in rem verſo actio dari debeat. Atquin non liberauit[r] patrem. Nam qui cõſtituit, ſe quidem obligat, patrem vero non liberat. Planè ſi ſoluat poſt conſtitutum: licet pro ſe videatur ſoluiſſe,[s] hoc eſt ob id quod conſtituit, in rem tamen vertiſſe patris meritò dicetur.

*Qui agit actione de peculio, conſequitur quod ſupereſt, deducto eo quod domino debetur: ſed qui agit de in rem verſo, cõſequitur quod ſupereſt, in eo quod dominus dedit pro re. Bartolus.*

C

XVI. ALFENVS libro ſecundo Digeſtorum.

QVidam †fundum colendum ſeruo ſuo locauerat:* & boues ei dederat. cum hi boues non eſſent idonei, iuſſerat eos venire, & his nummis qui recepti eſſent, alios reparari.* ſeruus boues vendiderat, alios redemerat[t], nummos venditori non ſoluerat, poſtea conturbauerat.[u] qui boues vendiderat, nummos à domino petebat actione de peculio, aut quod in rem domini verſum eſſet, cum boues pro quibus pecunia peteretur, penes dominum eſſent. Reſpondit, non videri[x] peculij quicquam eſſe, niſi ſi quid deducto eo quod ſeruus domino debuiſſet, reliquum fieret. Illud ſibi videri, boues quidem in rem domini

D

A i INterdum. *De in rem verſo.* id eſt de eo quòd eſt verſum, ſed tamen actione de peculio: non de in rem verſo.
k *Cum altero.* nam cum conſtat vnũ ex ſocijs conueniri poſſe propter peculium quod eſt penes alium, quia recuperare poteſt ab alio pro quo exigitur: vt ſ. de pecu. l. & ancillarum. §. fi. & quod dominus ſeruo debet, computatur in peculio: vt ſ. de pecu. quam Tuberonis. §. hereditas. ergo id quod in rem domini verſum eſt, in peculio eſt, quia in hoc ſeruus dominum voluit conſtituere ſibi debitorem: vt ſ. eo. ſi res. §. placet. & ſic agetur de peculio contra alium in rem cuius verſum non fuerit, pro eo quod verſum eſt in rem alterius.
l *Damnatus fuerit.* ſcilicet cum peculiũ eſt apud alterum.
m *Quid enim.* bene dixit interdum, quid enim.
n *Ab altero.* ſ. in cuius rem non eſt verſum. ſi enim adimatur ab eo in cuius rẽ verſum eſt, nihilominus perpetuo tenetur: vt ſ. eo. l. j. §. j.
o *Ademptum.* & ſic nulla eſt communio peculij: vt ſ. titul. ij. l. item. in fi.
p *Quæſtio.* ſcilicet ſuperioris legis.
q *Non poteſt.* contra enim in cuius rem non eſt verſum, quia ademptum ſit: vt dixi. Acc.

S*I filiusfamiliàs.*} CASVS. Si pater teneatur alicui, & filius conſtituat ſe pro eodẽ ſoluturum, an de in rem verſo teneatur pater? Diſting. aut ſoluit filius qui conſtituit pro patre, & patrem liberat, & tenetur de in rem ver. alioqui non. Viuianus.
r *Non liberauit.* vt ſ. de conſtit. pecu. l. vbi. ſic ĩ. de adulte. l. j. §. ſi publico. & ſ. eo. ſi pro patre. j. reſpon.
s *Soluiſſe.* vt ĩ. manda. l. Papinianus.

Q*Vidam.*} CASVS. Tradidit ſeruo dominus fundũ ad colendum, & boues: & cum idonei nõ eſſent, iuſsit dominus vt eos diſtraheret, & alios compararet. diſtraxit, & alios comparauit, ſed pecuniam redactam ex venditione boum perdidit: nunquid dominus à venditore de pecunia conueniri poſsit, quæritur. Et reſpondetur quòd non, niſi plus ſit in pecunia quàm domino debeatur. an autem de in rem verſo? Reſpon. cum ſeruus factus ſit debitor domini, deſinit eſſe verſum, niſi eatenus quatenus boues empti pluris ſunt, quàm erant boues quos ſeruus vendidit. Viuianus.
t *Redemerat.* & acceperat.
u *Conturbauerat.* ſcilicet rationem domini. ſic ſ. de inſti. l. cuicunque. §. idem Labeo ait.
x *Non videri.* vt ſ. de pecu. ſed ſi damnum. §. peculium.

*†Per iſtam l. Bart. in l. ſi cũ dotem. §. fi. ĩ. ſolu. ma. decidit quæſtionẽ. & Bald. in l. in rebus. in 2. col. verſi. pone. C. de iure. do.*
** Flo. locauit.*
** Vulg. cõparari.*

a Verſos

verſos eſſe [a], ſed pro ea re ſoluiſſe tantũ, quanti priores boues veniſſent [b], ſi quo amplioris pecuniæ poſteriores boues eſſent, eius oportere dominum condemnari [c].

*Ad hanc actionem ſufficit negotium vtiliter cœptum, ſicut in actione mandati & neg.geſt. Bartolus.*

XVII. AFRICANVS libro octauo Quæſtionum.

SEruus [ſi] in rem [d] domini pecuniam mutuatus, ſine culpa eam perdiderit: nihilominus poſſe cum domino de in rem verſo agi exiſtimauit [e]. Nam & ſi [f] procurator meus in negotia mea impenſurus, pecuniam mutuatus ſine culpa eam perdiderit: * rectè eum hoc nomine mandati, vel negotiorum geſtorum acturum.

*De eo quod datur vicario, ſi in rem domini vertatur, agitur hac actione ſecundum eius naturam. ſi verò peculium ordinarij ſit conuerſum, reſpectu ordinarij habet hanc naturam: reſpectu domini naturam actionis de peculio. Bartolus.*

Cum Sticho [g] vicario ſerui tui Pamphili contraxi [h]. Actio de peculio [i], & [de] in rem verſo [k] ita dari debet, vt quod vel in tuam [l] ipſius rẽ*, vel in peculium Pamphili [m] verſum ſit, cõprehendatur [n], ſcilicet [o] etiam ſi mortuo vel alienato Sticho agatur [p]. Quòd ſi Pamphilo [q] mortuo agam [r]: magis eſt, vt quamuis Stichus viuat, tamen de eo quod in peculio Pamphili verſum eſt, non niſi intra annũ quàm is deceſsit, actio dari debeat. Etenim quodammodo de peculio Pamphili tum experiri videbor, ſicuti ſi quid* iuſſu eius [s] crediſſem [t], experirer. Nec nos mouere debet, quòd Stichus, de cuius peculio [u] agitur [x], viuat: quando [y] non aliter ea res [z] in peculio eius [a] eſſe poteſt, quàm ſi Pamphili peculium maneat [b]. Eadem ratio [c] efficiet, vt id quod in peculio Pamphili verſum ſit, ita præſtari debere dicamus, vt prius eius quod tibi Pamphilus debuerit, deductio fiat: quod verò in tuam rem verſum fuerit, præſtetur etiam non deducto eo quod Pamphilus tibi debet. [d]

*Actio de in rem verſo competit ei qui principaliter contrahit, vt in rem domini vertatur. Bartolus.*

XVIII. NERATIVS libro ſeptimo Membranarum.

QVanuis in eam rem pro ſeruo meo fideiuſſeris, quæ ita contracta eſt, vt in rem meam verteretur,* veluti ſi cum ſeruus frumentum emiſſet, quo familia aleretur, venditori frumenti fideiuſſeris: propius eſt tamẽ, vt de peculio eo nomine, nõ de in rem verſo agere poſsis, vt vnius duntaxat [e] in quoquo contractu de in rem verſo ſit actio, qui idipſum [f] credidit, quod in rem domini verſum eſt.

*Flo. perdiderat.

*Halo. vel in tuam vel ipſius rem.

*Flo. verſaretur.

a *Verſos eſſe.* vt ſupra eod. ſi res. §. placet. & ſupra quod met. cauſa. l. videamus.

b *Veniſſent.* & ſi cum in tantum domini debitor erat factus, deſinit verſum quod verè erat verſum: vt s̃. e. ſi pro patre. §. ſi domini.

c *Condẽnari.* facit s̃. eo. ꝙ ſi ſeruus. j. reſpon. in fi. & not. quòd ſtultus erat hic venditor, qui dominum actione qđ iuſſu non conueniebat, qua poterat conſequi totum non obſtantibus exceptionibus quæ hic aſsignantur. Item quare nõ vindicat boues, cum non ſit pretium ſolutum: vt s̃. de tri. l. procuratoris. §. pen? Reſpon. fidẽ habuit de pretio, ideoque dominium tranſtulit. & ſic non obſt. s̃. de peculio. l. depoſui. j. reſpon.

SEruus ſi in rem. } CASVS. Si ſeruus hoc propoſito mutuatus pecuniam, vt in rem domini verteret, eam perdidit ſine culpa ſua, an dominus de in rẽ verſo teneatur? Dicitur quòd ſic, ad inſtar proc. vel geſtoris negotiorũ, qui ſi pecuniam in rem domini impenſurus perdidit, nihilominus tenetur act. mandati vel nego. geſt. dominus.

d *Seruus ſi in rem.* neceſſariam. Accurſius.

e *Exiſtimauit.* vt s̃. eo. l. quòd ſi ſeruus. §. ſed & ſi ſeruum domino. Accurſius.

f *Nam & ſi.* bona eſt parificatio: vt s̃. eo. ꝙ ſi ſeruus. §. & regulariter. Accurſius.

g *Cum Sticho.* Mutuaui. x. vicario. hic autẽ vertit in rem domini, aut in peculiũ vicarij, vel ordinarij: quod eſt & ſi in ſuũ proprium vertat. primo caſu agitur de in rem verſo. & ſic hæc actio habet per omnia naturã actionis de in rem verſo, vt poſt mortem vtriuſq; etiam poſt annum detur: vt s̃. eo. l. j. in prin. Item nõ deducitur quod domino debetur ab ordinario, licet quòd ipſe vertens debet, faciat deſinere, ſeu non videri verſum: vt in fi. huius l. Secundo caſu quando vertit in peculium ordinarij, dic quòd habet naturam actionis de in rẽ verſo quo ad quid. nam videor contraxiſſe cum vicario cum quo vere contraxi. Item & cum ordinario in cuius rem verſum eſt: vt s̃. eo. l. j. j. reſpon. vnde inſpecto vere contractu, actio de in rem verſo etiam mortuo vicario & poſt annum datur: vt in prin. huius §. at inſpecto ficto cõtractu, quem videor feciſſe cum ordinario, habet naturam actionis de peculio, vt mortuo ordinario, ex cuius quaſi contractu videor agere, ſit annalis, ſicut ſi iuſſu eius, &c. Item deducit dominus ſibi ab eo ordinario debitum: vt ibi, eadem, &c. & eſt ſimile per omnia ſi contraxi cum vicario iuſſu ordinarij. nam & hic vere contraho cum vno, ficte cum alio. & per omnia dic vt ſupra dixi. Sed oppono, quòd etiam ſi inſpicitur contractus fictus, ſit perpetua etiam poſt mortem ordinarij, non annalis, hac ratione, quia viuit vicarius. ergo & eius vicarij peculium viuit. Solut. & peculium ordinarij viuit perpetuo viuo iſto vicario: cum vicarius & ſuum peculium ſit in peculio ordinarij. Reſpon. mortuo ordinario moritur totum ſuum peculium: ergo & ſuum peculium vicarij moritur quod conſtat ab ordinario eum habere.

h *Contraxi.* mutuando ſibi decem.

i *De peculio.* quæ datur ſecundo caſu ex ficto contractu.

k *De in rem verſo.* quæ datur primo caſu.

l *Tuam.* & tunc de in rem verſo in ſolidum, non deducto eo quod domino debetur ab ordinario. vt in fi. huius l. id autem quod ab eo vicario, ſic: vt s̃. ſi pro patre. §. ſi domini.

m *Pamphili.* & tunc de peculio ordinarij. ſ. Pamphili perpetuo viuo Pamphilo: vt ſubijcit. ſimilis eſt diſtinctio ſupra de neg. geſto. ſi pupilli. §. ſed ſi ego.

n *Comprehendatur.* & petat.

o *Scilicet.* ad vtrunq; caſum ſe refert, ſcilicet ſiue in rẽ domini, ſiue in peculium ordinarij vertatur.

p *Agatur.* & poſt annum: quod euenit in caſibus in gloſ. magna notatis.

q *Quòd ſi Pamphilo.* ad dicendũ quòd ſit perpetua. Accurſius.

r *Agam.* quaſi ex cõtractu, quem fingor feciſſe cum ordinario. Accurſius.

s *Eius.* ordinarij.

t *Crediſſem.* vicario. Accurſius.

u *De cuius peculio.* Pamphili, quaſi cũ eo contraxerim. ſupra eo. l. j. in fi. j. reſpon.

x *Agitur.* id eſt tractatur à nobis, dũ tractamus de peculio ordinarij. vel proprie pone, quòd agitur de peculio vicarij quòd viuo vicario finitur morte ordinarij: quia & hoc ipſo moritur peculium, & incommutabiliter, cum amodo ab ordinario peculiũ habere non poſsit: vnde finitur, & reſuſcitari non poteſt, licet de nouo vicarius quæreret peculium, quia à domino non ab ordinario id habere videtur quod de nouo quæreret.

y *Quando.* pro quia.

z *Ea res.* ſcilicet verſa in peculium ordinarij, quod videtur eſſe in peculio vicarij, eo quòd ordinarius ſit debitor vicarij per talem verſionem: vt no. s̃. e. Marcellũs. vel ea res. i. obligatio, in peculio. ſ. ipſius vicarij: quod etiam in idem recidit. Vel tertio referas ad proximum ea res. i. quæ iuſſu Pamphili eſt credita. & ratio eſt iſta, quoniam ea, &c. & ad idem tendit ſemper. q. d. de peculio Pamphili poteſt experiri intra annum, ſiue in peculium ordinarij verſum ſit, ſiue eius iuſſu contractum. nec ob. quòd vicarius viuat. non enim poteſt agi de peculio vicarij. & quare? quia eius peculiũ mortuo ordinario cœpit eſſe nullum. quod dic vt s̃. tit. j. l. j. §. merito. quod ſcilicet habebat per Pamphili conſtitutionem. ſecus ſi à domino.

a *Eius.* ſcilicet Stichi.

b *Maneat.* ſed hic non manet cum mortuus eſt ordinarius. vt dixi. arg. tamen contra. s̃. de ſenat. filiam. in fi.

c *Eadem ratio.* quia de peculio ordinarij, non de in rem verſo contra dominum agi poteſt ex ficto contractu.

d *Debet.* ſcilicet Stichus, ſic vt s̃. ſi pro patre. §. ſi domini. Ac.

QVanuis. } CASVS. Seruus mutuatus eſt pecuniã, vt in rem domini verteret. ſi tu pro eo fideiuſſeris, puta mutuatus eſt vt emeret frumentũ ad alendã familiam domini: an de in rem verſo, vel de pe. ages, quæritur. Et reſpon. quòd de pe. cũ nomine frumenti crediti teneatur de in rem verſo. Viuianus.

e *Duntaxat.* ſcilicet nomine frumenti, & ſic non eſt contra ſupra e. l. iij. in fi. nam agit fideiuſſor de in rem verſo. hic pro pecunia, non pro frumento. Vel ſol. vt ibi.

f *Idipſum.* ſcilicet frumentum. Accurſius.

Filiusfa. }

Filiusfa.} Cᴀsᴠs. Si filiusf. emat togam, deinde decedat, & pater in ea eũ ſepeliat: an de in rẽ verſo teneatur, queritur. Dicit Neratius quòd ſic: non de peculio, niſi dolum cõmiſerit pater: & extunc quo togã in funus vertit, tenetur de in rẽ verſo pater, non prius. reprehendit Pau. quòd nõ extunc, ſed ex eo tempore quo emit, tenetur pater de in rẽ verſo: neq; propter hoc deſinit eſſe verſum quaſi filius interim patri cœperit eſſe obligatus ob hoc quod togam in funus filij conuertit, quia negotium ſuum fecit, quia funus eſt æs alienum patris: & ſic intellexit Neratius, cum dicebat patrem de in rem verſo teneri. In alio dicto reprehendit Paul. Neratium. quòd cum eſſet res peculiaris, & pater eam in negotium ſuum vertit, dedicando eam in funus filij, quia ad hoc tenebatur pater, conuenietur de pecu. pater, ſcilicet in quam act. de pecu. veniet toga quæ in rem patris verſa eſt, & intra annũ poſt mortem filij agere poteſt de in rẽ verſo. Viuianus.

a *Emit.* ſi patris gerendo negotium, male dixit Neratius: ſi ſuo, tunc bene; vt s. eodem. & res. §. placet. & j. colligitur. Accurſius.

b *Debere.* ſcilicet iſto qui ſequitur: vt s. titu. j. l. j. j. reſpon. at hic dolo malo patris nõ deſijt eſſe in rerum natura, id eſt commercio hominum. & ſic duo dixit Neratius. & quia videtur verſus, ſed tũc demum cum fuit dedicata. & in hoc reprehenditur, quia debuit diſtinguere cuius gerẽdo negotium emit: vt j. atquin &c. & s. eo. ſi res. §. placet. ſecundum quod ipſa toga non eſt in peculium computanda. quod eſt contrarium primo. nã quod in rem domini verſum eſt, in peculium computatur. & ideo de hoc reprehenditur. infra, ibi, factus eſt ergo &c. Vel dic in hoc ſecundo bene eum dixiſſe de peculio poſſe agi, ſed veſtem in peculio non computari, vel eius pretium: quod verum eſt.

c *Eius.* ſcilicet patris.

d *Atquin.* hic incipiunt verba Pauli, in rem patris: vt ſupra eod. l. iij. § proinde ſi ſeruus.

e *Emit.* Nec deſinit eſſe verſum per hoc quòd videatur redire ad filium. funus enim &c. Accurſius.

f *Funus.* bene dico quòd nunc videtur verſum quãdo emit, nec deſinit ideo eſſe verſum, quaſi filius in tantum cœperit eſſe obligatus patri ob hoc quòd togam in filij factum conuerterit: vt s. ſi pro patre. §. ſi domini. quia non filij, ſed ſuum fecit negotium. funus enim &c. vt hic, & s. de reli. l. in patrẽ. Alij ſic, bene dico cum debuit ei pater emere: aliàs ſi non debuit, quia bene veſtitus erat, tunc verſa videtur cum funeratur, funus enim &c. præterea à remotis videtur hoc dictum Neratij ſtare non poſſe, ſcilicet quòd dedicãdo dicatur tunc verti in rem patris. nam aut hæc toga fuit filio neceſſaria, & tunc de in rem verſo extunc: vt hic, & ſupra l. iij. §. proinde. nec ideo conuenitur quia dedicauit, ſed quia tantum debuit filio dare. aut non, & tunc ſi nomine ſuo filius emit, non datur de in rem verſo, vt s. eo. l. ſi res. §. placet. ſed de peculio, in quo venit verſum, vt hic ſubijcit. Si verò patris nomine: aut neceſſaria erat patri: & tunc inſolidum extunc. aut vtilis, & tunc quanti valet tenetur pater: vt ſupra, ſi res. j. reſpon. & l. ſi fundum. Si tamen poſtea vertit, quando nomine ſuo emit, ſcilicet filij: tenetur inſolidum de in rem verſo. nihilominus de peculio: vt hic dicitur. & ſic hoc caſu habet locum quod dixit Neratius. *Flo. eſſet.

g *Factus eſt ergo.* quia rem peculiarem filij accepit, & in ſuum ſcilicet patris negotium vertit. ſic ergo de peculio poterit conueniri ratione hui⁹ obligationis peculiaris: vt hic dicitur, & s. de pecu. quam Tuberonis. §. fin.

h *In quam actionem.* ſcilicet de peculio, vt ſi agam certi condictione de peculio, vel alia, veniat in hac actione & quod in rem domini verſum eſt: vt hic, & ſupra de pecu. l. j. §. eſt autem. & inſti tu. quod cum eo. §. in rem autem. Item poteſt hoc inconuincibiliter probari. cũ enim agitur de peculio, etiam id quod dominus naturaliter ſeruo debet, in peculio computatur, ſi forte in rẽ domini impendit: vt s. de pecu. quam Tuberonis. §. ſed & ſi id quod. ſic ergo cum agit actione de peculio, & de in rem verſo agit, non tamẽ minuit domini priuilegium, niſi habeat formulam, ſcilicet vt de in rem verſo proponat. Eſt enim alia formula de peculio, & alia de in rem verſo, vt C. de exercit. actio. l. ij. Accurſius.

i *Verſum eſt.* ſcilicet ipſa toga. Vel dic, id eſt eius æſtimationẽ. nam ipſa toga nec eſt, nec dolo malo deſijt eſſe in rerum natura, id eſt in commercio hominum.

k *Exceſſit.* & in alijs caſibus etiã neceſſaria eſt: vt s. eo. l. j. §. j.

*Si filius emit rem ſibi neceſſariam, & extunc ſibi ipſam rem pater in ipſius filij funus conuertit: in rem eius verſa videtur. Item in actione de peculio venit quod in rẽ eſt verſum: & ſic poſt annum hæc actio eſt neceſſaria. h. d. Primo ponit duo dicta Neratij. vſque ibi, atquin. Ibi Paulus reprehendit Neratium in primo dicto, oſtendens ex die emptionis, non ex die funeris, videri in rem verſum: vſque ibi, funus enim. Ibi iuriſconſultus ſecundum gloſ. ponit vnum dictum, per quod reſpondet tacitæ obiectioni, ſcilicet quòd in funerando non deſinit verſum: vel ponit caſum in quo dictum Neratij poſſet eſſe verum, ſecundũ aliam lec. vſque ibi, factus. Ibi reſpondet notatis in ſecundo dicto, dicens hoc caſu actionem de peculio habere locũ, licet res deſierit extare abſque dolo. Bartolus.*

XIX. Pᴀᴠʟᴠs libro quarto Quæſtionum.

Filiusfamilias togã emit.[a] mortuo deinde eo, pater ignorans & putans ſuam eſſe, dedicauit eam in funus eius. Neratius libro ſecundo reſponſorum ait, in rem patris verſum videri. In actione autem de peculio, quod in rerum natura non eſſet, vno modo eſtimari debere,[b] ſi dolo malo eius[c] quo cum agatur, factũ eſſet. Atquin[d] ſi filio pater togam emere debuit, in rem patris res verſa eſt, non nunc quo funerabitur, ſed quo tẽpore emit.[e] Funus[f] enim filij, æs alienũ patris eſt. Et hoc Neratius quoque, qui de in rem verſo patrem teneri putauit, oſtendit negotium hoc, id eſt ſepulturam & funus filij, patris eſſe æs alienum, nõ filij. Factus eſt ergo[g] debitor peculij, quamuis res non extet: vt etiam de peculio poſſit conueniri. In quam actionem[h] venit & quod in rem verſum eſt[i]. Quæ tamen adiectio tunc neceſſaria eſt,* cum annus poſt mortem filij exceſſit[k].

*Si filia mutuum in alimenta conuertit, tenetur pater de in rem verſo, ſi onus alimentorum ad patrem ſpectabat. h. d. iſtud principium cum l. fi. Bartolus.*

XX. Sᴄᴀᴇᴠᴏʟᴀ libro primo Reſponſorum.

Pater pro filia dotẽ promiſit, & conuenit vt ipſe filiam aleret. Non præſtãte[l] patre, filia à viro mutuam pecuniam accepit, & mortua eſt in matrimonio. Reſpondi, ſi ad ea id quod creditum eſt, erogatum eſſet, ſine quibus aut ſe tueri, aut ſeruos paternos exhibere non poſſet, dandam de in rem verſo vtilem actionem[m].

*Promiſſio tutoris non tollit actionem de in rem verſo contra pupillum. Bartolus.*

Seruus abſentis reipublicę cauſa, pupilli ſeruis pecuniã credidit ſubſcribente tutore, ſtipulatione in perſonam tutoris tranſlata[n]. Quæſitum eſt, an aduerſus pupillum cõpetat actio. Reſpondi, ſi cum in rem pupilli daretur, id in rem eius verſum eſt, & quo magis actus ſeruorum confirmaretur, tutor ſpopondit: poſſe nihilominus dici, de in rem verſo cum pupillo[o] actionem fore.

XXI. Iᴅᴇᴍ libro quinto Digeſtorum.

Filiamfamilias duxit vxorem, patre dotem promittẽte: & cõuenit inter omnes[p] perſonas, vti eam pater, aut ipſa ſe tueretur. Maritus ei

Pater.} Cᴀsᴠs. Si pater pro filia promittat dotem, & conueniat inter ipſam & maritum vt eam alat: & patre non præſtante alimenta, maritus vxori ſuæ tradiderit vt ſe alat & veſtiat: an de in rem verſo teneatur, quæritur: & dicitur quòd ſic. Hunc caſum ponit lex vltima. {Sᴇʀᴠᴠs.} Si ſeruus eius qui reipub. cauſa abfuit, ſeruo alicuius pupilli crediderit tutore ſubſcribente inſtrumento contractus, & in ſe tranſtulit obligationem: an pupillus teneatur de in rem verſo, quæritur. Et reſpon. quòd ſic, quia tranſlatio obligationis facta in tutorem, non fuit facta animo nouandi. Viuianus.

l *Non præſtante.* ſcilicet alimenta, vt conuenerat. Accurſius.

m *Actionem.* in patrem: vt hic, & infra, eod. l. fi. in fin. & s. eo. quòd ſi ſeruus. §. proinde ſi ſeruus. Accurſius.

n *Tranſlata.* ſed non nouata. alioquin non daretur de in rem verſo. ſic & ponitur ſupra, de offic. ejus cui man. eſt iuriſ. l. j. in fin.

o *Cum pupillo.* ſic & infra titu. j. l. ij. j. reſpon. & C. quando ex fac. tut. l. ſi in rem.

p *Filiamfamilias. Inter omnes.* maritum & vxorem & patrem: ſimile pactum: vt ſupra eo. l. pater. & j. de except. doli. l. pater. j. reſpon. Accurſius.

a Credita.

a *Credita*.i.cōmiſerat ſibi marit⁹ tractare res ſuas familiares. A

b *Mulieris retinet*. Ad hanc reſpon. non: vt ſupra de condic. indebi. ſi non ſortem. §. ſi centum. & etiam non retinet interim pro patre: vt C. commoda. l. finali.

c *Vtilem*. id eſt efficacem, ſed ad id nō reſpon. an res poſsint retineri. Sed dic quòd non: vt C. commod. l. ſub prætextu.

QVOD IVSSV.

*Quia ſupra de peculio, & de in rem verſo diximus: ponit, Quod iuſſu: vt ſupra de peculio. l. 1. §. eſt autem.*

Erito.} CASVS. Si iuſſu tuo ſeruus cōtrahat, obligaris in ſolidum quod iuſſu, quia tecum quodammodo cōtractum videtur. hoc in prima. & non refert iuſſeris per nuntiū, vel per epiſtolam, vel ſpecialiter, vel generaliter. vnde ſi dicat dominus ꝙ velit quòd contrahat cum ſeruo ſuo, ſufficit: niſi aliud poſtea conueniat. hoc in ſecunda. Sed an re integra dominus poſsit reuocare iuſſum? Dicitur quòd ſic: ſicut eſt in mandato. hoc in tertia. {SED.} Si pater vel domin⁹ vt filij vel ſerui contrahant, mandauerint: tenentur qđ iuſſu. Item ſi pater vel dominus ſubſcripſit chirographo ſerui vel filij, tenetur quod iuſſu. hoc in ſecunda. Sed quæritur, ſi pater vel dominus fideiuſſerint pro ſeruo vel filio, an teneatur? Dicitur ꝙ non, quia fideiubendo non interuenit vt dominus, ſed vt quilibet extraneus fideiuſſorio nomine obligatur. hoc in tertia. Si vero inutiliter fideiuſſit, non tenetur quod iuſſu. & hoc in quarta. Si vero dominus ratū habeat quod ſeruus, vel pater quod filius geſſerit: tenetur qđ iuſſu. & hoc in quinta. {SI PVPILLVS.} Si pupillo iubente contrahatur cum ſeruo, non obligatur quod iuſſu, niſi authoritas tutoris interuenit. hoc in prima. ſed ſi is qui habet vſumfru. in ſeruo, iubeat: nunquid tenetur contrahenti quod iuſſu? Dicitur quòd ſic. hoc in ſecunda. Idem eſt in eo qui bona fide ſeruit. & hoc in tertia. {SI CVRATORE.} Si iuſſu curatoris prodigi, &c. cum ſeruo eorum contrahatur, an teneatur? Et dicitur quòd ſic. & hoc in prima. An idē ſit in procuratore vero? Et dicitur quòd ſic. & hoc in ſecunda. an hoc ſit verum in procuratore falſo? Et dicitur quòd non: ſed ipſe procurator tenetur, & hoc in tertia. Viuianus. D

mutuos nummos dedit, cum iuſtè putaret patrē eius miniſtraturum tantum ſalarium, quantū dare filiæ ſuę inſtituerat. Eos nummos illa in vſus neceſſarios ſibi, & in ſeruos, quos ſecum habebat, conſumpſit: aliquantum & cū ei res familiares creditæ[a] eſſent, ex pecunia mariti in eaſdem cauſas cōuertit. Deinde prius quàm pater ſalarium expleret, moritur filia, pater impenſam recuſat. maritus res mulieris retinet[b]. Quæro an de in rem verſo aduerſus patrem actio cōpetat? Reſpondit, ſi ad ea id quod creditū eſt, erogatum eſſet, ſine quibus aut ſe tueri, aut ſeruos paternos exhibere non poſſet, dandam de in rem verſo vtilem[c] actionem.

## QVOD IVSSV.

### TITVLVS IIII.

I. VLPIANVS libro vicenſimonono ad Edictum.

Meritò ex iuſſu domini, [vel patris] in ſolidum aduerſus eum iudicium datur. nā quodāmodo cum eo cōtrahitur qui iubet[d]. Iuſſum autē accipiendū eſt, ſiue teſtato[e] quis, ſiue per epiſtulā, ſiue verbis[f], aut per nuntiū, ſiue ſpecialiter in vno cōtractu iuſſerit, ſiue generaliter. Et ideo & ſi ſic cōteſtatus ſit, *Quod voles cū Sticho ſeruo meo negotiū gere,* periculo meo*: videtur ad omnia iuſsiſſe: niſi certa lex[g] aliquid prohibet. Sed ego quæro, an reuocare hoc iuſſum antequā credatur, poſsit? Et puto poſſe: quemadmodū[h] ſi mandaſſet[i], & poſtea ante contractū cōtraria volūtate mandatū reuocaſſet, & me[k] certioraſſet. Sed & ſi mādauerit pater dominúſve: videtur iuſsiſſe. Sed & ſi ſerui B chirographo ſubſcripſerit dominus: tenetur[l] quod iuſſu. Quid ergo ſi fideiuſſerit pro ſeruo? Ait Marcellus nō teneri quod iuſſu. quaſi extraneus enim interuenit. Neq; hoc dicit ideo ꝙ teneatur ex cauſa fideiuſsionis[m]: ſed quia aliud eſt iubere, [aliud fideiubere.] Deniq; idem ſcribit, etſi inutiliter fideiuſſerit, tamen eū nō obligari quaſi iuſſerit. quæ ſententia verior eſt.

Si ratum habuerit[n] quis, quod ſeruus eius geſſerit, vel filius: quòd iuſſu actio in eum* datur.

C Si pupillus dominus[o] iuſſerit: vtique non tenetur, niſi tutore auctore iuſsit. Si iuſſu fructuarij erit cum ſeruo cōtractum, item eius cui bona fide ſeruit: Marcellus putat quod iuſſu dandam in eos actionē. quam ſententiam & ego probo. Si curatore adoleſcentis vel furioſi vel prodigi iubente, cum ſeruo contractum ſit: putat Labeo dandam quod iuſſu actionem

d *Qui iubet*. ſic & ſ. tit. j. l. j. j. reſpon. in fin. & accipe hoc ſiue iuſſus dirigatur ad ſeruum, ſiue ad contrahentes. Ideoque ſi dominus ſeruo liberam adminiſtrationem conceſsit, tenetur quod iuſſu. nam qualitercunque dominus vel ratihabitione vel ſubſcriptione voluntatem circa contractus accommodet, tenetur quod iuſſu in ſolidum: vt ex verbis huius legis apparet, ſi tamē iuſſus fuit in re peculiari. at vbi in re dominica: ſi dirigatur iuſſus ad contrahentem cum ſeruo, habet locum actio mandati: vt C. manda. ſi tibi, ſicq; dixit. P. vnam non poſſe concurrere cum alia: ſed Ioan. dicit quandoque concurrere, vt cum iuſſus ad contrahentem dirigitur in re peculiari vel dominica, quandoque non concurrere, vt cum ad ſeruum dirigitur. Accurſius.

*Actio quod iuſſu an cū alia concurrat.*

e *Teſtato*. id eſt coram teſtibus inter præſentes.

f *Siue verbis*. inter præſentes. ſiue teſtibus. ſic infra mand. l. j.

g *Certa lex*. id eſt pactum in contractu poſtea appoſitum. vel proprie pone in donatione ſi ſeruus donet, ex qua nō agitur quod iuſſu: vt ſupra de pac. l. contra iuris. §. ſi filius.

h *Quemadmodum*. ex hoc poteſt perpendi differentiā eſſe inter iuſſum & mandatum, nā ſi eſt ſimile, vt hic: ergo nō idē, cum nihil ſit id cui idipſum ſimile eſt. Item ex eo quod ſubijcit, ſed & ſi mandauerit, &c. & ex eo quod eſt. C. quod cum eo. l. etiam. & l. ſi mandator. & patet cuilibet, quia iuſſus importat neceſsitatem: vt inſti. de Attili. tut. §. pen. Et no. prouerbium: Rogatio domini, præceptum eſt. Dominu rogāt præcipit. ſed mandatum, ſpontaneam obſequij præſtationem, ſecundum Ioan. Item in eo quod hic dicit de certioratione, eſt argu. contra infra de ma. vin. l. iiij. §. j. & de acquir. here. l. ſi quis. §. pater. Sed certe hoc dicitur hic vt per hoc magis appareat aliquis trāſgreſſor mandati. nam & ſine ea certioratione quod factum eſt non tenet, niſi in iudicio: vt C. de ſatiſda. l. vna.

i *Mandaſſet*. alicui libero.

k *Me*. cum illo libero contrahente: vt C. de ſatiſda. l. j.

* tu.

l *Tenetur quod iuſſu*. qui ergo ſubſcribit, cōſentit. ſic infra de pig. fideiuſſor. §. pater. Sed argu. contra. ſ. de pigne. act. l. Gaius. & infra de reſcin. ven. ſi Titius. Sed ibi errando ſubſcripſit. Et ſic eſt argu. hic, quòd canonici ſubſcribentes conſentire videantur. Item quid ſi permiſerit ſeruo rem peculiarem dare pignori, an teneatur quod iuſſu. *Subſcribens an conſentiat.*

m *Ex cauſa fideiuſsionis*. ex ea cauſa bene tenetur: vt hic, & infra tit. j. ſi domina. & ſupra de inſtito. in eum. §. tabernæ. Item no. fideiubentem non videre conſentire. Sed contra. C. de euic. l. exceptionem. in fi. Sol. ibi vt confirmando & approbando: hic vt extraneus, vt hic dicit. præterea & ideo ibi repellitur à vindicando, quia quem de euic. tenet actio, eundem agētem repellit exceptio: vt de euic. l. vindicantem. Item no. quòd ſi econtra ſeruus vel filius pro domino vel pro patre fideiubeat: dominus & pater quaſi iuſſerit poteſt quod iuſſu conueniri: vt infra de fideiuſ. l. ſi dubitet. §. ſed an. Accurſius.

n *Si ratum habuerit*. ſ. tanquam pater vel dominus: aliàs non: vt j. l. proxi. in fi. Et no. hic quòd ratihabitio mandato comparatur: vt hic, & j. de reg. iu. l. hoc iure. §. j. & C. ad Mace. l. fi. niſi in caſibus quos dic vt ſ. dixi de infa. l. quid ergo. j. reſpon. non tamen agitur manda. vt ſ. de nego. geſt. l. ſi pupilli. §. item quæritur. niſi in caſu iſto, vbi agitur quod iuſſu. Sed videtur quòd hæc ratihabitio nō facit in ſolidum teneri: vt ſ. de neg. geſt. l. ſi pupilli. §. ſed ſi ego. quæ eſt contra. Sol. ibi contractū vel quaſi ab alio extraneo factum habuit ratum, hic à ſeruo. Item contra ad idem. j. de admini. tut. Lucius Titius Gaium. ſed ibi non agnouit pater, ſed conſenſit, vt aliàs cōſentit filio agenti, non tamen ideo ſe obligat: vt C. de bo. quæ lib. l. fi. §. j. hic autem vt ſe obligat, &c. Item contra ſupra titu. j. ſi res. §. quod ſeruus. Sol. vt ibi. Accurſius.

o *Si pupillus dominus*. id eſt, pupillus qui eſt dominus. & facit ſupra de inſti. l. verum. & de tribu. l. iij. §. fin. Accurſius.

a Idem

a *Idem & in vero procuratore*. & facit ſupra de inſtit.l.cuicunque.§.fin.& l.fin.& infra.t.proxi.j.reſpon. A

b *Actionem*. mandati:vt infra.l proxi.in fine.

in eos quorũ ſeru⁹ fuerit. Idẽ & in vero procuratore.[a] Sed ſi procurator verus nõ ſit, in ipſum potius dandam actionem[b] idem Labeo ait.

*Ex iuſſu tutoris datur quod iuſſu contra pupillum. Pau.de Caſt.*

II. PAVLVS libro trigenſimo ad Edictum.

SI tutoris iuſſu ſeruo pupilli creditũ ſit: puto, ſi ex vtilitate pupilli fuerit creditũ, in pupillum eſſe dandam[c] actionem quòd iuſsit tutor. Si iuſſu domini ancillæ, vel iuſſu patris filiæ creditum ſit: danda eſt in eos quod iuſſu actio.[d] Si iuſſu meo cũ alieno ſeruo contractũ fuerit, eũq; poſtea redemero: quod iuſſu [actione[e]] non tenebor: ne actio quæ ab initio inutilis fuerit, euentu confirmetur. B

III. VLPIANVS libro ſecundo Reſponſorum.

DOminũ qui iuſsit ſemiſſib⁹ vſuris ſeruo ſuo pecuniam mutuam credi, hactenus teneri, quatenus iuſsit: nec pignoris obligationem locum habere in his prædijs quæ ſeruus non ex voluntate domini obligauit[f]. C

IIII. IDEM libro ſecundo ad Edictum.

SI iuſſu eius qui adminiſtrationi rerum ciuitatis præpoſitus eſt, cum ſeruo ciuitatis negotiũ contractũ[g] ſit: Põponius ſcribit, quod iuſſu cum eo agi poſſe[h].

*Quando pater vel dominus erit principaliter contracturus per ſeipſum: licet iubeat dari ſeruo vel filio, non agitur quod iuſſu, ſed agitur ac ſi ſecum eſſet contractus celebratus: & ſi ex pluribus dominis vnus iubeat, contra ipſum ſolum datur hæc actio. Paulus de Caſt.*

V. PAVLVS libro quarto ad Plautium. D

SI tutoris.} CASVS. Si tutor iubet, vt cũ ſeruo pupilli, aliquis contrahat, vt in vtilitatem pupilli creditũ fuerit, tenebitur pupill⁹ quod iuſſu. hoc in prima. idem in ancilla & filia. {SI IVSSV.} Si iubeat aliquis vt cũ alieno ſeruo cõtrahat: cum iuſſus ſit inutilis, nõ tenebitur, quod iuſſu. Sed quid ſi ſeruus poſtea ſit fact⁹ ſuus, quia eũ redemerit, an cõualeſcat actio quod iuſſu, quę ab initio non tenuit? Dicitur quòd non. hoc in tertia. Viuianus.

c *Eſſe dandam*. facit.s̃. l.proxi.in fi.& s.titu.j. l.pater.§.j. Accurſius.

d *Actio*. vt ſupra de pecu. l. & ancillarum. circa prin.

e *Quod iuſſu actione*. id eſt hac actione quod iuſſu, nomine illius cõtractus quẽ fecit iuſſu meo: ſed mandati teneor, cũ tã dominus, quàm quilibet alius pro ſeruo ſe obligare poſsit mãdando & fideiubendo: vt j̃.titu j. ſi domina.& j̃. de act. emp. ſi ſeruus.§.fin.& facit ad hunc §. j̃. de ſuſpe.tu.l.iij.§.quòd ſi quid admiſit. & s̃. de noxa. in delictis.§. ſi extraneus. Accur.

DOminũ.} CASVS. Si dominus iubeat, vt ſeruo mutuetur ſub vſuris ſemiſsibus: tenebitur conſequẽs quatenus iuſsit, & non in plus. hoc in prima. Sed quid ſi ſeruus citra domini volũtatem prædia domini obligat, nũquid tenet pignoris obligatio? Dicitur quòd nõ. hoc in ſecunda. Viuianus.

f *Obligauit*. ſed certe imò eo ipſo ꝙ permiſit pecuniam credi, & pign⁹ retineri poteſt: vt C. ad Mace. ſi permittente. quæ eſt contra. Solu. ibi vtrunque permiſit, & pecuniam accipi, & pignus dari. vel diſtingue[a] cũ pręcipit pater vel dominus dari pecuniam filiofa. vel ſeruo, vel etiam extraneo, an ſit datum pignus: & tunc ſi ſciat eſſe datum, confirmet: vt ibi, & j̃.quib.mo. pign.ta. contra.l. ſi gratuitam.j.reſpon. ſi ignorat, non confirmat: vt hic. an poſtea datum fuit, & tunc non teneat, niſi & de hoc ſpecialiter mandet: vt d.l. ſi gratuitam. in fine. Accurſius.

SI iuſſu.} CASVS. Si poteſtas Bononien. iubeat vt cum ſeruo ciuitatis contrahatur, an teneatur quod iuſſu? dicitur quòd ſic. Viuianus.

g *Contractum*. nõ in vtilitatem ciuitatis, aliàs ciuitas teneretur: vt s̃.l.ij.in prin.& ipſe durante officio. quid poſtea? Reſp. vt not. j̃.de admin.re.ad ciui.perti.l.ij.§.in eum.

h *Poſſe*. & facit ſupra eodem.l.j.§.finali.

SI dominus.} CASVS. Si dominus accepturus mutuũ iuſſerit ſeruo vel nuntio numerari, an teneatur quod iuſſu? dicitur quòd non, quia cum ſeruo non eſt contractum. hoc in prima. {SI VNVS.} Si tecum habeam ſeruum communem, & iuſſu tuo contrahat, tu ſolus teneberis. hoc in ſecunda. Si vero ambo iuſsimus, quilibet noſtrũ tenebitur in ſolidũ quod iuſſu: A quia ſimiles ſumus duobus mandantibus. hoc in tertia.

i *Numerari*. vt nuntio.

k *Non competit*. cum ſit cum domino vel patre vere contractum: vt hic, & C. quod cum eo.l. ſi ex contractu.

l *Solus*. vt ſupra titu.j.l. ſi in rem.

SI dominus vel pater pecuniam mutuã accepturus, iuſſerit ſeruo filióve numerari[i], nulla quæſtio eſt quin ipſi condici poſsit. imò hoc caſu de iuſſu actio non competit[k]. Si vnus ex ſerui dominis iuſsit cõtrahi cũ eo, is ſolus[l] tenebitur. ſed ſi duo iuſſerunt, cũ quouis in ſolidum agi poteſt: quia ſimiles ſunt duobus mandantibus[m]. B

# Digeſtorum ſeu Pandectarum liber ſextuſdecimus.

## AD SENATVSCONSVLtum Velleianum.†

### TITVLVS I.

*Per Velleianum mulieribus intercedentibus paratur actio, & in veterem debitorem reſtituitur ſeu inſtituitur actio. h.d. cum ſequentibus, in quibus iuriſconſul. ſummauit totum titulum: & ponit hic caſus in quibus hic titulus locum non habet. Bartolus.*

I. PAVLVS libro trigenſimo ad Edictum.

VElleiano ſenatuſcõſulto[n] pleniſsimè cõpreHenſum eſt, ne pro vllo[o] fœminæ intercederent. Nam ſicut moribus ciuilia officia adempta ſunt[p] fœminis, & pleraque ipſo iure non valent: ita multo magis adimendum eis fuit id officium, in quo non ſola opera, nudumque miniſterium earum verſaretur: ſed etiam periculum rei familiaris. Aequum autem viſum eſt, ita mulieri[q] ſuccurri, vt in veterem debitorem, aut in eum qui pro ſe conſtituiſſet mulierem ream[r], actio daretur[s]. C D

m *Mandantibus*. qui tenentur inſolidum, ſicut & fideiuſſores plures: vt j̃.mandati. creditor.§.duobus. & inſtit.de fideiuſ.§. ſi plures. ſed hodie mandatores & fideiuſſores pro parte tantum conueniuntur: vt in auth. de duo.re.col. vij. vel verius illa auth. loquitur in pluribus reis principaliter pro ſe obligatis, non in his qui ſunt acceſſorij in ſolidũ obligationi alterius. ADDITIO. Not. ex hac glo. quòd auth. de duobus reis. non habet locum niſi in principaliter obligatis, non in obligatione acceſſoria: quia tunc iura antiqua remanent incorrecta. & cum hac glo. concor. inſtit. de fideicom.§. ſi plures. ſecundum Bal. hic.

† *Belleianũ legit. Angelus Politianus libro 5. epiſtolarũ. epiſtola II.*

AD SENATVSconſultum Velleianum.

*Dictum eſt ſupra qualiter ex alterius contractu quis tenetur, nunc qualiter etiam ex ſuo non teneatur propter Velleiani exceptionem.*

VElleiano ſenatuſconſulto.} CASVS. Cauetur ne mulier intercedat: quia ſicut ei interdicitur publicum officium, eodem modo interceſsio. vnde ſi intercedat pro aliquo animo nouandi, vt in ſe transferat obligationẽ, liberatur: & in veterem debitorẽ creditori reſtituetur vetus actio. Viuianus.

n *Velleiano ſenatuſconſulto*. quod eſt infra, l. proxi.§. cuius ſenatuſcon &c.

o *Ne pro vllo*. niſi in ſex caſibus: vt pro pecunia pro libertate danda: vt C.eo.l.pen. Item pro dote: vt C. eo.l.fin. Item ſi renuntiet: vt j̃.eo.l.fin.§.pen. Item ſi accipiat pretium pro interceſsione: vt C.eo.l.antiquæ. Itẽ ſi decipiat, tenetur: vt j̃.eo. ſi decipiendi. Item ſi caueat ſecundo. vt C.eo. ſi mulier. Vnde verſus. Caſibus in ſenis mulier ſpondendo tenetur. Pro libertate, pro dote, renuntiet, & ſi Decipiat, pretiũ capiat, caueatq; ſecundo. Item vij. ſi in rem ſuam: vt j̃.e. ſed ſi cum.& l.aliquando. Item & viij. tenetur, vt ſi ſucceſsit ei pro quo interceſsit: vt j̃.e.l.quamuis.§. plane ſi mihi. Accur.

*Mulier Velleia. in multis caſibus nõ iuuatur.*

*Verſus.*

p *Adempta ſunt*. vt iudicia: vt s̃.de iudic.cum prætor.§.fina. Item arbitria: vt C. de arbi.l.fin. Item alia ſimilia: vt j̃.de regu. iur.l.ij. ſed quædam poteſt habere, & ideo dicit pleraque, vt tutelam filiorum: vt in authen. de here. ab inteſta.§. ex his. col.ix. Item procurationem parentis: vt s̃.de procur.l.fœminis. Accurſius.

q *Mulieri*. animo nouandi intercedenti.

r *Ream*. cum ipſa non obligaretur.

s *Actio daretur*. vt j̃.e.l.quanuis.§.quotiens.& §. ſi cum eſſem. etiam ſi creditor ſcienter eam accepit: vt j̃.eo.quidam. Acc.

*Et primo.*

ET *primo.*} C A S V S. Iure veteri ſuccurrebatur mulieri tantum ſi propter maritum interceſſerit: poſtea ſenatuſcon. Velleiano ſuccurritur ei ſiue pro marito ſiue pro alio interceſsit: & illud ſenatuſconſult. non eſt ſine commendatione. {O M N I S.} Siue re, ſiue verbis, mulier ſe obligat. vnde ſi pro aliquo intercedere videatur, ſibi ſuccurritur. {S E D E T S I M V L I E R.} Conuenit me aliquis in iudicio, & mulier quędam ſe obtulit defenſioni meæ, & condemnata eſt. quæritur, an ei ſubueniatur per ſenatuſcon? Dicitur quòd ſic. Viuianus.

a *Pro viris.* ideo ſpecialius de viris fit mẽtio, quia ab eis facilius amore decipiebantur: vt ꝉ. de do. inter vir. & vxor. l. j. & ideo hodie hoc caſu ipſo iure non tenet quando pro viro fideiubet: vt in authentic. vt nulli iudic. §. & illud quoque, &c. col. ix. Accurſius.

b *Sunt.* ſubaudi, de eo quod, &c. Accurſius.

c *Quod Marcus.* quidam libri habent quę, vt dicas, Verba quæ, &c. Alij vt dicas de eo quod, &c. & eſt interpoſitio vſque illuc, quod ad fideiuſsiones &c. vbi incipiunt verba ſenatuſconſulti, ſecundum H.

d *Quid de ea re.* quærendo à ſenatu.

e *Cenſuerunt.* aliàs, cõſuluerunt. i. interrogauerunt dicti conſules ceteros ſenatores, vt dictum eſt. Vel dic ꝙ ipſi conſules dederũt conſilium, quod ab alijs poſtea eſt firmatũ, vel dic quòd conſuluerunt ceteri ſenatores reſpondendo conſulibus. Accurſius.

f *Dationes.* cum ipſa accepit quod alius accepturus erat.

g *Detur.* ſcilicet quando pro maritis intercedunt. vt in princip. huius legis.

h *Cum eas.* ad ſequentia. Accurſius.

i *Arbitrari ſenatum.* ſciendum eſt, ſubaudi. Accurſius.

k *Seruetur.* circa omnes mulieres: vt infra eod. l. prima. j. reſpon. Accurſius.

l *Laudata.* Argu. pro allegantibus: vt ſ. de origine iuris. l. j.

m *Suppoſitis.* ſcilicet mulieribus. Vel dic, ſenatoribus, qui quotidie propter mulieres intercedentes inquietantur: vt argu. C. qui potiores in pignore habeantur. l. fin. j. reſpon.

n *Opitulatur.* ſcilicet ſenatuſconſul. vt hic, & infra, eod. ſi decipiendi. & C. eo. ſi ſine. in fin. & ad idem. C. ſi mi. ſe ma. di. l. ij. & iij. & ꝉ. de diſtra. pig. l. mulier. & ſ. eo. l. j. in fin. & infra de reg. iur. in eo. §. fin. & no. quòd ſolo vno caſu videtur decipere: hoc eſt quando ipſa ſcit ſe non teneri, & creditor ignorat: vt ꝉ. e. ſi decipiendi. aliàs ſiue ipſa ignoret, & creditor ſcit, ſiue ambo ignorant: vt ꝉ. l. vir vxori. ſiue ambo ſciant, ſubuenitur ei. nec ob. hoc vltimo caſu quia ſciuit: quaſi ideo videatur decipere creditorem, quia non videtur deceptus qui ſciuit: vt ꝉ. de act. emp. l. j. in fin. Accurſius.

† *Q. D. E. R. F. P. D. E. R. V. I. C. Vide Baptiſtã Egnatium ca. 3. Racemationum.*

* *oportet Flor.*

* *cõſuluerunt. Fl.*

† *Iſte text⁹ eſt no. ſecũdũ Bald. ad hoc ꝙ exceptiones Velleiani poſſunt opponi per iudicem etiã ſine petitione ipſi⁹ partis, hoc addito, ꝙ exceptio huiuſmodi cõpetit mulieri, competit & fideiuſſori. Bolo.*

magis enim ille quàm creditor mulierem decepit.

*Hic ponitur ordo qualiter deuentũ eſt ad hoc ſenatuſc. & eius verba recitantur. & h. d. Mulieri intercedenti paratur excep. per ſenatuſc. Velleia. cuius verba hic referũtur. h. d. Et not. hic modum & ordinem in conſilio. Primo enim fuit propoſita quæſtio. Secũdo cõſuiitur ſuper ea. Tertio fit reformatio, & ita ſiunt hodie reformationes. Bart.*

II. V L P I A N V S libro vicenſimonono ad Edictum.

ET primò quidem temporibus diui Auguſti, mox deinde Claudij, edictis eorũ erat interdictum ne fœminæ pro viris[a] ſuis intercederẽt. B poſtea factum eſt ſenatuſcõſultum quo pleniſsimè fœminis omnibus ſubuentum eſt. cuius ſenatuſconſulti verba hęc ſunt[b], *Quòd Marcus*[c] *Silanus, & Velleus Tutor conſules verba fecerunt de obligationibus fœminarum quæ pro alijs reæ fierent, quid† de ea re*[d] *fieri oporteret,* de ea re [vniuerſi] ita cenſuerunt*[e]*. *Quod† ad fideiuſsiones & mutui donationes*[f] *pro alijs, [pro] quibus interceſſerint fœminæ, pertinet: tametſi ante videtur ita ius dictum eſſe, ne eo* C *nomine ab his petitio [fiat,] néve in eas actio detur*[g]*, cum eas*[h] *virilibus officiis fungi, & eius generis obligationibus obſtringi non ſit æquũ arbitrari ſenatum,*[i] *rectè atq; ordine facturos [eos] ad quos de ea re in iure aditum erit, ſi dederint operam, vt in ea re ſenatus voluntas † ſeruetur*[k]. Verba itaque ſenatuſconſulti excutiamus, prius prouidentia ampliſsimi ordinis laudata[l], quia opem tulit mulieribus, propter ſexus imbecillitatem multis huiuſcemodi caſibus ſuppoſitis[m] atque obiectis. Sed ita demum eis D ſubuenit, ſi non callidè ſint verſatæ. Hoc enim diuus Pius & Seuerus reſcripſerunt. Nam deceptis, non decipientibus opitulatur[n]. Et eſt Græcum Seueri tale reſcriptum: ταῖς ἀπατώσαις γυναιξὶν τὸ δόγμα τῆς συγκλήτου βουλῆς οὐ βοηθεῖ [.i. Decipientibus mulieribus ſenatuſconſultũ auxilio non eſt.] infirmitas enim fœminarum, non calliditas auxilium meruit*.

*Verbum intercedere, comprehendit omnem obligationem omnino quam mulier pro alio ſuſcipit. Bartolus.*

Omnis omnino obligatio ſenatuſconſulto Velleiano cõprehenditur, ſiue verbis[o], ſiue re, ſiue quocunque alio cõtractu interceſſerint[p]. Sed & ſi mulier defenſor alicuius extiterit, proculdubio intercedit. Suſcipit enim in ſe B alienam[q] obligationẽ: quippe cum ex hac re ſubeat condemnationem[r].

Proinde neque maritum neque filium, neque patrem[s] permittitur mulieri defendere.

*In hac l. cum duabus ſeq. ponuntur tres caſus in quibus ceſſat ſenatuſconſultũ Velleianum. Bartolus.*

III. P A V L V S libro trigenſimo ad Edictum.

SEd ſi eum defendat, qui damnatus regreſſum ad eam habeat, veluti cum venditorem hereditatis ſibi venditæ, vel fideiuſſorem ſuum defendat: intercedere non vi C detur[t].

*Mulier intercedendo Velleiano iuuatur, ſi creditor interceſsionẽ ſciuerit: ſecus ſi ignorauerit. Item mulier ſoluens, vel donans, nõ iuuatur. hoc dicit. quam l. not. quia limitat multum verba ſenatuſcon. Bartolus.*

IIII. V L P I A N V S libro vicenſimo nono ad Edictum.

SEd ſi ego cum muliere ab initio contraxerim, cum ignorarem[u] cui[x] hæc factum vellet: non dubito ſenatuſconſultũ ceſſare. & ita diuus Pius & imperator noſter reſcripſerunt. Proinde ſi dum vult Titio donatum, acceperit à me mutuam pecuniã, & eam Titio donauit: ceſſat ſe- D natuſcõſultum. Sed & ſi tibi donatura, creditori tuo nũmos numerauerit: non intercedit. Senatus enim obligatę[y] mulieri ſuccurrere voluit, non donanti. hoc ideo, quia facilius ſe mulier obligat, quàm alicui donat[z].

*Mulier rem ſuam agens, Velleiano non iuuatur. Bartolus.*

V. G A I V S libro nono ad Edictum Prouinciale.

o *Verbis.* vel dicas hos contractus ab alio factos, ſed mulierem intercedere: vel dicas ipſam eos feciſſe pro alio: vt ꝉ. e. quanuis. §. ſi cum eſſem. Accur.

* *Flor.*

p *Interceſſerint.* ſiue mulier intercedat alio primo contrahente in hos contractus: ſiue ipſa ſola cõtrahat pro alio: vt ꝉ. eod. l. quanuis. §. ſi cum eſſem. Accurſius.

q *Alienã.* ergo animo nouandi interceſsit.

r *Condemnationem.* ergo ſe obtulit: vt ſ. de procu. l. Plautius. aliàs repellitur quia fœmina. non quia intercedat.

s *Neque patrem.* niſi in caſu: vt ſ. de procur. l. fœminis. & in alio: vt infra de libe. cau. l. iij. Accurſius.

SEd *ſi eum.*} C A S V S. Ego hereditatem vendidi mulieri: ſi creditores hereditarij me conueniant, & ipſa me defendat: ei non ſuccurritur: cum ſi condemnatus fuero, regreſſum habeam contra ipſam. Viuianus.

t *Nõ videtur.* vt infra eo. l. aliquando. & l. ſi pro aliquo. & C. e. l. ij. & ſ. qui ſatiſda. cog. de die. §. j. Accurſius.

u SEd *ſi ego. Cum ignorarem.* ſubaudi, maxime. nam idem ſi ſcirem: vt C. eo. ſi fœnebris. & facit infra eodem. ſi mulier tanquã. & l. bona fide. Accurſius.

x *Cui.* id eſt pro quo amico ſuo. Accurſius.

y *Obligatæ.* ſcilicet pro alio.

z *Donat.* eſt enim genus[a] mulierem auariſſimum in donando: vt hic, & C. de dona. ante nup. l. ſi à ſponſo. §. quòd ſi ſponſa. & infra de dona. inter vir. & vxori. l. ſi ſtipulata. in fi. Idem & in maribus: vt infra de prob. l. cum de indebito. & inſtitu. de dona. §. j. ibi, magis ſe quis vult, &c. niſi ſit ibi affectio paterna: vt C. de donatu. li. l. fin. & de bo. quæ liberis. l. ij. Vel cõiugalis: vt infra de donationibus inter virum & vxorem. l. j. vel ſanguinis: vt infra de tu. & ra. diſtrahen. l. j. §. j. Vel ſcholaris in magiſtrum: vt infra de adminiſtratio. tuto. l. cum plures. §. j. Vel meretricalis: vt infra de dona. l. affectionis. Vel niſi ille ſit diues, qui debet multum donare. vt in authenti. de non alie. §. ſi minus. col. ij.

a Nes

NEc intereſt, pecuniam ſoluendi cauſa numeret [a], an quālibet ſuā rem in ſolutum det. Nā & ſi vēdiderit [b] rem ſuā: ſiue pretium acceptū pro alio ſoluit, ſiue emptorē delegauit creditori alieno [c]: non puto ſenatuſconſulto locum eſſe. [d]

*Mulier ſi fideiubet, vel alium fideiubere mādat: iuuatur Velleiano, ſi recipiens hoc ſciuerit. h. d. cum l. ſeq. quanquam. Bart.*

VI. VLPIANVS libro viceſimonono ad Edictum.

B SI fideiuſſores [e] pro defenſore abſentis filij ex mādato matris eius interceſſerint, quæritur an etiā his ſenatuſcōſulto ſubueniatur. Et ait Papinianus libro nono queſtionum, exceptione eos vſuros [f]: nec multum facere, quòd pro defenſore fideiuſſerunt: cū contēplatione [g] mādati matris interuenerint. Planè, inquit, ſi qui accepit eos fideiuſſores, matrem eis mandaſſe ignorauit [h]: exceptionem [i] ſenatuſcōſulti replicatione doli repellendam.

VII. VLPIANVS libro nono Quæſtionum.

C QVanquam igitur fideiuſſor doli replicatione oppoſita* defenſionem exceptionis [k] amittat, nullam tamē replicationem aduerſus mulierem habebit: quia facti non poteſt [l] ignorationem prætendere. Sed non erit iniquum, dari negotiorū geſtorum actionem [m] in defenſorem, quia mandati cauſa [n] per ſenatuſcōſultum [o] conſtituitur irrita, & pecunia fideiuſſoris liberatur [p].

*Liberatio pignoris nō eſt interceſſio. Bart.*

VIII. VLPIANVS libro viceſimonono ad Edictum.

B QVamuis pignoris datio interceſſionem faciat [q], tamen Iulianus libro duodecimo Digeſtorū ſcribit, redditionem pignoris, ſi creditrix mulier rem quā pignori acceperat, debitori liberauerit, non eſſe interceſſionem. [r]

*Si mulier alicui promittit indemnitatem, non eſt interceſſio. Bartolus.*

Si mulier interuenerit apud tutores filij ſui, ne hi prædia eius diſtraherent, & indemnitatem eis repromiſerit: Papinianus libro nono queſtionum non putat eam interceſſiſſe: nullam enim obligationem alienam [s] recepiſſe, neque veterem, neque nouam, ſed ipſam feciſſe hanc obligationem.

*Mulier iuuatur Velleiano aduerſus primum creditorem, & aduerſus eum qui eſt delegata, licet Marcellus aliter diſtinxerit. Bartolus.*

a *NEc intereſt. Numeret.* vt ſ. l. proxi. §. fin. & infra eo. quamuis. §. plane ſi mulier.
b *Vendiderit.* vt C. eo. l. ſenatuſconſultum. in fine.
c *Alieno.* animo donandi: vt ſupra proxi. dixit.
d *Eſſe.* vt repetat ab eo cui ſoluit, repetat tamen ab eo pro quo ſoluit ſi donatio non valeat, quia viro: aliàs nec ab ipſo.

*SI fideiuſſores.* } CASVS. Filium alicuius mulieris, cum abeſſet & conueniretur, ipſum defendi. mulier mandauit duobus vt pro eo fideiuberent. an fideiuſſoribus ſuccurrat, quæritur. Et dicitur quòd ſic: quia mandauit mulier fideiuſſoribus hoc: quando actor ſciuit mulierem mandaſſe. ſecus ſi ignorauit. An autem fideiuſſores ſi velint habere regreſſum cōtra mulierem mandantem, & ipſa excipiat, poſsint replicare? dicitur quòd non: quia non poſſunt ignorare mulierem mandaſſe. habebunt autem act. nego. geſto. cōtra defenſorem, cum facto eorū liberetur: & defenſor filium conueniet. hoc dicit cum l. ſequenti. Viuianus.

e *Si fideiuſſores.* apud actorem ſcientem ex mādato matris eos intercedere iudicatum ſolui. Accurſius.
f *Vſuros.* vt hic, & j. eo. l. quamuis. §. interdum. ibi, ſed & ſi is &c. & l. fin. §. ſi mulier ne ipſa. & C. eo. l. mulierem.
g *Contemplatione.* vnde pro ea interceſsiſſe videtur: vt ſupra de nego. geſt. l. ſi pupilli. j. reſp. & §. ſed ſi ego.
h *Ignorauit.* parcitur ignoranti, non ſcienti: vt hic, & infra man. l. ſi fideiuſſor. & C. de euic. l. ſi fundum.
i *Exceptionem ſenatuſconſulti.* quam fideiuſſores opponunt: vt ſupra l. proxi. in fine.
k *QVanquam. Exceptionis.* Velleiani: vt ſupra l. proxi. in fin.
l *Non poteſt.* vt dicat ſe ignorare mulierem mandaſſe. Et ſic not. quod non licet alicui in proprio facto errare: vt hic, & infra locati. item quæritur §. ſi falſo. & l. ſed addes §. j. & infra de acquiren. hered. cum falſum. ſicut nec in rerum ſuarum qualitate: vt Cod. de reſcind. ven. l. quiſquis maior. ſed in alieno licet errare: vt infra eod. l. antepenul. & ſupra l. proxi. in fine. & infra pro ſuo. l. fi. & infra de iur. & facti ignorantia. l. iij.
m *Actionem.* ſcilicet fideiuſſoribus. Sed quare non mandati contra eum agunt: vt infra manda. ſi pro te? Reſpon. non fideiuſſerunt eo præſente. Vel dic, etiam ſi præſente, non tamen videtur mandare: cum illud obtineat quod videtur mandare, quando in rem præſentis fideiubet. primum verius eſt, nam hic bene fideiuſſerunt in rem præſentis, vt quia iudicatum ſolui promiſerat, vel ſe obtulerat: vt ſupra de procu. l. Plautius. aliàs nec hac actione teneretur: vt ſ. de nego. geſt. item ſi cum. §. fin. Item hic geſtor recuperabit per eandem actionem neg. geſt. à filio abſente: vt j. iudi. ſol. l. iam tamen. §. in hac. & facit ad hoc reſpōſum infra mand. l. ſi fideiuſſor. §. fin. & ſupra ſi cert. pet. ſi & me. & ſ. de neg. geſt. l. quæ vtiliter. in fine legis.
n *Mandati cauſa.* id eſt obligatio mandati qua tenetur mulier, fit irrita per ſenatuſconſult. & ita hęc eſt ratio quare nō teneatur mulier, quia tenetur defenſor. & eſt alia, vt ſubiicit, quare teneatur defenſor.
o *Senatuſconſultum.* quam opponunt fideiuſſores.

A p *Liberatur.* defenſor. Accurſius.

*QVamuis.* } CASVS. Si mulier pro alio pignus obliget, ei ſuccurritur. ſi autem crediderit, & pignus reſtituat, ei non ſuccurritur. {SI MVLIER.} Si tutori diſtrahenti fundum pupilli mater ei indemnitatem promiſit: non ſubuenitur, quia fideiubere non videtur. {INTERDVM.} Mulier pro me interceſsit apud Titium, & ei debitorem ſuum delegauit. Dicitur quòd habet repetitionem vt debitor eius liberetur, & ſibi reſtituatur ac ſi ſoluiſſet pecuniam indebitam. ſi autem delegatus mulieris debitor non erat, & conueniatur, habet exceptionem. {PLANE.} Mulier intercedere volebat, ſed non interceſsit, ſed delegauit debitorem ſuū. non ei ſubuenitur, neque delegato: quia ſi donandi animo creditori alicuius numeraſſet. ſenatuſcon. non iuuaretur ad repetendū. ſi autem eum delegauit qui debitor non erat, conuentus ille habebit excep. {QVOTIENS.} Clarus eſt, quia ſupra habitus eſt. addit tamen hoc, licet ſit debitor liberatus per accept. non eo minus in ipſum reſtituitur obligatio. {SI CONVENERIT.} Inter me & debitorē meum cōuenit vt pro ſe expromiſſorem daret ita ſimpliciter, & accepto ei tuli. ſi poſtea mulierem dederit quæ intercedat, nihilominus conueniam eum vt reponat ſe in priſtinam obligationem. {MARCELLVS.} Mulier fideiuſsit pro Titio. poſtea ego mulierem liberaui acceptil. an mihi nihilominus detur actio contra Titium? Dicitur quòd ſic. Si autem mulier ſoluerit, & poſtea repetere non poſsit ſolutum. certe principalis debitor liberatur. Sed pone ibi, ſed cum mulier fideiuſsit pro Titio in tali caſu, ꝙ ſi ſoluiſſet nō poſſet repetere. creditor accepto tulit huic mulieri. quęritur an reus reueletur? Et reſpon. quòd ſic. {QVAMQVAM.} Eramus duo rei credendi, Titius ſcilicet & ego. mulier fideiuſsit apud me tantū pro reo. quæritur an Titio ſit reſtituenda actio cōtra debitorem principalem ſicut mihi? Et dicitur D quòd ſolum mihi, & non Titio. {SI MVLIERI.} Titius creditor habuit Mæuium debitorem. Berta fideiuſsit pro Mæuio apud Titium. poſtea Titius extitit huic Bertæ heres. an nihilominus poſsit agere vt ſibi reſtituatur act. in Męuiū? Et dicitur quòd ſic ratio eſt in text. Itē nec hoc debitū computaretur in Falcidiā. Sed pone quòd mulier ſucceſsit debitori pro quo fideiuſſerat an in eā detur actio? Dicitur quòd ſic. ſ. actio reſtitutoria vel directa, quæ dabatur contra debitorē. {SI CVM ESSEM.} Subieci mulierē quæ à te accepit mutuam pecu. cum ego vellem accipere. poſtea interceſsi. mulieri ſuccurritur. non tibi cōtra me datur reſtitutoria, ſed perinde obligor, & eodem genere obligationis, quo ipſa: vnde potius inſtitoria quàm reſtitutoria competit. Cetera ſunt plana vſque ad. l. aliquando. in §. de pignoribus. Viuianus.

q *Faciat.* vt quando mulier rem ſuā obligat pro alio: vt hic, & C. eo. ſenatuſconſultum. §. j. & l. ſi fine. §. j.
r *Interceſsionem.* immo eſt gratificatio quædam, & ideo valet: vt ſupra eodem. ſed ſi ego. §. finali. & C. eodem. l. etiam. & l. iubemus. Accurſius.
s *Alienam.* ſic & j. eo. ſi mulieri ſoluero, & ita tenetur mulier hoc caſu. Sed contra. C. e. ſi mater. §. j. Sol. refert an promiſit

iñdemnitatem pupillo de eo quod debet vel debebit tutor: vel econtra promiſit tutori de eo quod debet vel debebit ei pupillus:& in vtroque prædictorum eſt interceſsio,& ſic nõ tenetur, vt in cõtraria lege.aut promiſit tutori indẽnitatem de eo quod debet vel debebit pupillo, vel econtra promiſit pupillo indemnitatem de eo quod debet vel debebit tutori,& in vtroque iuſtorũ tenetur, & ceſſat Velle. vt hic, & C. e.d.l. ſi mater.j.reſp. & j.eod.tit. tutor.in prin.vnde per ſenatuſ. tollitur contrarium.

Si mulier apud Primum pro Secundo [a] interuenerit, mox pro Primo apud creditorem eius: duas interceſſiones factas Iulianus libro duodecimo Digeſtorũ ſcribit: vnã pro Secundo apud Primum, aliã pro Primo apud creditorẽ eius: & ideo & Primo reſtitui obligationem, & aduerſus eum [b]. Marcellus autem notat eſſe aliquam differentiam, vtrũ hoc agatur [c], vt ab initio [d] mulier in alterius locũ [e] ſubdatur, & onus [f] debitoris à quo obligationẽ transferre creditor [g] voluit, ſuſcipiat: an verò quaſi debitrix delegetur, ſcilicet vt ſi quaſi debitrix delegata eſt, [h] vna ſit interceſsio [i]. Proinde [k] ſecundum hanc ſuam diſtinctionẽ, in prima [l] viſione †, vbi quaſi debitrix delegata eſt, exceptionem ei ſenatuſcõſulti Marcellus non daret [m]. Sed condemnata, vel ante condemnationẽ [n], condicere vtique ei à quo delegata eſt, poterit [o] vel quod ei abeſt, vel ſi nondum abeſt, liberationem [p].

*Mulier intercedens ſiue ſoluat, ſiue deleget debitorem, repetit. ſi alium deleget, exceptione iuuabitur. Bartolus.*

Interdum intercedenti [q] mulieri & condictio cõpetit, puta ſi cõtra ſenatuſconſultum obligata debitorem [r] ſuum delegauerit. Nam hic ipſi cõpetit cõdictio [s]: quẽadmodum ſi pecuniam ſoluiſſet, condiceret. Soluit enim [t] & qui reum delegat. Sed ſi is qui à muliere delegatus eſt, debitor eius non fuit, exceptione ſenatuſconſulti poterit vti [u]: quẽadmodum mulieris fideiuſſor [x].

Planè ſi mulier interceſſura [y] debitorẽ ſuũ delegauerit, ſenatuſcõſultum ceſſat: quia & ſi pecuniã numeraſſet [z], ceſſaret [a] ſenatuſcõſultũ. Mulier enim per ſenatuſconſultũ releuatur: [b] nõ quę deminuit [c] reſtituitur. Sed ſi eũ delegauerit, [d] qui debitor eius nõ fuit, fraus ſenatuſcõſulto facta videbitur, & ideo exceptio datur. [e]

*Hic loquitur de alio remedio iuriſconſultus: & dicit quòd muliere excluſa actio reſtituitur in veterem debitorem, licet liberatus ſit cõtemplatione obligationis ſuſcipiendæ per mulierem. Bartolus.*

Quotiẽs pro debitore interceſſerit mulier, datur in eum priſtina actio, [f] etſi ille

a *Pro ſecundo.* propria nomina ſunt.& dic caſum, quòd mulier prima & ſecunda vice interceſsit animo nouãdi, & ꝙ non erat mulier ex aliqua cauſa alicui eorum obligata, & ideo cuilibet in ſuum debitorem reſtituitur actio: vt hic,& C.eo.ſi mulier. & hoc dicit Iulianus. at Marcel. in ſecunda interuẽtione diſtinxit, vtrum dominus primus delegauit mulierẽ, ſcilicet quaſi debitricem ex prima interuentione, nec enim aliter fit delegatio, niſi cũ quis vt debitor meus me volẽte promittit.an verò non ſit delegatio facta, ſed ipſa mulier animo nouandi promiſit quod debebat dominus primus, & ita ipſi nihilominus remanſit ex prima interuẽtione, licet inutiliter obligata, & primus eſt liberatus: in primo caſu non habet exceptionẽ, quia nõ alienum, ſed ſuum onus ſubiiſſe videtur, quia per delegationẽ releuatur à prima interuentione facta, licet inutiliter,& ex ea nata fuit obligatio, & ita leuamen ex ea delegatione mulier conſequitur. In ſecundo habet exceptionẽ Velleia.quia onus ipſius debitoris ſuſceperit, & tantum onus, id eſt nullũ leuamen, quia ex prima cauſa ipſa nihilominus remanſit obligata. ſed licet in primo caſu non habeat exceptionem contra creditorẽ primi, tamen cõtra primum habuit actionem vt liberetur: vel ſi ſoluerit, vt habeat quod ſoluit. Huius caſus poſitioni nihil obſtat, niſi quòd in litera eſt, in prima fideiuſsiõe.debuit enim dicere, in ſecũda. ſed in libro Io.eſt in prima, & ita planum eſt. q.d. in fideiuſſione quã fecit primo. Vel dic ꝙ prima non notat ibi prioritatem, ſed eſt adiectiuũ illius proprij nominis, ſcilicet Primi, vt ab Alberico Albricanus: ac ſi diceret, in fideiuſsione Albricana.diſtinctionem verò Marcel.non approbo, ſed Iulia.dictũ ſic: vt probatur j.eo.l.vir vxori.j reſp.& j.de noua. & delega.l.doli ma.ex §.diuerſum. Io.& cetera quæ ſunt contra me.vel ſi velis dicere Marcell. bene dixiſſe, pone ꝙ mulier erat ſuo nomine ſecundo obligata. ſi ergo pro ſecundo animo nouandi promiſit, adhibeatur diſtinctio Marcel.& ita proprie ponitur, in prima fideiuſsione.& forte poteſt eſſe verum, quòd differẽtia eſt inter eos caſus quos diſtinxit Marcel.vt in primo caſu quem poſuit, ſit interceſsio, in ſecundo non.ſed ego neſcio quis fuerit proſecutus eã diſtinctionem reſpõſionis.l.ſcilicet vt cũ quaſi &c.certa eadem ratione potuit reſpondere, nulla eſt interceſsio, vbi dixit, vna eſt interceſsio. nam ſi vera debitrix eſt à ſecundo delegata, non eſt interceſsio,& cum effectu tenetur primo.ergo eadem ratione ſi primus eam velut debitricem delegauit, non eſt interceſsio: & cum effectu tenetur: niſi dixeris ſubterfugiendo, quòd loquitur vbi ſecundus delegauit eam quaſi debitricẽ: primus verò non tanquam debitricem, ſed quaſi extraneam rogauit eam vt animo nouandi promitteret quod debebat ipſe. & ita hic eſt ſecunda tantum interceſsio, nõ autem delegatio. vnde mulier tanquam quilibet fideiuſſor, ſcilicet vt cum condemnata eſt, vel ante condemnationem, in quibus caſibus licet: vt C.man.ſi pro ea.& ſecundum hoc illa verba, ſed condemnata &c. non referuntur ad eum caſum vbi eſt delegata vt debitrix. tunc enim condicere nõ poteſt cum ſe obligauit pro primo. aliàs ſine non. vel agit antequã ſoluat, quia animo nouandi interceſsit. Azo.

† *Viſione, hoc eſt ſpeculatione, inſpectione, contemplatione, ſeu theoria. Vide An.Aug. lib.emendat.2.c.2.*

b *Et aduerſus eum.* ſcilicet primũ reſtituendam creditori ſuo.

c *Agatur.* in ſecunda interceſsiõe mulieris.

d *Ab initio.* cũ ſe obligauit pro primo.

e *Locum.* ſ.primi.

f *Et onus.* ſ.tantũ, non leuamen. Accur.

g *Creditor.* primi.

h *Delegata eſt.* pro primo apud creditorem eius. nam illa delegatio qua ſe mulier vt debitricem obligauit, nõ eſt interceſsio, ſecundum Marcellum.

i *Vna ſit interceſsio.* pro ſecũdo apud primum. Accurſius.

k *Proinde.* loquitur auctor legis. Accur.

l *In prima.* ſed in libro Ioã.eſt.in primi.& tũc planũ eſt.aliàs, in prima: & tunc expone vt modo dixi in gloſſa magna. ADDITIO. Prius corruptè legebatur in prima fideiuſsione, ad quod reſpicit gloſ.

m *Non daret.* ſcilicet contra creditorem primi. Accurſius.

n *Vel ante condemnationem.* ſcilicet in aliis caſibus in quibus agit fideiuſſor antequã ſoluat: vt C.mã.ſi pro ea. nam ponit eam efficaciter teneri, vnde non agit ex beneficio Velleia.ſed iure cõmuni, vt dixi. vel agit antequam ſoluat, quia animo nouandi interceſsit. ſed ſecundum alium, quando vis tueri Marcel. dices loqui eo caſu quando eſt interceſsio, & prætextu Velleia.petit liberari, vel repetit. Accurſius.

o *Poterit.* vt C.de condic.inde.l. ſi citra vllam. & j. de fideiuſſ.qui debitorem.

p *Liberationem.* quandiu ſteterit in obligatione.

q *Interdum intercedenti.* ſcilicet tantum, non etiam ſoluenti. Accurſius.

r *Debitorem.* vel aliàs non debitorem.

s *Condictio.* incerti, vel ſine cauſa, vt delegatus liberetur: vt C.de condi.indebi.ſi citra. vel veri⁹ dic, pecuniã: vt ſubiicit.

t *Soluit enim.* i.ſoluere fingitur: vt j.man.l.inter cauſas.§.abeſſe.& j.de verb.ſigni.l.verbum exactæ. & j. de fideiuſſ.qui debitorem. Accurſius.

v *Poterit vti.* Arg.contra j.de noua.l.ſi non debitorem.

x *Fideiuſſor.* quem conſtat iuuari: vt hic, & C.eo.mulierem.

y *Interceſſura.* nõ tamẽ interceſsit: vt differat à ſuperiori caſu.

z *Numeraſſet.* ſ.nõ ex interceſsione, aliàs cõtra: vt ſ.proxi.§.

a *Ceſſaret.* quia non eſt interceſsio.

b *Reuelatur.* contra interceſsionem.

c *Deminuit.* donando: vt ſupra eo.tit.ſed ſi ego.

d *Delegauerit.* mulier quæ non interceſſerat.

e *Datur.* vt C. eo ſi vxor. diligenter ergo no. an mulier interceſſerit, vt detur ei cõdictio, ſiue ſoluerit, ſiue delegauerit ſuum, vel non ſuum debitorem. Sed ſi quęras, an delegato detur exceptio? diſtingue an fuerit debitor, vt tunc non habeat, alioquin habeat. vbi autem erat interceſſura, ſed non interceſsit, ſiue ſoluerit, ſiue ſuum debitorem delegauerit, non iuuatur, nec etiam delegatus: ſed ſi non ſuum, videtur fraus facta ſenatuſcon. cum ipſa fuerit interceſſura, & non interceſsit. vnde creditori, quia in fraudem feciſſe videtur, obſtat exceptio. Accur.

f *Priſtina actio.* quia fuit acceptilatione ſublata. ſic j. eo. ſed ſi pro aliena.& C.eo.ſi mulier.& ſ.eo.l.j.in fine.

*Liberatus.*

a *Liberatus.* hoc prius acto quòd Berta mulier detur: ſed j. proxi. in genere dandus erat promiſſor: vt C. eo. ſi mulier.
b *Expromiſſorem.* ſic in genere, ſed in ſuperiori §. expreſsit mulierem. Accurſius.

A Reſpon. non: quia hic animo nouandi interceſsit, & ſic erat vtraque principalis, & ideo durat vtraque: vt infra de duobus reis. ſi reus. Accur.

ceptilatione liberatus[a] ſit, quàm mulier interceſſerit.

*Paria ſunt nullum dare expromiſſorem, vel dare mulierem. h. d. iſte §. Bart.*

Si côuenerit † cum debitore, vt expromiſſorē[b] daret, & acceptū ei latum ſit, deinde is dederit mulierē, quę auxilio ſenatuſconſulti munita eſt: poteſt ei cōdici[c], quaſi non dediſſet. Quid enim intereſt non det, an talem[d] det? Non erit igitur actio[e] vtilis * neceſſaria: cū condictio[f] competat.

B *Acceptilatio facta fideiuſſori inutiliter obligato non liberat debitorem, ſicut nec ſolutio: niſi ſic ſolueret quòd repetere nequeat. Bartolus.*

Marcellus quoq; ſcribit, ſi mulieri poſt interceſsionē accepto tulerit creditor, nihilominus reſtitutoriā actionem ei dare debere. Inanem enim obligationē dimiſit[g]. Si mulier poſt interceſsionem ſic ſoluerit ne repetere poſsit: iuſtè prior debitor actionem recuſat. Sed cum[h] releuatur reus, ſi mulier ſic ſoluit, vt repetere non poſſit[i], & cū ei mulieri quæ repetere non poterat ſi ſoluiſſet, accepto tulit creditor, ſimiliter releuatur reus.

C *Muliere ſubducta actio reſtituitur in eos omnes qui per eius obligationē fuerunt liberati, non autem omnibus. Bartolus.*

Quanquā in omnes[k] qui liberati ſunt reſtituitur actio, nō tamen omnibus reſtituitur: vt puta duo rei ſtipulandi fuerunt, apud alterū mulier interceſsit: ei ſoli[l] reſtituitur obligatio, apud quem interceſsit.

*Si creditor ſuccedit mulieri, nihilominus actio reſtituitur in veterem debitorem: ſed ſi mulier debitori, non eſt reſtitutio neceſſaria. Bartolus.*

D Si mulieri heres extiterit creditor, videndū an reſtitutoria vti nō poſsit[m]. Et ait Iulianus libro duodecimo reſtitutoria eū nihilominus vſurū. non immerito: cū nō obligatæ[n] cum effectu ſucceſſerit. Deniq; in Falcidia[o] hoc æs alienum non imputabitur[p]. Planè ſi mihi proponas mulierē veteri debitori ſucceſsiſſe, dicendū erit reſtitutoria eam conueniri poſſe: ſed & directa[q] actione. nihil enim eius intereſt, qua actione conueniatur.

*Mulier ab initio cum alio contrahente actio reſtituitur in veterē debitorem. Bar.*

Si cum eſſem tibi * côtracturus,[r] mulier interuenerit, vt cū ipſa potius côtrahā, videtur interceſsiſſe: quo caſu datur in te[s] actio: quæ inſtituit[t] † magis quā reſtituit obligationē: vt perinde obligeris eodē genere obligationis, quo mulier eſt obligata: verbi gratia ſi ꝑ ſtipulationē mulier, & tu quaſi ex ſtipulatu conueniaris.

*Muliere ſubducta actio non reſtituitur in eum qui ab initio non potuit obligari ipſo iure vel in effectu. Bart.*

Illud videndū eſt, ſi mulier pro eo interuenit, qui ſi cum ipſo contractum eſſet, non obligaretur[u], an hac actione ille debeat teneri: vt puta ſi pro pupillo interceſſit, qui ſine tutoris auctoritate non obligatur. Et puto non obligari[x] pupillū, niſi locupletior fact⁹ eſt ex hoc contractu. Itē ſi minor vigintiquinque annis ſit, pro quo mulier interceſsit,[y] in integrū reſtitutionē poterit implorare:[z] vel [ſi] filius [familias] côtra ſenatuſcōſultum[a] contracturus[b] eſt.

IX. PAVLVS libro ſexto Regularum.

SEd ſi pro alieno ſeruo intercedat:[c] quēadmodum in patremfamiliàs priorem reū reſtituitur actio,[d] ita in dominum quoque reſtituenda[e] erit.

*Reſtitutoriæ actiones & inſtitoriæ dātur contra heredem, & in heredem. Bart.*

X. VLPIANVS libro viceſimonono ad Edictum.

HAe actiōes[f] quæ in eos pro quibus mulier interceſsit dantur, & heredib⁹ & in heredes & perpetuo côpetunt.[g] habent enim rei perſecutionē. ceteris quoq; honorariis ſucceſſorib⁹ dabuntur, & aduerſus eos.

*Mulier non habet Velleianum, ſi creditori ignorauerit eā intercedere. Bartolus.*

XI. PAVLVS libro trigenſimo ad Edictum.

SI mulier tanquam in vſus ſuos pecuniam acceperit, alij creditura, non eſt locus ſenatuſconſulto. alioquin nemo cū fœminis contrahet:[h] quia ignorari poteſt[i] quid acturæ ſint.

XII. IDEM libro ſexto Breuium.

IMo[k] tūc locus eſt ſenatuſcōſulto, cum ſcit creditor eam intercedere.[l]

c *Condici.* vel ipſum debitum quando purū erat, alias vt ſe reponat in obligationem: vt ſ. de cōdi. cau. data. l. ſi quis accepto tulerit. Accurſius.
d *An talem det.* verba enim cum effectu ſunt accipienda. Ioan. vt ſupra qui ſatiſd. cogā. de die. §. j. & l. quotiens. & ne quis eum qui in ius vo. l. ſi per alium. §. docere. Accurſius.
e *Actio vtilis.* ſcilicet reſtitutoria dāda à lege. Accurſius.
f *Condictio.* ſcilicet ſine cauſa de iure communi, vel certi cōdic. ſed in ſuperiori. §. ſecus eſt.
g *Dimiſit.* ſic infra de rebus eorum. ſi fundus. Accurſius.
h *Sed cum.* ſcilicet cū hoc ſit quod releuetur, vt dictum eſt, ſequitur & tunc quod mulieri &c. vt ſic hæc duo paria ſint. & dic, non poſſet repetere ſi ſolueret quando in rē ſuam fideiuſſerat, vel quando animo decipiēdi, vel in ſimilibus vbi ceſſat Velleia. vt dixi ſ. e. l. j. in prin.
i *Non poſsit.* in ſuperiori proximo caſu dictum eſt à ſimili &c.
k *Quanquam in omnes.* ſcilicet reos debendi: vt j. eo. l. ſi pro vno.
l *Ei ſoli.* ſed quare nō alteri ſicut in omnes? Reſp. quia non amiſit alius actionem ex receptione mulieris, ſed liberatio per nouationem facta vni, prodeſt omnib⁹: vt j. de duob. reis. l. ij. & ſ. de pactis. l. ſi vnus. §. j.
m *Non poſsit.* quod videtur, cū creditor debitrici ſucceſſerit, & ſic obligatio ſit extincta: vt j. de ſolu. l. Stichum. §. aditio.
n *Non obligatæ.* ſcilicet maxime: vt infra de fideiuſ. heres. §. quid ſi idem.
o *In Falcidia.* id eſt in ratione Falcidiæ.
p *Imputabitur.* contra legatarios: vt dicat primo deducā quod mihi debuit defuncta, & ex reliquo præſtabo relicta. non enim efficax erat debitum: alioquin ſecus: vt j. ad l. Fal. cū emptor.
q *Sed & directa.* Sed nonne ſublata eſt acceſſoria, cum hęc ſuccedit debitori: vt infra de fideiuſ. heres. §. j.

r *Contracturus.* ſcilicet tecum.
s *In te.* pro quo eſt accepta pecunia.
t *Inſtituit.* vt ſupra eo. l. j. in fin. & infra eod. l. quidam. & Cod. eod. l. ſenatus.
v *Non obligaretur.* ſcilicet propter ſolū contractum, niſi quid perueniſſet ad eum, vel dolo feciſſet: vt infra depoſi. l. j. §. an in pupillum. Accur.
x *Non obligari.* ſed inſtitoria. nam reſtitutoria eos omnino credo conueniri poſſe.
y *Interceſsit.* prædicto modo.
z *Implorare.* contra inſtitoriam.
a *Senatuſconſultum.* ſ. Macedo. Accurſius.
b *Contracturus.* & mulier cōtraxit, nam exceptionem habet filius, & ideo non tenetur inſtitoria, nec reſtitutoria, ſed nec mulier tenetur in prædictis caſibus. Accur.
c SEd ſi. *Intercedat.* animo nouandi.
d *Actio.* vt ſ. l. proxi. §. quotiēs. & infra eo. ſi mulier contra ſenatuſconſult.
e *Reſtituenda.* ſ. de pecu. vel de in rem ver. vt infra eo. l. fin. in fin. ſecundum Azo.
f HAe *actiones.* ſcilicet inſtitoria & reſtitutoria. Accur.
g *Competunt.* id eſt competere poſſunt. nā ſi primo erat temporalis, vt talis reſtituitur: vt ſupra de mino. l. fin. & infra eo. debitrix. §. ſi pro eo. & idē not. ſupra de capi. demi. l. j. in fin. & ſupra de exerci. l. ſi tamen. in fine. Accur.
h SI *mulier. Contrahet.* bona ratio, vt ſupra de minori, quòd ſi minor. §. non ſemper. & l. & ſi ſine. §. idem faciunt. Accur.
i *Poteſt.* & iuſte in alieno facto: vt infra pro ſuo. l. fin. in fine. Accurſius.
k IMmo. non eſt locus quando creditor ignorat quid actū ſit, immo cū ſcit fraudem cōmittendo, vt ſi alij daturus erat, & mulier interceſſura, magis eligit mulieri dare daturæ alij poſtea. Accur.
l *Intercedere.* ſcilicet ſic mutuum ipſa accipiendo, vt alij det.

ALiquando. } CASVS. in §. de pignoribus. Certum eſt quod mulier iuuatur & actio

* *tecum.*

† *quia actio omiſſa non ſit vel obligatio, ſed nō contracta propter interceſsionem mulieris.* L. R.

& actio in veterem debitorem reſtituitur. ſed an creditor A hypothe. habeat, quæritur. Et dicitur quòd ſic. {S I S U B C O N D I T I O N E.} Fideiuſsit mulier ſub condi. vel in die. an pendente condit. creditori reſtituatur actio in veterem debitorem? Et dicitur quòd ſic. Viuianus.

a *Alienam.* aliena dicitur, quia heres tantum conuenitur à creditoribus: ſed ſua, quia ipſe tenetur ei reddere: vt C. de here. ven. l. ratio. ſic & vxor dicitur domina ratione futuræ ſpei, & tamen nō eſt domina conſtante matrimonio: vt C. de iure dot. in rebus. & inſtitu. quibus alie. lic. in princ. & facit infra quando appel. ſit. l. j. §. in propria. & Cod. eod. l. ij. & ſupra eo. l. ſed ſi eum.

b *Intercedat.* ſcilicet qui promiſit iudicatū ſolui, & mulier pro eo: vt s. qui ſatiſd. cog. de die. §. j.

c *Noua actione.* M. alia quàm prima.

d *Vtilis ſit.* Sed cum ſit facta nouatio, quare non eſt pignus liberatum: vt infra de noua. l. nouatio. & argu. infra de reg. iur. cū principalis. & l. nihil. & C. etiam ob chiro. pe. pi. te poſ. l. j. & infra de ſol. cum quis ſibi. §. ſi? Reſp. principalis directa obligatio ſublata eſt. aliàs enim non daretur reſtitutoria: ſed tamen continuo & ſine aliquo interuallo reſtitutoria eſt à iure ſubrogata: vt j. eod. l. debitrix. §. j. Cum ergo ſemper durauerit principalis obligatio, ſiue directa, ſiue reſtitutoria, non eſt ſublata hypothecaria, quæ habet ſuas conditiones: vt hic, & infra de pig. grege. §. etiam ſi. & j. de except. rei iud. l. penul. in fin. nec ob. quod de nouatione oppoſui: quia illud eſt quando nouatio efficaciter tenet: hic non, cum non deſierit eſſe obligatus directa vel vtili. Vel dic in vtraque idem, quod eſt verius: vt hic dicit vtilem hypothecariam dari. Accur.

e *Si ſub conditione.* pro alio purè obligato.

f *Quo enim bonum eſt.* Bonum quidem eſſet debitori, cum interim non conueniretur: ſed dicitur non eſſe bonum, ideo quia ſi conditione extante non conueniretur, expectaretur conditio: vt s. ſi cert. pet. pecuniam. & j. de fideiuſ. l. pen. Sed cum hic foret côuenïendus etiam exiſtente conditione, non eſt bonum, id eſt iuſtum ei dare dilationem. Et ſic not. non expectari conditionem. ſic & aliàs infra de liberis & poſthum. l. poſthuma. & de iniuſt. teſtam. l. nam & ſi. & infra eod. debitrix. §. j. Sed arg. contra infra de ædil. edict. bouem. §. ſed ſi ſub conditione. & infra mand. ſi mandauero. j. reſpon. & infra quādo dies legati cedit. l. cum illud. & l. huiuſmodi.

g *Omnimodo.* etiam ſi extet conditio. Accurſius.

*Expromiſſor eſt non qui fideiuſſor, ſed qui pro alio obligatur principaliter cū is obligat non ſit, vt alibi. i. & eleganter. §. Seruius de dolo.

¶ Transſcribere, eſt ius noſtrum in alium trāſferre: vt tranſcribere fundū. i. iure ceſſo tradere. Bud. in l. ſi vir vxori. j. de præſcri. verbis.

Conditio an ſemper ſit expectanda.

*Si obligatio in effectu ſpectat ad mulierem, licet ſit interceſsio, Velleiano non iuuatur. Bartolus.*

XIII. G A I V S libro nono ad Edictum Prouinciale.

Aliquando licet alienā [a] obligationē ſuſcipiat mulier, non adiuuatur hoc ſenatuſconſulto: quod tū accidit, cùm prima facie quidem alienā, re vera autē ſuam obligationem ſuſcipiat: vt ecce ſi ancilla ob pactionem libertatis expromiſſore* dato, poſt manumiſſionem id ipſum ſuſcipiat, quod expromiſſor debeat: aut ſi hereditatē emerit, & æs alienum hereditarium in ſe tranſcribat: ¶ aut ſi pro fideiuſſore ſuo intercedat [b]. B

*Nouatio quæ in effectu non valet, non perimit ius pignoris. Bartolus.*

De pignoribus prioris debitoris non eſt creditori noua actione [c] opus: cum quaſi Seruiana (quæ & hypothecaria vocatur) in his vtilis ſit [d]: quia verum eſt conueniſſe de pignoribus, nec ſolutam eſſe pecuniam. C

*Fruſtra expectatur conditio, cuius euentus nihil operatur. Bartolus.*

Si ſub conditione [e] vel in diē mulier pro alio interceſſerit etiā pendente côditione, volēti creditori cū priore [debitore experiri,] actio danda eſt reſtitutoria. Quò enim bonum eſt [f] expectare côditionem, vel diē, cum in ea cauſa ſit prior iſte debitor, vt omnimodo [g] ipſe debeat ſuſcipere actionem?

*Muliere ſubducta reſtituitur actio in veterem debitorē, & in eius ſucceſſorē. Bar.*

XIIII. I V L I A N V S libro duodecimo Digeſtorum.

Si mulier contra ſenatuſconſultum interceſſerit, æquum non ſolum in veterem debitorem, ſed & in fideiuſſores eius actionem reſtitui [h]. Nam cū mulieris perſona ſubtrahatur creditori propter ſenatuſconſultum: integra cauſa priſtina reſtituenda eſt. D

*Si mulier promittit alium ratum habiturum quod ipſa geſſit, non iuuatur Velleiano. Bartolus.*

XV. I D E M libro quinquageſimoprimo Digeſtorum.

Si mulieri ſoluero id quod tibi debebam, & ab ea ratam rem te habiturū ſtipulatus fuero, & forte te ratum non habente, agere ex ſtipulatu inſtituero: exceptio ſenatuſcōſulti quod de interceſsionibus fœminarū factum eſt, nō proderit mulieri. Non enim videri poteſt alienā obligationē recuſare, cum maneam debito obligatus, & ipſa de lucro [i] agat, ac potius reddere cogatur quod nō debitū acceperat, quā pro alio ſoluere.

*Mulier non iuuatur Velleiano ſi debitor ſibi ſoluit quod promiſit. Bartolus.*

XVI. I D E M libro quarto ad Vrſeium Ferocem.

Si mulier cōtra ſenatuſcōſultū Velleianū pro me interceſsiſſet [k] Titio, [l] egoq; mulieri id ſoluiſſem, & ab ea Titius eā pecuniam peteret: exceptio huius ſenatuſconſulti non eſt profutura mulieri. neq; enim eā periclitari, [m] ne eam pecuniam perdat: cū iam eam habeat.

*Mulier & fideiuſſor eius Velleiano iuuantur: & in primum debitorem actio reſtituitur. Bartolus.*

Si ab ea muliere † quæ contra ſenatuſcōſultum interceſsiſſet, [n] fideiuſſorem accepiſſem: Gaius Caſsius reſpondit ita demum fideiuſſori exceptionem dandā, ſi à muliere rogatus fuiſſet. Iulianus autem rectè putat fideiuſſori exceptionem dandam, etiam ſi mandati actionem aduerſus mulierē nō habet: [o] quia totam obligationem [p] ſenatus improbat: & à prætore* reſtituitur prior debitor creditori.

S*I mulier.* } C A S V S. Titius tenebatur mihi in decem, & habebam fideiuſſorē: & promiſit mihi mulier animo nouandi & liberandi Titium: an reſtituta mihi actione in Titium, reſtituatur in fideiuſſorem? dicitur quòd ſic. Viuianus.

h *Reſtitui.* vt ſupra eo. ſed ſi pro alieno.

S*I mulieri.* } C A S V S. Debebam tibi decē quæ mulier à me exegit, dicens ſe habere mandatum: & ei ſolui: & ſtipulatus ſum te ratū habiturū: ratū non habes. an ſi mulierem côueniam actione ex ſtipulatu, côpetet exceptio Velleia? Et dicitur quòd non: quia de lucro certat. Viuianus.

i *De lucro.* nō auditur de præda ſolicita: vt j. de admi. tut. ſi minoris. & facit j. l. prox. & l. ſi mulieri dederim. Accur.

S*I mulier.* } C A S V S. Debebam tibi decem: animo nouandi mulier in ſe ſuſtulit obligationē, & ei ſolui: an ſi tu conuenias eam, iuuetur? Et dicitur quòd non. {S I A B E A.} Si mulier quę interceſsit fideiuſſorem dedit, ſubuenitur ei, & fideiuſſori ſubuenitur: & creditori reſtituitur actio in veterē debitorem. Viuianus.

k *Interceſsiſſet.* animo nouandi.

l *Titio.* id eſt apud Titium. ſic s. de in rem ver. quamuis.

m *Neque enim eam periclitari.* cū pecuniā habeat, vt ſubiicit: & ita habeat, ne eā perdat.

n *Interceſsiſſet.* animo nouandi. Accur.

o *Aduerſus mulierē non habet.* aliter in Mac. vt s. ad Maced. l. ſed ſi. §. non ſolū. quæ eſt contra. Et eſt ratio, quia ſi fideiuſſor qui pro filio interuenit animo donandi, non côuenitur, ſic nullus conueniretur: ſed hic licet fideiuſſori ſuccurratur, reſtituitur actio creditori à l. in priorē debitorem: vt hic, & j. eod. debitrix. §. j. Vel idem eſt, vt hoc. §. Vel tertio vt ibi dixi.

p *Totam obligationem.* i. etiā obligationē mulieris, pro qua mulierc interuenit fideiuſſor: vnde fideiuſſor teneri non poteſt.

V*Ir vxori.* } C A S V S. Maritus vendidit vxori prædium pro paruo pretio: & eam delegauit ſuo creditori in eo pretio. Dicitur quòd venditio nulla fuit: vnde creditori petenti obſtabit exceptio. Verum diſtinguitur, vtrum creditor ſciuerit mulierem delegatam, aut ignorauit: quia hæc diſtinctio locum habet cum creditor cum muliere contraxit: quia tunc non ſubuenitur mulieri, ſi creditor ignorauerit. {S I M V L I E R.} Obligaſti mihi prædium pro. x. ago contra te hypothecar. vxor tua dixit prædium eſſe ſibi obligatum pro. x. nomine dotis. illa. x. ſibi ſolui: ago poſtea hypote. vxor dicit prædium eſſe ſibi obligatū pro x. nomine mutui: ego excipio quòd voluntate ſua poſsideo. nunquid